lis ſenis menſibus commorat in ſignis:alioquin bimeſtris cum cæteræ utraq; ſtatione quaternos menſes non impleant.Inferiores autem duæ occultant in coitu ueſpertino ſimili modo:relictoq; ſole totidē in partibus faciūt exortus matutinos:atq; a longiſſimis diſtātiæ ſuæ metis ſolem inſequunt:adeptæq; occaſum matutino condunt:ac p̄tereunt:mox eodem iteruallo ueſperi exoriunt:uſq; ad quos diximus terminos.Ab his retrogradiunt ad ſolem:& occaſu ueſpertino deliteſcunt.Veneris ſtella & ſtationes duas matutinam ueſpertinaq; ab utroq; exortu facit a longiſſimis diſtantiæ ſuæ finibus Mercurii ſtationes breuiore mom̄eto:q̄ ut depræhendi poſſint.Hæc eſt luminū occultationūq; ratio pplexiore motu:multiſq; iuoluta miraculis.Siquidem magnitudines ſuas:& colores mutant:& eædem ad ſeptētrionem accedūt:abeuntq; ad auſtrum:terriſq; propiores:aut cælo repente cernunt.In quibus aliter multa q̄ priores tradituri fatemur:ea quoq; illorum eſſe muneris:qui primi quærendi uias demonſtrauerunt.Modo ne quis deſperet ſæcula proficere ſemper.Pluribus de cauſis hæc omnia accidūt.Prima circulorum eſt:quos græci apſidas in ſtellis uocant:etenim græcis utendum erit uocabulis.Sunt autem hi ſui cuiq; earum:aliiq; q̄ mūdo: quoniam terra a uerticibus duobus quos appellauerunt polos:centrum cæli eſt:nec nō ſigniferi obliq; inter eos ſiti.Omnia autem hæc cōſtant ratione circini ſemp ĩdubitata.Ergo ab alio cuiq; cētro apſides ſuæ exurgūt.Ideoq; diuerſos habent orbes motuſq; diſſimiles:qm̄ interiores apſidas neceſſe eſt breuiores eē.

¶ Quare eadem alias altiora:alias inferiora uideantur. CA. XVI.

IGitur a terræ centro apſides altiſſimæ ſunt.Saturno in ſcorpiōe.Ioui in uirgine.Marti in leone. Soli in geminis.Veneri in ſagittario.Mercurio in capricorno.Mediis omnium partibus.Et e cō trario ad terræ centrum humillimæ atque proximæ.Sic fit ut tardius moueri uideātur:cum altiſſimo ambitu ferunt. Non quia accelerent tardētue naturales motus : qui certi ac ſinguli ſunt illis:ſed quia deductas ab ſumma apſide lineas coartari ad cētrum neceſſe eſt:ſicut in rotis radios. Idemq; motus alias maior:alias minor centri propinquitate ſentitur. Altera ſublimitatum cauſa. quoniam a ſuo centro apſidas altiſſimas habent in aliis ſignis.Saturnus in libræ parte uiceſima.Iuppiter cācri.xv.Mars capricorni.xxviii.Sol arietis.xix.Venus piſcium.xvi.Mercurius uirginis.xv.Luna tauri.iiii. Tertia altitudinum ratio cæli menſura non circuli intelligitur:ſubire eas:aut deſcendere per profundum aeris oculis eſtimantibus.Huic connexa latitudinum ſigniferi obliquitatiſq; cauſa eſt.Per hunc ſtellæ quas diximus errātes ferunt.Nec aliud habitat in terris q̄ quod illi ſubiacet.Reliqua a polis ſqualent. Veneris tantum ſtella excedit eum binis partibus.Quæ cauſa intelligitur efficere ut quædam animalia & in deſertis mundi naſcant.Luna quoq; per totam latitudinem eius uagatur: ſed omnino non excedens eū. Ab iis Mercurii ſtella laxiſſime:ut tamen e duodenis partibus(tot enim ſunt latitudines)non amplius octonas pererret:neque has æqualiter.Sed duas medio eius:& ſupra.iiii.infra duas.Sol deinde medio ferē iter duas partes flexuoſo draconum meatu inæqualis.Martis ſtella quattuor medias.Iouis mediam & ſuper eam duas.Saturni duas ut ſol.Hæc erit latitudinum ratio ad auſtrum deſcendentium:aut aquilonem ſubeuntium.Hac conſtare & tertiam illā a terra ſubeuntiū in cælū.Et pariter ſcandi eā quoq; exiſtimauere pleriq; falſo. Qui ut coarguantur:aperienda eſt ſubtilitas immenſa:& omnis eas complexa cauſas.Cōuenit ſtellas in occaſu ueſpertino proximas eſſe terræ:& latitudine:& altitudine exortuſq; matutinos in initio cuiuſq; fieri.Stationes in mediis latitudinum articulis:quæ uocant ecleptica:perinde confeſſum eſt motum augeri: q̄ diu in uicino ſint terræ:cum abſcedāt in altitudinem:minui.Quæ ratio lunæ ſublimitatibus maxime approbatur.Aeq; non eſt dubium in exortibus matutinis etiam numerum augeri:atq; a ſtationibus primis tres ſuperiores diminui uſq; ad ſtationes ſecundas.Quæ cum ita ſint:manifeſtum erit ab exortu matutino latitudines ſcandi:quoniam in eo primum habitu incipiant partius adiici motus.In ſtationibus uero primis & altitudine ſubire:quoniam tum primum incipiant detrahi numeri:ſtellæq; retroire.Cuius rei ratio priuatim reddenda eſt.Percuſſæ in qua diximus parte & triangulo ſolis radio inhibentur rectum agere curſum & ignea ui leuantur in ſublime.Hoc non protinus intelligi poteſt uiſu noſtro:ideoq; exiſtimatur ſtare:unde & nomen accepit ſtatio.Progreditur deinde eiuſdem radii uiolētia:& retroire cogit uapor repercuſſas. Multo id magis in ueſpertino earum exortu toto ſole aduerſo:cum in ſummas apſidas expelluntur:minimeq; cernuntur:quoniam altiſſime abſunt:& minimo feruntur motu:tāto minore cum hoc in altiſſimis apſidum euenit ſignis.Ab exortu ueſpertino latitudo deſcenditur:partius iam ſe minuente motu: non tamen tante ſtationes ſecundas augente cum & altitudo deſcenditur ſuperueniente ab alio latere rādio:eademq; ui rurſus ad terras deprimente:quæ ſuſtulerit in cælum ex priore triquetro.Tantum intereſt ſubeant:ne radii an ſuperueniant.Multoq; eadem magis in ueſpertino occaſu accidunt.Hæc eſt ſuperiorū ſtellarum ratio.Difficilior reliquarum:& a nullo ante nos reddita.

¶ Catholica Syderum errantium. CA. XVII.

PRimum igitur dicatur cum ſint diuerſæ ſtellæ:cur Veneris ſtella nunq̄ longius.lxvi.partibus. Mercurius.xx.a ſole abſcedant.Sæpe citra eas ad ſolem reciprocent.Conuerſas habent utræque apſidas: ut infra ſolem ſit tantumq; circulis earum ſub terra eſt:quantum ſuperne prædictarū & ideo non poſſunt abeſſe amplius:quoniam curuatura apſidum ibi non habet longitudinem maiorem.Ergo utræq; ſimili ratione admodum ſtatuunt apſidum ſuarum margines:ac ſpatia longitudinis latitudinum euagatione penſant.At enim cur non ſemper ad.xlvi. & ad partes.xx.perueniunt? immo uero.Sed ratio canonica fallit.Nanq; apparet apſidas quoq; earum moueri:q; nunq̄ tranſeant ſolem. Itaq; cum in partem ipſam eius incidere margines alterutro latere:cum & ſtellæ ad longiſſima ſua interualla peruenire intelliguntur:cum citra fuere margines totidem partibus:& ipſe ocius redire credūtur: cum ſit illa ſemper utriq; extremitas ſumma.Hinc & ratio motuum cōuerſa intelligitur. Superiores enim celer-

Ad uel ſed

rime feruntur in occaſu ueſpertino:hæ tardiſſime.Illæ a terra altiſſime abſunt:cum tardiſſime mouentur hæ cum ociſſime.Quia ſicut in illis propinquitas centri accelerat:ita in iis extremitas circuli.Illæ ab exortu matutino minuere celeritatem incipiunt:hæ uero augere.Illæ retro curſum agunt a ſtatione matutina uſque ad ueſpertinam.Veneris a ueſpertina uſque ad matutinam.Incipit autem ab exortu matutino latitudinem ſcandere.Altitudinem uero ac ſolem inſequi a ſtatione matutina ociſſima in occaſu matutino & altiſſima.Digredi autem latitudine:motumque minuere ab exortu matutino retro quidem ire: ſimulque altitudine digredi a ſtatione ueſpertina.Mercurii rurſus ſtella utroque modo ſcandere ab exortu matutino:digredi uero latitudine a ueſpertino:conſecutoque ſole ad.xv.partium interuallū conſiſtit quadriduo prope immobilis.Mox ab altitudine deſcendit:retroque graditur ab occaſu ueſpertino uſque ad exortum matutinum.Tantumque hæc & luna totidem diebus quot ſubiere:deſcendūt.Veneris quindecies & pluribus ſubit.Rurſus Saturni & Iouis duplicato digrediuntur.Martis etiam quadruplicato.Tanta eſt naturæ uarietas.Sed ratio euidens.Nam quæ in uaporem ſolis nituntur:etiam deſcendunt ægre.Multa promi amplius circa hæc poſſunt ſecreta naturæ legeſq;:quibus ipſa ſeruiat:exépli gratia. In Martis ſydere cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus nunq̄ id ſtationem facere.Iouis ſydere triquetro raro admodū ſexagintа partibus diſcreto.Qui numerus ſexangulas mundi efficit formas.Nec exortus niſi in duobus ſignis tantum cancri & leonis ſimul edere.Mercurii uero ſydus in piſcibus exortus ueſpertinos raro facere:creberrime in uirgine.In libro matutinos.Item matutinos in aquario:rariſſimos in leone.Retrogradum in tauro & in geminis non fieri.In cancro uero nō citra.xxv.partem.Luna bis coitum cum ſole in nullo alio ſigno facere q̄ geminis.Non coire aliquando in ſagittario tantum.Nouiſſimam uero primamq; eadem die uel nocte nullo alio in ſigno q̄ ariete conſpici:id quoq; paucis mortalium cōtigit.Et inde fabula cernendi lynceo.Non comparere in cælo Saturni ſydus & Martis cum plurimū diebus.clxx.Iouis.xxxvi.aut cum minimū denis detractis diebus.Veneris.lxix.aut cum minimum.lii.Mercurii.xiii.aut cum plurimum.xvii.

¶Quæ ratio colores eorum mutet. CA. XVIII.

COlores ratio altitudinem temperat:ſiquidem earum ſimilitudinem trahunt:in quarum aera uenere ſubeundo:tingitque appropinquantes utralibet alieni meatus circulus.Frigidior in pallorē. Ardentior in ruborem.Ventoſus in horrorem.Sol atque commiſſuræ abſidum extremæq; orbitæ a terra in obſcuritatem.Suus quidem cuiq; color eſt.Saturno candidus. Ioui clarus. Marti igneus.Lucifero candens.Veſperi refulgens.Mercurio radians.Lunæ blandus.Soli cum oritur ardens poſtea radians.His cauſis connexo uiſu & earū quæ cælo cōtinentur.Nanq; modo multitudo conferta ineſt circa dimidios orbes lunæ:placida nocte leniter illuſtrante eas.Modo raritas ut fugiſſe miremur plenilunio abſcondente:aut cum ſolis ſopraue dictarum radii uiſus perſtrinxere noſtros.Et ipſa autem luna ingruentium ſolis radiorum haud dubie differentias ſentit:hebetante cætera inflexos mundi conuexitate eos: præterq̄ ubi recti angulorum competunt ictus.Itaq; in quadrato ſolis diuidua eſt:in triquetro ſemiambitur orbe:impletur autem in aduerſo:rurſuſq; minuens eaſdem effigies paribus edit interuallis:ſimili ratione qua ſupra ſolem tria ſydera.

Eaq; uel ierūt iis

¶Solis motus & dierum inæqualitatis ratio. CA. XIX.

SOl autem ipſe quattuor differentias habet bis æquata nocte diei:uerno & autumno: & in cētrū incidens terræ octauis in partibus arietis ac libræ.Bis permutatis ſpatiis in auctum diei bruma octaua in parte capricorni.Noctis uero ſolſtitio totidem in partibus cancri. Inæqualitatis cauſa obliquitas eſt ſigniferi:cum pars æqua mundi ſuper ſubterque terras omnibus fiat momentis. Sed quæ recta in exortu ſuo conſurgunt:ſigna longiore tractu tenent lucem:quæ uero obliqua ociore trā ſeunt ſpatio.

¶Quare Ioui fulmina aſſignentur. CA. XX.

LAtet pleroſq; magna cæli affectatione compertum a principibus doctrinæ uiris ſupernorum trium ſyderum ignes eſſe:qui decidui ad terras fulminum nomen habeant.Sed maxime ex iis medio loco ſiti:fortaſſis quoniam contagium nimii humoris ex ſuperiore circulo:atq; ardoris ex ſubiecto per hunc modum egerat.Ideoq; dictum Iouem fulmina iaculari.Ergo ut e flagrāte ligno carbo cum crepitu:ſic a ſydere cæleſtis ignis expuitur:præſcita ſecum afferens:ne abdicata quidem ſui parte in diuinis ceſſante operibus.Idq; maxima turbato fit aere:quia collectus humor abundantiam ſtimulat ut quia turbatur quodam ceu grauidi ſyderis partu.

¶Interualla ſyderum. CA. XXI.

INterualla quoq; ſyderum a terra multi indagare tentauerunt.Et ſolem abeſſe a luna unde uigenti partes:quantum lunam ipſam a terra prodiderunt.Pythagoras uero uir ſagacis animi a terra ad lunam.cxxv.milia ſtadiorum eſſe collegit.Ab ea uſq; ad ſolem duplum.Inde ad duodecim ſigna triplicatum.In qua ſententia & Gallus Sulpitius noſter fuit.

¶De ſyderum muſica. CA. XXII.

SEd Pythagoras interdum ex muſica ratione appellat tonum: quantum abſit a terra luna. Ab ea ad Mercurium ſpatii eius dimidium:& ab eo ad Venerē. A qua ad ſolem ſeſquiplum. A ſole ad Martem tonum ideſt quantum ad lunam a terra. Ab eo ad Iouem dimidium:& ab eo ad Saturnum dimidium.Et inde ſeſquiplum ad ſigniferum.Ita ſeptem tonos effici: quam diapaſon harmoniam uocant:hoc eſt uniuerſitatem concentus.In ea Saturnū Dorio moueri. Mercuriū Pthongo.Iouem phrygio:& in reliquis ſimilia iucunda magis q̄ neceſſaria ſubtilitate.

Septem uel ſex

¶De mundi geometria. CA. XXIII.

STadium.cxxv. noſtros efficit paſſus:hoc eſt pedes ſexcentos.xxv.Poſſidonius non minus.xl.ſtadiorum a terra altitudinem eſſe:in qua nubila acuenti nubeſq; perueniãt.Inde purum liqdũq; & imperturbatæ lucis aerem.Sed a turbido ad lunam uicies cẽtum ſtadiorum.Inde ad ſolẽ qn quies milies.Eo ſpatio fieri ut tam immẽſa eius magnitudo nõ exurat terras.Plures autem nubes noningentis ſtadiis in altitudinem ſubire prodiderunt.Incomperta hæc & inextricabilia:ſed tam prodenda:q̃ ſunt prodita.In quis tamen una ratio geometricæ collectionis nunq̃ fallacis poſſit non repudiari: ſi cui libeat altius iſta proſequi.Nec ut menſura(id enim uelle pene dementis ocii eſt)ſed ut tantum coniectanti animo conſtet eſtimatio.Nam cum trecentis.lx.& fere ſex partibus orbis ſolis ex circuitu eius pateret appareat circulum per quem meat:ſemperq; dimetiens tertiam partem ambitus:& tertiæ paulo minus ſeptimam colligat:apparet dempta eius dimidia:quoniã terra centralis interueniat.Sextam uero partẽ huius immenſi ſpatii quod circa terram circuli ſolaris animo compræhenditur ineſſe altitudinis ſpatio.Lunæ uero duodecimam:quoniam tanto breuiore q̃ ſol ambitu currit.ita ferri eam in medio ſolis ac terræ. Mirum quo procedat improbitas cordis humani paruulo aliquo inuitata ſucceſſu.Sicut in ſupradictis occaſionem impudentiæ ratio largitur:auſiq; diuinare ſolis ad terram ſpatia.Eadem ad cælum agunt: quoniam ſit medius ſol:ut protinus mundi quoq; ipſius menſura ueniat ad digitos.Quantas enim dimetiens habeat ſeptimas:tantas habere circulum duo & uiceſimas:tanq̃ plane a perpendiculo menſura cæli conſtet.Aegyptia ratio quam Petoſiris & Neccpſos oſtendere:ſingulas partes in lunari circulo(ut dictum eſt) minimo.xxxiii.ſtadiis paulo amplius patere colligit.In ſaturni ampliſſimo duplum.In ſolis quem mediũ eſſe diximus utriuſq; menſuræ dimidium.Quæ computatio plurimum habet pudoris: quoniam ad Saturni circulum addito ſigniferi ipſius interuallo:nec numerabilis multiplicatio efficitur.

¶De repentinis ſyderibus. CA. XXIIII.

r Eſtant pauca de mundo.Náq; & in ipſo cælo ſtellæ repente naſcuntur plura earum genera.

¶De cometis & cæleſtibus prodigiis:natura:& ſitu:& generibus eorum. CA. XXV.

COmetas græci uocant:noſtri crinitas horrentes crine ſanguineo:& comarum modo in uertice hiſpidas.Iidem pogonias:quibus inferiore ex parte in ſpeciẽ barbæ longe promittit iuba: Acõtiæ iaculi modo uibrantur ociſſimo ſignificatu.Hæc fuit de qua qnto conſulato ſuo Tyberius imperator Cæſar præclaro carmine perſcripſit ad hunc diem nouiſſime uiſam.Eaſdem breuiores & in mucronem faſtigiatas xiphias uocauere: quæ ſunt omnium palidiſſime: & quodã gladii nitore: ac ſine ullis radiis:quos chryſeus auro nomine ſimilis:colore autem electro raros e margine emittit.Pithetes doliorum cernitur figura in concauo fumidæ lucis.Ceratias cornus ſpeciem habet:qualis fuit:cũ græcia apud ſalamina depugnauit.Lampades ardentes imitantur faces.Hippeus equinas iubas celerrimi motus:atq; in orbem circa ſe euntis.Fit & candidus cometes argenteo crine ita refulgens:ut uix cõtueri liceat: ſpecieq; humana dei effigiem in ſe oſtendens.Fiunt & hirti uillorum ſpecie & iuba aliqua circũdati.Semel adhuc iubæ effigies mutata in haſta eſt olympiade centeſima octaua:urbis anno.ccclxxxxviii.Breuiſſimũ quo cernerentur ſpatium ſeptem dierum annotatum eſt:longiſſimum octoginta.Mouent autem alii errantium modo:alii immobiles hærent.Omnes ferme ſub ipſo ſeptentrione aliqua eius parte nõ certa:ſed maxime in candida:quæ lactei circuli nomen accepit.Ariſtoteles tradit & ſimul plures cerni nemini compertum alteri:quod equidem ſciam.Ventos autem ab iis graues æſtuſq; ſignificari.Fiunt & hybernis mẽſibus & in auſtrino polo:ſed ibi citra ullum iubar.Diraq; comperta æthiopum & ægypti populis: cui nomen æui eius rex dedit Typon:ignea ſpecie:ac ſpiræ modo intorta:uiſu quoq; toruo: nec ſtella uerius quã quidam igneus nodus.Sparguntur aliquando & errantibus ſtellis cæteriſq; crines. Sed cometes nunq̃ in occaſura parte cæli eſt.Terrificum magna ex parte ſydus ac non leuiter piatum:ut ciuili motu Octauio cõſule.Iterumq; Pompeii & Cæſaris bello.In noſtro uero æuo circa ueneficium quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Neroni:ac deinde principatu eius aſſiduum prope ac ſæuum. Referre arbitrantur in quas partes ſeſe iaculetur:aut cuius ſtellæ uires accipiat: quaſq; ſimilitudines reddat: & quibus in locis emicet.Tibiarum ſpecie arti muſicæ portendere.Obſcenis autem moribus in uerendis partibus. Signorũ ingeniis & eruditioni ſi triquetram figuram quadratamue paribus angulis ad aliquos perennium ſtellarũ ſitus edant.Venena fundere in capite ſeptentrionalis:auſtrinæue ſerpentis.Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo romæ admodum fauſtus Diuo Auguſto iudicatus ab ipſo:qui incipiẽte eo appuit ludis:quos faciebat. Veneris genitricis:nõ multo poſt obitum patris Cæſaris in collegio ab eo inſtituto.Náq; his uerbis id gaudium prodidit.Iis ipſis ludorum meorum diebus ſydus crinitum per ſeptem dies in regione cæli ſub ſeptentrionibus eſt cõſpectum.Id oriebatur circa undecimam horam diei: clarumq; & omnibus terris conſpicuum fuit.Eo ſigno ſignificari uulgus credidit Cæſaris animam inter deorum immortalium numina receptam:quo nomine id inſigne ſimulacro capitis eius quod mox in foro conſecrauimus adiectum eſt.Hæc ille in publicum.Interiore gaudio ſibi illum natum ſe ſeq; in eo naſci interprætatus eſt: & ut uerum fateamur:ſalutare id terris fuit.Sunt qui & hæc ſydera perpetua eſſe credãt:ſuoq; ambitu ire: ſed non niſi relicta a ſole cerni.Alii uero qui naſci humore fortuito & ignea ui:ideoq; ſolui.

¶Hipparchus de ſyderibus per exẽpla hyſtorica:faces:lãpades:trabes:bolides:& chaſma cæli.CA.XXVI.

IDem Hipparchus nũq̃ ſatis laudatus:ut quo nemo magis approbauerit cognationem cum homine ſyderum:animaſq; noſtras partem eſſe cæli nouam ſtellam & aliam in æuo ſuo genitam deprehendit:eiuſq; motu qua die fulſit ad dubitationem eſt adductus:an ne hoc ſæpius fieret? moueranturq; & eæ quas putamus affixas.Idem quæ auſus rem etiam deo improbam annume

Normã expãgeſ uel nom̃ en ex põgere

rare poſteris ſtellas:ac ſydera ad normam expãgere organis excogitatis:per quæ ſingularum loca atq; magnitudines ſignarũt:ut facile diſcerni poſſet ex eo:non modo an obirent:naſcerenturq;:ſed an omnino aliqua tranſirent mouerenturue. Item an creſcerẽt minuerẽtq; cælo in hæreditate cunctis relicto: ſi quiſquã qui rationem eam caperet inuentus eſſet. Emicant & faces non niſi cum decidunt:uiſæ. Qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edent præter ora populi meridiano tranſcurrit. Duo genera earum. Lampades uocant plane faces. Alterum bolidas:qualem mutinenſibus malis uiſum eſt. Diſtant q; faces ueſtigia longa faciunt priore ardente parte. Bolis uero perpetua ardens longiorem trahit limitem. Emicãt & trabes ſimili modo:quas docos uocãt:quales cum lacedemonii claſſe uicti imperium græciæ amiſere. Fit & cæli ipſius hiatus quem uocant chaſma.

¶ De cæli coloribus. CA. XXVII.

EIt & ſanguinea ſpẽ:quo nihil terribilius mortalium timori eſt. Incendium ad terras cadens inde. Sicut olympiadis centeſimæ ſeptimæ anno tertio cum rex Philippus græciam q̃teret. Atqui hæc ego ratis temporibus naturæ ut cætera arbitror exiſtere:non ut pleriq; uariis de cauſis quas ingeniorum acumen excogitat. Quippe ingentium malorum fuere prænuntia. Sed ea accidiſſe non

Incaſura uel caſura

quia hæc facta ſunt arbitror:uerum hæc ideo facta quia incaſura erant illa:raritate autem occultam eorum eſſe rationem:ideoq; non ſicut exortus ſupradictos defectuſq; & multa alia noſci.

¶ De flamma cæli. CA. XXVIII.

CErnunt & ſtellæ cum ſole totis diebus plerũq;: & circa ſolis orbem ceu ſpẽ coronæ:& uerſicoloris circuli: Qualiter Auguſto Cæſare in prima iuuenta urbem intrante poſt obitum patris ad nomen ingens capeſſendum.

¶ De coronis cæleſtibus. CA. XXIX.

e Xiſtunt eædem coronæ circa lunam & circa nobilia aſtra cælo quoq; inhærentia. Circa ſolem arcus apparuit. L. Opimio. iii. Q. Fabio. ii. conſſ. orbis. L. portio. M. Acilio.

¶ De circulis repentinis. CA. XXX.

CIrculus rubri coloris. L. Iulio. P. Rutilio conſſ. Fiunt prodigioſi & longiores ſolis defectus qualis occiſo dictatore Cæſare:& Antoniano bello totius pœne anni pallore continuo.

¶ Plures ſoles. CA. XXXI.

ETrurſus plures ſoles cernuntur:nec ſupra ipſum nec infra:ſed ex obliquo:nunq̃ iuxta: nec contra terram:nec noctu:ſed aut oriente aut occidente. Semel in meridie conſpecti in boſphoro ꝓ duntur:quia matutino tempore durauerunt in occaſum. Trinos ſoles antiqui ſæpius uidere. Sicut Sp. Poſtumio. Q. Minutio. Q. Martio. M. Portio. M. Antonio. P. Dolobella & M. Lepido. L. Planco conſſ. & noſtra ætas uidit Diuo Claudio principe cõſulatu eius Cornelio Orfito collega. Plures ſimul q̃ tres uiſi ad hoc æui nunq̃ produntur.

¶ Plures lunæ. CA. XXXII.

IVnæ quoq; trinæ:ut Cn. Domitio. C. F. L. Annio conſſ. apparuere: quos pleriq; appellauerunt ſoles nocturnos.

¶ Dierum lux nocte. CA. XXXIII.

I Vmen de cælo noctu uiſum eſt. C. Cecilio. Cn. Papirio conſſ. & ſæpe alias ut diei ſpecies noctu luceret.

¶ Clypei ardentes. CA. XXXIIII.

c Lypeus ardẽs ab occaſu ad ortum ſcintillans trãſcurrit ſolis occaſum Lucio Valerio: Cneo Mario conſulibus.

¶ Oſtentum cæli. CA. XXXV.

SIntillam e ſtella cadere:& augeri terræ appropinquãtem:ac poſtquam in lunæ magnitudinem facta ſit illuxiſſe ceu nubilo die. Dein cum in cælum ſe reciperet:lampadem factam ſemel unq̃ proditur. Cn. Octauio. C. Scribonio conſſ. Vidit hoc Licinius Syllanus proconſul cum comitatu ſuo.

¶ De diſcurſu ſtellarum. CA. XXXVI.

f Ieri uidetur & diſcurſus ſtellarum nunquã temere:ut non ex ea parte truces uenti cooriantur: & ex iis tunc procellæ in mari terriſq;.

¶ De ſtellis caſtoribus. CA. XXXVII.

VIdi in nocturnis militum uigiliis inhærere pilis pro uallo fulgurum effigies: eæ & antennis nauigantium aliiſque nauium partibus ceu uocali quodam ſono inſiſtũt:ut uolucres ſedem ex ſede mutantes. Graues cum ſolitariæ uenere:mergẽteſque nauigia:& ſi in carinæ ima deciderint exurentes. Geminæ autem ſalutares:& proſperi curſus prænunciæ:quarum aduentu fugari diram illam ac minacem appellatamq; Helenam ferunt. Et ob id Polluci & Caſtori id numen aſſignãt: eoſq; in mari deos inuocant. Hominum quoque capita ueſpertinis horis magno præſagio circunfulgent. Omnia incerta ratione & in naturæ maieſtate abdita.

¶ De aere. CA. XXXVIII.

HActenus de mundo ipſo ſyderibuſque. Nunc reliqua cæli memorabilia. Nanque & hoc cælum appellauere maiores: quod alio nomine aera: omne quod inani ſimile: uitalem hunc ſpiritum

fundit. Infra lunam hæc sedes: multoque inferior. Vt animaduerto propemodum constare: infinitum ex superiore natura aeris & terreni halitus miscens utraque sorte confunditur. Hinc nubila: tonitrua: & alia fulmina. Hinc grandines: & pruinæ: imbres: procellæ: turbines. Hinc plurima mortalium mala: & rerum naturæ pugna secum. Terrena in cælum tendentia deprimit syderum uis. Eadēq; quæ sponte non subeant: ad se trahunt. Decidunt imbres. Nebulæ subeunt. Siccantur amnes. Ruunt grandines. Torrent radii: & terram in medium undique impellunt. Iidem infracti resiliunt: & quæ potuere: auferunt secum. Vapor ex alto cadit: rursumque in altum redit. Venti ingruunt inanes. Iidem quæ cum rapina remeant. Tot animalium haustus spiritum e sublimi trahit. At ille contra nititur. Tellusque ut inani cælo spiritum infundit. Sic ultro citro comeante natura: ut tormento aliquo mundi celeritate discordia accēdatur. Nec stare pugnæ licet: sed assidue rapta conuoluitur. Et circa terram immenso rerum quasi globo tendit subinde per nubes cælum aliud obtexens. Ventorum hoc regnum. Itaque præcipua eorum natura ibi: & ferme reliquas complexa causas: quoniam & tonitruum & fulminum iactus horum uiolentiæ plerique assignant. Quin & ideo lapidibus pluere interim quo uento sint rapti: & multa similiter. Quamobrem plura simul dicenda sunt.

¶ De æstatis tempestatibus. CA. XXXIX.

TEmpestatum rerumque quasdam statas esse causas: quasdam uero fortuitas: aut adhuc rationis incompertæ manifestum est. Quis enim æstates & hyemes quæque in temporibus annua uice intelliguntur syderum motu fieri dubitet? Ergo ut solis natura temperando intelligitur anno: sic reliquorum quoque syderum propria est quibusque uis: & ad suam cuique naturam fertilis. Alia sunt in liquorem soluti humoris fœcunda. Alia concreti in pruinas: aut coacti in niues: aut gla/ciati in grādines. Alia flatus tpis. Alia uaporis. Alia roris Alia rigoris. Nec uero hæc tāta debēt existimari: quanta cernuntur: cum esse eorum nullum minus luna tam immensæ altitudinis ratio declaret. Igitur in suo quæque motu naturam suam exercent: quod manifestum. Saturni maxime transitus imbribus faciunt. Nec meantium modo syderum hæc uis est: sed multorum etiam adhærentium cælo quotiens errantium accessu impulsa: aut cōiectu radiorum exstimulata sunt. Qualiter in succulis sentimus accidere: quas græci ob id pluuio nomine hyadas appellant. Quin & sua sponte quædam statisque temporibus ut hædorum exortus arcturi uero sydus non ferme sine procellosa grandine emergit.

¶ De caniculæ exortu. CA. XL.

NAm caniculæ exortu accendi solis uapores quis ignorat? Cuius syderis effectus amplissimi in terra sentiuntur. Feruent maria exoriente eo. Fluctuant in cælis uina. Mouētur stagna. Origem appelat ægyptus feram: quam in exortu eius contrastare: & contueri tradit: ac uelut adorare cū sternuerit. Canes quidem toto eo spatio maxime in rabiem agi non est dubium.

¶ Vis temporum anni statua. CA. XLI.

q Vin in partibus quoque signorum quorundam sua uis inest: ut autumnali æquinoctio brumaque cum tempestatibus confici sydus intelligimus.

¶ De incertis tempestatibus. CA. XLII.

NEc hymbribus tantum tempestatibusque sed multis & corporum & ruris experimentis. Afflantur alii sydere. Alii commouētur statis temporibus: aluo: neruis: capite: mente. Olea & populus alba & salices folia solstitio circunagunt. Floret ipso brumali die suspensa in tectis arentis herba pulegii. Rumpuntur intentæ spiritu membranæ. Miretur hoc qui non obseruet quotidiano experimento herbam unam: quæ uocatur hæliotropium abeuntem solem intueri semper: omnibusq; horis cum eo uerti: uel nubilo obumbrante. Iam quidem lunari potestate ostrearum cōchyliorumque & concharum omnium corpora augeri: & rursus minui. Quin & soricum fibras respondere numero lunæ exquisiuere diligentiores. Minimumque animal formicam sentire uires syderis interlunio semper cessantem. Quo turpior homini insciția est: fatenti præcipue iumentorum quorundam in oculis morbos cum luna increscere ac minui. Patrocinatur uastitas cæli immensa discreta altitudine in duo atq; septuaginta signa. Hæ sunt rerum aut animantium effigies: in quas digessere cælum periti. In his quidam mille sexcentas annotauere stellas insignes uidelicet effectu uisuue. Exempli gratia in cauda tauri septem quas appellauere Vergilias. In fronte suculas. Booetem quæ sequitur sepentriones.

¶ De imbribus. CA. XLIII.

EXtra has causas non negauerim existere imbres uentosq; quoniam humidam a terra alias uero propter uapores fumidam exhalare caliginem certum est. Nubesque liquore egresso in sublime: aut ex aere coacto in liquorem egresso in sublime: aut ex aere coacto in liquorem gigni Dēsitas earum corpusque haud dubio coniectatur argumento: cum solem obumbrent. Perspicuū alias etiam urinantibus in quamlibet profundam aquarum altitudinem.

¶ Quare lapides pluant. CA. XLIIII.

IGitur non eam inficias: posse in has & ignes superne stellarum decidere: quales sereno sæpe cernimus: quorum ictu concuti aera uerum est: quando & tæla uibrata stridunt. Cum uero in nubem peruenerint: uaporem dissonum gigni ut candente ferro in aquam demerso: & fumidū uorticem uolui. Hinc nasci procellas.

¶De tonitruis & fulguribus. CA. XLV.

ET ſi i nube luctetur flatus aut uapor tonitrua edi: ſi erumpat ardens: fulmina. Si longiore tractu nitatur: fulgetra. His findi nubem: illis perrumpi. Et eſſe tonitrua impactorum ignium plagas: ideoq; protinus corruſcare igneas nubium rimas. Poſſe & repulſu ſyderum depreſſum: qui a terra meauerit: ſpiritum nube cohibitum tonare. natura ſtrangulante ſonitum dum rixetur edito fragore cum erumpat: ut in membrana ſpiritu intenta. Poſſe & atritu dum in præceps feratur illum quiſquis eſt: ſpiritum accendi. Poſſe & afflictu nubium elidi: ut duorum lapidum ſintillantibus fulgetris. Sed hæc omnia eſſe fortuita. Hinc bruta fulmina & uana ut quæ nulla ueniant ratione naturæ. Is percuti montes. iis maria: omneſq; alios irritos iactus. Illa uero fatidica ex alto ſtatiſq; de cauſis: & ex ſuis uenire ſyderibus. Simili modo uentos uel potius flatus poſſe ex arido ſiccoq; anhelitu terræ gigni non negauerim. Poſſe & aquis aera expirantibus: qui neq; in nebulam denſetur: nec craſſeſcat in nubes. Poſſe & ſolis impulſu agi: quoniam uentus non aliud intelligatur q̃ fluctus aeris: pluribuſq; etiam modis. Namque & flumi/nibus & niuibus & e mari uidemus equidem tranquillo: & alios quos uocant altanos e terra conſurgere. Qui quidem cum e mari redeunt tropei uocantur: ſi pergunt apogei.

¶Qua ratione echo reddatur. CA. XLVI.

MOntium uero flexus crebriq; uertices & conflexa cubito: aut confracta in humeros iuga: concaui uallium ſinus ſcindunt inæqualiter: inde reſultantem aera quæ cauſa etiam uoces multis in locis reciprocas facit.

¶De uentis. CA. XLVII.

SIne fine uentos generãt iam quidam etiam ſpecus: qualis in dalmatiæ ora uaſto in præceps hiatu: in quem deiecto leui pondere: quãuis tranquillo die turbini ſimilis emicat procella. Nomen loco eſt ſentaquin: Et in cyrenaica prouincia rupes quædam auſtro traditur ſacra: quam profanum ſit attrectari hominis manu: confeſtim auſtro inuoluente harenas. In domibus etiã multis manufacta incluſa opacitate conceptacula auras ſuas habent: adeo cauſa non deeſt. Sed plurimũ ĩtereſt flatus ſit an uentus: illos ſtatos atq; perſpirantes: quos non tractus aliquis uerum terræ ſentiunt: qui nõ aura non procella maris: ſed appellatione quoq; ipſa uenti ſunt. Qui ſiue aſſiduo mundi incitu & contrario ſyderum occurſu naſcuntur: ſiue hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus huc illuc quæ tãq̃ in utero aliquo uagus: ſiue diſparili errantium ſyderũ ictu: radiorumq; multiformi iactu flagellatus aer: ſiue a ſuis ſyderibus exeunt his propioribus: ſiue ab illis cælo affixis cadunt: palã eſt illos quoq; legem habere naturæ non ignotam: etiam ſi nondum percognitam.

Séragn uel ſeni agn &

¶Naturæ & obſeruationes uentorum. CA. XLVIII.

VIginti & amplius auctores græci ueteres prodidere de his obſeruationes: quo magis miror orbe tam diſcordi: & in regna: hoc eſt in membra diuiſo tot uiris curæ fuiſſe tam ardua inuentu perq; rere inter bella præſertim & infida hoſpitia. Pyratis etiam omnium mortalium hoſtibus tranſitus fame tenentibus: ut hodie quædam in ſuo quiſq; tractu ex eorum commentariis: qui nunq̃ eo acceſſere: uerius noſcant q̃ indigenarum ſcientia. Nunc uero pace tam feſta: tam gaudente prouentu rerum: artiumq; principe omnino nihil adiſci noua inquiſitione: immo ne ueterum quidem iuenta perdiſci. Non erant maioria præmia in multos diſperſa fortunæ magnitudine: & iſta plures ſine præmio alio q̃ poſteros iuuandi eruerunt. Nãq; mores hominũ ſenuere non fructus. Et immenſa multitudo apertũ quodcũq; eſt mare hoſpitaliq; littorum omnium appulſu nauigat: ſed lucri non ſcientiæ gratia. Nec reputat cæca mens etiam tantum auaritiæ intenta: idipſum ſcientia poſſe tutius fieri. Quapropter ſcrupuloſius q̃ inſtituto fortaſſis conueniat operi: tractabo uentos: tot milia nauigantium cernens.

¶Ventorum genera. CA. XLIX.

VEteres quattuor omnino ſeruauere per totidem mundi partes: ideo nec Homerus plures nominat. Hebetius mox iudicatum eſt ſecuta ætas octo addidit: ratione nimis ſubtili & conſciſſa. Proximis inter utraq; media placuit ad breue numerum additis quattuor. Sũt ergo bini in quattuor cæli partibus. Ab oriente æquinoctiali ſubſolanus. Ab oriente brumali uulturnus. Illum apeliotem: hunc græci eurum appellant. A meridie auſter. Et ab occaſu brumali africus: noton & liba nominãt. Ab occaſu æquinoctiali fauonius. Ab occaſu ſolſtitiali chorus: zephyron & argeſten uocant. A ſeptentrionibus ſeptẽtrio. Interq; eum & exortum ſolſtitialem aquilo. A parctias dicti & boreas. Numeroſior ratio quattuor iis interiecerat traſceam media regione inter ſeptentrionem & occaſum ſolſtitialem. Itẽq; cæciã media inter aquilonem & exortum æquinoctialem ab ortu ſolſtitiali: phœnica media regione inter ortum brumalem & meridiem. Item inter liba & noton compoſitum ex utroq; medium. Inter meridiem & hybernum occidentem libanoton. Nec finis. Alii quippe meſem nomine etiamnum addidere inter boream & cæciam. Et inter eurum & noton euronoton. Sunt etiam quidam peculiares quibuſq; gentibus uenti: non ultra certum procedentes tractum: ut Athenienſibus ſcyron: paulo ab argeſte deflexus reliquæ græciæ ignotus. Aliubi elatior idem olympias uocatur. Cõſuetudo his oĩbus noĩbus argeſtem itelligit & cæciam. Aliqui uocant helleſpontion. Et eoſdem alibi aliter. Item in narbonenſi prouincia clariſſimus uentorum eſt circius: nec ulli uiolentia inferior. Oſtiam plerũque recto liguſtico mari perferens. Idem non modo in reliquis partibus cæli ignotus eſt; ſed ne uiennam quidem eiuſdem prouintiæ urbem attingens:

Hebetius uel hebetimox iudicatu Conſciſſa uel conciſa

paucis ante limitibus iugi modici occurſu tantus ille uentorum eſt coercitus. Et auſtros in ægyptum penetrare negat Fabianus. Quo fit mãifeſta lex naturæ uẽtis etiã & tempore & fine dicto. Ver ergo aperit nauigãtibus maria. Cuius in principio fauonii hybernũ molliunt cælum: ſole aquarii. xxv. optinente partẽ. Is dies ſextus eſt ante Februarias idus. Competit ferme & hoc omnibus: quos deinde ponam per ſingulas intercalationes: uno die anticipãtibus rurſumq; luſtro ſequẽti ordinem ſeruantibus. Fauoniũ quidam ad .vii. cal. martii chelidoniam uocant: ab hirundinis uiſu. Nõnulli uero ornithiam uno & ſeptuageſimo die poſt brumam ab aduentu auium flantem per dies nouem. Fauonio contrarius eſt: quem ſubſolanum appellauimus. Datus eſt autem huic exortus uergiliarum in totidem partibus tauri ſex diebus ante maias idus: quod tempus auſtrinum eſt huic uento ſeptentrione contrario. Ardentiſſimo autem æſtatis tempore exoritur caniculæ ſydus ſolæ primam partem leonis ingrediente. Qui dies. xv. ante auguſti calen. eſt. Huius exortum diebus octo ferme aquilones antecedunt: quos prodromos appellant. Poſt biduum autẽ exortus iidem aquilones conſtantius perfluant diebus. xl. quos eteſias uocãt. Mollire eos creditur ſolis uapor geminatus ardore ſyderis. Nec illi uentorum magis ſtati ſunt. Poſt eos rurſus auſtri frequentes uſq; ad ſydus arcturi: quod exoritur. xi. diebus ante æquinoctium autũni. Cum hoc chorus incipit: chorus autumnat. Huic eſt contrarius uulturnus. Poſt id æquinoctium diebus fere quattuor &. xl. uergiliarum occaſus hyemem inchoat. Quod tempus in tertio idus nouembris incidere conſueuit: hoc eſt aquilonis hyberni: multumque æſtiuo illi diſſimilis: cuius ex aduerſo eſt africus. Ante brumam autem ſeptem diebus totidemque poſtea ſternitur mare halcyonum fœturæ: & inde nomen ii dies traxere. Reliquum tempus hyemat. Nec tamen ſæuitia tempeſtatum concludit mare. Piratæ primũ coegere mortis periculo in mortem ruere: & hyberna experiri maria. Nunc idem auaritia cogit. Ventorum etiam frigidiſſimi ſunt: quos a ſeptentrione diximus ſpirare. Vicinus his chorus. Ii & reliquos compeſcũt: & nubes abigunt. Humidi auſter aphricus: & præcipue auſter italiæ. Narrant & in põto cæciam in ſe trahere nubes. Sicci chorus & uulturnus præterq; deſinentes. Niuales aquilo & ſeptentrio. Grandines ſeptẽtrio importat & chorus. Aeſtuoſus auſter. Tepidi uulturnus & fauonius. Iidem ſubſolano ſiciores: & in totum omnes a ſeptẽtrione & occidente ſicciores: q̃ meridie & oriẽte. Saluberrimus autem omnium aquilo. Noxius auſter & magis ſiccus fortaſſis quia humidus frigidior eſt. Minus eſurire eo ſpirante creduntur animãtes. Eteſiæ noctu deſinũt flare: & a tertia diei hora horiuntur. In hiſpania & aſia ab oriente flatus eſt eorum. In ponto ab aquilone. Reliquis in partibus a meridie. Spirant autem & a bruma qui uocãtur ornithiæ: ſed leniores & paucis diebus. Permutant & duo naturam cum ſitu. Auſter aphricæ ſerenus. Aquilo nubilus. Omnes uenti uicibus ſuis ſpirant maiore ex parte. Aut ut contrarius deſinenti incipiat cum proxime cadentibus. Surgunt a leuo latere in dextrum: ut ſol ambiunt. De ratione eorum menſtrua quarta maxime luna decernit. Iiſdem ãt uentis in contrarium nauigatur prolatis pedibus: ut noctu plerũq; aduerſa uela concurrant. Auſtro maiores fluctus edũtur q̃ aqlone: quoniam ille infernus ex imo maris ſpirat: hic ſummo. Ideoq; poſt auſtros noxii præcipue terremotus. Noctu auſter interdiu aquilo uehementior. Et ab ortu flantes diuturniores ſunt ab occaſu flantibus. Septentriones in pari fere deſinunt numero. Quæ obſeruatio etiam in aliis multis rerum naturæ partibus ualet. Mares itaq; exiſtimantur impares numeri. Sol & auget & comprimit flatus. Auget exoriens occidenſq;: Comprimit meridianus æſtiuis temporibus. Itaq; medio diei aut noctis plerũq; ſopiuntur: quia aut nimio frigore aut æſtu ſoluuntur. Et hymbribus uenti ſopiuntur. Expectantur ãt maxime unde nubes diſcuſſæ adaperuere cælum. Omnium quidẽ ſi libeat obſeruare minimos ambitus redire eaſdem uices quadriennio exacto. Eudoxus putat: non uentorum modo: uerum & reliquarum tẽpeſtatum magna ex parte. Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno caniculæ ortu. De generalibus uentis hæc.

¶ De repentinis flatibus. CA. L.

Exhalãte uel exhalante terra

NVnc de repentinis flatibus qui exhalante terra ut dictum eſt coorti rurſuſq; deiecti interim obducta nubium cute multiformes exiſtunt. Vagi quippe & ruentes torrentium modo ut aliquibus placere oſtendimus: tonitrua & fulgura edunt. Maiore uero illati pondere incurſuſq; ſi late ſiccã ruperint nubem: procellam gignunt: quæ uocatur a græcis ecnephias. Sin uero depreſſo ſinu arctius rotati effregerint ſine igne hoc eſt ſine fulmine uorticem facĩt: qui typhon uocatur: ideſt uibratus. Ecnephias defert. Hic ſecum aliquid abreptum e nube gelida cõuoluens uerſanſq;: & ruinam ſuam illo põdere aggrauans: & locum ex loco mutans rapida uertigine: præcipua nauigantium peſtis: non antẽnas: modo uerum ipſa nauigia contorta frangens: tenui remedio aceti in aduenientem effuſi: cui frigidiſſima eſt natura. Idem illiſu ipſo repercuſſus correpta ſecum in cælum refert: ſorbetque in excelſum. Quod ſi maiore depreſſæ nubiis eruperit ſpecu: ſed minus lato q̃ procella: nec ſine fragore: turbinem uocant: pxima quæq; proſternentem. Idem ardentior: accẽſuſque dũ fuerit præſter uocat amburẽs cõtacta pariter & proterẽs.

¶ Alia prodigioſa genera tempeſtatum. CA. LI.

Aqloni bus uel aqloni⁊ us meã⁊ do uel remenã do

NOn fit autem aquilonibus typhon nec niualis: aut niue iacente ecnephias. Quod ſi ſimul rupit nubẽ: exarſitq;: & ignem habuit: aut poſtea concepit: fulmẽ eſt. Diſtat a præſtere: quo flamma ab igne. Hic late funditur flatu. Illud conglobatur impetu. Vortex autem hic meando diſtat a turbine quo ſtridor a fragore. Procella latitudine ab utroq; diſiecta nube uerius q̃ rupta. Fit & caligo beluæ ſimilis nube dira nauigantibus. Vocatur & colũna: cum ſpiſſatus humor rigenſq; ipẽ ſe ſuſtinet. Ex eodem genere & in longam ueluti fiſtulam nubes aquam trahit.

¶ Quibus in terris fulmina non cadant. CA. LII.

h

YEme & æſtate rara fulmina contrariis de cauſis: quoniã hyeme denſatus aer nubium craſſiore corio ſpiſſatur: omniſq; terrarum exhalatio rigens ac gelida quicquid accipit ignei uaporis ex⁊

tinguit. Quæ ratio immunem ſcythiam & circa rigentia a fulminum caſu præſtat: & e diuerſo nimius ardor ægyptum. Siquidem calidi ſiccique halitus terræ raras admodum tenuesque & infirmas denſantur in nubes. Vere autem & autumno crebriora fulmina: corruptis in utroq; tẽpore æſtatis hyemiſq; cauſis. Qua ratione crebra in italia fulmina: quia mobilior aer mitiore hyeme & æſtate nimboſa: ſemper quodãmodo uernat nel autũnat. Italiæ quoq; partibus iis: quæ a ſeptentrione deſcendunt ad temporem qualis eſt urbis campaniæ tractus: iuxta hyeme & æſtate fulgurat: quod non in alio ſitu.

ℂ Fulgurum genera & miracula. CA. LIII.

FVlminum ipſorum plura genera traduntur. Quæ ſicca ueniunt non adurũt: ſed diſſipant. Quæ humida non urunt: ſed infuſcant. Tertium eſt quod clarum uocant: mirificæ maxime naturæ: quo dolia exhauriuntur intactis operimentis: nulloque alio ueſtigio relicto. Aurum & æs & argentum liquatur intus ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis: ac ne confuſo quidem ſigno cæræ. Martia princeps romanarum icta grauida partu exanimato ipſa citra ullum aliud incommodum uixit. In catilinianis prodigiis pompeiano ex municipio. M. Herennius Decurio Sereno die fulmine ictus eſt.

ℂ De obſeruationibus. CA. LIIII.

THuſcorum litteræ nouem deos emittere fulmina exiſtimant: eaq; eſſe undecim generum. Iouẽ enim trina iaculari. Romani duo tantum ex his ſeruauere: diurna attribuẽtes Ioui: nocturna Sũmano. Rariora ſane eadem de cauſa frigidioris cæli. Hetruria rumpere a terra quoque arbitrat: quæ ſifera appellat brumali tempore facta ſæua maxime & execrabilia: cum ſint omnia quæ terrena exiſtimant non illa generalia: nec a ſyderibus uenientia: ſed ex proxima atq; turbidiore natura. Argumentum euidens eſt: q; omnia a ſuperiore cælo decidentia obliquos habeant ictus: hæc autem quæ uocantur terrena rectos. Sed quia ex propriore materia cadunt: ideo credũtur e terra exire: quoniam ex repulſu nulla ueſtigia edant: cum ſit illa ratio non inferni ictus: ſed aduerſi. Saturni ea a ſydere proficiſci ſubtiliter iſta conſectati putant: ſicut cremantia a Martis. Qualiter cum uulſcinii oppidum thuſcorum opulentiſſimum totum concrematum eſt fulmine. Vocant & familiaria in totam uitam fatidica: quæ prima fiunt familiam ſuam cuiq; indepto. Cæterum exiſtimant non ultra decem annos portendere priuata: præterquã hæc quæ matrimonio primo facta aut natali die. Publica non ultra triceſimum annum: præterquam in deductione oppidorum.

ℂ De fulminibus euocandis. CA. LV.

EXtat annalium memoria ſacris quibuſdam & præcationibus uel cogi fulmina uel impetrari. Vetus fama eſt hetruriæ impetratum uulſinis & urbe & agris depopulatis: ſubeunte monſtro: qd̃ uocauere Oltam: euocatum & a Porſena ſuo rege: & ante eum a Numa ſæpius hoc factitatum: i primo annalium ſuorum tradit. L. Piſo grauis auctor. Quod imitatum parum rite Tullũ Hoſtilium ictum fulmine. Lucoſq; & aras & ſacra habemus: inter quæ ſtatores: & tonantes: & feretrios: elicium quoq; accepimus Iouem. Varia in hoc uitæ ſententia: & pro cuiuſlibet animo. Imperari naturæ audacis eſt credere. Nec minus hebetis beneficiis abrogare uires: quando in fulgurum quoq; interprætatione eo profecit ſciẽtia: ut uẽtura alia finitio die præcinat: & an peremptura ſint fatum: aut apertura potius alia fata quæ lateant: innumerabilibus in utroq; publicis priuatiſque experimentis. Quãmobrem ſint iſta (ut rerum naturæ libuit) aliis certa: aliis dubia: aliis probata: aliis damnanda. Nos cætera quæ ſunt in his memorabilia: non omittemus.

ℂ Catholica fulgurum. CA. LVI.

FVlgetrum prius cerni q̃ tonitrum audiri cum ſimul fiant certum eſt. Nec mirum quoniam lux ſonitu uelocior. Ictum autem & ſonitum congruere ita modulante natura. Sed ſonitum profecti eſſe fulminis: nõ illati: etiam num ſpiritum ociorem fulmine. Ideo quati prius omne & affla ri q̃ percuti. Nec quẽq̃ tangi qui prior uiderit fulmen: aut tonitrua audierit. Læua proſpera exiſtimantur: quoniam leua parte mundi ortus eſt. Nec tam aduentus ſpectatur q̃ reditus. ſiue ab ictu reſiliat ignis: ſiue opere confecto: aut igne conſumpto ſpiritus remeet. In. xvi. partes cælum in eo reſpectu diuiſere tuſci. Prima eſt a ſeptentrionibus ad æquinoctialem exortum. Secunda ad meridiem. Tertia ad æquinoctialem occaſum. Quarta optinet quod reliquum eſt ab occaſu ad ſeptentriones. Has in quaternas iterum diuiſere partes: ex quibus octo ab exortu ſiniſtras: totidem e contrario appellauere dextras. Ex iis maxime diræ quæ per ſeptentriones occaſum attingunt. Itaque per plurimum refert: unde uenerint fulmina & quo conceſſerint. Optimum eſt in exortiuas redire partes. Ideo cũ a prima cæli parte uenerint: & in eandem conceſſerint ſumma fœlicitas portenditur: Quale Syllæ dictatori oſtentum datum accepimus. Cætera ipſius mundi portione minus ꝓſpera aut dira. Quædã fulgura enuntiare nõ putãt fas: nec audire: præterq̃ ſi hoſpiti indicentur aut parenti. Magna obſeruationis huius uanitas: tacta Iunonis æde romæ deprehenſa eſt. Scauro cõſule: qui mox princeps fuit. Noctu magis q̃ iterdiu ſine tonitribus fulgurat. Vnum animal hominem non ſemper extinguit: cætera illico: hunc uidelicet natura tribuente honorem: cum tot belluæ uiribus præſtent. Omnia contrarias incubant partes. Homo niſi conuertatur ui percuſſus non expirat. Superne icti conſidunt. Vigilans ictus cõniuentibus oculis: dormiens patẽtibus reperitur. Hominem ita exanimatum cremari fas non eſt: condi terra religio tradidit. Nullum animal niſi exanimatum fulmine accenditur. Vulnera fulminitorum frigidiora reliquo corpore ſunt.

Conſidunt uel concidunt Fulmiẽ uel fulminatorum

ℂ Quæ non feriantur fulmine. CA. LVII.

EXiis quæ terra gignuntur lauri: fruticem non icit. Nec unq̃ altius quinq; pedibus deſcẽdit in terrã. Ideo pauidi altiores ſpecus tutiſſimos putãt: aut tabernacula pellibus beluarum: quas uitulos

marinos appellant:quoniam hoc ſolum animal ex marinis non percutiat:ſicut nec e uolucribus aquilam: quæ ob hoc armiger huius teli fingitur in italia inter terracinam & ædem Feroniæ turres bellicis tempo/ribus deſiere fieri:quia non nullæ earum ſint fulmine dirutæ.

¶De pdigioſis pluuiis lacte & ſanguine carne ferro lana lateribus coctis. CA. LVIII.

RÆter hæc inferiore cælo relatum in monumenta eſt lacte & ſanguine pluuiſſe.M.Acilio.C.Por tio conſſ.Et ſæpe alias carne:ſicut.L.Volúnio Seruio Sulpitio conſſ.Exq; ea nõ perputruiſſe qđ non diripuiſſent aues.Item ferro in lucanis anno antequá.M.Craſſus a parthis interemptus eſt: omneſq; cum eo lucani milites:quoꝝ magnus numerus in exercitu erat.Effigies quæ pluerat ſpongiaꝝ fere ſimilis fuit.Aruſpices cauenda p̃monuerunt ſuperna uulnera.L.autem Paulo.C.Marcello conſſ.lana pluit circa caſtellum cariſſanum:iuxta quod poſt annum.T.annius Milo occiſus eſt.Eodẽ cau/ſam dicente lateribus coctis pluiſſe in eius anni acta relatum eſt.

¶De crepitu armorum & tubarum de cælo audito. CA. LIX.

ARmorum crepitus & tubæ ſonitus auditus e cælo cimbricis bellis accepimus:crebroq; & prius & poſtea.Tertio uero conſulatu Marii ab amerinis & tudertibus ſpectata arma cæleſtia ab ortu occaſuq; inter ſe concurrentia:pulſis quæ ab occaſu erant.Ipſum ardere cælum minime mirum eſt.Et ſæpius uiſum maiore ui ignis nubibus correptis.

¶De lapidibus e cælo cadentibus. CA. LX.

CElebrant græci Anaxagoram clazomenium olympiadis ſeptuageſimæ octauæ ſecundo anno p̃/dixiſſe cæleſtium litteraꝝ ſcientia:quibus diebus ſaxum caſurum eſſet e ſole.Idq; factum ĩterdiu in thraciæ parte ad egos flumen.Qui etiam lapis nunc oſtẽdit magnitudine uehiculi colore adu ſto:comete quoq; illis noctibus flagrante.Quod ſi quis prædictum credat:ſimul fateat neceſſe eſt maioris miraculi diuinitatem fuiſſe Anaxagoræ:ſoluiq; reꝝ naturæ intellectum & confundi omnia:ſi aut ipſe ſol lapis eſſe:aut unquá lapidẽ in eo fuiſſe credatur.Decidere tamen crebro nõ erit dubium.in abi/di gymnaſio ex ea cauſa colit hodieq; modicus quidam:ſed quem in medio terraꝝ cauſarum idem Ana/xagoras prædixiſſe narrat.Colitur & Caſandriæ:quæ potidea uocitata eſt:ob id deducta.Ego ipſe uidi in uocontiorum agro pauloante delatum.

¶De arcu cæleſti. CA. LXI.

ARcus uocamus extra miraculum frequẽtes:& extra oſtẽtum.Nam nec pluuios quidem aut ſe/renos dies cum fide portendunt.Máifeſtum eſt radium ſolis immiſſum cauæ nubi repulſa acie in ſolem refringi:colorumq; uarietatem mixtura nubium aeris igniũq; fieri.Certe niſi ſole ad/uerſo non fiunt:nec unquá niſi dimidia circuli forma:nec noctu.Quáuis Ariſtoteles pro dat ali quando uiſum:quod tamen fatet idem non niſi triceſima luna poſſe.Fiunt autem hyeme maxime ab æq/noctio autũnali die decreſcente.Quo rurſus creſcente ab æquinoctio uerno non exiſtunt:nec circa ſolſti/tium longiſſimis diebus.Bruma uero hoc eſt breuiſſimis diebus frequenter.Idem ſublimes humili ſole: humileſq; ſublimi:& minores occidente uel oriente:ſed in latitudinem diffuſi:meridie exiles:uerum am/bitus maioris.Aeſtate uero per meridiem nõ cernunt.Poſt autũni æquinoctium q̃cũq; hora.Nec unquá plures ſimul quã duo.Cætera eiuſdem naturæ non multis dubia eſſe uideo.

¶De grandine:niue:pruina:nebula:rore. CA. LXII.

GRandinem coglaciato hymbre gigni:& niuem eodem humore mollius coacto.Pruinam autẽ ex rore gelido.Per hyemẽ niues cadere non grandines:ipſaſq; grandines inter diu ſæpius quam noctu:& multo celerius reſolui q̃ niues.Nebulá nec eſtate:nec maximo frigore exiſtere.Rores neq; gelu:neq; ardoribus:neq; uentis:nec niſi ſerena nocte.Gelando liquorem minui:ſolutaq; glacie non eundem inueniri modum.

¶De Nubium Imaginibus. CA. LXIII.

u ARietates colorum figurarumq; in nubibus cerni prout admixtus ignis ſuperet aut uincat.

¶De Proprietatibus cæli in Locis. CA. LXIIII.

PReterea quaſdam proprietates cæli quibuſdam locis eſſe.Roſcidas æſtate africæ noctes:In italia locris & lacu uelino nullo non die apparere arquus.Rhodi & ſyracuſis nunq̃ tanta nubila obdu ci:ut non aliqua hora ſol cernatur.Qualia aptius ſuis referent in locis.Hæc ſint dicta de aere.

¶De Natura Terræ. CA. LXV.

SEquitur terra cui uni reꝝ naturæ partiũ eximia propter merita cognomen ídidimus maternæ uenerationis.Sic hominum illa:ut cælũ dei:quæ nos naſcẽtes excipit:natos alit:ſemelq; editos ſuſtinet ſemper:nouiſſime complexa gremio:iam a reliqua natura abdicatos:tum maxime ut mater operiens:nullo magis ſacramento:q̃ quo nos quoq; ſacros facit:etiam monumenta ac ti tulos gerens:nomenq; prorogans noſtrum:& memoriam extẽdens contra breuitatem æui.Cuius numẽ ultimum iam nonnullis imprecamur rati graue:tanq̃ neſciamus hanc eſſe ſolam:quæ nunq̃ iraſcat homi/ni.Aquæ ſubeunt in hymbres:rigeſcunt in grandines:tumeſcunt in fluctus:præcipitant in torrentes.Aer denſat nubibus:furit ꝓcellis.At hæc benigna:mitis:indulgens:uſuſq; mortalium ſemper ancilla:quæ coa cta genera? quæ ſponte fundit? quos odores ſaporeſq;? quos ſuccos? quos tactus? quos colores? q̃ bona fi/de creditũ reddit fœnus quæ noſtri cauſa alit? Peſtifera.n.animãtia uitali ſpiritu habẽte culpã neceſſe eſt il li ſeminata excipere:& genita ſuſtinere.Sed in malis generãtiũ noxa eſt.Illa ſerpẽtẽ homine percuſſo non recipit amplius:pœnaſque etiam inertium nomine exigit.Illa medicas fundit hærbas:& ſemper ho/mini parturit.Quin & uenena nr̃i miſerta inſtituiſſe credi poteſt:ne in tedio uitæ diræ famis mors terræ

Vel nul lis

meritis alieniſſima lẽta nos cõſumeret tabe: ne laceꝝ corpus abrupta diſpergerẽt: ne laquei torq̃ret pœna præpoſtera: incluſo ſpiritu cui q̃rereꝫ exitus: Ne in ꝑfundo quæſita morte ſepultura ſabulo fieret: ne ferri cruciatus ſcinderet corpus. Ita eſt: miſerta genuit id: Cuius facillimo hauſtu illibato corpore: & cũ toto ſanguine extingueremur nullo labore ſitiẽtibus ſimiles. Quo taliter defunctos nõ uolucres: nõ feræ attingerent: terræq; ſeruareꝫ qui ſibi ipſe periſſet. Et ut ueꝝ fateamur: terra nobis malorũ remediũ genuit: nos illud uitæ fecimus uenenũ. Nos.n.& ferro quo carere nõ poſſumus: ſimili modo utimur. Nec tamẽ quæreremur merito: etiã ſi maleficii cauſa attuliſſet. Aduerſus unam quippe naturæ partẽ ingrati ſumus: q̃ſi quæ nõ ad delitias quaſq; nõ ad cõtumelias ſeruiat homini. In maria iaciẽ: ut freta admittamus: eluiẽ aqs ferro: ligno: igne: lapide: fruge. Oĩbus cruciaꝫ horis: multoq; plus ut delitiis: q̃ ut alimẽtis noſtris famuleꝫ. Illa tamen quæ ſumma patiaꝫ: atq; extrema: cute tolerabilia uideanꝫ. Penetramus in uiſcera: auri argẽtiq; uenas: & æris ac plũbi metalla fodiẽtes. Gẽmas etiã & quoſdã paruulos q̃rimus lapides ſcrobibus in ꝑfundũ actis. Viſcera eius extrahimus: ut dygito geſteꝫ gẽma: quã petimus. Quot manus atteruntꝫ: Vt unus niteat articulus. Si ulli eſſent iferi: iã ꝑfecto illos auaritiæ atq; luxuriæ cuniculi refodiſſent. Et miramur ſi eadem ad noxã genuit aliqua. Feræ enim credo cuſtodiũt illã: arcetq; ſacrilegas manus nonne inter ſerpentes fodimus? Et uenas auri tractamus cũ ueneni radicibus? Placatiore tamen dea utimur ob hoc: q; omnes hi opulentiæ exitus ad ſcelera cedeſq; & bella tendũt: quæq; ſanguine noſtro irrigamus in ſepultis oſſibus tegimus. Quibus tamen uelut exprobato furore tandem ipſa ſe obducit: & ſcelera quoq; mortaliũ occultat. Inter crimina ingrati animi & hoc dixerim: q; naturam eius ignoramus.

ℂDe Forma Terræ. CA. LXVI.

ESt autẽ figura prima de qua cõſenſus iudicat. Orbẽ certe dicimus terræ globũ: quem uerticibus includi fatemur. Neq;.n. abſoluti orbis eſt forma in tãta mõtiũ excelſitate tãta cãpoꝝ planicie: ſed cuius amplexus: ſi cũcta linearũ cõprehẽdanꝫ ambitu: figurã abſoluti orbis efficiat. Id quod ipſa rerũ naturæ cogit ratio: nõ eiſdẽ cauſis: quas attulimus in cælo. Náq; in illo caua in ſe cõuexitas uergit: & cardini ſuo hoc eſt terræ undiq; incũbit. Hæc ut ſolida atq; cõferta aſſurgit intumeſcenti ſimilis: extraque protenditur. Mundus in centrum uergit. At terra exit a centro: imméſum eius globum in formam orbis aſſidua circa eam mundi uolubilitate cogente.

ℂDe Antipodibus An Sint. CA. LXVII.

INgẽs hic pugna litterarũ cõtraq; uulgi opinionẽ circũfundi terræ homines undiq; conuerſiſq; inter ſe pedibus ſtare: & cũctis ſimilẽ eſſe cæli uerticẽ: ac ſimili modo ex quacũq; parte mediã cal cari. illo quæréte cur nõ decidãt cõtra ſiti: tanq̃ non & ratio præſto ſit: ut nos nõ decidere miren tur illi. Interuenit ſentẽtia q̃is indocili ꝓbabilis turbæ inæquali globo: & ſi ſit figura pineæ nucis nihilominus terrã undiq; incoli. Sed quid hoc refert: alio miraculo exoriẽte: Pẽdere ipſam ac nõ cadere nobiſcũ ceu ſpiritus uis mundo ꝑſertim ĩcluſi dubiũ ſit: an poſſit cadere: natura repugnãte: & quo cadat negante. Nã ſicut igniũ ſedes non eſt niſi in ignibus: aquarũ niſi in aquis: ſpiritus niſi in ſpiritu: ita terræ arcẽtibus cũctis niſi in ſe locus nõ ẽ. Globũ tamẽ effici mirũ eſt in tanta planitie maris camporũq;: cui ſentẽtiæ adeſt Dicæarchus uir in primis eruditus regũ cura ꝑmẽſus mõtes: ex qbus altiſſimũ ꝑdidit Pelion. M.cc.l. paſſuũ ratione perpẽdiculi nullã eſſe eã portionẽ uniuerſæ rotũditatis colligẽs. Mihi incerta hæc cõiectatio uideꝫ. Haud ignoro quoſdã alpiũ uertices lõgo tractu nec breuiore quinquaginta milibus paſſuũ aſſurgere: Sed uulgo maxime hæc pugna eſt: ſi coactam in uerticẽ aquaꝝ quoq; figura credere cogaꝫ. At qui non aliud in reꝝ natura aſpectu manifeſtius. Náq; depẽdẽtes ubiq; guttæ paruis globanꝫ orbibus. Et pulueri illatæ frondiũq; lanugini impoſitæ abſoluta rotunditate cernuntur. Et in poculis repletis media maximæ tument. Quapropter ſubtilitate humoris mollitiaq; in ſe reſidẽte ratione facilius q̃ uiſu deprehendũt. Idq; etiã magis mirum in poculis repletis addito humore minimo circũfluere qd̃ ſuperſit. Contra euenire põderibus additis aduicenos ſæpe denarios. Scilicet quia intus recepta liquorẽ in uerticem attollãt: ut cumulo eminẽte infuſa dilabantur. Eadẽ eſt cauſa propter quã e nauibus terra nõ cernaꝫ: e nauiũ malis cõſpicua. At procul recidente nauigio: ſi quid quod fulgeat religeꝫ in mali cacumine: paulatim deſcẽdere uideatur: & poſtremo occulteꝫ. Deniq; oceanus quẽ fatemur ultimũ qua non alia figura cohæreret: atq; non decideret: nullo ultra margine includẽte: ipſum id ad miraculũ redit: quo nã modo ẽt ſi globeꝫ extremũ non decidat mare. Contra quod ut ſint plana maria: & qua uidenꝫ figura non poſſe id accidere magno ſui gaudio magnaq; gloria inuẽtores græci docent ſubtilitate geometrica. Náq; cũ e ſublimi in ĩferiora aquæ ferantꝫ: & ſit hæc natura earum confeſſa: nec quiſq̃ dubitet in littore ullo acceſſiſſe eas: q̃ lõgiſſime deuexitas paſſa ſit: proculdubio apparere quo quid humilius ſit propius centro eſſe terræ: omneſq; lineas quæ emittãtur ex eo ad proximas aquas breuiores fieri q̃ quæ ad extremum mare a primis aquis: Ergo totas omnique ex parte aquas uergere in centrum: ideoq; non decidere: quoniam in interiore nitantur. Quod quidem & ita formaſſe artifex natura credi debet: ut cum terra arida & ſicca conſtare per ſe ac ſine humore nõ poſſet: nec rurſus ſtare aqua niſi ſuſtinente terra mutuo amplexu iungerentur. Hac ſinus pandente: illa uero permanente totam intra: extra: ſupra: uenis ut uinculis diſcurrentibus: atq; etiam in ſummis iugis erumpente: Quo ſpiritu acta & terræ pondere expreſſa ſiphonum modo emicat: tantũq; a periculo decidendi abeſt: ut in ſumma quæq; & altiſſima exiliat. Qua ratiõe mãifeſtum eſt quare tot fluminum quotidiano acceſſu maria non creſcant.

Vel ignaro

Aq̃ ueꝝ quæq;: & ſit hæc natura cõfeſſa: uel erãt naturæ cõfeſſus Appare re quo qd uel apparet quicqd

ℂQuomodo Aquas Sit Terræ Innexa. CA. LXVIII.

ESt igitur in toto ſuo globo tellus medio ambictu præcincta circũfluo mari: nec argumentis: hoc inueſtigandum: ſed iam experimentis cognitum.

¶De Nauigatione Maris:Et Fluminum. CA. LXIX.

AGadibus columnisq; Herculis hiſpaniæ & galliaꝝ circuitu totus hodie nauigat occidēs. Septē/trionalis uero oceanus maiore ex parte nauigatus eſt auſpiciis Diui Auguſti germaniā claſſe cir/cūuecta ad cimbrorū promontoriū: & inde imméſo mari proſpecto:aut fama cognito:ad ſythi/cā plagā & humore nimio rigentia. Propter quod minime ueriſimile eſt illic maria deficere: ubi uis humoris ſuperet. Iuxta uero ab ortu ex indico mari ſub eodē ſydere pars tota uergens in caſpium mare pernauigata eſt macedonū armis Seleucho atq; Antiocho regnantibus: quæ ſeleuchida atq; anthiochida ab ipſis appellari uoluere. Circa caſpiū quoq; multa oceani littora explorata:paruoq; breuis q̄ totus hic aut illic ſeptētrio eremigatus. Vt tamē cōiecturæ locū ſit quoq; in nō reliquā ingēs argumētum paludis mæo/ticæ: ſiue ea illius oceāi ſinus eſt:ut multos aduerto credidiſſe: ſiue Auguſto ſinu diſcreti reſtagnatio. Alio latere Gadiū ab eodē occidente magna pars meridiani ſinus ambitu mauritaniæ nauigatur hodie. Maio/rē quidē eius partē & orientis uictoriæ magni Alexādri luſtrauere uſq; in arabicū ſinū. In quo res gerente C. Cæſare Auguſti filio ſigna nauium ex hiſpanienſibus naufragiis feruntur agnita. Et Hanno Carthagi/nis potentia florente circūuectus a gradibus ad finem arabiæ nauigationem eā prodidit ſcripto. Sicut ad extera Europæ noſcenda miſſus eodem tempore Himilco. Præterea Nepos Cornelius auctor eſt Eudo/xū quēdā ſua ætate cū Lathyrū regē fugeret arabico ſinu egreſſum gades uſq; puectū. Multoque ante eum Cœlius antipater uidiſſe ſe qui nauigaſſet ex hiſpania in æthiopiā cōmertii gratia. Idē Nepos de ſeptētrio/nali circuitu tradit. Q. Metello Celeri. C. Afranii in cōſulatu collegæ: ſed tum galliæ ꝓconſuli indos a re ge ſueuoꝝ dono datos: qui: ex india cōmertii cauſa nauigātes tēpeſtatibus eēnt in germaniam abrepti. Sic maria circūfuſa undiq; diuiduo globo partē orbis auferūt nobis: nec inde huc nec hinc illo peruio tractu: Quæ contemplatio apta detegēdæ mortalium uanitati poſcere uidet: ut totum hoc quicquid eſt in quo ſingulis nihil ſatis eſt ceu ſubiectum oculis quantum ſit oſtendam.

¶Quæ Portio Terræ Habitetur. CA. LXX.

TAm primū in dimidio cōputari mihi uidet tanq̄ nulla portio ipſi decedat oceano: qui toto cir cūdatus medio: & oēs cæteras fundēs recipienſq; aq̄s: & quicquid exit in nubes ac ſydera ipe tot & tantæ magnitudinis paſcens. Quo tādē amplitudinis ſpatio terra credit habitari. Improba & infinita debet eē tā uaſtæ molis poſſeſſio. Adde q; ex relicto ſpatio plus abſtulit cœlum. Nā cum ſint eius quinq; partes: quas uocant zonas: ifeſto rigore & æterno præmit gelu omne quicquid eſt ſubie ctum duabus extremis utrinq; circa uertices: hunc qui ſeptemptrion uocant: eumq; qui aduerſus illi au/ſtrinus appellat. Perpetua caligo utrobiq; & aliena mollioꝝ ſydeꝝ aſpectu maligna ac pruina tantū albi/cans. Lux uero media terrarū qua ſolis orbita eſt exuſta flāmis & cremata quo minus uapore torreat. Circa quā duæ tātum inter ſe exuſtā & rigētes temperant. Hæq; ipſæ inter ſe nō peruiæ propter incēdiū ſyderis. Ita terræ tres partes abſtulit cœlū. Oceani rapina in īcerto eſt. Sed & relicta nobis una portio haud ſcio an etiā in maiore dāno ſit. Idē ſiquidē oceanus infuſus in multos (ut dicemus) ſinus adeo uicino acceſu īterna maria allatrat: ut centū quindecim millibus paſſuū arabicus ſinus diſtet ab ægyptio mari. Caſpius uero. ccclxxv. milibus a pōtico. Idē iterfuſus intrar per tot maria qbus africam europā aſiamq; diſpartit. Quātū terraꝝ occupet cōputet etiā nunc menſura tot fluminū tantaꝝ palludiū. Addantur & lacus & ſtagna. Iam elata in cœlū & ardua aſpectu quoq; iuga. Iam ſiluæ ualleſq; præruptæ & ſolitudines & mille cauſis deſer ta detrahant. Hæ tot portiones terræ immo uero ut plures tradidere mundi punctus: neq; n. eſt aliud ter ra uniuerſa hæc eſt materia gloriæ nr̄æ: hæc ſedes: hic honores gerimus: hic exercemus: imperia: hic opes cupimus: hic tumultuat humanū genus: hic inſtauramus bella ēt ciuilia: mutuis cædibus laxioré facimus terrā. Et ut publicos gentiū furores tranſeā: hæc in qua cōterminos pellimus: furtoq; uicini ceſpitē noſtro ſolo affodimus: ut qui latiſſime rura metatus fuerit: ultraq; famā exegerit accolas quota terrarū parte gau deat: uel cū ad menſurā auaritiæ ſuæ propagauerit quam tandem portionem defunctus eius optineat.

¶Mediam eſſe mundi terram. CA. LXXI.

MEdiam eſſe mundi totius terram haud dubiis conſtet argumentis: ſed clariſſime æquinoctii pa/ribus horis. Nam ſi in medio eſſet: æquales dies nocteſque habere non poſſe deprehenderunt: & Dioptræ: quæ uel maxime id cōfirmant: cum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occa/ſuſq; cernat: & ſolſtitialis exortus per ſuam lineam brumaliſq; occaſus. Quæ accidere nullo mo/do poſſent: niſi in centro ſita eſſet.

¶De ſyderum inæqualitate: & de ecclipſi: & ubi: & quare. CA. LXXII.

TRes aūt circuli ſupradictis zonis implexi inæqualitates tempoꝝ diſtinguunt. Solſtitialis a parte ſigniferi excelſiſſima nobis ad ſeptētrionalē plagā uerſus. Cōtraq; ad aliū polum brumalis. Item medio ambitu ſigniferi orbis incedēs æquinoctialis. Reliquoꝝ quæ miramur cauſa in ipſius ter ræ figura eſt: quā globo ſimilē & cum ea aquas iiſdem ītelligit argumētis. Sic. n. fit haud dubiæ ut nobis ſeptentrionalis plagæ ſydera nūq̄ occidāt: cōtra meridianæ nūq̄ oriant. Rurſuſq; hæc ab illis non cernant attollente ſe cōtra medios uiſus terraꝝ globo. Septētriōes nō cernit troglodyticæ & cōfinis ægyp/tus. Nec canopū italia: & quā uocāt berenices crinē. Item quā ſub Diuo Auguſto cognominauere Cæſaris thronon: inſignis ibi ſtella: adeoq; manifeſto aſſurgens faſtigio incuruat: ut canopus quartā fere partem ſi gni unius ſupra terrā eminere Alexādriæ intuētibus uideat. Eadē a rhodo terrā quodāmodo ipſam ſtrin gere. In ponto oīno nō cernatur: ubi maxime ſublimis ſeptētrio. Idē a rhodo abſcondit: magiſq; Alexan/driæ. In arabia nouembri mēſe prima uigilia occultus: ſecūda ſe oſtēdit. In meroe ſolſtitio ueſpi pauliſper

apparet:pauciſq; ante exortū arcturi diebus pariter cū die cernitur:Nauigātium hæc maxime curſus deprehendūt in alia aduerſo:in alia ,pno mari:ſubitoq; cōſpicuis:atq; ut e freto emergētibus quæ in anfractu pilæ latuere ſyderibus.Neq;.n.(ut dixere aliqui) mūdus hic polo excelſiore ſe attollit:ut undiq; nō cernātur hæc ſydera:Verum hæc eadē quibuſq; proximis ſublimiora creduntꝰ:eadēq; demerſa longinqs. Vtq; nunc ſublimis in deiectu poſitis uidetꝰ hic uertex:ſic in illam terræ deuexitatē trāſgreſſis illa ſe attollūt reſidentibus quæ hic excelſa fuerāt:quod niſi in figura pilæ accidere non poſſet.Ideoq; defectus ſolis ac lunæ ueſpertinos oriētis incolæ nō ſentiunt:nec matutinos ad occaſum habitantes : meridianos uero ſæpius. Nobili apud arabiā magni Alexandri uictoria luna defeciſſe noctis ſecūda hora prodita eſt.Eadēq; in Sicilia exoriens.Solis defectū Vipſano & Fonteio conſſ.qui fuere ante paucos annos factū pridie chalend.maias.cāpania hora diei inter ſeptimam & octauam ſenſit.Corbulo dux in armenia inter horam diei decimā & undecimam prodidit uiſum circuitu globi alia aliis detegente & occultante.Quod ſi plana eſſet terra ſimul omnia apparerent cunctis:nocteſq; non fierent inequales:neque aliis q̄ in medio ſitis paria duodecim horarum interualla cernerentur:quæ nunc non in omni parte ſimili modo congruunt.

¶Quæ ratio diurnæ lucis in terris. CA. LXXIII.

IDeo ne nox dieſq; quamuis eadē toto orbi ſimul eſt oppoſitu globi noctē:aut ambitu diem afferente.Multis hoc cognitū experimentis.In africa hiſpaniaq; turriū.Hannibalis.In aſia uero propter piraticos terrores ſimili ſpecularū præſidio excitato:in quis prænūciatos ignes ſexta hora diei accenſos ſæpe cōpertum eſt:tertia noctis a tergo ultimis uiſos.Eiuſdē Alexandri curſor Phi lonides ex ſicyone ad Elin mille & ducenta ſtadia nouem diei cōfecit horis.Indeq; q̄uis decliui itinere tertia hora noctis remenſus eſt ſæpius.Cauſa q; eunti cum ſole iter erat:eundemq; remeans obuium contrario præuertebat occurſu.Qua de cauſa ad occaſum nauigantes quamuis breuiſſimo die uincunt ſpatia nocturnæ nauigationis ut ſolem ipſum comitantes.

¶Gnomica de eadem re & horologio primo. CA. LXXIIII.

VAſaq; horoſcopa non ubiq; eidem ſunt uſui trecentis ſtadiis aut longiſſime etiam quingentis mutantibus ſemet umbris.Solis itaq; umbilici quem gnomonem appellāt umbra in Egypto meridiano tempore equinoctii die paulo plus q̄ dimidiam gnomonis mēſuram efficit. In urbe Roma nona pars gnomonis deeſt umbre.In oppido Ancona ſupereſt qnta.xxx.In parte Italiæ quæ Venetia appellatur eiſdem horis umbra gnomoni par fit.

¶Vbi &quando nullæ umbræ. CA. LXXV.

SImili modo tradūt in ſyene oppido quod eſt ſupra Alexandriam quinq; milibus ſtadiorū ſolſtitii die medio nullā umbrā iaci : Puteumq; eius experimenti gratia factū totū illuminari . Ex quo apparere ſolē illi loco ſupra uerticē eſſe:quod etiā in india ſupra flumen hyſpaſin fieri tēpore eodē Oneſicritus ſcripſit.Cōſtatq; in berenice urbe troglodytarū & inde ſtadiis q̄ttuor milibus octingentis.xx.eadem gente in Ptolemaide oppido quod in margine rubri maris ad primos elephātorum uenatus conditū eſt.Hoc idem ante ſolſtitiū q̄drigenis quinis diebus totidēq; poſtea fieri : & per eos nonaginta dies in meridiē umbras iaci.Rurſus in meroe inſula quæ eſt caput gentis æthiopum quinq; milibus ſtādiorū & ſyene in amne nilo habitatur bis anno abſumi umbras:ſole duodeuiceſimā tauri partē & quartādecimam leonis obtinente.In india gēte oretū mons eſt maleus nomine:iuxta quem umbræ æſtate in auſtrum:hyeme ad ſeptentrionem iaciuntur.Quindecim tantum noctibus ibi apparet ſeptentrio.In eadem india patalis celeberrimo portu ſol dexter oritur.Vmbræ in meridiem cadunt.Septentrionem ibi Alexandro morante annotatum prima tātum noctis parte aſpici Oneſicritus dux eius ſcripſit. Quibus in locis in die umbræ non ſint ſeptentrionem nō conſpici:& ea loca appellari aſcia:nec horas dinumerari ibi.

¶Vbi bis anno umbræ:& ubi in contrarium. CA. LXXVI.

e TIn tota troglodyce umbras biſquadragintaquīq; diebus in anno Eratoſtenes in contrarium cadere prodidit. ¶Vbi longiſſimus dies:& ubi breuiſſimus. CA. LXXVII.

SIc fit ut uario lucis incremento in meroe longiſſimus dies.xii.horas equinoctiales & octo partes unius horæ colligat.Alexādriæ uero.xiiii.horas.In Italia.xv.In britāia.xvii.ubi æſtate lucidæ noctes haud dubie repromittunt id:quod cogit ratio credi.Solſtitialibus diebus accidente ſole propius uerticem mundi anguſto lucis ambitu ſubiecto terræ cōtinuos dies haberi ſenis menſibus:nocteſq; e diuerſo ad brumam remoto.Quod fieri in inſula tylepythias maſſilienſis ſcripſit:ſex dierum nauigatione in ſeptentrionem a britania diſtante.Quidam uero in Mona quæ diſtata Camaldu/no britaniæ oppido circiter ducentis milibus affirmant.

Subiecto uel ſubiectæ

¶Item de horogolio. CA. LXXVIII.

VMbrarum hanc rationem & quā uocant gnomonicem iuenit Anaximenes mileſius Anaximādri de quo diximus & Taletis diſcipulus:primuſq; horologium quod appellant ſciotericon lacedomone oſtendit.

¶Quomodo dies obſeruentur. CA. LXXIX.

IPſum diem alii aliter obſeruauere.Babylonii inter duos ſolis exortus. Athenienſes inter duos occaſus.Vmbri a meridie in meridiem.Vulgus omne a luce ad tenebras.Sacerdotes romani & qui diem diffiniere ciuilem:item ægyptii & Hipparchus a media nocte in mediam. Minora autem interualla eſſe lucis inter ortus ſolis iuxta ſolſtitia q̄ equinoctia apparet:quia poſitio ſigni feri circa media ſui obliquior eſt;iuxta ſolſtitium uero rectior.

¶Differentiæ gentium & ratio. CA. LXXX.

CONtexēda ſunt his cæleſtibus nexa cauſis. Nāq; æthiopas uicini ſyderis uapore torreri: aduſtiſq; ſimiles gigni: barba & capillo uibrato non eſt dubium. Et aduerſa plaga mundi atq; glaciali cā dida cute eſſe gentes flauis promiſſas crinibus. Truces uero ex cæli rigore has & illas mobilitates habentes. Ipſorumq; crinium argumento illis in ſupera ſuccū reuocari natura uaporis. His in inferas partes depelli humore deciduo. Hic graues feras: illic uarias effigies animalium prouenire: & maxime alitum: & in multas figuras gigni uolucres. Corporum autē proceritatem utrobiq; illic ignium niſu: hic humoris alimento. Medio uero terræ ſalubris utriq; mixtura: fertilis ad omnia tractus: modicus corporum habitus. Magna & in colore temperies. Ritus molles: ſenſus liquidus: ingenia fœcunda: totiuſq; naturæ capacia. Iiſdem imperia quæ nunq̄ extimis gentibus fuerint: ſicut ne ille quidē his paruerint auulſæ ac pro immanitate naturæ urgentis illas ſolitariæ. Pro immāitate uel pnū ciatæ

¶De motu terræ. CA. LXXXI.

BAbyloniorum placita motus terræ hiatuſq; & cætera omnia ui ſyderum exiſtimant fieri. Sed illorum trium quibus fulmina aſſignant. Fieri autem hæc meantium cum ſole aut congruentiū & maxime circa quadrata mundi. Præclara quædam eſſe & immortalis in eo (ſi credimus) diuinitas perhibetur Anaximandro mileſio phyſico: quem ferūt lacedemoniis prædixiſſe: ut urbē ac tecta cuſtodirent. Inſtare enim motum terræ. Et tum urbs tota eorum corruit. Et taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta cladē inſup eam ruina pſſit. Perhibeť & Pherecydis: Pythagoræ doctoris alia coniectatio: ſed & illa diuina. Hauſtu aquæ e puteo pſenſiſſe ac pdixiſſe ibi terræ motū. Quæ ſi uera ſunt q̄tum a deo tandem uideri poſſunt tales diſtare dum uiuāt? Et hæc quidem arbitrio cuiuſq; exiſtimanda relinquantur. Ventos in cauſa eſſe non dubium reor. Neq; enim unq̄ intremiſcunt terræ niſi ſopito mari: cæloq; adeo tranquillo ut uolatus auiū nō pendeant: ſubtracto omni ſpiritu qui uehit: nec unq̄ niſi poſt uētos cōditos. ſ. in uenas: & cauernas eius occulto afflatu. Neq; aliud eſt in terra tremor q̄ in nube tonitruū. Nec hiatus aliud: q̄ cū fulmē erūpit icluſo ſpiritu luctāte: & ad libertatē exire nitente.

¶De terræ hiatibus. CA. LXXXII.

VArie itaq; quatitur: & mira eduńt opera: alibi proſtratis mœnibus: alibi hiatu ꝓfundo hauſtis: alibi egeſtis molibus: alibi emiſſis amnibus: nōnūq̄ etiā ignibus calidis ue fontibus: alibi aduerſo fluminū curſu. Præcedit uero comitaturq; terribilis ſonus: alias murmur ſimilius mugitibus aut clamori humano: armorū ue pulſantiū fragori: pro q̄litate materiæ excipientis: formaq; uel cauernarū uel cuniculi: per quē meat exilius graſſante in anguſto: eodē rauco: in recuruis reſultante: in duris feruente: in humidis fluctuante & ſtagnantibus. Itē feruente contra ſolida. Itaq; & ſine motu ſæpe ediť ſonus: nec ſimplici modo quatiť unq̄: ſed tremit uibratq;. Hiatus uero alias remanet oſtēdēs quæ forbuit: alias occultat ore compreſſo. Rurſuſq; ita inducto ſolo ut nulla ueſtigia extent urbibus plerunq; deuoratis: agrorumq; tractu hauſto. Maritima autē maxime quatiuntur: nec montoſa tali modo carent. Exploratum eſt mihi alpes apēninas ſæpius tremuiſſe. Et autumno ac uere terræ crebrius mouentur: ſicut fiunt fulmina. Ideo galliæ & ægyptus minime quatiunť: quoniam hic æſtatis cauſa obſtat: illic hyemis. Item noctu ſæpius q̄ interdiu. Maximi autem futuri ſigna motus exiſtant hi matutini ueſpertiniq; ſed propinqua luce crebri. Interdiu autem circa meridiem fiunt: & ſolis lunæq; defectu: quoniam tempeſtates tunc ſopiūtur. Præcipue uero cum ſequitur imbrem æſtus imbreſue æſtum.

¶Signa motus futuri. CA. LXXXIII.

NAuigantes uero ſentiunt non dubia coniectura: ſine flatu intumeſcente fluctu ſubito: aut quatiēte icti. Intremunt uero & in nauibus poſita æque q̄ in ædificiis: crepituq; prænunciant. Quin & uolucres non impauide ſedent. Eſt & in cælo ſignum: præceditq; motu futuro aut interdiu aut paulo poſt occaſum ſereno ceu tenuis lineæ nubis in longum porrectæ ſpatium. Eſt & in puteis turbidior aqua: nec ſine odoris tedio.

¶Auxilia contra motus futuros. CA. LXXXIIII.

SIcut & iiſdem eſt remedium: quale cloacæ & crebri ſpecus præbent. Præconceptum enim ſpiritum exhalant: quod in certis notať oppidis: quæ minus quatiunť crebris ad purgādā eluuiem cuniculis cauata. Multoq; ſunt tutiora in iiſdē illis quæ pendent: ſicut neapoli in italia intelligitur: parte eius quæ ſolida eſt ad tales caſus obnoxia. Tutiſſimi ſunt ædificiorum fornices: anguli quoq; parietum: ponteſq; alterno pulſu renitēte. Et latere terreno facti parietes minore noxa quatiunť. Magna differentia eſt & in ipō genere motus. Pluribus ſiquidē modis quatiť. Tutiſſimum eſt cum uibrat criſpante ædificiorum crepitu: & cū intumeſcit aſſurgens: alternoq; motu reſidet innoxium: & cum cōcurrentia tecta contrario ictu arietant: quoniā alter motus alteri renitiť. Vndantis inclinatio & fluctus moræ quædā uolutatio infeſta eſt: aut cū in unā partem totus ſe motus impellit. Deſinunt autem tremores cum uentus emerſit. Sin uero durauere: non ante quadraginta dies ſiſtunť. Plerūq; & tardius: utpote cum quidem annuo & bienni ſpatio durauerint.

¶Portenta terrarum ſemel uiſa. CA. LXXXV.

FActum eſt & hoc ſemel: quod equidem in hetruſæ diſciplinæ uoluminibus inueni. ingens terrarum portentum. L. Martio. Sex. Julio conſſ. in agro mutinenſi. Nāq; montes duo inter ſe concurrerunt crepitu maximo aſſultantes recedenteſque: inter eos flamma fumoq; in cœlum exeunte interdiu ſpectante e uia æmilia magna æquitum Romanorum familiariūq; : & uiatorum multitudine. Eo concurſu uillæ omnes eliſæ. Animalia permulta quæ intra fuerant: exanimata ſunt: anno

ante ſociale bellum: quod haud ſcio an funeſtius ipſi terræ italiæ fuerit q̄ ciuile. Non minus mirum oſtentum & noſtra cognouit ætas anno Neronis principis ſupremo: ſicut in rebus eius expoſuimus pratis oleiſq; intercedente uia publica in contrarias ſedes trangreſſis in agro marrucino prædiis Vectii Marcelli equitis Ro. res Neronis procurantis.

¶ Miracula terræmotus. CA. LXXXVI.

EIunt ſimul cum terræmotu & inundationes maris: eodem uidelicet ſpiritu infuſi: aut reſidentis ſinu recepti. Maximis terræ memoria mortalium extitit motus Tyberii Cæſaris principatu. xii. urbibus aſiæ una nocte proſtratis. Creberrimus punico bello intra eundem annum ſepties atq; quinquagies nuntiatus Romam. Quo quidem anno ad thraſimenum lacum dimicantes maximum motum neq; pœni ſenſere nec Romani. Nec uero ſimplex malum aut in ipſo tantum motu periculũ eſt. Sed par aut maius oſtentum nunq̄ urbs Roma tremuit: ut nõ futuri euentus alicuius id p̄nũtiũ eẽt.

¶ Quibus locis maria receſſerint. CA. LXXXVII.

EAdem naſcentium cauſa terrarum eſt cum idem ille ſpiritus attolendo potẽs ſolo non ualet erumpere. Naſcuntur enim: nec fluminum tantum inuectu ſicut echinades inſulæ ab acheloo amne conuectæ: maior pars ægypti a nilo. In quam a pharo ĩſula noctis & diei curſum fuiſſe Homero credimus. Nec receſſu maris ſicut idem circeis. Quod accidiſſe & in ambraciæ portu decẽ millium paſ. ĩteruallo & atheniẽſium quinque millium ad pyræneum: memoratur. Et epheſi ubi quõdã ædem Dianæ alluebat. Herodoto quidem: ſi credimus: mare fuit ſupra memphin uſq; ad ethiopũ montes. Itemq; a planis Arabiæ mare circa ilĩum & tota teuthraniæ quaq; campos intulerit mæander.

Idẽ uel eodem Vel tentraniæ

¶ Ratio inſularum enaſcentium. CA. LXXXVIII.

NAſcuntur & alio modo terræ: ac repente in aliquo mari emergunt uelut paria ſecum faciente natura: quæq; hauſerit hiatus alio loco reddente.

¶ Quæ & quibus temporibus enatæ ſunt. CA. LXXXIX.

CLaræ iampridem inſulæ delos & rhodos memoriæ prodũtur enatæ. Poſtea minores ultra melo: anaphe: inter lemnum & helleſpontũ nea: inter lebedum & theon alone: inter cycladas olympiadis. cxxxv. ãno quarto thera & theraſia. Inter eaſdem poſt annos. cxxx. hiera eadẽq; automate. Et ab ea duobus ſtadiis poſt annos. cx. ĩ noſtro æuo. M. Junio Syllano &. L. Balbo cõſulibus ad. viii. idus Julii thia. ¶ Quas terras interruperint maria. CA. XC.

ANte nos & iuxta italiã inter æolias inſulas. item iuxta cretã emerſit e mari mille quingentum paſſuum una cum Calidis fontibus. altera olympiadis. cxliii. anno tertio in thuſco ſinu flagrãs hæc uiolento cum flatu. Proditur quoq; memoriæ magnam circa illam multitudinem piſcium fluitantem confeſtim expiraſſe quibus ex iis cibus fuiſſet. Sic & pythecuſas in campano ſinu fuerũt ortas. Mox in iis montem epopon cum repẽte flamma ex eo emicuiſſet campeſtri æquatum planitiæ. In eadem & oppidum hauſtum ꝓfundo: alioq; motu terræ ſtatinã emerſiſſe. Et alio prouolutis montibus inſulam extitiſſe ꝓchytã. Nãq; & hoc mõ inſulas rerũ natura fecit. Auellit ſiciliam italiæ: cyprum ſyriæ: euboeam boetiæ: euboeæ Atalantẽ & macriam: belbicum bithyniæ leucoſiam ſyrenum promontorio.

Vel ſtagnum

¶ Quæ inſulæ continenti adiunctæ. CA. XCI.

RVrſus abſtulit inſulas marĩ iunxitq; terris. Antiſſam leſbo: zephyriũ halicarnaſo: ethuſam mindo: domiſton & prienem mileto: arthemiſiam parthenio promontorio: hybanda quondam ĩſula ioniæ. cc. nunc a mari abeſt ſtadiis. Syriten epheſus in mediterranea habet. Deraſidas & ſophoniam uicinam ei magneſia. Epidaurus & oricon inſulæ eſſe deſierunt.

¶ Quæ terræmotu mari permutatæ. CA. XCII.

IN totum abſtulit terras primum omnium ubi atlanticum mare eſt (ſi Platoni credimus) in medio ſpatio. Mox ĩterno. quæ uidemus hodie merſam acarnaniam ambracio ſinu: achaiam corinthio: europam aſiamque propontide & ponto. Ad hoc perrupit mare leucada anthirrhium: helleſpontum: boſphoros duos.

¶ Quæ terræ ipſæ ſe ſorbuerunt. CA. XCIII.

ATq; ut ſinus & ſtagna prætream: ipſa ſe condens terra deuorauit. Cybotum altiſſimum montẽ cum oppido currite: ſiphylum in magneſia. Et prius in eodem loco clariſſimã urbem quæ tantalis uocabatur. Galanis & Gamales urbium in phœnice agros & cum ipſis phegiũ æthiopiæ iugum excelſiſſimum: tanq̄ non infida graſſarentur & littora.

¶ Quæ urbes hauſtæ ſint a mari. CA. XCIIII.

PYrrham & antiſtam circa meotin pontus abſtulit. Elicen & buram ſinus corinthius: quarum in alto ueſtigia apparẽt. Ex inſula cæa amplius. xxx. millia paſſuum abrupta ſubito cum plurimis mortalium rapuit. Et in ſicilia dimidiam tyndarida urbẽ: ac quicquid ab italia deeſt. Similiter in boetia & eleuſina. ¶ De Piaculis. CA. XCV.

MOtus. n. uero terræ ſileantur & quicquid eſt: ubi ſaltem buſta urbium extant. Simul ut terræ miracula potius dicamus quã ſcelera naturæ. Et hercule non cœleſtia enarratu difficiliora fuerint. Metallorũ opulentia tã uaria: tã diues: tã fœcũda: tot ſæculis ſuboriens: cum tantum quotidie orbe toto Populentur ignes: ruinæ: naufragia: bella: fraudes: tantum uero luxuria: & tot mortales conterant. Gemmarum pictura tã multiplex. Lapidum tam diſcolores maculæ. Interq; eos cãdor alicuius præter lucem omnia excludens. Medicatorum fontium uis. Ignium tot locis emicãtium perpetua tot ſæculis incendia. Spiritus lætales alibi: aut ſcrobibus emiſſi: aut ipſo loci ſitu mortiferi. Alibi uolucribus tã-

rum ut ſoracte uicino urbi tractu. Alibi præter hominem cæteris animantibus: nonnunq; & homini: ut in ſinueſſano agro & puteolano ſunt: q̄ ſpiracula alii charoneas ſcrobes mortiferum ſpiritum exhalantes. Ité in hirpinis amſancti ac mephitis eundem locum: quem qui intrauere moriuntur. Simili modo hierapoli in aſia matris magnæ tantum ſacerdoti innoxium. Alibi fatidici ſpecus: quorum exhalatione temulēti futura præcinunt: ut delphis nobiliſſimo oraculo. Quibus in rebus quid poſſit aliud cauſæ afferre mortaliū quiſpiam: q̄ diffuſæ per omnem naturæ ſubinde aliter atq; aliter numen erumpens.

¶ De terris ſemper trementibus. CA. XCVI.

QVædam uero terræ ad ingreſſus tremunt ſicut in gabinenſi agro non procul urbe Roma iugera ferme ducenta equitantium curſu.

¶ De inſulis ſemper fluctuantibus. CA. XCVII.

SImiliter in reatino quædam inſulæ ſemper fluctuant: ſicut in agro cecubo: & eodē reatino mutinenſi: ſtationēſi: in uadimōis lacu: & ad cutilias aq̄s opaca ſilua: q̄ nūq̄ die ac noctu eodē loco uiſitur. In lydia aquæ uocant̄ calaminæ: non uentis ſolum: ſed etiam contis uel quolibet impulſu multorū ciuium mithridatico bello ſalus. Sūt & in nympheo paruæ ſaltares dictæ quoniam in ſymphoniæ cātu ad ictus modulātiū pedū mouentur. In tarquinenſi lacu magno Italiæ duo nemora circūferuntur nunc triquetrā figurā edentes: nunc rotundā complexu uentis impellentibus: quadratā nunq̄. Quolibet ipulſu uel quolibēt impulſæ

¶ Quibus in terris nō pluat: & aceruata terrarū miracula & cæterorū elementorū. CA. XCVIII.

CElebre fanū habet Veneris paphos: in cuius quādā areā nō ipluit. Ité in ea oppido troadis circa ſimulacrū Mineruæ in eodē relicta ſacrificia nō putreſcūt. Iuxta harpaſa oppidum aſiæ cautes ſtat horrenda uno digito mobilis. Eadē ſi toto corpore impellat̄ reſiſtens. In taurorū pœninſula in ciuitate peraſino terra eſt qua ſanant̄ oīa uulnera. At circa aſſon troadis lapis naſcit̄: quo cōſumūtur oīa corpora: ſarcophagus uocat̄. Duo ſunt montes iuxta flumen īdum. alteri natura eſt ut ferrū omne teneat: alteri ut reſpuat. Itaq; ſint claui in calciamento: ueſtigia auelli in altero non poſſe: in altero ſiſti. Locris & crotone peſtilentiam nūq̄ fuiſſe: nec ullo terræmotu laboratum annotatum eſt. In lycia uero ſemp a terræmotu. xl. dies ſerenos eſſe. In agro harpano frumentum ſatum non naſcitur. Ad aras mutias in ueiente & apud tuſchulanum & in ſilua ciminia loca ſunt in quibus in terram depacta non extrahuntur. In cruſtumino natum fœnum ibi noxium: extra ſalubre eſt. Et de aquarū natura complura dicta ſunt.

¶ Qua ratione æſtus maris accedant & recedant. CA. XCIX.

SEd æſtus maris accedere & reciprocare maxime mirum eſt. Pluribus quidē modis accidit. Verum cauſa in ſole lunaq; Bis inter duos exortus lunæ affluūt: biſq; remeant uicenis quaterniſq; ſemper horis. Et primum attolente ſecum ea mundo intumeſcentes. Mox a meridiano cœli faſtigio uergente in occaſum reſidentes. Rurſuſq; ab occaſu ſubter cœli ima & meridiano cōtraria accedente inūdantes. Hic donec iterum exoriantur ſe ſorbētes. Nec unq̄ eodem tempore quo pridie refluit: ut ancilante ſydere trahenteſq; ſecum auido hauſtu maria: & aſſidue aliunde q̄ pridie exoriente paribus tamen interuallis reciproci: ſeniſq; ſemper horis non cuiuſq; diei aut noctis aut loci: ſed æquinoctialibus: ideoq; inæquales uulgarium horarum ſpatio utcunq; plures in eas aut diei aut noctis illarum menſuræ cadunt: & æquinoctio tantum pares ubiq;. Ingens argumentum plerūq; lucis ac uicis etiam diurnæ hebetes eſſe qui negent ſubtermeare ſydera: ac rurſus eadem reſurgere: ſimilemq; terris immo uero uniuerſæ naturæ & inde faciem in iiſdem ortus occaſuſq; operibus non aliter ſub terra manifeſto ſyderis curſu alioue effectu: q̄ cum præter oculos noſtros feratur. Multiplex etiam num lunaris differentia: primumq; ſeptenis diebus. Quippe modici noua ad diuiduam æſtus. Pleniores ab ea exundant: pleneq; maxime fuerunt. Inde miteſcunt. Pares ad ſeptimam primis. Iterūq; alio latere diuidua augentur. In coitu ſolis pares. Plane eadem aquilonia & a terris lōgius recedente mitiores q̄ cum in auſtros digreſſa propriore niſu uim ſuam exercet. Per octonos quoq; annos ad principia motus & paria incrementa centeſimo lunæ reuocant̄ ambitu: augente ea cuncta ſolis annuis cauſis duobus equinoctiis maxime tumentes & autūnali amplius q̄ uerno. Inanes uero bruma & magis ſolſtitio. Nec tamen in ipſis. quod dixi: temporum articulis ſed paucis poſt diebus: ſicuti neq; in plena aut nouiſſima ſed poſtea: nec ſtatim ut lunam mundus oſtēdat: occultetue aut media plaga declinet: uerum fere duabus horis æquinoctialibus ſeruis: tardiore ſemper ad terras omnium quæ gerunt̄ in cœlo effectu cadente q̄ uiſu ſicuti fulguris & tonitrui & fulminū. Omnes enim æſtus in oceano maiora integunt ſpatia inundantq; q̄ in reliquo mari: ſiue quia totum in uniuerſitate animoſius eſt q̄ in parte: ſiue quia magnitudo aperta ſyderis uim laxe craſſantis efficatius ſentit eadem anguſtiis arcētibus. Qua de cauſa nec lacus nec amnes ſimiliter mouentur. Octogenis cubitis ſupra britaniam intumeſcere æſtus Pytheas maſſilienſis auctor eſt. Interiora autem maria clauduntur ut portu. Quibuſdam tamē in locis ſpatioſior laxitas ditioni patet: utpote cum plura exempla ſunt in trāquillo mari: nulloq; uelorum impulſu tertio die ex italia peruectorum uticam æſtu feruente. Circa littora autem magis q̄ in alto deprehenduntur hi motus: quoniam & in corpore extremo pulſum uenarum ideſt ſpiritus magis ſentiunt.

¶ Vbi æſtus extra rationem. CA. C.

IN pleriſq; tamen æſtuariis propter diſpares ſyderū in quoq; tractu exortus diuerſi exiſtūt æſtus tempore non ratione diſcordes: ſicut in ſyrtibus. Ex quorundam tamē priuata natura eſt: uelut tauromitani euripi. Sæpius & in euboea ſepties die ac nocte reciprocantes. Aeſtus idem triduo in menſe conſiſtit ſeptima: Octaua: nonaq; luna. Gadibus qui eſt delubro Herculis proximus: fons incluſus ad putei modum alias ſimul cum oceano augetur: minuiturq;: alias uero utrūq; contrariis temporibus. Eodem in loco alter oceani montibus conſentit. In ripa betis oppidum eſt: cuius putei creſcē-

te æſtu minuuntur:augeſcunt decedente mediis temporum immobiles.Eadem natura in hiſpali oppido uni puteo:cæteris uulgaris.Et pontus ſemper extra meat in ꝓpontidē:itrorſus in pontū nūq refluo mari.

¶Miracula maris. CA. CI.

QMnia plenilunio maria murganť: quædam & ſtato tempore.Circa meſſanam & milas ſimo ſimilia expuuntur in littus purgamenta:unde fabula ſolis boues ibi ſtabulari.His adde: ut nihil quod equidem nouerim præteream.Ariſtoteles nullū animal niſi æſtu recedente expirare affirmat.Obſeruatum id multum in gallico oceano:& dūtaxat in homine compertum.

¶Quæ poteſtas lunæ & terrena & marina. CA. CII.

QVo uera coniectatio exiſtit haud fruſtra ſpiritum ſydus lunæ exiſtimari.Et hoc eē quod terras ſaturet:accedenſq corpora impleat:abſcedenſq inaniat.Ideo cum incremento eius augeri conchylia:& maxime ſpiritum ſentire quibus ſanguis non ſit:ſed & ſanguinem hominem etiam cum lumine eius augeri ac minui.Frondes quoq ac pabula(ut ſuo loco dicetur)ſentire nō omnia eandem penetrante ui.

¶Quæ ſolis & quare ſalſum mare. CA. CIII.

QTaq ſolis ardore ſiccatur liquor:& hoc eſſe maſculum ſydus accepimus torrens cūcta ſorbēſq. Sic mari late patenti ſaporem incoqui.ſalis:aut quia exhauſto inde dulci tenuiq quod facilime trahat uis ignea:omne aſperius craſſiuſq loquať. Ideo ſummam æquorum aquam dulciorem profunda.Hanc eſſe ueriorem cauſam aſperi ſaporis:q̄ q mare terræ ſudor ſit æternus:aut quia plurimum ex arido miſceatur illi uapore:aut quia terræ natura medicatas aquas Inficiat. Eſt in exemplis Dionyſio ſiciliæ tyrāno cum pulſus eſt ea potentia:accidiſſe ꝓdigiū:ut uno die in portu dulceſceret mare.

¶Item de natura lunæ. CA. CIIII.

COntrario ferunt lunæ fœmineum ac molle ſydus atq nocturnum ſoluere humorem: & trahere non auferre.Id manifeſtum eſt q ferarum occiſa corpora in tabem uiſu ſuo reſoluat:ſomnoq ſopitis torporem contractum in caput reuocet.Glaciem refundat:cunctaq humifico ſpiritu laxet. Ita penſari naturæ uices:ſemperq ſufficere aliis ſyderum elementa cogentibus:aliis uero fundentibus.Sed in dulcibus aquis lunæ alimentum eſſe ſicut in marinis ſolis.

¶Vbi altiſſimum mare. CA. CV.

ALtiſſimum mare.xv.ſtadiorum Fabianus tradit.Alii in ponto exaduerſo coraxorum gentis uocant bathea ponti.tricentis fere a continenti ſtadiis in menſam altitudine maris tradūt uadis nūquam repertis.

¶Miracula aquarum fontium & fluminum. CA. CVI.

MIrabilius id faciunt aquæ dulces iuxta mare ut fiſtulis emicantes.Nam nec aquarum natura a miraculis ceſſat.Dulces mari inuehuntur leuiores haud dubie. Ideo & marinæ:quarum natura grauior:magis inuecta ſuſtinent.Quædam uero & dulces inter ſe ſupermeant alias. Vt in fucino lacu inuectus amnis:in lario abdua:in uerbano ticinus:in benaco mintius:in ſeuinno ollius : in lemanno rhodanus.Hi trans alpes ſuperiores in italiam multorum militum tranſitu hoſpitales:ſuas tantū nec largiores quā intulere aquas euehentes. Proditum hoc & in oronte amne ſyriæ:multiſq aliis. Quidā uero odio maris ipſa ſubeunt uada:ſicut Arethuſa fons ſyracuſanus in quo redduntur iacta in alpheum : q per olympiam fluens peloponneſiaco littori infunditur.Subeunt terras rurſuſq redduntur.Lycus in aſia. Eraſinus in argolica.Tigris in meſopotamia.Et quæ in Aeſculapii fonte athenis immerſa ſunt:in phaleri co redduntur.Et in atinate campo fluuius merſus poſt.xx.millia paſſuum exit . Et in aquileiēſi timauus. Nihil in aſphaltice iudeæ lacu qui bitumen gignit mergi poteſt.Nec in armeniæ maioris aretiſſa. Is quidem Nitroſus piſces alit.In ſalentino iuxta oppidum manduriam lacus ad margines plenus: neq exauſtis aquis minuitur:neq infuſis augetur.In ciconum flumine & in piceno:lacu uelino lignum deiectum lapideo cortice obducitur.Et in ſurio colchidis flumine adeo ut lapidem plerūq durās adhuc integat cortex. Similiter in flumine ſilari ultra ſurrētum non uirgulta modo immerſa:uerum & folia lapideſcunt : alias ſalubris potus eius aquæ.In exitu paludis reatinæ ſaxum creſcit.Et in rubro mari oleæ uirenteſq frutices enaſcuntur:ſed & fontium plurimorum natura mira eſt feruore.Idq etiam in iugis alpium ipſoq in mari:& inter italiam & enariam:ut in baiano ſinu:& in liri fluuio multiſq aliis.Nam dulcis hauſtus in mari plurimis locis:ut ad chelidonias inſulas & arabum:& in gaditano oceano.Patauinorum aquis calidis herbæ uirentes innaſcuntur:piſanorum ranæ. Ad uetulonios in hetruria non procul a mari piſces. In caſinate fluuius appellatur ſcatebra frigidus abundantior æſtate.In eo ut in archadiæ ſtymphali enaſcuntur aq̄tiles muſculi.In dodone louis fons:cum ſit gelidus:& immerſas faces extinguat:ſi extinctæ admoueātur: accendit.Idem meridie ſemper deficit:qua de cauſa anapauomenon uocant . Mox increſcens ad medium noctis exuberat.Ab eo rurſus ſenſim deficit.In illyriis ſupra fontem frigidum expanſæ ueſtes accenduntur.Iouis Hammonis fons interdiu frigidus:noctibus feruet:in troglodytis fons ſolis appellatur : dulcis & circa meridiem maxime frigidus:mox paulatim tepeſcens ad noctis media feruore & amaritudine inſe ſtatur.Padi fons mediis diebus æſtiuis uelut interquieſcens ſemper aret.In tenedo inſula fons ſemper a tertia noctis hora in ſextam ab æſtiuo ſolſtitio exundat.Et in delo inſula inopus fons eodem quo nilus modo:ac pariter cum eo decreſcit augeturq.Contra timauum amnem inſula parua in mari eſt cum fontibus calidis:qui pariter cum æſtu maris creſcunt minuunturq.In agro pitinate trans apenninum fluuius nouanus omnibus ſolſtitiis torrens bruma ſiccatur:in faliſco Clitumni amnis aqua potata candidos boues facit:in boetia amnis melas oues nigras.Cephiſus ex eodem lacu profluēs albas:rurſus nigras pœnitus: ruf-

Vel uelutōios a mari uel ameria

Vel peneus

faſq; iuxta ilium Xantus:unde & nomen amni: in ponto fluuius aſtaces irrigat campos: in quibus paſtæ oues nigro lacte æque gentes alunt: in reatino fons neminia appellatus alio atq; alio loco exoritur annonæ mutationem ſignificans. Brunduſii in portu fons incorruptas præſtat aquas nauigãtibus. Lynceſtis aqua quæ uocatur acidula uini modo temulentos facit. Ita in paphlagonia & in agro caleno. In andro inſula tẽplo Liberi patris fontem nonis Ianuariis ſemper uini ſapore fluere. Mutianus ter cõſi credit. Dios techoſia uocatur. Juxta nonacrin archadiæ ſtix nec odore differens nec colore epota illico necat. Item in beroſo taurorum colle tres fontes ſine remedio ſine dolore mortiferi. In carrinenſi hiſpaniæ agro duo fontes iuxta fluunt: alter omnia reſpuens, alter abſorbens. In eadem gente alius aurei coloris omnes oſtendit piſces nihil extra illam aquam cæteris differentes. In commenſi iuxta larium lacum fons largus horis ſingulis ſemper intumeſcit ac reſidet: in cynonia inſula ante leſbum fons calidus uere tãtum fluit. Lacus ſinnanus in aſia circũnaſcente abſynthio inficitur. Colophone in Apollinis clarii ſpecu lacuna eſt: cuius potu mira reddũtur oracula bibentium breuiore uita. Amnes retrofluere & noſtra uidit ætas. Neronis principis annis ſupremis ſicut in rebus eius retulimus. Jam omnes fontes æſtate q̃ hyeme gelidiores eſſe quem fallit? Sicut illa permira naturæ opera æs & plumbum in maſſa mergi: dilatata fluitare. Eiuſdẽq; ponderis alia ſedere: alia inuehi. Onera in aqua facilius moueri. Thyreum lapidem quam uis grandem innatare: eundemq; cõminitum mergi. Recentia cadauera ad uadum labi: intumeſcentia attolli: inania uaſa haud facilius: q̃ plena extrahi. Pluuias ſalinas aqua dulciores eſſe q̃ reliquas. Nec fieri ſalem niſi ad mixtis dulcibus. Marinas tardius gelare: & celerius accendi. Hyeme mare calidius eſſe: autũno ſalſius. Omne oleo tráquillari. Et ob id urinantes ore ſpargere: quoniam mitiget naturam aſperam: lucemq; deportet: Niues in alto mari nõ cadere. Cum omnis aqua deorſum feratur exilire fontes: atq; etiam in ætnæ radicibus flagrantis in tantum: ut quinquagena & centena millia paſſuum harenas flammarum globus eructet.

¶ Ignium & aquarum iuncta miracula: & de maltha. CA. CVII.

AMq; & ignium: quod eſt naturæ quartum elementum: reddamus aliqua miracula. Sed primum ex aquis: in comagene urbe famoſata ſtagnum eſt emittens limum maltham uocant: flagrantem: cum quid attingit ſolidi: adheret. Præterea tactus ſequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo: flagrabatq; miles armis ſuis. Aquis etiam accenditur. Terra tãtum reſtingui docuere experimenta.

¶ De naptha. CA. CVIII.

SImilis eſt naturæ naptha: ita appellatur circa babyloniam: & in auſtagenis parthiæ profluens bituminis liqdi modo. Huic magna cognatio ignium: tranſiliuntq; protinus in eã undecunq; uiſam. Ita ferunt a Medea pelicem crematam: poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat: corona igne rapta.

¶ De ſemper ardentibus locis. CA. CIX.

VErum in montium miraculis ardet ætna noctibus ſemper: tãtoq; æuo ignium materia ſufficit. Niualis hybernis temporibus: egeſtumq; cinerem pruinis operiens. Nec in illo tantum natura ſæuit exuſtionem terris denuntians. Flagrat in phaſelide mons chimæra: & quidem immortalis diebus ac noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua: extingui uero terra aut fœno Gnidius Cteſias tradit. Eadem in Lycia epheſti montes teda flammante tacti flagrant adeo: ut lapides quoq; riuorum & harenæ in ipſis aquis ardeant: aliterq; ignis ille pluuiis. Baculo ſi quis ex iis accenſo traxerit: ſulcos: riuos ignium ſequi narrant. Flagrat in bactris cophanti noctibus uertex. Flagrat in medis & ceſtia gẽte cõfinio perſidis. Suſis quidem ad turrim albam, xv. caminis maximo eorum. Et interdiu campus babyloniæ flagrat quadam ueluti piſcina iugeri magnitudine. Item æthiopum iuxta heſperium montem ſtellarum modo campi nocte nitent. Similiter in megaloponitanorum agro: tametſi internus ſit ille iucundus: frondemq; denſi ſupra ſe nemoris non adurens: & iuxta gelidum fontem ſemper ardens. Nymphei crater dira apolloniatis ſuis portendit: ut Theopompus tradidit. Augetur hymbribus: egeritq; bitumen temperandum fonte illo iguſtabili: alias omni bitumine dilutius. Sed quis hæc miretur? In medio mari hiera inſula ardet. Aeolia inſula iuxta italiam cum ipſo mari arſit per aliquos dies: ſociali bello: & donec legatio ſenatus piauit: Maximo tamen ardet incẽdio theonochema dictum æthiopum iugum. Torrenteſq; ſolis ardoribus flammas egerit. Tot locis tot incendiis rerum natura terras cremat.

¶ Ignium per ſe miracula. CA. CX.

PRæterea cum ſit huius unius elementi ratio fœcunda: ſeq; ipſa pariat: & minimis creſcat ſintillis quid fore putãdum eſt in tot rogis terræ? Quæ eſt illa natura quæ uoracitatem auidiſſimam in toto mundo ſine damno ſui paſcit? Addantur iis ſydera innumera ingenſq; ſol. Addantur humani ignes: & lapidum quoq; inſiti naturæ: attrita inter ſe ligna: iam nubium: & origines fulminũ. Excedit profecto omnia miracula: ullum diem fuiſſe: quo non cuncta conflagrarent: cum ſpecula quoq; concaua: aduerſa ſolis radiis facilius etiam accendantur: q̃ ullus alius ignis. Quid q; innumerabiles partus: ſed naturales ſcatẽt? In nympheo exit e petra flamma: quæ aqua accenditur. Exit & ad aquas ſcantias. Hæc quidem inualida: cum tranſit: nec longe in alia durans materia. Viret & æterno hunc fontem igneum contexens fraxinus. Exit in mutinenſi agro ſtatis uulcano diebus. Reperitur apud auctores ſubiectis ariciæ aruis ſi carbo deciderit ardere terram. In agro ſabino & ſidicino unctum flagrare lapidem. In ſalentino oppido inatium impoſito ligno in ſaxum quoddam ibi ſacrum protinus flammam: exiſtere. In laciniæ Junonis aram ſub diuo ſita cinerem immobilem eſſe perflantibus undiq; procellis. Quin & repentinos ignes exiſtere & in aquis. Et in corporibus etiam humanis emicuiſſe. Traſimenum lacum arſiſſe totum. Seruio

Tullio dormienti in puericia ex capite flammam emicuisse. L. Martium in hispania iteremptis Scipionibus concionantem: & milites ad ultionem exhortantem arsisse simili modo Valerius Antias narrat. Plura mox & distinctius. Nunc enim quadam mixtura rerum omnium exhibentur miracula. Verum egressa mens interpretationem naturæ festinat legentium animos per totum orbem ueluti manu ducere.

¶ Terræ uniuersæ mensura longitudo & latitudo. CA. CXI.

PArs nostra terrarum de qua memoro ambiente (ut dictum est) oceano uelut innatans longissime ab ortu & ab occasu patet: hoc est ab india ad Herculis columnas gadibus sacratas octuagies quinquies centena septuagintaocto millia pas. ut Artemidoro placet auctori. Vt uero Isidoro nonagies octies & decem & octo millia. Artemidorus adiicit amplius a gadibus circuitu sacri promontorii ad promontorium artabrum: quo lōgissime frons procurrit hispaniæ: octingenta millia nonagintaunum. Id mēsuræ duplici currit uia A gange amne hostioq; eius quo se in eoum oceanum effundit per indiam parthienenq; ad myriandrum urbem syriæ in issico sinu positam quinquagies bis quin decim passuum decem & nouem. Inde proxima nauigatione cyprum insulam pataram lyciæ: rhodum: astypalæam: in carpacio mari in insulas laconicæ tænarum. Lylibeum siciliæ. Catalium sardiniæ tricies q̄ter quinquaginta millia. Deinde gades quadragies bis quinquaginta millia. Quæ mensura uniuersa ab eo mari efficit octogies quinquies septuagintaoctomillia passuum. Alia uia quæ certior itinere terreno maxime patet a gange ad euphratem amnem quinquagies centena millia passuum &. xviii. Inde cappadociæ in mazaca. cc. millia. xliiii. inde per phrygiam cariam: ephesum. quadringenta millia passuū. xcviii. Ab epheso per ægeum pelagus delum ducenta millia. isthmum ducenta duodecim millia. Deinde terra & laconico mari & corinthiaco sinu patrans peloponnesi ducenta duo millia quingenti. Leucadem octingenta sex millia qngēti. Corcyram totidem Acroce raunia centum triginta duo millia quingenti. Brunduſiū octingenta sex millia quingenti. Romam. ccc. millia sexaginta. Ad alpes usq; calcincomacum uicum quingenta decem & octo millia. Per galliam ad pyreneos montes illibrium quingenta quinquaginta sex millia. Ad oceanū & hispaniæ hora trecenta trigintaduo millia. Traiectu gadis septē millia quingēti. Quæ mensura Artemidoro attestante nonaginta efficit sexaginta nouem. Latitudo autem terræ a meridiano situ ad septentrionem dimidio fere minor colligitur: quinquaginta quattuor millium sexaginta duo. Quo palam fit quantum & hinc uapor abstulerit: & illinc rigor. Neq; enim deesse arbitror terris: aut non esse globi formam. Sed inhabitabilia utrinq; incomperta esse. Hæc mēsura currit a littore æthiopici oceani: qua modo abitatur ad meroe quingenta quinquaginta millia: Inde alexādriam duodecim millia quinquaginta. Rhodū qngenta octogintaria. Gnidū octogintaq̄ttuor millia quingenti cū. xxv. M. Samū. c. M. Chiū octogīta q̄tuor. M. Mytilenen. lxv. M. Tenedon. xxviiii. M. Sigæū ꝓmontoriū. xii. M. qngenti. Os pōti. cccxii. M. d. Carambin promontorium. cccl. Os mæotidis. ccc. xii. M. d. Ostium tanais. cclxv. M. Qui cursus compendiis maris breuior fieri potest. lxxxix. M. Ab hostio tanais nihil modicum diligentissimi auctores fecere. Artemidorus ulteriora incomperta existimauit: cum circa tanain sarmatarum gentes degere fateretur ad septentriones uersas. Isidorus adiecit. xii. M. l. usq; ad tilen: quæ cōiectura diuinationis est. Ego non minore q̄ proxime dicto spatio sarmatarum fines nosci intelligo. Et alioquin quantum esse debet quod innumerabiles gentes subinde sedem mutantes capiat. Vnde ulteriorem mensuram inhabitabilis plagæ multo esse maiorem arbitror. Nam & germania immensas insulas non pridem copertas cognitum habeo. De longitudine ac latitudine hæc sunt quæ digna memoratu putem. Vniuersum autem hunc circuitum Eratosthenes in omnium quidem litterarum subtilitate: & in hac utiq; præter cæteros solers: quem a cunctis probari uideo ducentorum quinquaginta duorum millium stadium prodidit. Quæ mēsura Romana cōputatione efficit trecenties quindecies centena millia passuum. Improbum ausum: uerum ita subtili argumentatione comprehensum: ut pudeat non credere. Hipparchus: & in coarguendo eo & in reliqua omni diligentia mirus adiicit stadiorum paulominus. xxv. millia.

¶ Harmonica mundi ratio. CA. CXII.

ALia Dionysiodoro fides: neq; n. subtraham exemplum uanitatis græcæ maximum. Cidius hic fuit geometrica scientia nobilis. Senecta diem obiit in patria. Funus duxere ei propinquæ ad q̄s pertinebat hæreditas. Eæ cum secutis diebus iusta peragerent: inuenisse dicuntur in sepulchro epistolam Dionysiodori nomine ad superos scriptam. Peruenisse eum a sepulchro ad infimam terram: esseq; eo stadiorum quadragintaduo millia. Nec defuere geometræ qui interpretarētur significare epistolam a medio terrarum orbe missam quo deorsum ab summo longissimum esse spatium: & idem pilæ medium. Ex quo consecuta computatio est: ut circuitu esse. cc. quinquagintaquinq; millia stadia pronuntiarent. Harmonica ratio quæ cogit rerum naturam sibi ipsam congruere: addit huic mensuræ stadia septem millia terramq; nonagesimam sextam millesimam totius mundi partem facit.

¶CAII PLI SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TERTIVS PROOEMIVM.

HACTENVS DE SI tu: & miraculis terræ aquarũq; acſyderum & ratione uniuerſitatis atq; menſura. Nũc de partibus q̃q̃ infinitũ id quoq; exiſtimaẽ nec temere ſine aliq̃ reprehenſione tractatum. Haud ullo in genere uenia iuſtior eſt: ſi modo minime mirum eſt hominẽ genitum nõ omnia humana nouiſſe. Quapropter auctorem neminem unum ſequar. Sed ut quemq; ueriſſimum in quaq; parte arbitrabor. Quonam cõe ferme omnibus fuit: ut eos quiſq; diligentiſſime ſitus diſceret: in quibus ipſe prodebat. ideo nec culpabo: aut coarguam quẽq̃. locorum nuda nomina: & quãta dabitur breuitate ponentur: claritate cauſiſq; dilatis in ſuas partes. Nunc enim ſermo de toto eſt. Quare ſic accipi uelim: ut ſicut uidua fama ſua nomina qualia fuere primordio ante ullas res geſtas nuncupentur: & ſic quædam in his nomenculatura quidẽ: ſed mundi rerũq; naturæ. Terrarum orbis uniuerſus in tres diuiditur partes: europam: aſiam: africam. Origo ab occaſu ſolis: & gaditano freto: qua irrumpens oceanus atlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc ĩtranti dextra africa: eſt leua: europa: inter has aſia eſt. Termini amnes tanias & nilus. xii. millia paſſum in lõgitudinem quas diximus fauces oceani patent: quinq; millium in latitudine a uico mellaria hiſpaniæ ad promontorium africæ album auctore. Turamnio Gracula iuxta genito. T. Liuius: ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt ubi minus. vii. M. paſſuum. Vbi uero plurimum. x. M. Tam modico ore tam immẽſa equorum uaſtitas proditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis uadi carinas territant. Qua de cauſa limen interni maris multi eum locum appellauere. Proxima autem faucibus utrinq; impoſiti montes coercent clauſtra: abila africæ: erupæ calpe laborum Herculis metæ. Ouam ob cauſam indigenæ columnas eius dei uocant: creduntq; perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria: & rerum naturæ mutaſſe faciem.

Vel. xv.

Prodit uel panditur

¶De Europa. CA. I.

PRimum ergo de europa altrice uictoris omnium gentium populi: longe q; terrarum pulcherrima quã pleriq; merito non tertiam portionem fecere: uerum æquam in duas partes ab amne tanai ad gaditanum fretum uniuerſo orbe diuiſo. Oceanus hoc quod dictum eſt ſpatio atlanticũ mare infundens: & auido meatu terras quæcũq; uenientẽ expauere demergens: reſiſtẽtes quoq; flexuoſo littorum anfractu lambit europam: uel maxime receſſibus crebris excauans: ſed in quattuor pcipue ſinus. Quorum primus ac calpe hiſpaniæ extimo (ut dictum eſt) monte loco brutinum uſq; promõtorium immenſo ambitu flectitur. In eo prima hiſpania terrarum eſt ulterior appellata. Eadem bethyca. Mox a fine uirgitano citerior: eademq; tarraconenſis ad pyrenea iuga. Vlterior in duas per longitudinem prouincias diuiditur: Siquidem bethycæ latere ſeptentrionali protenditur luſitania amne ana diſcreta. Ortus hic laminatano agro citerioris hiſpaniæ: & modo ſe in ſtagna fundens: modo in anguſtias reſorbẽs: aut in totum cuniculis condens & ſæpius naſci gaudens in atlanticum oceanum effunditur. Tarraconenſis autem hinc affixa pyreneo: totoq; eius in latere decurrens: & ſimul ad gallicum oceanum hibero mari tranſuerſa ſe pandens ſolorio mõte & oretanis iugis carpetaniſq; & aſturum a betica atq; luſitania diſtĩguitur. Bethyca a flumine eam mediam ſecante cognominata: cunctas prouinciarum diuiti cultu: & quod in ferti li ac peculiari nitore præcedit. Iuridici conuentus ei quattuor. Gaditanus. Cordubenſis. Aſtygitanus: Hiſpalenſis. Oppida omnia numero. clxxv. In iis: coloniæ. viii. Municipia. viii. latio antiquitus donata. xxix. Libertate. vi. Fœdere. iii. Stipendiaria. cxx. Ex his digna memoratu aut latiari ſermone dictu facilia. A flumine ana littore oceani oppidum onnoba luſturia cognominatum. Interfluẽtes luxia & uriũ mariani mõtes. Bethys fluuius littus curenſe inflexo ſinu. Cuius ex aduerſo gadis inter inſulas dicendæ. Promõtoriũ Iunonis. Portus Bæſippo. Oppida belon mellaria. Fretum ex atlantico mari. Cartheia tartheſos a græcis dicta. Mons calpe. Deinde littore interno oppido berbeſula cum fluuio. Item ſalduba oppidum uel malacha cum fluuio fœderatorum. Dein menoba cum fluuio ſexifirmium cognomine Iulium. Sexi & abdera Murgis. Betycæ finis. Oram eam uniuerſam originis pœnorum exiſtimauit. M. Agrippa. Abana autem atlantico oceano obuerſa baſtulorum turdulorumq; eſt in uniuerſam hiſpaniam. M. Varro peruenifſe hiberas: & perſas: & pœnicas: celtaſq;: & pœnos tradit. Luſum enim. Liberi patris: ac lyſam cum eo bacchantem nomen dediſſe luſitaniæ: & Pana præfectum eius. Vniuerſa autem quæ de Hercule: ac pyrene uel ſa-

Vel locros & bruciũ uel urgitano uel urcitano

Vel aſturiæ

turno traduntur: fabulosa in primis ut arbitror Bethys in tarraconnesi prouincia non ut aliq̃ dixere mentesa oppido: sed tygensi exoriens saltu: iuxta quem. Tader fluuius qui carthaginensem agrum rigat: ille ocior refugit Scipionis rogum: uersusq; in occasum oceanum atlanticum prouinciam adoptans petit: modicus primo: sed multorũ fluminum capax: quibus ipse famam aquasq; aufert. Bethycæ primum ab ossigetania infusus amœno blandus alueo: crebris dextra leuaq; accolitur oppidis. Celeberrima inter hũc & oceani oram in mediterraneo segeda: quæ augurina cognominat'. Iulia quæ fidentia. Virgo quæ alba. Ebura quæ cerialis. Eliberi quod liberini. Libida quæ clausa. Stici quod Iulienses. Vesci quod fauẽtia: singilia: hegua: auia: ebdanũ: aglaminor: hebura: castra uiuaria: episimprium: ipho noua: illurco: & osca: escua: succabo: nuditanum: tuati uetus. Omnia bastetaniæ uergentis ad mare. Conuentus uero cordubẽsis circa flumen ipsum ossigi quod cognominatur laconium: Illiturgi qd' forum iulium. Ipasturgi quod triumphale. Sitia &. xiiii. M. pas. remotum in mediterraneo. Obulco quod botificense appellatur. Mox ripepora fœderatorum. Sacilimartalium onubam. Et dextra corduba colonia patritia cognominata. inde primum naui gabili bethyæ. Oppida carbulo decuma fluuius singilis eodem bethys latere incedens. Oppida hispalensis conuentus: celtiaca: uacamana: acria: ilpa cognomine ilipa italica. Et a leua hispali colonia cognomine romulensis. Ex aduerso oppidum osset: quod cognominatur. Iulia constantia. Virgentium quod iulii genitor. Hippo caurasiarum fluuius menoba & ipse a dextro latere infusus. Ac iter æstuaria bethys oppidum nebrissa cognomine ueneria & colobona. Colonia asta quæ regia dicit'. Et in mediterraneo asida: quæ cæsariana. Singulis fluuius in bethyn quo dictum est ordine irrumpens astygitanam coloniam alluit cognomine augustam firmam: ab ea nauigabilis. Huius conuentus sunt reliquæ coloniæ immunes tucci quæ cognominantur augusta gemella. Ituci quæ uirtus iulia. Atubi quæ claritas iulia. Vrso quæ genua urbanorum inter quæ fuit nunda cum Pompei filio capta. Oppida libera astygiæ uetus ostippo. Stipendiaria: callet: calucula: castragemina: ilipula minor: merucra: sacrana: obucula: oningis. Ab ora uenti prope monobã amnem & ipsum nauigabilem haud procul accolunt alontigiceli: alostigi. Quæ autem regio a betyæ ad fluuium anam tendit: extra prædicta beturia appellatur in duas diuisa partes: totidemq; gentes. Celticos qui lusitaniam attingunt: hispalensis conuentus. Turdulos qui lusitaniam & terraconensem accolunt: iura cordubam petunt. Celticos a celtiberis ex lusitania aduenisse manifestum est sacris lingua oppidorum uocabulis: quæ cognominibus in bethyca distinguntur. Seria quæ dicitur fama iulia. Vertobrige cõcordia iulia. Segede restituta iulia: contributa iulia. Vcultuniacum: quæ & turiga nunc est. Laconimurgi cõstantia iulia. Teresibus fortunales: & callensibus emanici. Præter hæc in celtica ac imbro: arunda: arunci: turobrica: lastigi: alpesa: sisepone: serippo. Altera beturia quam diximus turdulorum: & conuentus corẽ dubensis habent oppida: non ignobilia. Arsam: mellariam: nirobicam regiones osintiadis: sisiponem. Gaditani conuentus ciuium Romanorum. Regina latinorum: regia. Carisa cognomine aurelia. Vrigia cognominata castrum iulium. Item Cæsaris salutariensis. Stipendiaria basaro: belippo: barbesula: lacipo: Besippo: callet: cappagum: olearo: icocio: brana: saguntia: andorise. Porro longitudinem uniuersam eius prodidit. M. Agrippa. cccclxv. M. p. Latitudinem. cc. lvii. M. Sed cum termini carthaginem usq; procederent: quæ causa magnos errores computatione mẽsuræ sæpius parit. Et dum alibi mutato prouinciarum modo: alibi itinerum auctis aut diminutis passibus incubuere maria tã longo æuo alibi proceſſere littora. Torsere se & fluminum aut correxere flexus. Præterea aliunde aliis exordium mensuræ est & alia meatus. Ita fit: ut nulli duo concinant.

Vel succubo nuditanum

Vel cinippo Vel urium

Fide uel ide uia uel uaria

¶ Bethicæ longitudo & latitudo. CA. II.

BEthycæ longitudo nunc a castulonis oppidi fine gadis. cccclxxv. M. & a murgi maritima ora .xxii. M. p. amplior. Latitudo a carteiana ora. ccxxiiii. M. p. Agrippam quidem in tanta uiri diligentia prætereq; in hoc opere cura: cum orbem terrarum urbi spectandum proponeret cæce errasse quis credat? & cum eo Diuum Augustum. Is náq; complexam eam porticum ex destinatione & commentariis. M. Agrippæ a sorore eius inchoatam peregit.

¶ Hispania citerior. CA. III.

CIterioris hispaniæ sicut complurium prouinciarum aliquantum uetus forma mutata est: utpote cum Pompeius magnus trophæis suis: quæ statuebat in pyreneo. d. cccxlvi. oppida ab alpibus ad fines hispaniæ ulterioris in dicionem a se redacta testatus sit. Nunc uniuersa prouincia diuiditur in conuentus septem. Carthaginensem: Tarraconensem: Cæsaragustanum. Cluniensem. Asturum. Lucensem Bracatum. Accedunt insulæ quarum mentione sepositа præter ciuitates contributas aliis prouincia ipsa. ccxciii. cõtinet oppida. In iis colonias. xii. Oppida ciuium Romanorum. xiii. Latinorum ueterum. xviii. Fœderatorum unum. Stipendiaria. cxxxii. Primi in ora bastuli: post eos quos dicitur ordine intus recedentes metesani: oretani: & ad tugum carpentani: iuxta eos uaccei: uectones: & celtiberi: atrebaci. Oppida oræ ꝓxima urci. Ad scriptumq; bethicæ barea regio mauitania: mox deitania. Dein contestania: carthago noua: colonia: cuius a promontorio quod Saturni uocatur Cæsaream mauritaniæ urbem. clxxxvii. M. pas. traiectus. Reliqua in ora flumen tader colonia immuni. Ilici unde ilicitanus sinus: in eam contribuuntur icositania: mox latinorum lucentium: dianium stipendiarium: sucro fluuius: & quondam oppidum. Contestanie finis regio edetana amœno prætendente se stagno ad celtiberos recedens. Valentia colonia. iii. M. pas. a mari remota. Flumen durias: tantundem a mari sagontum ciuium Romanorum oppidum: fide nobile flumen idubeda: regio ilergaonum. Iberus amnis nauigabili commertio diues ortus in cantabris haud procul oppido iuliobrica. ccccl. M. pas. fluens. nauium. per. cclx. M. a uia op-

pido capax:quem propter uniuerſam hiſpaniam græci appellauere iberiam. Regio coſſetania:flumen ſubi:colonia:Tarraco Scipionum opus:ſicut carthago pænorum.Regio ilergetum : oppidum ſubur:flumẽ rubricatum:a quo laletani & indigetes.Poſt eos quo dicetur ordine intus recedentes radice pyrenei : auſetani:itani:lacetani.Perq; pyreneum ceretani:dein uaſcones.In ora autem colonia barcine cognomine fauẽtia.Oppida ciuium Romanorum beturo:illuro.Flumen larnum:blandæ:flumen alba.Emporia geminũ hoc ueterum incolarum & græcorum:qui phocentium fuere ſoboles. Flumen tichi? Ab eo pyrenea Venus in latere promontorii altero.xl.M.Nunc per ſingulos conuentus reddentur inſignia præter ſupradicta tarracone diſceptant.populi.xliiii.quorum celeberrimi ciuium Romanorum dertuſani:biſgargitani. Latinorum auſetani:cerretani:qui iuliani cognominantur:& qui auguſtani:edetani:gerudenſes:geſſoriẽſes:teari qui iulienſes.Stipendiariorum aquicaldenſes:onenſes:betulonenſes,: Ceſaraguſtana colonia immunis amne ibero affuſa:ubi oppidum antea uocabatur ſaldyba.Regiõis idetaniæ recipit populos.lii.Ex his ciuium romanorum bellitanos:celſenſes.Ex colonia calaturiganos:qui naſcici cognominantur.Ilerdẽſes ſurdaonum gentis iuxta quos ſicoris fluuius:oſcenſes regionis baſſetaniæ:turiaſſonenſes. Latinorum ueterum caſcantenſes:ergauicenſes:gracchuritanos:leonicenſes:oſſigerdenſes.Fœderatos tarragenſes.Stipendiarios arcobrienſes:andologenſes:arcocelitanos burſaonenſes:calaguritanos:qui fabularenſes cognominantur.Complutenſes:carcenſes:cinenſes:cortenſes:damanitanos:carnenſes:illurſenſes:ſpalenſes:ilumberitanos:lacetanos:iubienſes:pompelonenſes:ſegiſenſes.Carthaginem cõueniũt populi.lxii.exceptis inſularum incolis.Ex colonia accitania gemellenſes & libiſoca cognomine fero auguſtana: quibus duabus ius italiæ datum.Ex colonia ſalarienſe oppidani latii ueteris caſtuonenſes:qui Cæſari uenales appellãtur. Setabitani qui auguſtani ualerienſes.Stipendiariorum autem hi celeberrimi labanenſes baſtiani conſabureſes:dianẽſes:ſegeſtani:ilorcitani:laminitani:mẽſani q & oritani mẽteſani q & baſtuli:oretani qui & germani cognominantur:caputq; celtiberiæ:ſegobrigenſes:carpẽtani & tolletani:tago flumini impoſiti.Dein uicienſes:uirgilienſes.In conuentum clunienſem uarduli ducunt populos.xiiii.ex quibus labanenſes tãtum nominare libeat Turmodigi quattuor:in quibus ſegiſamonenſes:ſegiſamaiulienſes.In eũdem conuentum carietes & uẽnenſes quinq; ciuitatibus uadunt:quarum ſunt uelienſes : eodem pele deones celtiberorum quattuor populis quorum numantini fuere clare:ſicut in uace eorum.xviii.ciuitatibus inter catinenſes pallantini:lacobricenſes:caucenſes.Nã in cantabris quattuor populis iuliobrica ſola memoratur. In autrigonum decem ciuitatibus tritium & uirdoueſta.Areuacis nomen dedit fluuius areua.Horum ſex oppida ſaguntia & uxama:quæ nomina crebro aliis in locis uſurpantur.Præterea ſegouia & noua auguſta termes:ipſaq; clunia celtiberiæ finis. Ad oceanum reliqua uergunt uarduliq; ex prædictis & cantabri.Iũguntur ii aſturum.xii.populi diuiſi in auguſtanos aſturica urbe magnifica:in his ſunt giri:peſici: lancienſes. zoelæ.Numerus omnis multitudinis ad.cclx.M.liberorum capitum.Lucenſis cõuentus populorum eſt. xvi.præter ceucos & lebunos ignominioſe ac barbaræ appellationis:Sed liberorum capitum ferme.clxvi. Simili modo bracarum.xxiiii.ciuitates.cclxxv.capitum:ex quibus præter ipſos uibalos celerenos uibali: celerini:galleci:equiſilici: querqueni: citra faſtidiũ nominentur.Longitudo citerioris hiſpaniæ eſt ad finẽ caſtulonis a pyreneo.d.Sexcẽta ſeptem.M.p.& ora paulo amplius.Latitudo a tarracone ad litus olarſonis. cccvii.E radicibus pyreni ubi cuneatur anguſtiis inter duo maria paulatim:deinde ſe pandens:qua contingit ulteriorem hiſpaniam tantumdem & amplius latitudinem adiicit.Metallis plumbi: ferri: æris argẽti: auri tota ferme hiſpania ſcatet.Citetior & ſpecularibus lapidibus.Bethyca & minio. Sunt & marmorum lapidicinæ uniuerſæ hiſpaniæ.Veſpaſianus imperator Auguſtus iactatus procellis reipub.latii ius tribuit. Pyreni montes Hiſpanias:galliaſq; diſterminant:promontoriis in duo diuerſa maria proiectis.

Virdoueſta uel uiroueſta

¶ Narbonenſis prouincia. CA. IIII.

NArbonenſis prouincia appellatur pars galliarũ:quæ interno mari alluit:bracchata ante dicta: amne uaro ab italia diſcreta : alpiũq; ſaluberrimis Romano imperio iugis. A reliqua uero gallia latere ſeptẽtrionali montibus gebẽna & iuribus agrorũ cultu uiroq; morũq; dignatione amplitudine opum nulli prouinciarũ poſt ferenda:breuiterq; italia uerius:q; puincia.In ora regio ſardonũ:ituſq; cõſuaranoq;.Flumina Thelim & obrin oppida illiberis magnæ quõdã urbis tenue ueſtigiũ Ruſcino latinorũ:flumen ataxe pyreneo rubreſum permeans lacũ.Narbo Martius decumanoq; colonia.xii. M.paſſuum a mari diſtans.Flumina araris:liria.Oppida decætero rara placentibus ſtagnis agatha quondã maſſiliẽſiũ:& regio uolcarum tectoſagum:atq; ubi rhoda rhodiorum fuit.Vnde dictus multo galliarum fertiliſſimus rhodanus fluuius ex alpibus ſe rapiẽs per remannũ lacũ:ſegnẽq; deferens ararim : nec minus ſeipſo torrẽtẽ iſarã & druentiã.Libyca appellant duo eius ora modica.Ex his alteq; hiſpanienſe:alterũ metapinũ:tertiũ:idẽq; ampliſſimũ maſſalioticũ.Sũt auctores & heracleã oppidũ ĩ hoſtio rhodani fuiſſe ultra foſſam ex rhodano.c.paſſibus.Marii opere & nomine inſigne ſtagnum.Aſtromela oppidũ maritima auaticoq;:ſuperq; cãpi lapidei Herculis præliorũ memoria.Regio anataliorũ:& intus deſuuiatiũ:canarumq;. Rurſus a mari tricorium:& intus tricollorum.Vocontiorum & ſegouellannorum:mox allobrogum ac in ora maſſilia græcorũ phocenſium.Fœderata ,pmontorium nomine:cithariſta portus:regio clamatulicorum.Dein ſuelteri ſupraq; uerucini.In ora autem hac athenopolis maſſiliẽſiũ:forũiulii octauianorum colonia:quæ pacẽſis appellatur:& claſſica:amnis in ea argenteus.Regio oxibiorũ ligaunorũq;:ſuper quos ſuebri:quariates:adunicates.At ĩ ora oppidum latinum antipolis.Regio deciatiũ.Amnis cema ex alpium mõte cemẽo ,pfuſus:In mediterrãeo colõia arelate ſextanoq;:biteræ ſeptumanoq;:arauſio ſecũdanoq;.In agro cauarum ualentia:uienna allobrogum. Oppida latina aquæſextiæ ſaliorum : auenio cauarum: apta-

ſuribus uel uribus

Theli uel tichin uel rubrẽſem

Biteræ uel blitere

Antalia uel antilia bellio uel cabellio

iulia uulgientium alebeceriorum : apollinarium : alba heluorum : augusta tricastinorum : antalia ærea bormannico macina bellio : carcasum : uolcarum : tectosagum : cessero : carpenthoracte : meminorum : cenicenses : cambolectri : qui atlantici cognominantur. Forum Voconi : glanum Liuii Leuteuani : qui & foroneronienses. Nemausum arecomicorum. Piscenæ : ruteni : sanagenses : tolosani : tectosagii : aquitaniæ conterminι : tascodunitari : cononienses : umbranici. Vocontiorum ciuitatis fœderatæ duo capita uasgo : & lucus augusti. Oppida uero ignobilia. xix. sicut. xxiiii. nemausensibus attributa. Adiecit formulæ Galba imperator ex inalpinis auanticos : atq; ebrodiontios : quorum oppidum dinia : Longitudinem prouintiæ narbonẽsis. cccl xx. M. pas. Agrippa tradit : latitudinem. ccxlxix.

ℂ Italia tyberis roma campania. CA. V.

ITalia dehinc primiq; eius ligures : mox hetruria : umbria : latium : ubi tyberina ostia : & roma terrarum caput. xvi. M. p. interuallo a mari. Volscorum postea litus : & campaniæ picentium inde : ac lucanum : brutiumq; : quo longissime in meridiem ab alpium pene lunatis iugis in maria excurrit italia. Ab eo græciæ ora : mox salentini : peduculi : apuli : peligni : ferentani : marrucini : uestini : sabini : picentes : galli : umbri : hetrusci : ueneti : carni : iapides : istri : liburni. Nec ignoro ingrati : ac segnis animi existimari posse merito : si breuiter atq; in trascursu in hunc modum dicatur terra omnium terrarum alumna : eadem & parens numine deum electa : quæ cælum ipsum clarius faceret : sparsa congregaret imperia : rituq; molliret : & tot populorum discordes : ferasq; linguas sermonis commercio cõtraheret ad colloquia : & humanitatem homini daret : breuiterq; una cunctarum gẽtium in toto orbe patria fieret. Et qd agam : tanta nobilitas omnium locorum : quos quis attigerit ? tanta rerum singularum : populorumq; claritas tenet. Vrbs roma uel sola in ea & digna etiam festa ceruice facies : quo tandem narrari debet opere ? Et qualiter cãpaniæ ora per se fœlixq; illa ac beata amœnitas : ut palam sit uno in loco gaudentis opus esse naturæ. Iam uero tota ea uitalis : ac perennis salubritatis cæli temperies est : tam fertiles campi : tam aprici colles : tam innoxii saltus : tam opaca nemora : tam munifica siluarum genera : tot montium afflatus : tanta frugum & uitium olearumq; fertilitas : tam nobilia pecori uellera : tot opima tauris colla : tot lacus : tot amniũ fontiumq; ubertas : totam eam perfundens : tot maria : portus : gremiumq; rerarum commercio patẽs undiq; : & tanquam ad iuuandos mortales ipsa auida in mare Procurrens. Neq; ingenia : rituq; ac uiros : & lingua : manuq; superatas commemoro gentes. Ipsi de ea iudicauere græci : genus in gloriam suam effusissimum : quotam partem ex ea appellando græciam magnam. Nimirum id quod in mentione cæli fecimus hac quoq; in parte faciendum est : ut quasdam notas ac pauca sydera attingamus. Legentes tantum quæso meminerint ad singula toto orbe edisserenda festinari. Est ergo folio maxime quærno assimilata : multo proceritate amplior : q̃ latitudine in leuo se flectens cacumine : & amazonicæ figura desinens parmæ : ubi a medio excursu cirthos uocatur : per sinus lunatos duo cornua emittens : leucopetram dextra : lacinium sinistra. Patet longitudine ab alpino fine prætoriæ augustæ per urbem capuam : neq; cursu meãte rhegium oppidum in humero eius situm : a quo ueluti ceruicis incipit flexus : decies centena & uiginti millia passuũ multoq; amplior mensura fieret lacinium usq; : ni talis obliquitas in latus digredi uideretur. Latitudo eius uaria est. ccccx. milium inter duo maria inferum & superum : amnesq; uarum atq; arsiam : mediæ atq; fere circa urbem romam ab hostio aterni amnis in adriaticum mare influentis ad tyberina hostia. cxxxvi. & paulo minus a castronouo adriatici maris alsium ad thuscum æquor. Haud ullo in loco. cc. in. latitudinem excedens. Vniuersæ autem ambitus a uaro ad arsiam. xxx. Mil. passuum. lviii. efficit. Abest a circundatis terris Histria a liburnia quibusdam locis. c. M. passuum. Ab epiro & illyrico. l. Ab africa minus. cc. ut auctor affirmat Varro. Ab Sardinia. cxx. millia. A Sicilia. M. d. A. corsica minus. lxx. Ab issa. l. Incedit per maria cæli regiõe ad meridiem quidem. Sed si quis diligenti subtilitate id exigat : inter sextam horam primamq; brumalem. Nũc ambitum eius : urbesq; enumerabimus. Qua in re præfari necessarium est auctorem nos Diuum Augustum secuturos : descriptionemq; ab eo factam italiæ totius in regiones. xi. Sed ordine eo qui in littorum tractu fiet urbium quidem uicinitates oratione utiq; præpropera seruari non posse : itaq; interiori in parte digestionem in litteras eiusdem nos secuturos coloniarum mentione signata : q̃s ille in eo prodidit numero. Nec situs originesq; persequi facile est. In gaunis liguribus ut cæteri omittantur agro tricies dato. Igitur ab amne uaro nicea oppidum a massilienſibus conditum. Fluuius pado. Alpes populiq; inalpinis multis nominibus : sed maxime capillati oppido uendiatiorum : ciuitatis Gemellio. Portus Herculis. Monæchi : Liguſtica ora. Ligurum celeberrimi ultra alpes salyi deceates : moxubii : cẽtrones : & caturyges orti uagenni : statyelli : elibi uelli : aielli : eburiates : casmonates : ueliates : & quorũ oppida in ora proxima dicemus. Flumen rutuba : oppidum albium : ĩtemelium : flumen merula : oppidum albingaunũ : portus uadum sabatium : flumen porcifera : oppidum genua : fluuius feritor : portus delphini. Tigulia ĩtus segesta : tiguliorum Flumen macra liguriæ finis. A tergo autem supradictorum omnium apenninus mõs italiæ amplissimus perpetuis iugis ab alpibus tendens ad siculum fretum. Ab altero eius latere ad padum amnẽ italiæ ditissimũ omnia nobilibus oppidis nitẽt. Libarna : Dertona colonia : trira : barderatæ : ĩdustria : polẽtia : carrea : qd̃ potẽtia cognominat. Forosului qd̃ ualentinũ. Augusta uaciẽnox : Alba põpeia Asta : aq̃ statyellox. Hæc regio ex discriptione Augusti nona est. Patet ora liguriæ inter amnes uarum & macram. ccxi. M. pas. Adnectitur septimæ in qua hetruria est ab amne macra : & ipa mutatis sæpe noĩbus. Vmbros inde exegere antiquitus pelasgi. Hos lydi : a quorum rege tyrreni : mox a sacrificio ritu ligua græcox : tusci fuſit cognominati. Primum hetruriæ oppidum luna portu nobile. Colonia luca a mari recedens : ppiorq; ipsa inter amnes Aeserem & arnu orta a Pelope pisisque : siue a tenucanis græca gente. Vada uolaterranea

Vel cocynthos

fluuius cecinna:populonium hetruſcorũ quondã hoc tantum in littore. Hinc amnes prille:mox umbro nauigiorum capax:& ab eo tractus umbriæ portuſq; telamon:coſſa uoltientium a populo Roma.deducta grauiſce:caſtrum nouum:pyrgi:cerætanus amnis:& ipſum cære. Intus mil.paſſibus quartuor agilla a pelaſgis conditoribus dictum alſiũ:phregene. Tyberis amnis a macra.cclxxxiiii.M.paſ. Intus coloniæ faliſca agris otra (ut auctor eſt Cato) q̃ cognominatur hetruſcoꝝ lucus. Coloniæ ruſellana:ſenẽſis: curtona: decætero aretini ueteres:aretini fidẽtiores:aretini iuliẽſes:amitinẽſes:aq̃ſenſes cognomine taurini:blerani: cortonenſes:capinates:cluſini noui:cluſini ueteres:fluentini p̃fluenti arno appoſiti:feſule: ferentinum: feſcennia:hortanum:herbanum:nepeta. Nouem pagi præfecturæ:claudiæ Foro Clodii:piſtorium: peruſia: ſuanenſes:ſaturnini qui ante aurinini uocabantur:ſudertani:ſtatones:tarquinienſes:thuſcanienſes:uetulonienſes:ueretani:ueretini:uolaterrani cognomine hetruſci:uolſcinienſes in eadem parte. Oppidorum ueterum nomina retinẽt agri cruſtuminus caletranus. Tyberis antea tybris appellatus:& prius albula e media fere longitudine apẽnini finibus aretinorũ p̃fluit: tenuis primo:nec niſi piſcinis corriuatus: emiſſuſq; nauigabilis:ſicuti tinnia & glanis influentes in eum nouenorum ita conceptu dierũ ſi non adiuuent hymbres:ſed tyberis propter aſpera & confragoſa. Ne ſic quidem præterquã trabibus uerius q̃ ratibus longe meabilis fertur.p.c.l.M.d.non procul tiferno:peruſia: & otriculo: hetruriam ab umbris: ac ſabinis: mox citra.xiii.M.paſ.urbis ueiẽtem agrum a cruſtumino:dein fidenate:latinumq; a uaticano dirimens. Sed intra tiniam & clanim duobus &.xl.fluuiis auctus: p̃cipuis ãt nare & anieue q:& ipſe nauigabilis. Latiũ includita tergo. Nec minus tamen aquis ac tot fontibus in urbem perductis. Et ideo quamlibet magnarum nauium ex italo mari capax rerum in toto orbe naſcentium mercator placidiſſimus. Pluribus prope ſolus q̃ cæteri in omnibus terris amnes accolit̃:aſpiciturq; nullis. Nulliq; fluuiorum minus licet incluſis utrinq; lateribus:nec tamen ipſe pugnat quãquã creber ac ſubitis incremẽtis:& nuſq̃ magis aquis q̃ in ipſa urbe ſtagnantibus. Quinimmo uates itelligitur potius:ac monitor auctu ſemper religioſus uerius q̃ ſæuus. Latiũ antiquum a tyberi circeios ſeruatum eſt.M.paſſuum.L.longitudine. Tam tenues primordio imperii fuere radices:Colonis ſæpe mutatis:tenuere alii aliis temporibus. Aborigines:pelaſgi:archades:ſiculi:arunci: rutyli. Et ultra circeos uolſci:oſci:auſones:unde nomen modo latii proceſſit ad lirin amnem. In principio eſt oſtia colonia a romano rege deducta. Oppidum Laurentum lucus ſolis indigetis. Amnis numitius. Ardea a Danae perſei matre condita. Dein quondam aphrodiſium antium colonia. Aſtura flumen & inſula. Fluuius nympheus:cloſtra romana. Circei quondam inſula immenſo quidem mari circundata (ſi creditur Homero) & nunc plane. Mirum eſt:quod hac de re tradere hominum noticiæ poſſumus. Theophraſtus qui primo externorum aliqua de romanis diligentius ſcripſit. Nam Theopompus:ante quem nemo mentionem habuit:urbem dum taxat a gallis captam dixit. Clitarchus ab eo proximus legationem tantũ ad Alexandrum miſſam. Hic iam pluſq̃ & fama circeiorum inſulæ & menſuram poſuit ſtadia.lxxx. in eo uolumine:quod ſcripſit Nicodoro athenienſium magiſtratui:qui fuit urbis noſtræ.cccclx.anno. Quicquid eſt ergo terrarum propter decem Milia paſſuum prope ambitus adnexum inſulæ. Poſt eum annum acceſſit italiæ aliud miraculum e circeis:palus pontina eſt quem locum.xxiii.urbium fuiſſe Mutianus ter conſul prodidit. Dein flumen ufens ſupra quod tarracina oppidum lingua uolſcorum anxur dictum. Ibi fuere amyclæ a ſerpentibus deletæ. Dein lacus fundanus:caieta portus. Oppidum formiæ antiqua læſtrigonum ſedes. Vltra fuit oppidum pyræ:colonia minturnæ lyri amne diuiſa clanico appellato. Sinueſſa extremum in adiecto latio:quam quidam dixere ſinopem uocitatam. Hinc fœlix illa campania eſt. Ab hoc ſinu incipiunt uitiferi colles:& temulentia nobilis:ſucco per omnis terras:inclyto:atq; (ut ueteres dixere) ſummum Liberi patris cum cerere certamen. Hinc ſetini & cecubi obtenduntur agri. Iis iunguntur falerni:caleni. Dein conſurgunt maſſici:gaurani:ſurrentiniq; montes. Ibi laborini campi ſternuntur:& in delicias alicæ politur menſis. Hæc littora fontibus calidis rigantur:præterq; cætera in toto mari cõchylio piſce nobili annotantur. Nuſq̃ generoſior oleæ liquor. Et hoc quoq; certamen humanæ uoluptatis tenuere oſci:græci:umbri:tuſci:campani. In ora ſauo fluuius. Vultumum oppidum cum amne. Liternum:cumae calcidenſium:miſenum:portus baiarum:bauli:lacus lucrinus & auernus. Iuxta quem cimerium oppidũ quondam:Dein puteoli colonia dicæarchia dicti.poſtq; plægrei campi. Acheruſia palus cumis uicina. Littore autem hoc neapolis calcidenſium:& ipſa parthenope a tumulo ſyrenis appellata. Herculanium Pompeii haud procul expectante monte ueſunio. Alluente uero ſarno amne ager nucerius eſt:&.ix.Millia paſſibus a mari ipſa nuceria. Surrentum cum promontorio Mineruæ ſirenum quõdam ſede nauigatione a circeiis duo de.lxxx.Millia.p.patet. Regio ea a tyberi prima italiæ ſeruat̃ ex diſcreptione. Auguſti. Intus Coloniæ Capua a.xi. Campo dicta:aquinum: ſueſſa: uenafrũ:fora:theanum:ſidicinum cognomine nola. Oppida abellinum:aritia:alba longa:acerani:allifani:attinates:aletrinates:anagnini:attellani. Aeſulani:arpinates:auxiniates:auxellani:alfaterni. Et qui ex agro latino. Item hernico. Item labinocano cognominati. Bouilæ:calatiæ:caſinum:calenum:capirutum:cernetum: cernetani qui mariani cognominantur. Corania Dardano Troiano orti. Cubulterini:caſtrimonienſes cingulani. Fabienſes. In monte Albano foropopulienſes. Ex falerno fruſinates:ferentinates:freginates:frabaterni ueteres:frabaterni noui: ficolenſes: fregellani:foroappi:forentani:gabini:interannates: ſuccaſani qui & lirinates uocantur. Illionenſes:lauinii:norbani: nomentani: præneſtini urbe quondam ſtephane dicta. Priuernates: ſetini: ſignini: ſueſſulani: telini: trebulani cognomine balimenſes. Trebani: thuſculani: uerulani: ueliterni: uilumbrenſes: uluanates ſuperque Roma ipſa:cuius nomen alterum dicere arcanis ceremoniarum nefas habetur: optimaque & ſalutari fide abolitum annunciauit Valerius Solanus:luitque mox pœnas. Non alienum uidetur inſerere hoc loco exemplum religionis antiquæ ob hoc maxime ſilentium inſtitutæ. Nãq; Diua Angero-

Vel carthonienſes

Vel Clanis.

Vel aurunci Vel lacus ſolis ab indigenis

Vel epulant mẽſis

Vel aſulani

na cui ſacrificatur ad diem.xii.kalẽdas ianuarii ore obligato:obſignatoq; ſimulacrum habet. Vrbem tris portas habentem Romulus reliquit:aut ut plurimis tradentibus credamus:quattuor. Mœnia eius colligere ambitu imperatoribus cẽſoribuſq; Veſpaſianis anno cõditæ.d.cccxxxviii.M.paſ.xiii.M.cc.Cõplexa montes.vii.Ipſa diuiditur in regiones.xiiii.Compita earum.cclxv.paſ.eiuſdem ſpatii menſura currente a miliario in capite romani fori ſtatuto ad ſingulas portas:quæ ſunt hodie numero.xxxiiii.ita ut.xii.portæ ſemel numerentur:prætereanturq; ex ueteribus.vii.quæ eſſe deſierunt.Efficit paſſuum per directũ.xxx. M.d.v.lxii.Ad extrema uero tectorum cum caſtris prætoriis ab eodem miliario per uicos omnium uiarũ menſura colligit paulo amplius.lxx.M.paſſuum.Quod ſi quis altitudinem tectorum addat dignam p/fecto æſtimationem cõcipiat:fateaturq; nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari. Clauditur ab oriente aggere Tarquinii Superbi inter prima opere mirabili. Namq; eum muris æquauit: qua maxime patebat aditu plano.Cætero munita erat præcelſis muris:aut abruptis montibus: niſi q; expatiantia tecta multas addidere urbes in prima regione.Præterea fuere in latio clara oppida:ſatricum: pometia:ſcaptia:pitulum:Politorium:tellene:tifata:cecin ficulnea:cruſtumerium:meridia: medullia: cornículum:ſaturnia ubi nunc Roma eſt.Antipolis:quod nunc ianiculum in parte romæ:antenna: camerium: collatia amiternum:norbe:fulmo:& cum his carnem in monte albano ſoliti accipere populi:Albani: Aeſo
Vel Iongai lani:accienſes:abolani:bubetani:bolani:cuſuetani:coriolani:fidenates:foretii:hertenſes:albenſes:latiniẽſes: longultai:manates:macrales:mutucinẽſes:olliculani:octulani:pedani:polluſtini:querq̃tulani:ſicani: ſiſolẽſes:tolerienſes:tutiẽſes:uimiteraliueliẽſes:uenetulani:uicellenſes.Ita ex antiquo latio.liii.populi interiere ſine ueſtigiis. In campano autem agro ſtapie oppidum fuit uſq; ad Cn.Pompeium &.L.Carbonem conſſ. a pridie kalend.maii:quo die Sylla legatus bello ſociali id deleuit:quod nunc in uillas abiit: Intercidit ibi & taurania.Sunt & morientis ſcalini reliquiæ.Præterea auctor eſt Antias oppidum latinorum apiolas captum a.L.Tarquino rege:ex cuius præda capitolium is in fine ĩcohauerit.A ſurretino ad ſilarum amnem .xxx.M.paſſus ager picentinus fuit thuſcorum templo iunonis argiuæ ab laſone condito iſignis.Intus oppidum ſalerni:picentia.A ſilaro regio tertia & ager lucanus:brutiuſq; incipit. Nec ibi rara incolarum mutatio.Tenuerũt eum pelaſgi:oenotrii:itali:morgetes:ſiculi:græciæ maxime populi:nouiſſime lucani a ſannitibus orti duce Lutio.Oppida peſtum a græcis poſidonia appellatum ſinus peſtanus: oppidũ elea: quæ nunc uelia.Promontorium palinurum a quo ſinu recedẽte traiectus ad coloniam regiam.c.M.paſſus.Proximum autem huic flumen melphes.Oppidum buxentum græciæ pyxus magnæ:nũc lucaniæ.Saus amnis fuit & oppidũ eodẽ noie. Ab eo brutium littus:oppidum blanda:flumen baletum:portus parthenius & phocentium ſinus uibonenſis locus clampetiæ.Oppidum tempſa a græcis temeſe dictum:& crotoniẽſium terina:ſinuſq; ingens terinus.Oppidum conſentia.Intus in peninſula fluuius acheron:a quo oppida
Vel Tauriani acherontini.Hippo quod nunc uibonem ualentiam appellamus.Portus herculis:Metaurus amnis.Tarentum oppidum:portus Honreſtis:& medma.Oppidum ſcylleum:Cratis fluuius pater(ut dixere)ſcyllæ.Dein columna regia.Siculum fretum:ac duo aduerſa promontoria ex italia cænys.Ex Sicilia pelorum .xii.ſtadiorum interuallo.Vnde rhegium.xii.paſſuum.inde apennini ſilua. Promontorium leuco petra. xii.Mil.paſſibus.Ab ea locri cognominati:a promontorio zephyro abſunt a ſilaro.ccciii.M. Et includit̃ europæ ſinus primus in eoq; maria nuncupant.Vnde irrũpit atlanticum ab aliis magnũ:qua intrat porthmos a græcis:a nobis gaditanum fretum cum intrauit.Hiſpanum quatenus hiſpanias abluit.Ab aliis ibericum:aut balearicum.Mox gallicum ante narbonenſem prouinciam:hinc liguſticum. Ab eo ad ſiciliam inſulam tuſcum:quod ex græcis alii notium:alii tyrrhenũ: e noſtris plurimi inferum uocant.Vltra Siciliã quod eſt ad ſalentinos auſonium polybius appellat.Erathoſtenes autem inter hoſtium oceani & ſardiniã quicquid eſt ſardoum.Inde ad ſiciliam tyrrenum.Ab hac cretam uſq; ſiculum.Ab ea creticum. Inſulæ p hæc maria primæ omnium pityuſæ a græcis dictæ a frutice pineo:nũc ebuſus uocatur:utraq; ciuitate fœderata anguſto freto interfluente.patẽt.xlii.M.paſſibus abſunt a dianio:ſeptingentis.ſtad.totidem dianiũ per continentem a carthagine noua.Tantumdem a pityuſis in altum baleares duæ & ſucronem uerſus colubraria.Baleares funda bellicoſas græci gymnaſias dixere.Maior.c.M.p.eſt longitudine: circuitu uero. ccccl xxx.M.Oppida habet ciuium romanorum: palmam:& pollẽtiam:latinorum ciuium: & tucini quod fœderatum bochorum fuit:ab ea.xxx.M.p.diſtat minor:longitudine.lx.M.circuitu.cl.M.paſſuum.Ciuitates habet Iamonem:ſaniſeram:magonem:a maiore.xiii.paſſuum in altum abeſt capraria:inſidioſa naufragiis:& e regione palmæ urbis meraria ac triquadra parua Hannibalis.Ebuſi terra ſerpentes fugat:colubrariæ parit.Ideo infeſta omnibus niſi ebuſitanam terram inferentibus:græci ophiuſam dixere: nec cuniculos Ebuſus gignit populantes balearium meſſes.Sunt aliæ.xx.ferme paruæ mari uadoſo.Galliæ autem hinc ora in rhodani hoſtio metina:mox quæ blaſcon uocatur: tres ſtochades a uicinis maſſiliẽſibus dictæ: propter ordinem:quas item nominant ſingulis uocabulis:proten:& meſen:quæ & pomponiana uocatur: tertia hype.Ab iis ſturiũ:phœnice:phila:lero:& lerina aduerſum antipoli:in q̃ uergoani oppidi memoria.

¶De Corſica. CA. VI.

IN liguſtico mari eſt corſica:quam græci cyrnon appellauere:ſed thuſco propior a ſeptẽtrione in meridiem proiecta:longa paſſuum centum quinquaginta.M.lata maiore ex parte.l.Circuitu. cccxxii.M. Abeſt a uadis uolaterranis.lxii.M.p.Ciuitates habet.xxxiii.& colonias:marianá a Mario deductã:aleriã a dictatore Sylla.Citra ẽ ogloſa. Intra uero .lx.M.paſ.a corſica planaria ſpẽ dicta æq̃lis freto:ideoq; nauigiis fallax amplior urgo & capraria: q̃ græci ægilũ dixere.Itẽ igiliũ & dianium q̃ artemiſiam:ambæ contra coſanum littus:& contra littus harponæ:meneria:colubria:uenaria:ilua: cũ ferri metallis circuitu.c.p.a.populõia.x.M.a græcis ætalia dicta:ab ea planaſia.xxxviiii.M.ab iis ultra tyberi

na oſtia in antiano:aſtrua:mox palmaria:ſinonia:aduerſum formias pontiæ. In puteolano autem ſinu pã/
dataria:prochyta:non ab Aeneæ nutrice:ſed quia profuſa ab ænaria erat. Aenaria ipſa a ſtatione nauiũ Ae/ Velari
neæ Homero inarimæ dicta:græcis pythecuſa:non a ſymiarum multitudine(ut aliqui exiſtimauere)ſed mæ
a figulinis:pythos dolium. Inter pauſilpium & neapolim:megaris:mox a ſurrento. viii. M. paſſibus diſtan
tes Tyberii principis arce nobiles capreæ circuitu. xl. M. paſ. cx. leuchotea. Extra quem conſpectum pela/
gus africam attingens. Sardinia minus. ix. M. paſſibus a corſicæ extremis:etiãnũ anguſtias eas arcentibus
inſulis paruis:quæ cunicularię appellant. Itemq; phitonis foſſæ:a quibus fretum ipſum taphros noſatur.

¶De Sardinia. CA. VII.

SArdia ab oriẽte patẽs. clxxxviii. M. paſ. ab occidẽte. clxxii. mil. a meridie. lxxiiii. millia a ſepten/
trione. cxxii. Circuitu. d. lxii. millia. abeſt ab africa calaritano promontorio ducenta millia:a ga
dibus quatuordecieſcentena habet:& a gorditano promontorio duas inſulas quæ uocant Her
culis a ſulchenſi enoſin:a calaritano ficariam. Quid haud procul ab ea etiam beleridas ponunt:
& collodem:& quam uocant heras lutra. Celeberrimi in ea populorum iolenſes:Balari:corſi oppidorum
. xiii. ſulchitani:ualentini:neapolitani:bocenſes:calaritani ciuium romanorum: & noreſes. Colonia autem
una:quæ uocatur ad turrim libyſonis. Sardiniã ipſam Timeus ſandaliatin appellauit ab effigie ſoleæ. Myr
ſilius ichnuſam a ſimilitudine ueſtigii. Contra peſtanum ſinum leucaſia eſt a ſyrene:ibi ſepulta appellata.
Contra ueliam pontia:& iſacia:utræq; uno nomine œnotrides:argumentum poſſeſſæ ab œnotris italiæ:
& contra uibonem paruæ quæ uocantur ithaceſiæ ulyxis ſpecula.

¶De Sicilia. CA. VIII.

VErũ ante oẽs claritate Sicilia Sicania a Thucydide dicta:Trinacria a pluribus:aut triquetra a triã/
gula ſpecie. Circuitu patens ut auctor eſt agrippa. d. cxviii. M. paſſibus:quondam brutio agro co/
hærens:mox interfuſo mari auulſa. xii. M. in lõgitudinem freto. In latitudinem autem mille qn
genti. Iuxta columnam regiam:ab hoc dehiſcendi argumento:rhegium græci nomen dedere op
pido in margine italiæ ſito. In eo freto eſt ſcopulus ſcylla. Item carybdis. Mare uorticoſum. Ambo clara ſe
uitia. Ipſius triquetræ ut diximus promontorium pelorus uocatur aduerſus ſcyllam uergens in italiam.
Pachinum in græciam. cxliiii. M. ab eo diſtante pelloponneſo. Lilybeum in africam. clxxx. M. interuallo a
mercurii:promontorio: & a calaritano ſardiniæ centum uiginti. M. Inter ſe autem hæc promontoria late
diſtãt his ſpatiis. Terreno itinere a peloro pachinum. clxvi. M. paſſus. Inde lilybeum. cc. M. Inde pelorum
. clxx. M. coloniæ ibi urbes ac ciuitates. lxxii. A peloro mare ionium ora ſpectante oppidum meſſana ciuiũ
romanorum:qui mamertini uocantur:Promontorium drepanum:colonia tauromínium:quæ antea na/
xos. Flumen aſines. Mons ætna nocturnis mirus incendiis. Crater eius patet ambitu ſtadia. xx. Fauilla tau
rominium & catinam uſq; peruenit feruens. Fragor uero ad maronem & gemellos colles Scopuli tres cy/
clopum:portus ulyxis. Colonia catina: Flumina ſymethum:terias. Intus leſtrigoni campi. Oppida leõtini:
megaris:amnis panthagies:Colonia ſyracuſæ cũ fronte arethuſa. Quamq; & temenitis: & achidemiſa: &
margea:& cyane militiæ fontes in ſyracuſano potantur agro:portus nauſtathmus:flumen elorus: promõ
torium pachynum:a qua fronte ſiciliæ flumẽ hirminium:oppidum camarina:fluuius gelas:oppidũ agre/
gas:quod agrigentum noſtri dixere. Thermæ colonia:atys hypſa:& ſelinus. Oppidum lilybeum:ab eo ꝓ
montorium drepana:mons erix. Oppida panhormum:ſelinus:hymera cum fluuio cæphalædis: aleũtinũ
agathyrſum:tyndaris colonia oppidũ myle. Et unde cepimus pelorus. Intus latinæ cõditionis cẽturipini:
neſtini:aegeſſani. Stipẽdiarii aſſorini:ætnẽſes agyrini:aceſteni:acrẽſes:bidini:citarii & cirini drepranitãi:er
getini:eceſtienſes:erecini:entelletini:edini:enguini:gelani:galateni:haleſini:ennenſes:hybleenſes:herbitẽs
& herbẽſſens:heubulenſes:helicienſes:hadranitani: Imacarenſes:hypanenſes:letenſes:mutuſtratini: magel
lini:murgentini:motyenſes menanini:naxinonii:petini:paropini:teraphitienſes:ſemellitani:ſcherini: ſeli/
nunti:ſymetii Tallarienſes:tiſſinenſes:triocalini:triracienſes:zanclæi meſſeniorum. Horum in ſiculo fre/
to ſunt iſulæ i africã uerſæ gauros:melita:a camerina. lxxxiiii. M. paſſibus a Lilybeo. cxiii. Coſyra:hierone
ſos. Cenegalatha:lopaduſa:ætuſa:q; alii æguſam ſcripſerũt. Bucinona ætnæ:& a ſolunte. lxxv. M. oſteodes:
cõtraq; paropinos uſtica. Citra uero ſiciliã ex aduerſo metauriamnis. xxii. ferme paſſuũ ab italia. vii. æoliæ
appellatæ. Eadẽ lipareoq;:& epheſtiades a græcis:a nr̃is uulcãi. Aeoliæ q; Aeolus iliacis tpibus ibi r̃gnabat.

¶De lipara. CA. VIII.

LIpara cũ ciuiũ romanorũ oppido dicta a Liparo rege. Cui ſucceſſit Aeolus:antea lõgonis uel me
ligunis uocitata abeſt. xii. M. p. ab italia ipſa circuitu paulo minori. Inter hãc & ſiciliã altera ãtea
theraſia appellata nũc hiera:quia ſacra uulcão eſt. Colle in ea nocturnas euomẽte flãmas. Tertia
ſtrongyle a lipara mille paſſus ad exortũ ſolis uergens:in qua regnauit Aeolus: quæ a lipara li/
quidiore flãma tãtũ differt. Cuius fumo qui nã flaturi ſint uenti in triduũ prædicere incolæ tradunt. Un/
de Aeolo uentos paruiſſe exiſtimatũ. Quarta didyme minor q; lipara. Quinta ericuſa. Sexta phœnicuſa pa
bulo proximarum relicta. Nouiſſima eademq; minima euonymus. Hactenus de primo europæ ſinu.

¶De locris italiæ fronte. CA. IX.

ALocris italiæ frons incipit:magna grætia appellata in tres ſinus incedens auſonii maris. quo/
niam auſones tenuere primi: patet. lxxxii. M. paſſuum ut auctor eſt Varro. Plerique. lxxii. M.
fecere. In ea ora flumina innumera: ſed memoratu digna locanus: ſagra: & ueſtigia oppidi
caulonis: myſtia: conſulinum caſtrum:carcinum:quod eſſe longiſſimum italiæ promonto/
rium aliqui exiſtimant:Dein ſinus & ſcyllatium & ſcylletium athenienſibus:cũ conderent dictum: quem Vel co/
locum occurrens therineus ſinus peninſulam efficit:& in ea portus qui uocatur caſtra Hannibalis:nuſquã cithiũ

anguſtiore italia.xx.M.paſſuum latitudo eſt.Itaq; Dionyſius maior interciſam eo loco adiicere ſiciliæ uoluit.Amnes ibi nauigabiles cæcinos:crotalus:ſemirus:arocha:targines.Oppidum ītus petilia: mons clybanus:promontorium lacinium:cuius ante oram inſula.x.M.p.a terra diſcoron:altera calypſus:quam ogygiam appellaſſe.Homerus exiſtimatur.Præterea tres ſirenuſſæ:Meloeſſa:ipſam a caulone abeſſe.lxx.M. paſſibus prodidit Agrippa.

¶Secundus europæ ſinus. CA. X.

A Lacinio promōtorio ſecundus europæ ſinus incipit:magno ambitu flexus: & acroceraunio epyri finitur promōtorio: a quo abeſt.lxxv.M.paſſibus.Oppidum croto:amnis næthus.Oppidū thurium inter duos amnes crathin & ſybarin:ubi fuit urbs eodem nomine.Similiter eſt inter ſyrin & acirin heraclea aliquando ſyris uocitata.Flumina thalandrum:caſuentum.Oppidū metapontum:quo tertia italiæ regio finitur.Mediterranei brutiorum apruſtani tantum.Lucanorum autem hinc atinates:buxetini:eburini:grumētini:potētini:ſontini:ſyrini:tergilani:urſentini: uolſentani: quibus numeſtrani iunguntur:Præterea interiiſſe thebas lucanas Cato auctor eſt.Et pādoſiam lucanorum urbē fuiſſe Theopompus:in qua Alexander epirotes occubuit.Connectitur ſecūda regio amplexa hirpinos: calabriam:apuliam:ſalentinos.ccl.M.ſinu qui tarentinus appellatur ab oppido.laconū in receſſu hoc ītimo ſito contributa eo maritima colonia:quæ ibi fuerat.Abeſt.cxxxvi.M.paſ.a lacinio promōtorio aduerſam ei calabriam in peninſulam emittēs.Græci meſſapiam a duce appellauere.Et ante peucetiā a Paucetio Oenotri fratre.In ſalentino agro inter promontoria.c.M.paſ.interſunt.Latitudo peninſulæ a tarento brūduſium terēno itinere.xxxii.M.paſſibus patet:multoq; breuius a portu ſaſina.Oppida p cōtinētē a tarēto uaria.Cui cognomē apule:meſſapia:aletium.In ora uero ſenonum gallipolis:quæ nunc eſt anxa.lxii.M.paſſibus a tarento.lude.xxx.M.promontorium quod acran iapygiam uocant:quo longiſſime in maria excurrit italia.Ab eo haſta oppidum:& hydruntum.x.M.ac.ix.M.paſſuum:ad diſcrimen ionii & hadriatici maris:quia in græciam breuiſſimus tranſitus.Ex aduerſo apollonia oppido latitudine ītercurrentis freti.Centum milia non amplius paſſuum.Hoc interuallum pedeſtri continuare tranſitu pontibus iactis primum Pyrrhus epiri rex cogitauit.Poſt eum.M.Varro cum claſſibus Pompeii pyratico bello præeſſet. Vtrunq; aliæ impedire curæ.Ab hydrunte ſoletum deſertum.Dein fratuertium:portus tarentinus:ſtatio militum Lupia baleſſum:celium:Brunduſium.l.M.paſſuum ab hydrūte:in primis italiæ portu nobile:ac uelut certiore tranſitu:ſicuti longior excipiente illyrica urbe dirrachio.ccxx.M.traiectum brunduſio conterminus pediculorum ager nouem adoleſcentes:totidēq; uirgines ab illyris.xiii.populos genuere.Pediculorum oppida rhudia:egnatia:barion: ante iapyx a Dedali filio:a quo & iapygia:amita pactius: aufidus: ex hirpinis montibus canuſium p̄fluens. Hinc apulia dauniorum cognomine a duce Diomedis ſocero. In qua oppidum ſalapia Hannibalis meretricio amore inclytum:Sipontum:uria: amnis cerbalus Dauniorum finis: Portus agaſus.Promontorium montis gargani:a ſalentino:ſiue iapygio.c.xxxiiii.Milibus paſſibus ambitu:gargani portus garganæ:lacus pantanus:flumen portuoſum:frento:teanum apulorum.Itemq; larinū. Cliternia:tiernus amnis.Inde regio frentana.Itaq; apulorum genera tria.Teani a duce: Gares: Lucani qui ſubacti a Calchantæ tenuere loca:quæ nunc tenent etinates Dauniorum p̄ter ſupradicta coloniæ luceria: uenuſia:Oppida canuſium:harpi aliquando hargos:hippium Diomede condente:mox hargirippa dictū. Diomedes ibi deleuit gentes:monadorum:dardorumq;:& urbes duas:quæ in prouerbii ludricum uertere apinam:& Tricam Cætera intus.In ſecunda regione hirpinorum colonia una beneuentum: auſpicatius mutato nomine:quæ quondam appellata maleuentum:auſeculani:aquiloni: abellinates cognomine protopi: compſani caudini:ligures:qui cognominantur cornelani:& qui bebiani:ueſcellāi:deculani: aletrini: abellinates:cognominati marſi attrani:ecani:alfellani:artinates:arpani:borcani:collatini:corinenſes:& nobiles clade romana cānenſes: dirini:forētani:genuſini:herdorienſes.Hyrini:larinaces cognomine frētani: etinates:ex gargano mateolani:nerecini:matini:tubuſtini:ſiluini:ſtrapelini:turmantini:uibarnates:uenuſini:ulurtini:Calabrorum mediterranei egetini butuntinenſes:deciani:brumbeſtini:narbonenſes: ſturnini:tutini.Salentinorum aletini:baſterbini:ineretini:ualetini:ueretini

¶Regio italiæ quarta. CA. XI.

S Equiſ regio quarta gentiū:uel fortiſſimaq; italiæ in ora frētanoq; a tiferno flumē trinium portuoſum.Oppida hiſtoniū:buca:ortona:aternus amnis.Intus anaxini cognomine frentani:carē tini:ſupnates:& infernates:lāuenſes.Muricinorū teatini.Pelignorū corfinienſes:ſuperēq̄ni ſulmonenſes.Marſorum anxantini:atinates:ſuccētes:lucentes:marruuii.Albenſium alba ad fucinum lacum.Aequiculanorum cliternini:carſeolani:Veſtinorum angulani:pinnenſes:peltuinates: quibus iunguntur aufinates:ciſmontani:Sānitium quos ſabellos & græci:ſaunitas dixere.Colonia bouianum uetus:& alterum cognomine undecumanorum:aufidenates:eſernini:fagi fugali:ficolenſes:ſepinates: treuentiates.Sabinorum amiternini:curenſes:forum Decii:forum:nouum:fidenates interemnates:nurſini: nomentani.Reatini:trebulani:qui cognominantur mutuſtæi & qui ſuffenates:tyburtes:tarynates.In hoc ſitu ex æquiculis interiere comini: tadiates: acedici: alfaterni. Gelianus auctor eſt lacu fucino hauſtum marſorum oppidum alchippe conditum a Marſya duce lydorum.Item urticinorum in piceno deletum a romanis Valerianus Sabini (ut quidam exiſtimauere) a religione & deorum cultu ſeuini appellati uelinos accollunt: lacus roſcidis collibus.Nar amnis exhaurit illos ſulphureis aquis.Tyberym ex his petēs replete monte fiſcello labens iuxta uacunæ nemora & reate in eoſdem conditus. Et ex alia parte anio in monte trebanorum ortus lacus tris amœnitate nobiles: qui nomen dedere ſub laqueo: defert in tyberin. In agro reatino: cutyliæ lacum:in quo fluctuet inſula:italiæ umbilicum eſſe Marco Varro

tradit. Infra sabinos latiū est: a latere picenum a tergo umbriā apeninis iugis sabinos utrinq; uallātibus.

¶ Quinta regio. CA. XII.

QVinta regio piceni est quondam uberrimæ multitudinis. cccl x. M. picentium in fidem Ro. populi uenere. Orti sunt a sabinis uoto uere sacro. Tenuere ab aterno amne: ubi nunc ager hadrianus: & hadria colonia a mari. vii. M. passuū flumē uomanum: ager p̄tutianus palmensisq;. Item castrū nouū: flumen batinū: truentū cū amne: quod solum liburnoꝝ in italia reliquū est. Flumina albulates: suinū: heluinū: quo finitur p̄tuciana regio: & picentium incipit. Cupra oppidū: castellum firmanorum: & super id colonia asculū piceni nobilissima Intus nobana. In ora clauana: potētia: numana a siculis condita. Ab iisdem colonia ancon apposita ꝓmontorio cumero in ipso flectentis se ore cubito a gargano. clxxxiii. M. passibus. In eus auximates: ueregrani: cingulani: cūprenses cognomine montani: falarienses: pausulani plynitenses: ricinēses: septempedani: tollētinates: triacenses cum urbe saluia polentini.

¶ Sexta regio. CA. XIII.

VNgit hic sexta regio umbriam cōplexa agrūq; gallicū circa ariminū. Ab ancone gallica ora incipit togata gallia cognomine siculi & liburni plurimi eius tractū tenuere in primis palmensem p̄tutianum adrianūq; agrū. Vmbri eos expulere hos hetruria hanc galli. Vmbrorum gēs antiqssima italiæ existimatur: ut quos umbrios a græcis putēt dictos: q; inundatione terrarū hymbribus superfuissent. Trecēta eorū oppida tusci debellasse reperiunt. Nūc in ora flumē esis: senogallia: metaurus fluuius: colonia fanum fortunæ: pisaurū cū amne. Et intus hispellū: tuder. Decætero amerini: attidiates: asirinates: arnates: æsinates: camertes: casuētini: carsulani: doiates cognomine salētini. fulginates: foroflāminiēses: foroiulienses cognomine concubienses: forobremitiani: forosempronienses inginini: interanates cognomine nartes: meuanates: meuanionenses: mattilicates: narniēses: quod oppidū uequinū antea uocitatū est: nucerini cognomine fauonienses: & camellani: otritulani: ostrani: pitulani cognomine pisuertes: & alii: mergentini: pestini: setinates: farsinates: spoientini: suareani: festinates: suillates: sadinates: trebiates: tussicani: tibernates: cognomine tyburini: & alii timetaurenses: uesionicates: urbinates cognomine metaurenses: & alii hortenses: uettionenses: uindinates: uiuentani. In hoc situ iteriere feliginates: & qui clusiolum tenuere: supra interrannani: & saranates cum oppidis acerris: quæ uafriæ cognominabantur. Turocelo quod uettiolum. Item sollinates: suriates: fallienates. Appiennates interiere: & arienates cum crinouolo: & uscidicani: & plangenses: pisiates: cælastini: Ameriam: suprascriptam Cato ante persei bellum conditam annis. d. cccclxiiii. prodidit.

¶ Octaua regio. CA. XV.

OCtaua regio determinatur arimino: pado: appennino. In ora fluuius crustumium: ariminū colonia cum amnibus arimino & apruſa. Fluuius hinc rubico quondam finis italiæ. Ab eo sapis: & uitis: & anemo. Rauenna sabinorum oppidum cum amne besede ab ancone. cii. M. passibus. nec procul a mari umbrorum: butrium. Intus coloniam bononia: felsina uocitata: cum princeps hetruriæ esset. Brixillum: mutina: Parma: Placentia. Oppida Cesena: claterna: forunclodii: liuii. Pompilii truentinoꝝ: Cornelii. Licinii: fauentini: fidentini: otesini: pandinates: regienses a Lepido: solonates: saltusq; qui galliani cognominantur aquinates: tānitani: ueliates cognomine uereti: regiates: urbinates. In hoc tractu: interiunt boii: quorum tribus. cxii. fuisse auctor est Cato. Item senones qui cœperant Romam.

¶ De pado flumine. CA. XVI.

PAdus e gremio uesuli montis celsissimum in cacumen elati finibus ligurum gabiennorum uisendo fonte profluens condensq; sese cuniculo: & in forouibiensium agro iterum exoriens: nulliamnium claritate inferior: a græcis dictus eridanus: ac pœna Phaetontis illustratus. Augēt ad canis ortus liquatis niuibus: agris q̄ nauigiis torrentior: nil tamen ex rapto sibi uendicans. Atq; ubi liquit agros: ubertate largior. ccc. M. passibus a fonte addens meatu duodenonaginta. Nec amnes tantum appenninos: alpinosq; nauigabiles capiens: sed lacus quoq; immensos in eum sese exonerantes: omni numero. xxx. flumina in mare adriaticum defert. Celeberrima ex iis apennini latere iactum: tanarum: trebiam: placētinum: tarum: niciam gabellum: sculternam. rhenum. Alpium uero sturam: morgum: durias duas: sessiten: ticinum: lambrum: abduam: ollium: mintium. Nec alius amnium tam breui spatio maioris incrementi est. Vrgetur quippe aquarum mole: & in profundum agitur. Grauis terræ q̄q̄ deductus in flumina: & fossas inter Rauennam altinumq; passuum. cxx. M. tamen quia largius uomit septē maria dictus facere. Angusta fossa Rauennam trahitur: ubi paduſa uocatur: quōdam messanicius appellatus. Proximū inde hostium magnitudinem portus habet: qui uatreni dicitur. Quo Clau. Cæsar e britannia triumphās prægrandi illa domo uerius q̄ naue intrauit hadriam. Hoc ante eridanum hostium dictum est: ab aliis spineticum ab urbe spina: quæ fuit iuxta: præualens & delphicis creditum est thesauris condita a Diomede. Auget ibi padum uatrenus amnis ex forocornelienſi agro. Proximum inde hostium capraſiæ: dein sagis: dein uolane: quod ante olane uocabatur. Omnia ea fossas: fluminaq; primi asagi fecere tusci egesto amnis impetu per transuersum in hatrianorum paludes: quæ septem maria appellantur: nobili portu oppidi tuscorum hatriæ a quo hatriaticum mare ante appellatum: quod nunc hadriaticum. Inde ostia plena carbonaria: ac fossiones philistinæ: quod alii tartarum uocant. Omnia est philistinæ fossæ abundatione nascentia: accedentibus atheſi ex tridentinus alpibus: & uigisono ex patauinorum agris. Pars eorum & proximum portum facit brundulum: sicut edronem Medoaci duo: ac fossa clodia. His se padus miscet: ac per hæc effunditur plerunque: ut in egypto nilus quod uocant delta: triquetram / que figuram in alpes: atque oram maris facere proditur stad. ii. M. circuitu. Pudet a græcis italiæ

rationem mutuari. Metrodorus Tamen Septius dicit. Quoniam circa fontem arbor multa sit picea quæ pades gallice uocetur padum hoc nomen accepisse. Lingurum quidem lingua amnem ipsum bodincũ uocari: quod significet fundo carentem. Cui argumento adest oppidum iuxta industria uetusto nomine bõdicomagum ubi præcipua altitudo incipit.

¶ De italia trasspadana regio nona. CA. XVI.

TRaspadana appellatur ab eo regio nona tota in mediterraneo: cui maria cuncta fluctuoso alueo important. Oppida uibiforum: segusio. Coloniæ ab alpium radicibus augusta taurinorum antiqua ligurum stirpe: inde nauigabili pado. Dein salasorum augusta prætoria iuxta geminas alpium fauces graias atq; pœninas. His pœnos: graiis Herculẽ Transisse memorant. Oppidũ eporedia sybillinis libris a poro. condi iussum. Eporedicas enim galli bonos equorum domitores uocãt. Vercellæ libitiorum ex Salyis ortæ: nouaria ex uerramacoris uocontiorum: hodieq; pagos. Non (ut Cato existimat) ligurum ex qbus leui & marici condidere ticinum non procul a pado. Sicut boii trãsalpes profecti laudem pompeiam. Insubres Mediolanum. Orobiorum stirpis esse Comum: atq; Bergomum: & licinifo rum: & aliquos circa populos auctor est Cato: sed originem gẽtis ignorare se fatetur: quã docet Cornelius Alexander ortam a græcia ĩterpretatione etiam nominis uitam in montibus degentibus. In hoc situ interiit oppidum orobiorum barra: unde bergomates Cato dixit ortos etiamnum prodẽte se altius q̃ fortunatius sitos. Interiere & Caturiges insubrum exules: & spina supradicta. Itẽ melpũ oppulentia præcipuũ: qd' ab isubribus & boiis & senonibus deletũ est eo die quo Camillus ueior cœpit: ut Nepos Cornelius tradit.

¶ Venetia decima regio. CA. XVII.

SEquitur decima regio italiæ adriatico mari appositа: Venetia cuius Fluuius Silis ex montibus taurisanis. Oppidũ altinũ: flumen liquẽtia ex mõtibus opiterginis: & portus eodẽ nomine: colonia cõcordia: flumẽ & portus romatinũ: tiliauẽtũ maius minusq; anassum: quo uaramus defluit: alsa: natiso cum turro profluente aquileiam coloniã. xii. M. passibus a mari sitam. Carnorum hæc regio iũctaq; regioni iapidum: amnis timauus: castellum nobile uino pucinũ. Tergestinus sinus colonia tergeste. xxiii. M. P. ab aquileia: ultra quam sex millia passuũ formio amnis. Ab Rauenna. clxxxix. passibus: antiquus auctæ italiæ terminus. Nunc uero istriæ quam cognominatam tradunt a flumine istro in hadriam effluente e danubio amne: eodemq; istro ex aduerso padi fauces: contrario eorũ percussu mari interiecto dulcescente: plericq; dixere falso: & Nepos Cornelius etiam padi accola. Nullus enim ex danubio amni in mare hadriaticum effunditur. Deceptos credo: quoniam argo. nauis flumine in mare hadriaticũ descendit: nec procul tergeste. Nec iam constat quo flumine. Humeris trauectam alpes diligentiores tradunt. Subiisse autem istro: dein sao: dein pãporto: cui nomẽ ex ea causa est ĩter æmonã: alpesq; exoriẽti.

¶ De istria. CA. XVIII.

ISTria ut peninsula excurrit. Latitudinem eius. xl. M. passuum: circuitũ uero. cxxii. M. pdidere quidam. Item adherentis liburniæ & phanatici sinus. Alii liburniæ. clxxx. M. Nonnulli in phanaticũ sinum iapidiam promouere: a tergo istriæ. cxxx. M. passuum. Dein liburniam. cl. M. fecere. Tuditanus: qui domuit istros in statua sua ibi inscripsit ab aquileia ad titium flumen stad. cc. M. Oppida istriæ ciuium romanorum ægida: parentiũ. Colonia pola: quæ nunc iuliapietas quondam a colchis cõdita. Abest a tergeste. c. M. n. p. mox oppidũ nesactium: & nunc finis italiæ fluuius arsia. Polam ab ancona traiectus. cxx. M. passibus est. In mediterraneo regionis decimæ Colonia Cremona: Brixia cenomanorũ agro. Venetoq; autem attestæ & oppida accelum: patauium: opitergiũ: bellunium: Vicecia: Mãtua thuscorum trans padum sola reliqua. Venetos troiana stirpe ortos auctor est. Cato Cenomanos iuxta massiliam habitasse. In uolscis Feltrini: & tridẽtini: & bernenses. Rhetica oppida rhetorũ euganeorum Veronam: iulienses carnorum. Dein quos scropulose dicere nõ attineat: alutraẽses: asseriates: flamonienses: uanienses: & alii cognomine culici: foroiulienses cognomine transpadani: forentani: nẽdinates: quarqueni: taurisani: cogienses: uaruani. In hoc situ interiere per oram iraminæ: pellaon: pasitium: ex Venetis atina: & cælina: carnos: segeste: & ocra. Taurisci noreiã. Et ab aquileia ad duodecimum lapidem deletum oppidum etiam in uito senatu a. M. Claudio. L. Marcello. L. Piso auctor est. In hac regione &. xi. lacus inclyti sunt: amnesque eorum partus: aut alumni: si modo acceptos reddunt: ut abduam larius: ticinum uerbanus: mintium benacus ollium sebinus: lambrum eupilis: omnes incolas padi. Alpes in longitudinem. x. M. passuum patere a supero mari ad inferum Cælius tradit. Timagenes. xxii. M. passuum deductis in latitudinem. Cornelius Nepos. c. M. T. Liuius tria. M. stadiorum: uterq; diuersis in locis. Nam & centum millia excedunt aliquando ibi germaniam ab italia submouent: nec. lxx. M. explent: reliqua sui parte glacilis ueluti naturæ prouidentiam. Latitudo italiæ subter radices earum a uaro per uada sabacia taurinos: Comum: Brixiam: Veronam: Viceciam: opitergium: aquileiam: tergeste: polam: arsam. d. ccxlii. M. Pas. colligit.

¶ De alpibus & gentibus alpinis. CA. XIX.

INcolæ alpium multi populi: sed illustres a pola ad tergestis regionẽ: secusses: subocrini: atali menocaleni: iuxtaq; carnos quondam taurisci appellati: nunc morici. His cõtermini rheti: & uindelisci: omnes in multas ciuitates diuisi. Rhetos thuscorum prolem arbitrantur a gallis pulsos duce rheto. Verso deinde italiam pectore: alpium latini iuris euganeæ gentes: quarũ oppida. xxxiii. enumerat Cato. Ex iis triumpilini uenalis cum agris suis populus. Dein canuni: complureſq; similes: finitimis attributi municipiis. Leopontios & salasos taurisc æ gentis idem Cato arbitratur. Cæteri fere leponțios relictos ex comitatu Herculis interpretatione græci nominis credunt: præustis intra sinus alpium niue membris eiusdem & graios fuisse positos in trãsitu. Graiarum alpium incolas præstantesq; genere eu-

ganeos inde tracto nomine. Caput eorum ſteonos: rhetorum uennones: ſaruneteſq; ortus rheni amnis accolunt. Lepontiorum: qui uiberi uocantur: fontem rhodani eodem alpium tractu. Sunt præterea latio donati incolæ: ut octodurēſes: & finitimi ceutrones: cottianæ ciuitates. Caturiges & caturigibus ortiuageni: ligures: & qui nontani uocantur. Capillatorumq; plura genera ad confinium liguſtici maris. Nō alienum uidetur hoc loco ſubiicere iſcriptionem e trophæo alpium: quæ talis eſt. Imperatori Cæſari Diui filio Augu. pontifici maximo imper. xiiii. tribunitiæ poteſtatis. Senatus populuſq; Ro. q; eius ductu auſpiciiſque gentes alpinæ omnes: quæ a mari ſupero ad inferum pertinebāt: ſub imperium Po. Ro. ſunt redactæ. Gētes alpinæ deuictæ: triumpilini: canumi: uennotos: uenonetes: hiſarci: breuni: naunes: focunates: uindelicorum gentes quattuor: conſuanetes: uirucinates: licates: cattenates: abiſontes: ruguſci: ſuanetes: collocanes: brixentes: lepōtii: uiberi: nautuates: ſeduni: uaragri: ſalaſſi: acitauones: medulli: ucenni: caturiges: brigiani: ſontiontii: ebroduntii: nemaloni: epemnates: eſubiani: ueamini: gallicæ: triulatti: ectini: uergūni: eugituri: nemeturi: oratelli: ueruſi: uelauni: ſuetri. Non ſunt adiectæ cotianæ ciuitates. xii. quæ non fuerāt hoſtilles: ſed item attributæ municipiis lege pompeia. Hæc eſt Italia diis ſacra: hæ gentes eius: hæc oppida populorum. Super hæc Italia quæ. L. Aemilio Paulo. C. Statilio Regulo conſſ. nunciato gallico tumultu ſola ſine externis ullis auxiliis: atq; etiam tunc ſine traſpadanis equitum. lxxx. M. peditum. d. cc. M. armauit. Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictū id uetere cōſultu patrū italiæ parci iubētium.

colloca/ nes uel calluco/ nes

¶ Illyricum. CA. XX.

ARſiæ gens liburnorum iungitur uſq; ad flumen titium. Pars eius fuere mentores: hymani: encheleæ: dudini: & quos Callimachus peucecia appellat: nunc totum uno nomine illyricum uocatur: generatim populorum pauca effatu digna aut fœlicia nomina. Conuentum ſcardonitanum petunt iapides: & liburnorum ciuitates. xiiii. e quibus lacinienſes: ſcultinos: burniſtas: albonēſes: nominare non pigeat. Ius italicum habent eo conuentu alutæ: phlanates: a quibus ſinus nominatur. Lopſi uarubarini: immuneſq; aſſeriates: & ex inſulis fulſinates: curictæ. Cæterū per oram: oppida anefactio: aluona: flauona: tarſatica: ſenia: iopſica: ortopula: yegium: argiruntum: corinium: enona ciuitas: pauſinus: flumen telaunum: quo finitur iapidi. Inſulæ eius ſinus cum oppidis præter ſupra ſignificata: abſyrtium: arba: Crexa: giſſa: portunata: pharos ante. Rurſus in continente colonia iadera: quæ a pola. clx. M. p. abeſt inde .xxx. M. colentum inſula. xviii. hoſtium titii fluminis.

¶ Liburnia. CA. XXI.

ELiburniæ finis: & initium dalmatiæ ſcardona in amne ea. lxii. M. paſſuum a mari. Dein tariotarū antiqua regio: & caſtellum tariona. Promontorium Diomedis: uel ut alii peninſula. Hillis circuitu. c. M. paſſuum tragurium ciuium romanorum: marmore notum ſicum. In quem locum Diuus Claudius ueteranos miſit. Salona colonia ab iadera. ccxxxix. M. paſſu. Petunt in ea iura iuribus deſcriptis in decurias. ccclxii. dalmatæ. xxii. decuni. ccxxxix. ditiones. lxix. mæzæi. lii. ſardiates. In hoc tractu ſunt burnum: mandetrium: tribulium. Nobilitata præliis caſtella petunt & ex inſulis Stæi: colentini: ſepari: epetini. Ab his caſtella piguntiæ: rataneum: narona colonia. Tertii conuentus a ſalona. lxxii. M. paſſuum appoſita cognominis ſui fluuio a mari. xx. M. p. M. Varro. lxxxix. ciuitates eo uēnitaſſe auctor ē. Nunc prope ſoli noſcunt Cerauni decuriis. xxiiii. daurſi. xvii. deſitiates. ciii. docleates. xxxiii. deretini. xiiii. dereuiſtæ. xxx. dindari. xxxiii. glinditiones. xliiii. melcomāi. xxiiii. nareſii. cii. ſcirtari. lxxii. ſiculotæ. xxiiii. Populatoreſq; quondam italiæ uardei non amplius quam. xx. decuriis. Præter hos tenuere tractum eum œnei: partheni: hemaſi: marſthitæ armiſthæ. A narone amne. c. M. paſ. abeſt epidaurum colonia. Oppida ciuium romanorum rhizinium: aſcriuium: butua: olchinium: quod antea colchiniū dictum eſt a colchis conditum: annis: dirilo: ſuperq; eum oppidum ciuium romanorum ſcodra a mari. xix. M. paſſuum. Præterea multorum græciæ oppidorum deficiens memoria: necnon & ciuitatum ualidarum. Eo nanq; tractu fuere labeates: enederudini: faſſei: grabei: proprieq; dicti illyrii: & taulanti: & pyrei. Retinet nomen in ora nymphæum promontorium. Lyſſum oppidum ciuium Ro. ab epidauro. c. M. paſſuum.

Vel dri/ lo

¶ Macedonia. CA. XXII.

ALyſſo macedonia prouincia: gentes parthini: & a tergo eorum diſſatetæ. Mōtes candauiæ a dyrrachio. lxxix. M. paſſuum. In ora uero ciuium Ro. epidamnum colonia. Propter inauſpicatum nomen a Romanis dyrrachium appellata. Flumen aous a quibuſdam eas nominatum. Apollonia quondam corinthiorum colonia. vii. M. paſſuum a mari recedens. Cuius in finibus celebre nympheū accolunt barbari amantes: & belliones. At in ora oppidum oricum a colchis conditum. Inde initium epiri. Montes acroceraunii: quibus hunc europæ determinauimus ſinum. Oricum a ſalentino italiæ promontorio diſtat. lxxxv. M. paſſ. a tergo carnorum: & iapidum: qua ſe offert magnus iſter.

¶ Norici. CA. XXIII.

RHetis iunguntur norici. Oppida eorum uirunum: celeia: teurnia: aguntum: uiana. Aemōia: claudia: flauuium: ſoluenſe. Noricis iunguntur lacus peiſo: deſerta boiorum. Iam tamen colonia Diui Claudii ſabaria: & oppida ſacarbantia iulia.

¶ Pannonia: & dalmatia. CA. XXIIII.

HAbitantur inde glandifera pannoniæ: qua miteſcentia alpium iuga: per medium illyricum a ſeptentrione ad meridiem uerſa molli in dextera: ac leua deuexitate cōſidunt quæ pars ad mare hadriaticum ſpectat appellatur dalmatia: & illyricum ſupradictum. Ad ſeptentriones: pannonia uergit: finitur inde danubio. In ea coloniæ emona: ſiſcia. Amnes clari & nauigabiles in dānubiū fluunt drauus e noricis uiolentior. Sauus ex alpibus carnicis placidior. cxv. M. p. īteruallo. Drauus per ſer/

retes:ſerapillos:iaſos:ſandrizetes. Sauus per colapianos:breucoſq;. Populorum hæc capita. Preterea ariua/
tes:azali:amantes:belgires:carthari:cornacates:eruiſci:hercuniates:latouiſci:oſeriates:uarciani:mõſclaudi
us:cuius in fronte ſcordiſci:in tergo tauriſci. Inſula in ſauo metubarris amnica& maxima. Præterea am/
nes memorandi:calapis in ſauum influens iuxta ſiſciam gemino alueo inſulam ibi efficiens:quæ ſegeſtica
appellatur. Alter amnis bacuntius in ſauum ſirmio oppido influit:ubi ciuitas ſirmienſium & amãtinorũ
Inde. xlv. M. paſſuũ taurunũ:ubi danubio miſcet:ſauus. Supra iſiuũt ualdãus: urpãus:& ipi nõ ignobiles.

¶Meſia. CA. XXV.

Annoniæ iungit prouincia quæ meſia appellatur ad pontum uſq; cum danubio decurrens. Inci
pit a confluente ſupradicto. In ea dardani:celegeri:tribali:trimachi mœſi:thraces:pontoq; conter
mini ſcythæ. Flumina clara dardãus:margis:pigius:timachus:ex rhodope:œſcus ex hemo: utus:
eſcamus:ieterus:illyrici latitudo qua maxima eſt. cccxxv. M. p. colligit. Lõgitudo a flumine arſia
ad flumen drinium. d. ccc. M. a drino ad promontoriũ acroceraunĩ. clxxii. M. Agrippa prodidit uniuer/
ſum hunc ſinum italiæ:& illyrici ambitus. xiii. M. in eo duo maria quo diſtinximus fine inferum ſiue Io/
niũ in prima parte: interius hadriaticum:quod ſuperũ uocant. Inſulæ in auſonio mari præter iam dictas
memoratu dignæ nullæ. In Ionio paucæ:calabro littore ante brunduſiũ:quarum obiectu portus efficitur.
Contra apulum littus diomedea conſpicua monumento Diomedis. Et altera eodem nomine a quibuſdã
teuthria appellata. Illyrici ore mille amplius inſulis frequentat natura uadoſi maris æſtiariiſq; tenui alueo
intercurſantibus. Clare ante hoſtia timaui calidorũ fontium cum æſtu maris creſcentium iuxta iſtrorum
agrum. Ciſſa pullariæ & abſyrtides graiis dictæ a fratre medeæ ibi interfecto nunc abſyrtium. iuxta eas ele
ctridas uocauere:in quibus prouenire t ſuccinum:quod illi electrum appellant uanitatis græcæ certiſſimũ
documentum. Adeo ut iis quas earum deſignent:haud unquam conſtiterit. Contra iader eſt liſſa. Quæq;
appellatæ contra liburnoa creteæ aliquot. Nec pauciores ticanæ liburnicæ. Celaduſæ intra ſurium bubus:
& capris laudata Braitia:iſſa ciuium Ro. reliqua cum oppido phara. Ab his corcyra melena cognominata
cum gnidiorum oppido diſtat. xxii. M. paſſuum. Inter quam & illyricum melita. Vnde catulos meliteos
appellari Calimachus auctor eſt. xxii. M. p. Ab ea. iii. M. elaphites:in ionio autem mari ab orico. M. M. p.
Saſonis piratica ſtatione nota.

Veltru cones

¶CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER QVARTVS.

¶Sinus Claritatis Litterarum: Et Omnis Fabuloſitatis.

TERTIVS EVROPæ ſinus acroceraunĩs in/
cipit. Montibus: finit helleſpõto: amplectit præter minores ſinus. xix. xxii. M. paſſuũ. In eo epirus: a carnania ætholia:phocis:locris: achaia:meſſenia: laco/
nia:argolis:megaris:at tica: boetia. Iterum/
que ab alio mari eadẽ phocis:& locris:doris:
phthiotis: theſſalia: magneſia: macedonia thracia.
Omnis græciæ fabuloſitas: ſicut & litterarũ claritas
ex hoc primũ ſinu effulſit. Quapropter in eo paulu/
lum cõmorabimur. Epiros in uniuerſum appellata
acroceraunĩs incipit mõtibus. In ea primi chaones:
a qbus chaonia. Dein theſproti:antigonenſes: locus
aornos:& peſtifera auibus exhalatio. Ceſtrini:perhe
bi:quorum mons pindus:caſſopei:driopes:ſellæ:hellopes:moloſſi:apud quos dodonei louis templũ ora/
culo illuſtre. Tomarus mons centum fontibus circa radices Theopompo celebratus.

¶Epirus. CA. I.

Epirus ipſa ad magneſiam macedoniamq; tendẽs a tergo ſuo daſſaretas ſupradictos liberam gẽ
tem:mox feram dardanos habet. Dardanis leuo triballi prætendunt latere. Et mœſicæ gentes
a fronte iunguntur:mædi:ac denſeletæ:quibus thraces ad pontum uſq; pertinentes: ita ſuccin/
cta rhodopes:mox & hemi uallat excelſitas. In epiri ora caſtellum ĩ acroceraunĩs chimera:ſub
eo aquæ regiæ fons. Oppida mæandria. Ceſtria flumen theſprotiæ: Thyamis colonia butrotũ: maximeq;
nobilitatus ambracius ſinus faucibus ſpatioſum æquor accipiens: Longitudinis. xxxix. M. paſſuum: lati/
tudinis. xv. M. In eum defert amnis acheron e lacu theſprotiæ: acheruſia profluens. xxxvi. m. paſſuum: in/
de & mille pedum põte mirabilis oĩa ſua mirãtibus. In ſinu oppidũ ambracia. Moloſſorũ flumina: aphas:
& arachthus. Ciuitas anactoria. Lacus pandoſia: Acarnania q̃ antea curetis uocabat. Oppida heraclea:echi/

nus. Et in ore ipso colonia Augusti actiu cu teplo Apollinis nobili ac ciuitate libera nicopolitana. Egressos sinu ambracio in ionium: excipit leucadiu littus promontoriu leucates: dein sinus: ac leucadia ipsa peninsula quodam neritis appellata opere accolaru absciſa a cotinenti ac reddita uentoru flatu congerie harenæ accumulatiu: q locus uocaſ dioryctos ſtadioru logitudine triu. Oppidu in ea leucas quoda neritu dictu. Deide acarnanu urbes halyrca: aſtacus: argos: amphilochicum cognominatum. Amnis achelous e pindo fluens: atq acarnaniam ætholia dirimens: & artemitam insulam assiduo terræ inuectu continenti annectens. Vel hazilia, ſtratos

¶ Aetolia. CA. II.

AEtoloꝝ populi athamaes: tymphei: ephyri enieſes: perrhebi: dolopes: marages: atraces a quibus atrax amnis ionio mari infundiſ. Aetoliæ oppidu calido eſt septe miliu qngetoru. p. a mari iuxta euenu amne. Dein macynia molychria: cuius a tergo chalcis & mons eſt taphiasus. At in ora promotoriu antiriu: ubi hostiu corinthiaci sinus minius mille passuu latitudine influetis: ætoloſq dirimentis a peloponeſo Promontorium quod contra procedit: appellatur rhion: ſed in corinthiaco sinu. Oppida ætoliæ naupactum: pylene: & in mediterraneo pleuron: halycarna. Motes clari in dodone tomarus: in ambracia cranos: in acarnania aracynthus: in ætolia acathon: panetolium: medion.

¶ Locri. CA. III.

PRoximi ætolis locri: q cognominantur ozolæ imunes. Oppidu: oeathe. Portus apollinis phæstii. Sinus criſæus. Intus oppida argo: eupalia: phæstu: calaiſus: Vltra cirrhei phocidis capi: oppidu cirrha: portus chalæo: a quo septe mil. p. introrſus liberu oppidu delphi ſub mote pnaſo: clariſſimi in terris oraculi Apollinis. Fons caſtalius. Amnis cephiſus pfluens delphos: ortus in lilea quoda urbe. Præterea oppidu criſa: & cu bulesibus: antycira: naulocu: pyrrha: amphiſſa imunis: trichoe: tritea ambryſus drymea regio daulis appellata. Dein in itimo ſinu angulus boetiæ alluiſ cu oppidis gymnis: thebis quæ corſicæ cognominatæ ſunt iuxta heliconē. Tertiu ab hoc mari boetiæ oppidu page: unde peloponeſi proſilit ceruix.

¶ Peloponneſus. CA. IIII.

PEloponeſus apie ante appellata: & pelaſgia peninſula haud ulli terræ nobilitate poſtferēda: inter duo maria: ægæu & ioniu platani folio ſimilis pp anguloſos receſſus: circuitu qngentoꝝ ſexagintariu miliu paſſuu colligit auctore Iſidoro. Eade p ſinus pene tatunde adiicit. Anguſtiæ unde ꝓcedit: iſthmos appellatur. In eo loco irrupetia e diuerſo q dicta ſunt maria a septetrioe exortu eius: oem ibi latitudine uorado: donec cotratrio in curſu æquoru tatoru in quinq miliu paſſuu iterualo exeſis utrinq lateribus anguſta ceruice peloponeſum cotingat hellas. Corinthiacus: hic illinc ſaronicus appellatus ſinus. Lechææ hic: cechræ illinc anguſtiaru termini: logo & ancipiti nauiu ambitu: quas magnitudo plauſtris trafuehi ꝓhibet: Qua ob cam pfodere nauigabili alueo anguſtias tetauere Demetrius rex: dictator Cæſar. C. princeps. Domitius Nero: ifauſto: ut oium patuit exitu: icepto. Medio hoc interuallo: quod iſthmi appellauimus: applicata colli habitaſ colonia corithus: antea ephyra dicta: ſexageis ab utroq littore ſtadiis e ſumma ſua arce: quæ uocatur acrocorinthus. In qua fons pyrene diuerſa duo maria proſpectans. lxxxvii. M. paſſuu ad corinthiacum ſinu traiectus eſt patras a leucade. Patræ colonia in logiſſimo ꝓmontorio peloponneſi condita ex aduerſo ætoliæ: & fluminis eueni minus mille paſſuum (ut dictum eſt) interuallo. In ipſis faucibus ſinum corinthiacum. lxxxv. M. p. in logitudinem uſq ad iſthmon tramittut.

¶ Achaia. CA. V.

AChaiæ nome ꝓuinciæ ab iſthmo icipit: antea ægialos uocabaſ pp urbes i littore per ordine diſpoſitas. Primæ ibi: qs diximus: lechææ corinthioru portus. Mox oluros pelleneoꝝ caſtellu. Oppida helice: bura. In q refugere hauſtis prioribus ſytion: ægira ægio erineos: Intus cleone: hyſie: panormus: portus. Demoſtratuq ia rhium: a quo ꝓmotorio quinq miliu paſſuu abſunt patræ: qs ſupra memorauimus. Locus pheræ in achaia noue motiu ſcio eſſa: Notiſſimus fons cymothoe. Vltra patras oppidu olenu: colōiæ dyme: loca bupraſum hyrmyne: ꝓmotoriu areoxu: cyleneſmus ꝓmotoriu chelonates. Inde cyllenen duoꝝ miliu paſſuu: caſtellu phliu. Quæ regio ab Homero arethyrea dicta: poſtea aſophis: ide elioꝝ ager: q antea epee uocabaſ. Ipſa elis i mediterraneo: & a pylo. xii. milibus paſſibus: Intus delubru olympii Iouis ludoꝝ claritate faſtus græciæ coplexu. Piſa eoru quoda oppidu pfluete alpheo amne. At in ora ꝓmotoriu ichthis. Amnis alpheus nauigabilis ꝓpe ſex oppida. Aulo: lepriu ꝓmotoriu plataniſtus. Oia hæc ad occaſu uerſa. Ad meridie at cypariſſius ſinus cu urbe cypariſſa. lxxii. miliu paſſuu circuitu. Oppida pylos: methoe: locus helos: ꝓmotoriu acritas ſinus aſineus ab oppido aſinæ: coroeus a coroa. Finiut tænaro ꝓmotorio. Ibi regio meſſenia duodeuigiti motiu. amnis pamiſus. Intus at ipa meſſene: ithome: ochalia: arenæ: pteleo: thryo: dorion: zacle: uariis tpibus clara. Huius ſinus circuitus. lxxx. m. p. Traiectus uero. xxx. m. Dehic a tænaro ager lacoicus liberæ getis. Et ſinus circuitu ducetaſex millia: traiectu triginta noue millia. Oppida tænaꝝ: amyclæ phare: leuctra: & intus ſparta: therane: atq ubi fuere: Cardamile pitae: anthae: locus thyre: gerenia. Mos taygetus: amnis eurotas: ſinus ægilodes. Oppidu pſammathus. Sinus gyteates ab oppido. Ex quo ad creta inſula certiſſimus curſus. Oia aut maleo ꝓmontorio icludunt. Qui ſeqt ſinus ad ſcylleu argolicus appellaſ: traiectu qnquaginta millia paſſuu. Ide ambitu centu ſeptuagitaduo millia. Oppida boea: epidaurus limera cognomie. Zarax: cyphaia: portus. Amnes iachus: eraſinus: inter quos argos hippiu cognominatu. Supra lacu lerne a mari quadringetis millibus noueq additis millibus micenæ: & ubi fuiſſe tyrintha tradut: & locus matinea: motes atthemius: Apeſas: antheus aſterio: parparus: aliiq undeci numero. Fotes niobe: amymoe: pſammate. A ſcylleo ad iſthmu. clxxvii. mil. paſſibus: oppida hermioe: troezene coriphaſiu appellatu: q alias iachiu: alias dipſiu argos. Portus cænites: ſinus ſaronicus: olim qrno nemore redimitus: unde ei nome: ita græcia antiq appellate qrcu. In eo epidauꝝ oppidu

Aeſculapii delubro celebre. Pireū ꝓmōtoriū: portus anthedon: & bucephalon: & quas ſupra dixeramus cenchreæ. Iſthmi pars altera cū delubro Neptuni qnquēnalibus iclyto ludis. Tot ſinus pelopōnēſem orā lācinat: tot maria allatrat. Siqdē a ſeptētriōe ioniū irrūpit: ab occidēte ſiculo pulſat: a meridie cretito urget: ab oriēte brumali ægæo: ab oriēte ſolſtitiali myrtoo: quod a megarico incipiēs ſinu: totā atticam alluit.

¶De Arcadia. CA. VI.

Vel balium

MEditerranea eius archadia maxīe tenet undiq; a mari remota: initio drymodis: mox pelaſgis appellata. Oppida eius pſophis mātinea: ſtymphalū: tegea: antigonea: orchomenū: pheneū: pallātiū unde palatiū romæ. Megalepolis: catina: bocaliū: crānō: prhaſiæ: thelphuſſa: melenea: heræa: pyle: pellana: agræ: epiū: cynethæ: lepon: archadiæ: pthéiū: alea: methydriū: eniſphe: maciſtū: lapea: clitoriū: cleōe iter q̄ duo oppida regio nemea é hébinadia uocitata. Mōtes i arcadia pholoe cū oppido. Itē cyllene: lyceus: i quo lycei Iouis delubrū. Mēalus arthéiſius: pthenius: lāpeus: nonacris. Præterq; ignobiles octo. Amnes ladō e paludibus: pheneus & erimāthus e mōte eiuſdē noīs i alpheū defluēs. Reliq̄ ciuitates i achaia dicēdæ: aliphiræi abeatæ: pyrgēſes: pethes: pagenite: tortuni: tiania. Thriaſii: attricenſes. Vniuerſæ achaiæ libertatē Domitius Nero dedit. Pelopōneſus in latitudine a ꝓmōtorio maleæ ad oppidū Lechæū corinthiaci ſinus. clx. millibus paſſibus patet. Et in trāſuerſum ab elide epidaurū. cxxv. millibus. Ab olympia argos per arcadiā. lxxiii. millibus. Ab eodē loco ad phliunta dicta mēſura eſt. cl. milliū paſſuū. Vniuerſa aūt uelut pēſāte æquoꝛ icurſus natura i mōtes ſex atq; ſeptuagīta attolit.

¶Græcia & attica. CA. VII.

AB iſthmi anguſtiis hellas icipit: a nr̄is græcia appellata. In ea pria attica: antiqtus acte uocata. Attingit iſthmū pte ſui q̄ appellat megaris a colonia megara e regiōe pagaꝛ. Duo hæc oppida excurrēte pelopōneſo ſita ſunt utraq; ex pte uelut i humeris helladis pagei. clii. M. p. & āplius egoſthenēſes cōtributi megarēſibus. In ora āt hac portus ſchœnꝰ. Oppida duo cremiō: a ſyrōia ſaxa ſeptē mil. lōgitudine: geranea: megara: eleuſin. Fuere & oenoa: & ꝓbalinthos: q̄ nūc nō ſunt. Ab iſthmo qn quagīta duoꝛ miliū paſſuū pyreus & phalera portus duoꝛ miliū paſſuū muro recēdētibus athenis iuncti. Libera hæc ciuitas: nec idiga ullius p̄conii amplius: tāta claritas ſupfluit. In attica fontes cephiſia: larine: calliroe: enneacrunos Mōtes: brileſſus: ægialus: icarius: hymetus: lycabettus: lacus ſelinos. A pireo. xlii. M. p. ſuniū doriſcū ꝓmōtoriū. Potamos: ſterea: brauron: ion quōdā oppida. Rhānos pagus. Marathon campus. Thriaſius oppidū: melita: & oropus i cōfinio boetiæ. Cuius anthedon: oncheſthos: theſpiæ libeꝛ oppidū: lebadia. Nec cedētes athēis claritate: q̄ cognominat boetiæ thebæ duoꝛ numinū. Liberi atq; Herculis (ut uolūt) patria. Et muſis natale in nemore helicōe aſſignāt. Dat & his thebis ſaltus citherō: amnis iſmenius. Præterea fontes in boetia œdipodia: pſammate: dirce: epigranea: aretuſa: hippocrene aganippe: gargaphie. Mōtes extra p̄dictos micaleſus: adiliſius: acotius. Reliq̄ oppida iter megarā & thebas leuctra: hiliartus: plateæ: pheræ: aſpledō: hylæ: tiſbe: erythre gliſſas: cope. Iuxta cephiſū amnē lamie & anichie: medeon: phligone: grephis: coronea: chærōia. In ora aūt infra thebas ocale: eleon: iolcos: ſchēos: peteō hyrie: mycaleſſus: hyreſeon: pteleon: olyros. Tanagra liber populus. Et i ipſis faucibus euripi quē facit obiectu iſulæ euboæ aulis capaci nobilis portu: boetos: hyantas antiqtus dixere locri deīde epicnemidii cognominat: olim leleges appellati: p quos amnis cephiſus defert in mare. Oppida opus: unde opōtinus ſinus phocidis: i littore unū daphnus. Introrſus āt lariſſe: elatea: & i ripa cephiſi (ut dixīus) lilea: delphoſq; uerſenenis: & hyāpolis. Rurſus i locroꝛ ora: i q̄ larymna: thrōiū: iuxta qd̄ boagrius amnis defert i mare. Oppida naryciō: alope: ſcarphia. Poſtea maliacus ſinus ab icolis dictus: i quo oppida halcyōe: ecōia: phalara. Doris deīde i q̄ ſperchios erineō: boiō: pīdus: cythinū. Doris a tergo mōs é œtha. Seqt̄ mutatis ſæpe noībus hemonia. Eadē pelaſgicū argos. Hellas eadē theſſalia: & driopis ſemp a regibus cognominata. Ibi genitus rex noīe græcus a quo græcia. Ibi Hellena quo hellenis: hos eoſdem Homerus tribus nominibus appellauit: myrmidonas: & hellenas & acheos. Ex iis phthiotæ nominantur dorica accolentes. Eorum oppida echinus i faucibus ſperchii fluminis. Thermopilarum anguſtiæ: quo argumento. iiii. millia pa. inde heraclea trachin dicta eſt mons ibi calidromus. Oppida celebria hellas: halos: lamia: phthia: arne.

¶Theſſalia. CA. VIII.

IN theſſalia autem amnis orcomenus minylus antea dictus. Et oppidum alimon ab aliis almon atrax palamna fons hyperia. Oppida pheræ: quaꝛ a tergo pierus ad macedoniā ꝓtenditur: lariſſa: gōphi: thebæ: theſſaliæ: nemus pteleon: ſinus pagaſicus. Oppidū pagaſa: Idē poſtea demetrias dictū tricea. Pharſalici cāpi cū ciuitate libera crānō: iletia. Mōtes phthiotidis: nympheus quōdā topiario naturæ ope ſpectabilis. Buzigeus: donaceſa: bermius: daphuſſa: chimerion: athamas: ſtephane. In theſſalia ſunt q̄ttuor atq; triginta mōtes: quorū nobiliſſimi cerceti: olympus: pieris oſſa: cuius ex aduerſo pindus: & othris: laphytaꝛ ſedes ad occaſum uergētes. Ad ortus pelios: oēs theatrali mō iflexi caueatis ante eos. lxxv. urbibus. Flumina theſſaliæ apidāus: phœnix: enipheus: onochōus: laminiſſus. Fōs meſſeis. Lacus bebeis: & ante cunctos claritate peneus: ortus iuxta gomphos: interq; oſſam & olympum nemoroſa conualle defluens quingentis ſtadiis dimidio eius ſpacio nauigabilis. In eo curſu tempe uocātur. v. milliū paſſuum longitudine: & ferme ſex latitudine ultra uiſum hominis attollentibus ſe dextera leuaq; leniter conuexis iugis. Intus ſua luce uiridante allabitur peneus uiridis calculo: amœnus circa ripas gramine: canorus auium concentu. Accipit amnem nec recipit: ſed olei modo ſupernatātem (ut dictum eſt ab Homero) breui ſpatio portatum abdicat. Phœnales aquas diriſq; genitas argenteis ſuis miſceri recuſat.

¶Magneſia. CA. IX.

THeſſaliæ annexa magneſia eſt: cuius fons libetra. Oppidaeuroton hormenium: pyrrha: methone: olizon. Promontorium ſepias. Oppida caſtana: ſpalathra. Promontorium æantium. Oppida melibœa: rhizus: erymne iolcus oſtium penei oppidum omoliū: orthe: rheſiæ pelinna thauma-

cie:cyrrō:crānō:acarne:doriō:mesite:philace:ponit.Epiri achaiæ:thessaliæ in porrectū lōgitudo q̄dringē torū octoginta miliū passuū tradit.Latitudo.cclxxxvii.milium.

¶Macedonia. CA. X.

MAcedonia postea.cl.populoꝝ duobus iclyta regibus quōdāq; terraꝝ iperio:emathia antea dicta. Hæc ad epiroticas gētes in solis occasū recedēs post terga magnesiæ:atq; thessaliæ ifestat a dardanis:parte eius septētrionalē pæonia ac pelagōia ꝓtegūt a triballis.Oppida aege:in quo mos sepelire reges.Beroea & ī regiōe q̄ pieria appellat a nemoꝝ egidiū.In ora heraclea:flumē apilas: oppida phina:oloros.Amnis haliacmon.Intus haloritæ:uallei: philacei: cyrrei tyrissæi.Pella colonia. Oppidū stobi ciuiū ro.Mox antigōe europus ad axiū amnē:eodēq; noīe amnis ꝑ qd' rhedias fluit:scydra: phorbea: emiexa gordōe.Mox ī ora ichne:fluuius axius.Ad hūc finē dardāi:treres:pieres:macedōiā accolūt.Ab hoc amne peoniæ gētes:parocei:heordēses:almopii:pelagones:mygdones.Mōtes rhodope: scopius orbellus. Dein ꝓiacēte græmio terraꝝ arethusii:antiochēses:idomenēses:doberenses:triēses:sallatenses:ādaristēses: morilli:gareci:lynceste:othryonei:& amātini liberi:atq; orestæ colonia:bullidēses:diēses:xylopolytæ: scotussæi liberi:heraclea:sintica:thimphei:coronei.In ora sinus macedonici oppidū calastia:& ītus phileros: lete.Medioq; flexu littoris thessalōicæ liberæ cōditiōis.Ad hāc a dyrrachio.cxiiii.milliū passuū thermæ. In thermaico sinu oppida dicæa:pydna:derra:sciōe.Promontoriū chanastreum. Oppida palene: phlegra. Qua in regiōe mōtes hypsizorus:epitus:alchione:leuomne.Oppida nissos:phryx:eleon:meāde:& hippalesis:isthmo quōdā potidea:nūc cassandria colōia:anthemus:holophyxos sinus:mecyberna.Oppida physella:ampelos:torone:soggostedes:fretūq; mōs athon:quē Xerses rex ꝑsaꝝ cōtinēti abscidit: in lōgitudine passuū mille q̄ngentorū.Mons ipse a planicie excurrit in mare.lxxv.millia passuū. Ambitus radicis.cl.M. colligit.Oppidū in cacumine fuit acrothon.Nūc sunt uranopolis:paleotrū:thyssus cleone:apollonia:cuius incolæ macrobii cognominant.Oppidū cassera fauceſq; alteræ isthmi. Acātus:istria:grastōia:heraclea.Regio mygdoniæ subiacens.In qua recedētes a mari apollōia:arethusa.In ora rursus posidiū:& sinus cū oppido cermoro:amphipolis.Libera:gens bysalthe.Dein macedoniæ terminus.Amnis strimon ortus ī emo. Memorādū ī septē lacus eū fundi priusq; dirigat cursum.Hæc est macedonia terrarū iperio potita quōdā: Hæc asiā:armeniam:iberiam:albaniam:cappadociam:syriam:ægyptum:taurū:caucasum trāgressa. Hæc in bactris:medis:persis dominata toto oriente possesso.Hæc etiam indiæ uictrix per uestigia liberi patris: atq; Herculis uagata.Hæc eadem est macedonia:cuius uno die Paulus Aemilis imperator noster.lxxii.urbes direptas uendidit:tantam differentiam sortis præstitere duo homines.

Cyrrei uel cyne stæ amnis uel alius

¶Thracia. CA. XI.

THracia sequtur inter ualidissimas europæ gentes in strategeas q̄nquaginta diuisa. Populoꝝ eius quos nominare nō pigeat. Amnē strimonē accolūt dexteri latere dēthe letæ: & medi bysalthas usq; supradictos.Leuo digeri.Bessorūq; multa noia ad nestū amnē pāgei mōtis ima ambientem inter heletos:diobesos:carbilesos:inde brysas:sapæos.Odomantes:odrysarū gens ifundit hebrū accolētibus:carbiletis:pyrogeris:drugeis:cænicis:hypsaltis:benis:corpillis.botieis edonis.Eodē sunt ī tractu syaletæ:briātæ:dolangæ:thynicæ:laletæ maiores:emo:minores rhodope subditi. Inter quos hebrus amnis.Oppidū sub rhodope peneropolis antea:mox a cōditore philippopolis:nūc a situ termontiū dicta. Emi excelsitas sex.M.p.subit.Auersa eius & ī istrū deuexa:mesigetæ:aoti:gaugdæ clariæq;. Sub iis carrei sarmatæ:quos areates uocāt.Scytæq; & circa pōti littora morisenæ:sithoniiq; Orphei:uatis gēitores optinēt.Ita finit ister a septētriōe.Ab ortu pōtus ac ꝓpōtis.A meridie ægeū mare:cuius in ora astrymōe:apollōia:oesyma:neapolis:pastos.Intus Philippi colōia. Absunt a dyrrachio.cccxxv.scotusa:topiris ciuitas.Nesti amnis hostium. Mons pangeus:heraclea:olynthos. Abdera libera ciuitas.Stagnū bistonū & gens.Oppidum fuit tinda Diomedis equorū stabulis dirum:Nunc sunt diceæ:ismaron:locus parthenion:phalesina:maronea prius ortagurea dicta.Mons serriū:& zone:tū locus doriscus centū uiginti millia hominū capax.Ita Xerses ibi dinumerauit exercitū.Os hebri.Portus stētoris.Oppidū ænos liberā cū Polydori tumulo.Ciconū quōdā regio.A doriſco icuruat ora ad macrūticos centū uigintiduoꝝ millia passuū. Circa quē locū fluuius melas:a quo sinus appellat.Oppida cypsella bisanthe macronticos dictū:qa a ꝓpontide ad meleam sinum iter duo maria porrectis muris procurrētē excludit cherōnesum:nāq; thraciæ altero latere a pōtico littore incipiens:ubi ister amnis īmergit:uel pulcherrimas in ea parte urbes habet:istropolin milesioꝝ:tomos:calatinq;:quæ antea aceruetis uocabat:heracleā habuit & bizonē terræ hiatu raptam.Nūc habet dionysiopolin:crunos antea dictā.Allui tziras amnis.Totū eū tractū scythæ arotres dicti tenuere.Eorū oppida aphrodisias:libistos:zigere:brocobe:eumeneda:partēopolis:gerania.Vbi pygmeoꝝ gens fuisse prodit.quos gatizos barbari uocāt:credūtq; a gruibus fugatos.In ora a dionysiopoli est odessus milesiorū.Flumen pamisus.Oppidū terra naulochus.Mōs emus uasto iugo ꝓcūbens in pontū. Oppidū habuit ī uertice aristeū.Nūc in ora mesembriā anchilaū ubi mesembria fuerat.Asticæ regio habuit oppidū anthium:nūc est apollonia.Flumina paniſſa:rira:stearus:orosines:Oppida thynnias:halmydessos: deuelton cū stagno qd' nūc deultū uocant.Veteranorū phthnopolis iuxta quā hosphorus.Ab istri ostio ad os pōti passuū q̄ngentoꝝ.lv.M.alii.fecere.Agrippa adiecit q̄draginta.Inde ad muꝝ supradictū.cl.ab eo cheronnesus .cxxvi.M.Sed a bosphoro sinus casthenes.Portus senū:& alter qui mulieꝝ cognominat.Promontorium chrysocera.In quo oppidū bizātiū liberæ cōditiōis:antea lygos dictū.Abest a dyrrachio.d.ccxi.M.passuū Tantū patet longitudo terrarū inter hadriaticū mare & ꝓpontidē.Amnes bathynias: pidaras siue atyras. Oppida selymbria pinthus latitudine ducētoꝝ pedū cōtinenti annexa. Intus biyza ars regū thraciæ a Terei nefasto crimine iuisa hirundinibus:regio:celica:colonia flauiopolis:ubi antea zela oppidū uocabatur.

Meleā uel melam

Et a bizie q̃uinquaginta .M. paſſuũ apros colonia: quæ a Philippis abeſt. clxxxviii. M. pa. Ad in ora amnis erginus. Oppidum ganos fuiſſe ferũ & lyſimachia. Iá in cheronneſo: alius nág ibi iſthmos anguſtia ſimili eodẽ noĩe & pari latitudine: illuſtrát duæ urbes utrinq; littora: quæ haud diſſimili modo tenuere. Pactyæ a propontide: cardia a melane ſinu: hæc ex facie loci nomine accepto utræq; cõpræhẽſæ. Poſtea lyſimachia quinq;. M. paſſuũ a longis muris. Cheronneſos a ꝓpontide habuit tyriſtaſin: crithonem: ſciſſam: flumina ego appoſitã. Nũc hẽt a colonia apro. xxii. M. ſeſton: ex aduerſo coloniæ parianæ. Et helleſpontus ſeptẽ ut diximus ſtadiis europam ab aſia diuidẽs: illic inter ſe cõtrarias urbes hẽt in europa callipolin & ſeſton. In aſia lampſacũ & abidon. Dein ꝓmontoriũ cherõneſi maſtuſia aduerſum ſigæo: cuius in fronte obliqua: cynoſſema: ita appellaſ Hecubæ tumulus: ſtatio achæoꝝ. Turris & delubrũ Proteſilai. Et in extrema cherõneſi frõte: quæ uocaſ aeolium: oppidũ eleus. Dein petenti melanẽ ſinũ portus cœlos: & panormus & ſupradicta cardia. Tertius europæ ſinus ad hũc modũ clauditur. Montes extra p̃dictos thraciæ edonus: gygemoros: meritus: melphyllas Flumina ĩ hebrum cadẽtia: bargus: ſuemus. Macedoniæ: thraciæ: helleſpõti longitudo ſupradicta. Quidã. d. ccxx. M. faciũt: Latitudo. cccxxxiiii. M. eſt. Aegeo mari nomẽ dedit ſcopulus inter tenũ: & chiũ uerius q̃ ĩſula ex noĩe a ſpecie caprae: quæ ita a græcis appellaſ: repẽte in medio mari exiliẽs. Cernũt eũ a dextera parte andrũ nauigantes ab achaia: dirũ ac peſtiferũ. Aegei pars myrtoo: daſ: appellatur ab inſula parua: quæ cernit̃ macedoniã a gereſto petentibus haud procul euboeæ caryſto. Romani omnia hæc maria duobus nominibus appellant. Macedonicum quodcũq; macedoniam: aut thraciã attingit. Græcienſe: qua græciam alluit. Nam græci & Ionium diuidunt in ſiculum: ac creticum ab inſulis. Item icarium: quod eſt inter ſamum & myconem. Cætera nomina ſinus dedere quos diximus. Et maria quidem genteſq; in tertio europæ ſinu ad hunc modum ſe habent.

¶ Inſulæ inter eas terras inter quas creta: euboia: cyclades: ſporades: mæotis: helleſpõtus: ponti: mæotidis: daciæ: ſalmaciæ: ſcythiæ. CA. XII.

CYrenaica eadem pentapolitana regio illuſtraſ Hámonis oraculo:qđ a cyrenis abeſt.cccc.mil.p. fonte ſolis : pentapolis urbibus maxime quinq; berenice:arſinoe : ptolemaide apollonia : ipſaq; cyrene. Berenice in ſyrtis extimo cornu eſt quondam uocata heſperidum ſupradictarū: uagātibus græciæ fabulis . Nec procul ante oppidū fluuius lethon:lucus ſacer,ubi heſperidū horti: memorātur.Abeſt ab lepti.ccclxxxv.mil.p.Ab ea arſinoe tauchera uocitata.xliii.mil.paſ.Et deinde ptolemais antiquo noīe barce.xxii.mil.paſ.Mox.ccl.mil. ꝓmōtoriū Phycus per creticū mare excurrit diſtans.cccl. mil.p.a tænaro laconicæ ꝓmontorio.A creta uero ipſa.cxxv.mil.Poſt id cyrene a mari.xi.mil.pa.A phicū te apolloniā.xxiiii.mil.paſ.ad cheronneſum.lxxxviii.M.paſ.Vnde catabathmū.ccxvi.mil.paſ.accolūt mar maridæ aparetoni ferme regione ad ſyrtin uſq; maiorem porrecti.Poſt eos acrauceles:atiani. In ora ſyrtis naſammones:quos meſammones græci appellauere ab argumento loci:medios inter harenas ſitos. Cyrenaicus ager.xv.mil.p.latitudine a littore arboribus fertilis habeť.Intus eodem ſpatio frugibus tātū: mox .xxx.mil.paſſuum latitudine:&.ccl.mil.paſſ.longitudine laſeri modo.Poſt naſammonas haſbytæ:& macæ uiuunt.Vltra eos hammanientes .xi.dierum itinere a ſyrtibus maioribus ad occidentem:& ipſi quaq; uerſus harenis circūdati:puteos tamen haud difficiles binū fere cubitorū inueniunt altitudine : ibi reſtagnantibus mauritaniæ aquis.Domos ſale e mōtibus ſuis exciſo ceu lapide conſtruunt.Ab iis ad troglodytas hyberni occaſus plaga dierū q̄ttuor iter:cū qbus cōmertiū gēmæ tantū:quā carbunculū uocamus : ex æthiopia uectæ.Interuenit ad ſolitudines africæ ſuper minorem ſyrtin dictas uerſa:phazania:ubi gentem phazaniorū urbeſq; alelen:& cillabā ſubegimus.Itē cidamum e regiōe ſabrate.Ab his mōs lōgo ſpatio in occaſum ab ortu tēdit:ater a noſtris dictus a natura aduſto ſimilis:aut ſolis repercuſſu accēſo.Vltra eū deſerta.Matelgæ oppidū garamantū.Itēq; detris affuſo fonte a medio die ad mediā noctē aqs feruētibus:totidē horis ad medium diem rigētibus.Clariſſimūq; oppidū garadamū caput garadamāthū:oīa armis romanis ſuperata:& a Cornelio Balbo triumphata:uni omniū curru externo:& quiritiū iure donato.Quippe gadibus nato ciuitas romana cū Balbo maiore patruo data eſt. Et hoc mirum ſupradicta oppida ab eo capta auctores noſtros ꝓdidiſſe.Ipſum in triumpho ꝑter cydamum:& garadamum oīum aliarum gentiū urbiumq; numina:ac ſimulacra duxiſſe:quæ fuere hoc ordine.Tabidium oppidū: niteris natio gligemela oppidū.Bubeium natio uel oppidum.Enipi natio.Thuben oppidum.Mōs nomine niger:nitibrum: rapſa oppida:diſcera natio:detri oppidum:flumen nathabur:thapſagū oppidum:nānagi natio: boin oppidū: pege oppidum:flumen daſibari.Mox oppida cōtinua baracum:buluba:alaſi:galſa:balla:maxalla: zizama. Mons gyri:in quo gemmas naſci titulus prodidit. Ad garamantas iter inexplicabile adhuc fuit latronibus gentis eius.Puteos qui ſunt non alte fodiendi ſi locorum noticia aſſit:harenis operientibus.Proximo bello quod cum oenſibus Romani geſſere auſpiciis Veſpaſiani imperatoris compendium uiæ quatriduo deprehenſum eſt.Hoc iter uocatur præter caput ſaxi:finis cyrenaicus catabathmos appellatur oppidum : & uallis repente conuexa.Ad eum terminum cyrenaica africa a ſyrti minore decies ſexaginta mil.p.in longitudinem patet.In latitudine qua cognitum eſt.d.ccc.paſ.

ℂ Libya mareotis. CA. VI.

IA quæ ſequiť regio mareotis libya appellať:ægypto contermina.Tenent marmarides: adirmachidæ:deinde mareotæ.Méſura a catabathmo ad paretoniū.lxxxvi.mil.paſ. In eo tractu uicus apis intereſt nobilis religione ægypti locus.Ab eo paretoniū.xii.M.paſ.Inde alexādriā.c.mil.p. Latitudo.clxix.eſt.Eratoſthenes a cyrenis alexādriā terreſtri itinere.d.xxv.m. ꝓdidit. Agrypa totius africæ a mari atlātico cū iferiore ægypto.lxxxv.m.paſ.longitudinē poſuit.Polybius & eratoſthenes diligētiſſime exiſtimari ab oceāo ad carthaginē magnā.lxvi.mil.p. Ab ea canopū nili ꝓximū oſtiū.xvi. mil.paſ.xxix.fecerūt.Iſidorus atingi canopū.xxxv.xcix.mil.paſſ.Artemidorus q̄dragita mius q̄ Iſidorus.

ℂ Inſulæ circa africam & aduerſarum africæ. CA. VII.

INſulas non ita multas complectuntur hæc maria.Clariſſima eſt meninx longitudine.xxxv.mil. paſ.latitudine.xxv.ab Eratoſthene latophagites appellata.Oppida habet duo meningem ab africæ latere : & altero thoiar . Ipſa a dextro ſyrtis minoris promontorio paſſibus.cc.ſita ab ea.c. p.cōtra a leuo cercina cum urbe eiuſdem nominis liberi lōga.xxv.mil.p.Lata dimidiū eius ubi plurimū:ac in extremo nō plus.y.mil.paſſus.Hinc perparua carthaginem uerſus cercinitis ponte iungiť.

Ab iis.l.m.fere paſſuū lepaduſa lōga.vi.mil.paſſ.Mox.gaulos & galata:cuius terra ſcorpionē dirū aīal afri cæ necat.Dicunt & in clupea emori:cuius ex aduerſo coſſyria cū oppido.At cōtra carthaginis ſinum duæ e gremio æreæ.Reuera.autem ſcopuli uerius q̄ inſulæ:inter ſiciliam maxime & ſardiniam.Auctores ſunt & has quōdam habitatas ſubſediſſe.Interiori autem ambitu africæ ad meridiem uerſus: ſuperq; gætulos interuenientibus deſertis primum omnium libyiægyptii:deinde leucææthiopes habitant.

¶Aethiopes. CA. VIII.

SVper eos æthiopū gētes nigritæ a quo dictū eſt flumine.Gymnetes pharuſi etiā oceanū attin gentes:quos in mauritaniæ fine diximus perorſi.Ab iis omnibus uaſtæ ſolitudines orientē uer ſus uſq; garamātes:augylaſq; & troglodytas:ueriſſima opinione eorū qui deſertis africæ duas æthiopias ſupponunt:& ante oēs Homeri qui bipartitos tradit æthiopas ad oriētē occaſumq; uerſos.Nigri fluuio eadē natura quæ nilo:calamū & papyrū & eaſdem gignit animātes: iiſdēq; tēporibus augeſcit.Oritur inter tareleoæthiopas:œcalicas.Horum oppidum mauin quidā ſolitudinibus interpoſue runt.Atlātas iuxta eos:ægipanas ſemiferos:& blēmias:& gamphaſantas:& ſatyros:& himātopodas.Atlā tes degeneres ſunt humani ritus ſi credimus.Nā neq; nominū ullorū inter eos appellatio eſt: & ſolē oriē tem occidētēq; dira imp̄catione cōtuent:ut exitialē ipſis agriſq;.Neq; inſomnia uiſunt q̄lia relīq mortales. Troglodytæ ſpecus excauant.Hæ illis donus:uictus ſerpentium carne:iſtridorq; non uox: adeo ſermonis cōmercio carēt.Garamātes matrimoniorū exortes:paſſim cum fœminis degunt.Augylæ tantum inferos colunt.Gamphaſantes nudi:prælioruq; expertes nulli externo congregantur.Blemmiis traduntur capi ta abeſſe:ore & oculis pectori affixis.Satyris præter figuram nihil moris humani.Aegipanis qualis uul go pingitur forma.Himantopodes loripedes quidam:quibus ſerpendo ingredi natura eſt.Pharuſi quon dam p̄fæ comites fuiſſe dicunt Herculis ad heſpidas tēdētis.Nec de africa plura:q̄ memorent: occurrunt.

¶De Aſia. CA. IX.

ADhæret aſia quā patere a canopico oſtio ad pōti oſtiū Timoſthenes.xxvi.xxxviii.m.paſſuū tra didit.Ab ore autem pōti ad os mæotis Eratoſthenes.xv.xlv.mil.p.Vniuerſam uero cū ægypto ad tanain Artemidorus & Iſidorus.lxxxviii.d.ccl.mil.paſſus Maria eius cōplura ab accolis tra xere nomina:quare ſimul indicabuntur.Proxima africæ īcolit ægyptus ītrorſus ad meridiem recedens: donec a tergo prætēdant æthiopes.Inferiorē eius partē nilus dextra leuaq; diuiſus amplexu ſuo determinat canopico oſtio ab africa:ab aſia peluſiacos.c.lxx.mil.paſſuum īteruallo.Quam ob cauſam iter inſulas quidam ægyptum retulere:ita ſe findente nilo:ut triquetrā terræ figurā efficiat.Ideo multi græcæ littere uocabulo deltā appellauere ægyptum.Menſura ab unitate aluei:unde ſe primum findit in latera ad canopicum oſtiū.c.xlvi.m.ad peluſiacū.cclvi.m.eſt: Summa pars cōtermina æthiopiæ thebais uocat. Di uidit in p̄fecturas oppidoq;:quas nomos uocāt:ombiten:phāturiten:appolopoliten:hermoniten: tiniten: phanturiten:coptiten:tēriten:diopoliten:antiopoliten:aphroditopoliten:lycopolitē.Quæ iuxta peluſiū eſt regio nomos habet pharbæthiten:bubaſtiten:thyetroiten:taniten.Reliqua āt arabicū hāmoniacū ten dentē ad Hāmonis Iouis oraculū oxyrynchiten leontopoliten:athribiten:ſynopoliten:hermopoliten:xoi ten:mēdeſiū:ſebenniten:cabaſtiten:hetapoliten:heliopoliten:p̄ſopiten:cynopoliten:thermopoliten: bru ſophiten:onuphiten:ſaiten:pthenethum:ptemphū:naucratiten:ueratiten:meletiten:gymnopoliten: me nelaiten:Alexandriæ regione.Itē libyæ mareotis:heracleopolites eſt in inſula nili longa paſſus.l.m.in qua & oppidū Herculis appellatū.Arſinoitæ duo ſunt:hi & mēphites uſq; ad ſummū delta paruēiūt.Cui ſunt cōtermini ex africa duo œaſitæ.Quidā ex iis aliq̄ noīa p̄mutāt & ſubſtituūt alios nomos: ut heroopolitē: crocodilopoliten.Inter arſinoiten āt ac mēphiten lacus fuit circuitu.ccl.mil.p.aut ut mutiānus tradit.ccccl. m.& latitudinis.l.p.manufactus a rege qui fecerat myeridis appellatus.Inde.lxxii.m.paſſ.prope abeſt mē phis quōdā arx ægypti regū.Inde ad Hāmonis oraculū.xii.dierū iter eſt.Ad ſciſſurā āt nili quod appellaui mus delta.xv.m.paſ.Nilus incertis ortus fontibus:ut per deſerta & ardētia:& īmēſo lōgitudinis ſpatio am bulās famaq; tantū inermi q̄ ſitu cognitus ſine bellis:q̄ cæteras oēs terras inuenere:originē (ut iuba rex po tuit exqrere) in mōte īferioris mauritaniæ nō p̄cul oceano habet lacu p̄tinus ſtagnāte:quē uocāt nilidem: Ibi piſces reperiunt alabetæ:coracini:ſiluri:crocodilus quoq;:& q̄ nili alueo ſpectant: hocq; lacu educant. Inde ob argumentū hoc nili ortus credit:cæſareæ in theſeo dicatus ab eo ſpectat hodie.Præterea obſerua tū eſt:p̄ut in mauritania niues imbreſue ſatiauerint:ita nilū īcreſcere ex hoc lacu.Rurſus īdignat fluere p harenoſa & ſqualentia.Cōditq; ſe aliquot dieꝝ itinere.Mox alio lacu maiore in cæſarienſis mauritaniæ gē te maſeſylū erūpit:& hoīum cœtus ueluti circūſpicit iiſdē aīaliū argumētis iterū harenis receptus condit rurſus.xx.dierū deſertis ad p̄ximos æthiopas:atq; ubi iterū ſenſerit hoīem p̄ſilit fonte (ut ueriſimile eſt) illo quē nigrin uocauere.Inde africa ab æthiopia diſpeſcēs ēt ſi nō p̄tinus populis:feris tamen & beluis fre quens:ſiluarūq; opifex medios æthiopas ſecat cognominatus aſtapus:qd illarū gentiū lingua ſignificat aq̄ ē tenebris profluentē.Inſulas ita īnumeras ſpargit:quaſdāq; tam uaſtæ magnitudinis q̄q̄ rapida celeritate: ut tamē dieꝝ qnq; curſu nō breuiore trāſuolet:circa clariſſimam eaꝝ mercēn aſtabores leuo alueo dictus: hoc eſt ramus aquæ uenientis tenebris.Dextera uero aſtuſapes:quod latentis ſignificationem adiicit.Nec ante nilus q̄ ſe totū aquis concordibus rurſus iunxit. Sic quoq; etiānū ſiris.ut ante noīatus per aliquot mi lia:& in totū humero ægyptiis:aliiſq; triton.Subinde inſulis impactus:totidem incitatus irritamentis.Po ſtremo incluſus montibus:nec alibi torrentior uectus aquis properantibus ad locum æthiopum:qui cata dupi uocantur: nouiſſimo cataracte interoccurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur: ſed ruere. Poſtea lenis & confractis aquis domitaque uiolentia: alioquin & ſpatio feſſus multis quā uis faucibus in ægyptium mare ſe euomit. Certis tum diebus auctu magno per totam ſpatiatus ægy

ptum fœcundus innatat terræ. Cauſas huius incrementi uarias prodidere: ſed maxime probabiles eteſiarū eo tempore ex aduerſo flantiū repercuſſu ultro in ora acto mari. Aut imbres æthiopiæ æſtiuos iiſdē eteſiis nubila illo ferentibus e reliquo orbe. Timæus mathematicus occultam protulit rationē: phialam appellari fontem eius mergiq; in cuniculos ipſum amnē uapore anhelantem fumidus cautibus ubi conditur. Verū ſole per eos dies comminus facto extrahi ardoris ui: & ſuſpenſum abundare: ac ne deuoreť abſcondi. Idq; euenire a canis ortu per introitum ſolis in leonem contra perpendiculū fontis ſydere ſtante: cū in eo tractu abſumantur umbræ. Pleriſq; e diuerſo opinatis largiorem fluere ad ſeptentrionem ſole diſcedente: quod in cancro & leone euenit. Ideoq; tunc minus ſiccari. Rurſus in capricornum & auſtrinum polū uerſo ſorberi: & ob id parcius fluere. Sed Timæo ſiquis extrahi poſſe credat: umbrarū defectus iis diebus & locis ſine fine abeſt. Incipit creſcere luna noua quæcūq; poſt: ſolſtitiū eſt ſenſim modiceq; cācrū ſole tranſeūte: abūdantiſſime autem leonē. Et reſidet in uirgine iiſdem qbus accreuit modis. In totum autē reuocať intra ripas in libra: ut tradit Herodotus centeſimo die. cū creſcit reges aut præfectos nauigare eo nefas iudicatum eſt. Auctus eius per puteos menſuræ notis deprehenduntť. Iuſtum incrementū eſt cubitorum. xvi. Minores aquæ non omia rigant. Ampliores detinent: tardius recedendo. Hæ ſerēdi tempora abſumūt ſolo mādente. Illæ non dant ſitiente. Vtrunq; reputant ꝓuincia. In. xii. cubitis famē ſentit. in. xiii. etiānum eſurit. xiiii. cubita hilaritatem afferunt. xv. ſecuritatē. xvi. delitias. Maximū incrementum ad hoc æui fuit cubitorū. xviii. Claudio principe. Minimumq; pharſalico bello: ueluti necē. Magni ꝓdigio quodā flumine auerſante. Cum ſtetere aquæ apertis molibus admittunť. Vt quæq; liberata eſt terra: ſeritur. Idē amnis unus omniū nullas expirat auras. Ditionis ægypti eſſe incipit a fine æthiopiæ ſyene: ita uocatur peninſula. c. mil. p. ambitu. In qua ceraſtæ ſunt latere arabiæ: & ex aduerſo inſulæ. iiii. phile. d. c. mil. p. & a nili fixura: unde appellari diximus deltam. Hoc ſpatium edidit Artemidorus: & in eo. cc. oppida fuiſſe. Iuba. cccc. mil. paſſus. Ariſtocreō ab elephātide ad mare. d. cc. mil. paſ. Elephātis inſula infra nouiſſimū cataractem. cccc. mi. paſſibus & ſupra ſyenem. xvi. mil. habitatur. Nauigationis ægyptiæ finis ab Alexandria. d. lxxxv. mil. p. in tantum errauere ſupraſcripti. Ibi æthiopicæ conueniunt naues. Náq; eas plicatiles humeris tranſferūt quotiens ad cataractas uentū eſt. Aegyptus ſuper cæterā antiquitatis gloriam. xx. mil. urbiū ibi Amaſe regnante habitata prefert. Nunc quoq; multis etiā ſi ignobilibus: frequens celebratur tamē Apollinis: mox leucothoe: & dioſpolis magna. Eadem thebe: portarum. c. nobilis: fama copioſa īdicaq;: arabicarumq; mercium nilo proximū emporium. Mox Veneris oppidum: & iterum Iouis ac tētyris: infra quod abydus Mēnonis regia: & Oſiris tēplo inclytum. vii. dierum itinere in libyam remotum a flumine. Deinde ptolemais: & panopolis ac Veneris iterū. Et in libyco lycon: ubi montes finiunt thebaidem. Abiis oppida Mercurii: alabaſtrum canū: & ſupradictū Herculis. Deinde arſinoes & iam dicta memphis: inter quā & arſinoiten nomō. In libyco turres q̄ pyramides uocātur. Labyrinthus in myridis lacu nullo addito ligno exædificatus: & oppidum crialon. Vnum ꝑterea intus & arabiæ conterminum claritatis magnæ ſolis oppidum.

¶ Alexandria. CA. X.

SEd iure laudetur in littore ægyptii maris Alexandria: a magno Alexandro condita in africæ patre ab oſtio canopico. xii. mil. paſ. iuxta mareotim lacū: qui lacus antea arapotes nominabatur. Metatus eſt eam dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio: quindecim milium paſſuum laxitate iſerta ad effigiem macedonicæ chlamydis orbe gyrato lacinioſam dextra leuaq; anguloſo procurſu: iam tum tamē qnta ſitus parte regi dicata. Mareotis lacus ad meridianam urbis partem euripo e canopico oſtio mittitur ex mediterraneo cōmercio. Inſulas quoq; plures amplexus. xxx. mil. paſ. traiectū. dc. ambitu ut tradit Claudius Cæſar. Alii ſchœnos in latitudinem patere. xl. faciunt ſchœnūq; ſtadia. xxx. Ita fieri longitudinis. paſ. tantundem & latitudinis. Sunt in honore & intra decurſus nili multa oppida: præcipue quæ nomina dedere oſtiis non omnibus. xi. n. reperiuntur: ſuperq; quattuor quæ ipſi falſa ora appellant. Sed celeberrimis ſeptem: proximo Alexandriæ canopico: deinde bolbitino: ſebenitico: phannitico: mendeſico: tanico: ultimoq; peluſiaco. Præterea buthos: pharbœtos: leōtopolis: attribis. Iſidis oppidum: buſiris: cynopolis: aphroditos: ſais: naucratis: unde oſtium quidā naucraticum nomināt. quod alii heracleoticum: canopico: cui. vi. M. p. proximum eſt: præferentes.

¶ Arabia. CA. XI.

VLtra peluſiacum arabia eſt ad ru. mare pertingens: & odoriferam illam ac diuitē: & beatæ cognomine inclytam hæc catabanum & eſ bonitarū: & ſcenitarū arabū uocatur ſterilis: ꝑterq; ubi ſyriæ confinia attingit: nec niſi caſſio monte nobilis. His arabes iunguntur: ab oriente canchleis: a meridie cædreis qui deinde ambo nabathæis. Heroopoliticus uocať: alterq; lelaniticus ſinus rubri maris in ægyptū uergētis. cl. m. p. interuallo. Inter duo oppida læana: & ī nr̄o mari gaza. Agrippa a peluſio arſinoē rubri maris oppidū per deſerta. cxxv. mil. p. tradit tam paruo diſtat ibi tāta reꝝ naturæ diuerſitas.

¶ Syria paleſtina phœnicis. CA. XII.

TVxta ſyria littus occupat quondam terrarum maxima: & pluribus diſtincta nominibus. Náq; paleſtina uocabatur: qua contīgit arabas: & iudæa: & cœle: dein phœnice: & qua recedit intus damaſcena: ac magis etiam nunc meridiana babylonia. Et eadem meſopotamia ītер euphraten & tigrin: quaq; tranſit taurum: ſophœne. Citra uero etiam comagene. Et ultra armeniam adiabene: aſſyria ante dicta. Et ubi ciliciam attingit antiochia. Longitudo eius inter ciliciam & arabiam. ccccl xx. Mil. p. eſt. Latitudo a ſeleucia pieria ad oppidum in euphrate zeuma. d. xxv. mil. p. Qui ſubtilius diuidūt: circum euphraten ſyriam phenicem uolunt: & eſſe oram maritimā ſyriæ: cuius pars ſit idumæa & iudæa deinde phœnicē: deinde ſyriā. Id qd' ꝑiacet mare totum: phœnicū appellatur. Ipſa gens phœnicum in glo-

ria magna litterarum inuentionis: & ſyderum:naualiumq; ac bellicarum artiũ. A peluſio gabriæ caſtra: caſſius mons:delubrũ Iouis Caſſii:tumulus magni Põpeii oſtracinæ. Arabia finiť a peluſio.lxv.mil. paſ.

Idumæa ſyria:paleſtina:ſamaria:aſcalum:azotus:cæſarea CA. XIII.

MOx idumæa incipit & paleſtina ab emerſu ſirbonis lacus,quem quidam.cl.mil. paſ.circuitu tradidere.Herodotus Caſſio mõti applicuit.Nunc eſt palus modica. Oppida rhinocolura: & intus rhaphea:gaza:& intus atheodon:mons angaris.Regio per orã ſamaria: oppidũ aſcalo liberum: azotus:lamnes duæ.Altera uicus ioppe phœnicum antiquior terrarum inundatione(ut ferunt) Inſidet colli præiacente ſaxo: in quo uinculorũ andromadæ ueſtigia oſtẽdũt. Colitur illic fabuloſa cœto. Inde appollonia ſtratonis turris:eadẽ cæſarea ab Herode rege condita.Nũc colonia prima flauia a Veſpeſiano imperatore deducta.Finis peleſtines.clxxxix.mil.paſ.a confinio arabiæ. Deinde phœnices. Intus autẽ ſamaria.Oppida neapolis quod antea mamortha dicebatur.Sebaſte in monte altiore gamala.

Iudæa:galilæa:hierico:emmaus:lydda:ioppe. CA. XIIII.

SVpra Idumeã & ſamariã iudæa lõge lateq; funditur.Pars enĩ ſyriæ iũctã galilæa uocať.Arabiæ uero & ægypto ꝓxima peræa aſperis diſperſa mõtibus:a cæteris iudæis iordãe amne diſcreta. Reliqua iudæa diuiditur in toparchias decẽ quo dicemus ordine.Hiericontẽ palmetis conſitã: fontibus irriguã:emmaũ:lydã:iopicã:acrabathenã:thamiticã:& zophaniticã:bethole: & tephne:morine in qua fuere hieroſolyma longe clariſſima urbium orientis; nomen iudææ; modo herodium cũ oppidum illuſti eiuſdem nominis.

Iordanis. CA. XV.

IOrdanis amnis oritur e fonte peneade:q cognomẽ dedit cæſareæ de q̃ diximus amnis amœnus: & quatinus locorũ ſitus patiť:ambitioſus:accoliſq; ſe ꝑbens uelut inuitus:aſphaltitẽ lacũ dirumpit:a quo poſtremo ebibiť:aquaſq; laudatas ꝓdit peſtilẽtibus mixtas. Ergo ubi prĩa cõualliũ fuit occaſio:in lacũ ſe fundit: quã plures geneſaram uocant.xvi.M.p.lõgitudinis.vi. mil. latitudinis:amœnis circũſceptus oppidis:ab oriente iuliade & hippo:a meridie tharitie:quo & nomine alii qui etiam lacum appellant:ab occidente tiberiade aquis calidis ſalubri.

Aſphaltites. CA. XVI.

ASphaltites nihil ꝑter bitumẽ gignit:unde & nomẽ.Nullũ corpus animaliũ recipit: tauri cameliq; fluitãt.Inde fama nihil ĩ eo mergi.lõgitudine excedit.c.m.p.Latitudine maxĩa.xxv.implet.Minima ſex.Proſpicit eũ ab oriẽte arabia nomadũ: a meridie macharõ: ſecũda quondã arx iudææ ab hieroſolymis.Eodẽ latere ẽ calidus fõs medicæ ſalubritatis callirhoe aq̃q; gloriã ipõ noĩe ꝓferẽs.

Gens heſſenorum. CA. XVII.

AB occidẽtali littore heſſeni,quos fugitãt uſq; quaq; nocẽtes. Gẽs ſola & ĩ toto orbe ꝑter cæteras mira:ſine ulla fœmĩa:oĩ uenere abdicata:ſine pecũia ſotia palmaq;.In diẽ ex æquo cõuenaq; turba renaſcitur:longe frequẽtantibus:quos uita feſſos ad mores eorum fortunæ fluctibus agitat. Ita ꝑ ſæculorũ milia(Incredibile dictu)gẽs æterna ẽ: in q̃ nemo naſciť.Tã fœcũda illis alioq; uitæ pœnitẽtia ẽ ĩfra hos ẽ gadda oppidũ fui ſcãm ab hieroſolymis fertilitate palmetorũq; nemoribus: nũc alterũ buſtũ:Inde maſada caſtellũ ĩ rupe:& ipſum haud procul ab aſphaltite.Et hactenus iudæa eſt.

Decapolis. CA. XVIII.

HVngitur e latere ſyriæ decapolitana regio a numero oppidoq;:in qua non oẽs:eadem obſeruãt. Plurimi tamen damaſcũ & opoton riguas amne chryſorhoa:fertilem philadelphiã:raphanam: omnia in arabiã recedẽtia.Scythopolin antea niſam a Libero patre ſepulta nutrice ibi ſcytis deductis.Gaddara hieremiace præfluente & iam dictum hippodion.Pellam aquis diuitem: galaſam canatham.Intercurrunt cingũtq; has urbes tetrarchiæ regnoq; inſtar ſingulæ:& in regna contribuũtur:traconitis paneas.In qua cæſarea cum ſupradicto fonte abila:archa amploſſa:gabe.

Tyrus & Sidon. CA. XIX.

HInc redeũdũ ẽ ad orã atq; phenicẽ.Fuit oppidũ crocodilon.Eſt flumẽ memoria urbiũ:doq;.Sigaminũ ꝓmõtoriũ:carmelũq;.Et ĩ mõte oppidũ eodẽ noĩe:quõdã egbatana dictũ.Iuxta getta ebba.Riuus pagida ſiue belus:uitri fertiles harenas paruo littori miſcẽs.Ipſe e palude cẽdeuia a radicibus carmeli ꝓfluit.Iuxta colonia Claudii Cæſaris ptolemais:q̃ quondã ace.Oppidũ ecdippa: Promontorium album.Tirus quõdam inſula ꝑalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa. Nunc uero Alexandri oppugnantis operibus continens:olim partu clara urbibus genitis lepti: utica: & illa romani imperii emula terraq; orbis auida carthagine:etiã gadibus extra orbẽ conditis. Nunc oĩs eius nobilitas conchylio atq; purpura conſtat. Circuitus.xix.M.paſ.eſt.Intra paletyro incluſa.Oppidum ipſum.xxii. ſtadia.obtinet.Inde ide ac ſarepta & ornithon oppida.Et ſidon artifex uitri:thebarumq; boetiarum parens.

Vel en hydre uel ſara pta iudææ ca reptas

Mons libanus. CA. XX.

ATergo eius mons libanus orſus cẽtũ qnquagĩta ſtadiis zymirã uſq; porrigiť:q̃ cœleſyria cognominať.Huic par interiacẽte ualle mons aduerſus antelibanus obtẽdiť quõdam muro cõiũctus. Poſt eũ introrſus decapolitana regio eſt:ꝑdictæq;:cũ ea tetrachiæ & paleſtines tota laxitas.At in ora nũc ſubiecta libano fluuius magoras:berytus colonia:q̃ fœlix iulia appellať.Leõtos oppidũ. flumẽ lycos:palæhyblos:flumẽ adõis:Oppida byblos: botrys:gycarda:trieris:calamos:tripolis qm̃: Tyrii & ſidõii & arabii obtinẽt:orthoſia eleutheros flumẽ.Oppida zymira:marathos:cõtraq; aradũ ſeptẽ ſtadiorum oppidũ:& inſula ducẽtis paſſibus a cõtinente diſtans.Regio in qua ſupradicti deſinunt montes. Et interiacẽtibus campis bargilus mons incipit.Hinc rurſus ſyria deſinente phœnice. Oppida charne bala

nea paltos. Gabale ptomontorium in quo laodicea libera: dſopolis: heraclea: charadrus: poſidium.

Syria antiochia. Cap. XXI.

DEinde promontorium ſyriæ antiochenæ. Intus ipſa antiochia libera: epidaphne cognominata oronte amne diuiditur. In promontorio autem ſeleucia libera pieria appellata.

Caſſius mons. CA. XXII.

SVper eam mons eodem quo alius noīe caſſius. Cuius excelſa altitudo quarta uigilia orientem per tenebras ſolē aſpicit breui circumactu corpis diē noctemq; pariter oſtendens: Ambitus ad cacumē. xix. mil. paſ. eſt: altitudo p̄ directū. iiii. At in ora amnis orontes natus inter libanum & antelibanū iuxta heliopolin. Oppidū rhoſos: & a tergo portæ: q̄ ſyriæ appellant̄ ſteruallo rhoſioq; mōtiū & tauri. In ora oppidū myriādros. Mōs amanus: ī quo oppidū bōite. Ipſe ab ſyris ciliciā ſepat.

Cœle ſyria. CA. XXIII.

NVnc interiora dicant̄. Cœle hēt apameā marſia amne diuiſam. Anazerinoq; tetrarchia bābicē. q̄ alio noīe hierapolis uocat̄. Syris uero magog: ibi p̄digioſa. Atargatis: græcis hæc decreto dicta colit̄: chalciden cognominata ad belū: unde regio chalcidene fertiliſſima ſyriæ. Et inde cyrretica irneazates: gīdarenos: gabenos: tetrarchias duas quæ granit comatitæ uocant̄. Hemiſenos: hylatas: ituræoq; gentē: & q ex iis betarei uocant̄: mariā mitāos. Tetrarchiā q mamiſea appellat̄: Paradiſum: pagras pinaritas: ſeleucia: p̄ter iā dictas duas: q̄ ad euphraten: & q̄ ad belū uocant̄. Cardicenſes. Reliq̄ āt ſyria hēt exceptis q̄ cū euphrate dicent̄ arethuſios: beroenſes: epiphanēſes. Ad oriētē laodicenos: q ad libanū cognominantur. laucadios: lariſſæos: p̄ter tetrarchias in regna deſcriptas barbaris noibus decem & ſeptem.

Euphrates. CA. XXIIII.

ET de euphrate hoc in loco dixiſſe aptiſſimū fuerit. Orit̄ in p̄fectura armeniæ maioris caraniti/de. Vt p̄didere ex iis q̄ p̄xie uiderūt Domitius Corbulo ī mōte aba: Licinius Mutianus ſub radicibus mōtis: quē capotē appellāt: ſupra zymarā. xii. m. p. initio pyxirates noīatus. Fluit derzenē primū: mox anetiā: armeniæ regiones a cappadocia excludēs. Daſcuſa abeſt a zimara. lxxxv. M. paſ. Inde nauigatur paſtonam quinquagīta. M. paſ. Melitenē cappadociæ. xxvii. M. paſ. Eligeam armeniæ. x. M. paſ. acceptis fluminibus lyco: arſania: arſano. Apud eligeā occurrit ei taurus mons. Nec reſiſtit: q̄q̄. xii. M. paſ. latitudine p̄forata p̄ualens omirram uocant irrumpentem. Mox ubi cornu pfregit: euphraten. Vltra quoq; ſaxoſum ac uiolentū. arabiam inde leua meroq; dictā regionē tricena menſura: dextraq; comagenen diſterminat. Pontis tamē: ēt ubi tauq; expugnat: patiens. Apud claudiopolim cappadociæ curſum ad occaſum ſolis agit. Primo hūc illi impugnatus curſum taurus aufert: uictuſq; & abſciſſus ſibimet alio modo uincit: ac fractum expellit in meridiem. Ita naturæ dimicatio illa æquat̄. hoc eunte quo uult: illo p̄hibente ire qua uelit. A cataractis iterum nauigatur quadraginta. M. paſ. ide comagenes apud famoſata. Arabia ſupradicta habet oppida edeſſam: q̄ quondā antiochia dicebat̄: callirhœn a fonte noīatā: charras clade: Craſſi nobilis. Iungit̄ p̄fectura meſopotamiæ originē a ſyris trahēs: in qua athemuſia: & nicephorium oppida. Mox arabes q̄ rhetaui uocantur. Horum caput ſingara. A famoſatis autem latere ſyriæ marſyas amnis influit. Gingla comagenē finit. Merorum ciuitas incipit. Oppida alluntur: epiphania: & antiochia: quæ ad euphratem uocantur. Item zema. lxxii. M. paſſu. a famoſatis tranſitu euphratis nobilis. Ex aduerſo apameam Seleucus. Idem utriuſq; conditor ponte iunxerat. Qui coherent meſopotamiæ: rhoali uocantur: At in ſyria oppida europum: rhapſacum: quondam: nunc amphipolis. Arabes ſcenitæ ita ferūtur uſq; uram locum: in quo conuerſus ad orientem relinquit ſyriæ palmirenas ſolitudines: quæ uſq; ad petriam urbem & regionem arabiæ fœlicis appellatæ pertinent.

Palmira. CA. XXV.

PAlmira urbs nobilis ſitu diuitiis ſoli & aq̄s amœnis: uaſto undiq; ambitu harenis ſcludit agros. ac uelut tetris exempta a rerum natura priuata ſorte interduo īperia ſumma romanoq;: parthorumq;. Et prima in diſcordia: cuius ſemper utrinq; cura. Abeſt a ſeleucia parthorum: q̄ uocatur ad tigrin: quingentis triginta ſeptem. M. paſſu. A proximo uero ſyriæ littore ducentis quinquaginta duobus mil. Et a damaſco uigintiſeptem mil. paſſu.

Hierapolis. CA. XXVI.

PRopius infrā palmiræ ſolitudines ſtellēdēa regio eſt: dictæq; iā hierapolis ac beroea & chalcis. Vltra palmiram quoq; & ſolitudinibus iis aliquid obtinet hemeſa: item alatium: dimidio propior petreæ q̄ damaſcus. Aſura huic proxima ē. Philiſchum oppidum parthorum ad euphratē: ab eo ſeleutiam dierum decem nauigatio: totidemq; fere babylonem. Scinditur euphrates a zeumate. lxxxiii. paſ. circa uicum maſſicen. Et parte leua in meſopotamiā uadit per ipſam ſeleuciam: circaq; eam præfluenti infuſus tigri: Dexteriore autem alueo babylonem quondam chaldææ caput petit: mediāq; permeans: Item quas otrin uocant: diſtrahitur in paludes. Increſcit autem & ipſe nili mō ſtatis diebus paulū differens: ac meſopotamiam inundat ſole optinente uicesimam partem cancri. Minui incipit in uirgine & leone tranſgreſſo. In totum uero remeat in. xxix. parte uirginis.

Cilicia & adiunctæ gentes: pamphilia: Iſauria: homanadum: piſidia.
lycaonia: taurus mons: lycia. CA. XXVII.

SEd redeamus ad oram ſyriæ: cui proxima eſt cilicia. Flumē diaphanes: mons crocodilus: portæ amani montis: Flumina adricus: pynarus: lycus: ſinus iſſicus. Oppidum iſſos: inde alexandria: flumen chlorus oppidum aege liberū: amnis pyramus: portæ ciliciæ: oppida mallos: mugirſos: & intus tarſos. Campi aleii: oppida caſſipolis: moſpos libeq; pyramo ipoſitū: thynos. ze-

phyrium ſancile. Amnes ſaros: cydnus: tarſum liberá urbé ꝓcul a mari ſecans. Regio celẽ diritis cum oppido. Locus nympheum: ſoloe ciliciæ: nunc pompeiopolis: adana cibyra: pinara: pedalie: halix: arſinoe: tabe: dorion: luxtaq; mare corycos: eodẽ noie oppidũ & portus & ſpecus. Mox flumẽ calicadnus. Promontoriũ ſarpedõ: horrida holme Myle ꝓmontorium & oppidũ Veneris: a quo proxime cyprus inſula. Sed & in cõtinente oppida myãda: anenuriũ: coraceſiũ: finiſq; antiquus ciliciæ: melas amnis. Intus autẽ dicẽdi anazarbeni q nũc cæſaraguſtái: caſtabala: epiphania: q̃ antea eniádos: eleuſa iconiũ. Seleucia ſupra amnẽ calicadnũ tracheotis cognomine a mari relata: ubi uocabaſ oramia. Præterea itus flumina liparis: bõbos: paradiſus. Mõs ibarus. Ciliciæ páphyliã oẽs iũxere neglecta gẽte iſauryca. Oppida eius itus iſauryca: clybanus: lalaſis fluuius. decurrit: hic ãt ad mare anemurie regiõe ſupradicta. Simili mõ oibus: q eadẽ cõpoſuere ignorata ẽ cõtermina illi gẽs homonodũ. quorum intus oppidũ homona. Cætera caſtella. xliiii. inter aſperas conualles latent. Inſident uerticem piſidiæ quõdam ſolymi appellati quorum colonia cæſarea: eadem antiochia Oppida oronda: ſagaleſos. Hos includit lycaonia in aſiaticam iuriſdictionem uerſa: cum qua conueniunt philomelienſes: tymbriani: leucolithi: peltheni: thyriẽſes. Datur & tetrarchia ex lycaõia: qua parte galatiæ contermina eſt: ciuitatum. xiiii. urbe celeberrima iconio. Ipſius lycaoniæ celebráſ therbaſa in tauro. idæa in confinio galaciæ atq; cappadociæ. A latere aũt eius ſup páphyliã ueniunt thracũ ſoboles milyæ. Quoq; aricanda oppidũ: pamphylia ante moſopia appellata. Mare pamphylium cilicio iungiſ. Oppida eius ſidæ & in monte aſpẽdũ plantaniſtum: perga. Promontorium leucolla. Mons ſardemyſſus. Amnis eurymedõ iuxta aſpẽdũ fluens cataractes: iuxta quem lyrneſus & olbia. Vltimaq; eius oræ phaſelis: iunctũ ei mare lycium eſt: genſq; lycia unde uaſtus ſinus. Taurus mons ab eois ueniẽs littoribus chelidonio promontorio diſterminatur. Immenſus ipſe & innumerarum gentium arbiter: dextero latere ſeptẽtrionalis: ubi primũ ab indico mari exurgit: leuo meridianus: & ad occaſum tendens: mediamq; diſtrahẽs aſiá: niſi opprimenti terras occurrerẽt maria reſilit ergo ad ſeptẽtriones: flexuſq; immenſum iter quærit: uelut de induſtria rex natura ſubinde æquora opponente: hinc phœnicum: hinc ponticum: illinc caſpium: & hyrcaniũ: contraq; mæotium lacũ torquetur. Itaq; colliſus inter hæc clauſtra: & tamẽ uictor flexuoſus euadit uſq; ad cognata riphæoq; mõtiũ iuga numeroſis noibus: & nouis quocunq; incedit inſignis. Imaus pria pte dictus: mox edigis paropaniſus: circius: cábades: pharphariades: cohatras: oreges: oroes: nyphates: thaurus: atq; ubi ſe quoq; exuperat caucaſus: ubi brachia emittit ſubinde tentanti maria ſimilis ſarpedõ: coraceſius: catragus: iterumq; taurus ẽt ubi dehiſcit: ſeq; populis aperit portarum tamẽ noie unitatẽ ſibi uendicans: q̃ alibi armenicæ: alibi caſpiæ: alibi ciliciæ uocãtur. Quinetiã confractus effugiens quoq; maria plurimis ſe gentiũ noibus hinc & illinc implet: & a dextera hyrcanius: caſpius. a leua pariedrus moſchicus: amazonicus: coraxicus ſcythicus appellatus. In uniuerſum uero græce ceraunius. In lycia igitur a promõtorio eius oppidũ ſemena: mons chimera noctibus flagrans: epheſtium ciuitas: & ipſa ſæpe flagrãtibus iugis. Oppidũ olympus ibi fuit: nunc ſunt montana gage: corydalla: rhodiopolis. Iuxta mare lymira cum amne: in quem aricandus influit: & mons maſſycitus: andria ciuitas myra: oppida apye: & antipellos: quæ quõdã habeſſus atq; in receſſu phellus. Deinde phyrra. Itẽq; xanthus a mari. xv. M. paſ. flumenq; eodem nomine. Deinde patara: quæ prius pataros: & in monte ſidyma. Promontorium cragus. Vltra per ſignus priori. Ibi pynara: & in quã lycia finit telmeſus. Lycia quõdã ſeptuaginta oppida habuit: nunc triginta ſex hẽt. Ex his celeberria ꝑter ſupradicta canas: cadina: ubi laudatur oenium nemus. Pedalia choma præfluente. Edeſa cyane: aſcãdialis: amelas: noſcopiũ: tlos: telendus. Cõprehendit & in mediterraneis cabaliã: cuius tres urbes: oenãda: balbura: bubon a Telmeſo: Aſiaticũ mare ſiue carpatiũ: & q̃ ꝓprie uocaſ aſia i duas eã partes Agrippa diuiſit. Vnã excludit ab oriente phrygia & lycaonia: ab occidente ægæo mari: a meridie ægyptio: a ſeptentrione paphlagonia. Huius longitudiné. ccccl xx. mil. paſ. Latitudinem. ccc. m. fecit alteram determinauit ab oriente armenia minore: ab occidente phrygia lycaonia pamphylia: a ſeptentrione prouincia pontica: a meridie mari pamphylio. Longa. d. lxxv. mil. paſ. Lata. cccxxv. mil. In proxima ora caria eſt: mox ionia. Vltra eã æolis: media doride. Circũfundiſ mari utroq; latere ambiẽte. In ea ꝓmontoriũ pedalium. Amnis glaucus deferens telmeſſum. Oppidum dædala cyria fugitiuorũ. Flumẽ axon: oppidum calynda.

Vel oppida

Vel caradrius

Indus fluuius. CA. XXVIII.

AMnis indus in cybiratarum iugis ortus recipit. lx. perennes fluuios, torrentes uero amplius centũ oppidũ caunos liberã. dein pyrnos. Portus creſſa: a quo rhodus ĩſula pa. xx. M. Lacus ſoryma Oppida thyſanuſa: paridiõ: larimna. Sinus tymnias. Promontorium aphrodiſias. Oppidum hydas. Sinus ſchœnus. Regio bubaſſus. Oppidum fuit acanathus: alio nomine dulopolis. Eſt in promontorio gnidos libera: triopia. Deinde peguſa eſt ſtadia appellata. Ab ea doris incipit: ſed prius terga: Et mediterraneas iuriſdictiones indicaſſe conueniat. Vna appellatur cybiratica. ipſum oppidum phrygiæ eſt conueniunt eo. xxv. ciuitates.

Laodicea: apamea: ionia. CA XXIX.

CEleberrima urbs laodicea ĩpoſita eſt lyco flumini latera alluentibus aſopo & capro appellata prio dioſpolis: dein rhoas. Reliqui in eo conuentu. quos nominare non pigeat hydre litæ: teniſones. hieropolitæ: Alter connentus a ſynnada accipit nomen. Conuentũt lycaones: appiani: tercopeni: dorylæi: mudæi: iulienſes: & reliqui ignobiles populi. xv. Tertius apameam uadit: ante appellatã celenas: dein cibothon. Sita eſt in radice montis ſigniæ: circumfuſa marſya obrima orga: fluminibus in mæandrum cadentibus Marſyas, ibi creditur ortus: ac paulo mox conditus: ubi certauit tibiarum cantu cum Apolline. Aulocrenes ita uocatur conuallis. x. mil. paſ. phrygiam ab apamea petentibus: Ex hoc conuentu deceat nominare metropolitas: dionyſiopolitas: euphorbenos: acmoneſos: peltenos: ſiluianos: Reli

qui ignobiles.ix.Doridis ſinu leucopolis:amaxitos:eleuſis:& eutene.Deinde cariæ oppida patum:eutha
Vel ele næ:halycarnaſus:ſex oppida contributa ei ſunt a magno Alexandro tagele:ſubde:medmaſſa:uranium:pe
us daſum:telmeſſum.Habitatur inter duos ſinus ceramicum:& iaſium inde mindos:& ubi fuit palemīdus:
nariandus:neapolis:caryanda:termera:libera:barbila:& a quo ſinus iaſius:oppidum iaſus Caria interiorū
nominum fama prænitet.Quippe ubi ſunt oppida mylaſa libera antiochia:ubi fuere ſeminethos:& chra
naos:oppida:nunc eam circumfluunt mæander & moſſinus.Fuit in eo tractu & mæandropolis: Eſt eu
menia cludro flumini appoſita.Glaucus amnis:lyſias oppidū:& orthesia:berecynthus tractus: uyſa: tral
lis:eadem euanthia:& ſeleucia:& antiochia dicta.Alluitur eudone amne:perfunditur thebaide. Quidam
ibi pigmæos habitaſſe tradunt.Præterea ſunt thydonos:pyrrha:eurome:heraclea:amyzon:alabanda libe
ra:quæ conuentum eum cognominauit.Stratonice:alinda libera:hynidos:ceramus:troecene:phorontis.
Longinquiores eodem diſceptant foro orthronienſes:halydienſes:ſeu hippini:xyſtrani:hydiſſenſes. apol
loniatæ:trapezopolitæ:aphrodienſes liberi.Præter hæc coſcinus:harpaſa appoſita fluuio harpaſo:quo &
tralliccon:cum fuit:alluebatur.Lydia autem perfuſa flexuoſi amnis mæandri recurſibus ſuper ioniam p
cedit:phrygiæ ab exortu ſolis uicina:ad ſeptentrionem myſiæ:meridiana pte carian amplectens: meonia
ante appellata.Celebratur maxime ſardibus in latere tmoli montis:qui ante tmolus appellabatur uitibus
conſitus:ex quo profluente pactolo eodemque chryſorhoa ac fonte tarne a meonis ciuitas ipſa hydē uoci
tata eſt:clara ſtagno gygeo.Sardiana appellatur nunc ea iuriſdictio.Conueniuntq; in eam extra prædictos
macedones:caduenti:lorent:philadelpheni:& ipſi in radice tmoli cogamo flumini appoſiti.Meonii: tripo
litāi.lidē & antōiopolitæ mæādro alluunt.Apollōiheritæ myſotmolitæ:& alii ignobiles.Ionia ab iaſio ſi
nu ſcipiēs: numeroſo ambitu littoq; flectitur.In eam primus ſinus baſilicus.Poſſideum promontorium:
& oppidum:oraculum brancidarum appellatum.Nunc didimei Apollinis a littore ſtadiis.xx.mil. Et in
de.clxxx.mil.miletus ioniæ caput.Lelegeis antea & phytiuſa & anactoria nominata:ſuper.lxxx.urbium p
cuncta maria genitrix:nec fraudanda ciue Cadmo:qui primus proſaicam orationem cōdere inſtituit.Am
nis mæāder ortus eſt lacu in monte aulocrene:plurimiſque affuſus oppidis:& repletus fluminibus crebris
ita ſinuoſus flexibus:ut ſæpe credatur reuerti. Apamenam primum peruagatur regiōem.mox eumeneti
cam:ac dein bargylieticos campos:poſtremo cariā placidus:omneſq; eos agros fertiliſſimo rigans limo.
Ad decimum a mileto ſtadium lenis illabitur mari.Inde mons latmius.Oppida heraclea. Montis eius co
gnominis cariæ myus quod primo condidiſſe iones narrātur atheis profecti:naulocum: prienne. In ora
quæ trogilia appellatur:geſſus amnis Regio omnibus ionibus ſacra:& ideo panionia appellata.Iuxta fu
gitiuis conditum (uti nomen inditio eſt) phygela fuit:& marathesium oppidū.Supra hæc magneſia mæā
dri cognomine inſignis a theſſalica magneſia orta.Abeſt ab epheſo.xv.M.paſ.Trallibus eo amplius.ccc.
M.antea theſſaloce & androlitia nominata & littori appoſita.Deraſidas inſulas ſecum ſubſtulit mare: in
tus & tyana alluitur:& lyco pelopea:aliquando & euhippia cognominata:in ora autem mathium: ephe
ſus amazonum opus multis ante expetita nominibus.Alopes cum pugnatum apud troiam eſt:mox orty
gia:& morges:uocata eſt & ſmyrna cognomine trichia & hemonion & ptelea.Attollitur monte pione.Al
luitur cayſtro in cylbianis iugis orto:multoſq; amnes deferente & ſtagnum pegaſeum:quod phirites am
nis expellit:Ab iis multitudo limi eſt:qua terras propagat:mediiſque iam campis ſyriem inſulam adiecit.
Fons in urbe callipia templum Dianæ complexa.E diuerſis regionibus duo ſelinūtes.Ab epheſo mathiū
aliud colophoniorum:& intus ipſa colophon:haleſo affluēte.Inde Apollinis clarii fanum lebedos fuit &
notium oppidum.Promontorium cyreneum:mons minas.ccl.mi.paſ.excurrens:atque in continentibus
campis reſidens.Quo in loco magnus Alexander intercidi planitiem eam iuſſerat.vii.mil.d.paſ.longitu
dine:ut duos ſinus iungeret:erythraſq; cum mimante circumfunderet. Iuxta eos fuerunt oppida pteleō:
helos:doryō:nūc eſt aleon.Fluuius corineō.Mimantis,pmōtoriū:clazomenæ:pthēiæ:& hippi: chytopho
ria appellatæ cum inſulæ eſſent.Alexander idem per duo ſtadia continenti adnexuit.Interiere intus daph
nus & harmeſia:& ſyphilum quod ante tantalis uocabatur caput mæoniæ.ubi nunc eſt ſtagnum ſale ob
id & archeopolis ſubſtituta ſypilo:& inde:illi colpe & huic lebade regredientibus.Inde abeſt.xii.mil. paſ.
ab amazone condita:reſtituta ab Alexandro.In ora ſmyrna amne melete gaudens non procul orto.mon
tes aſiæ nobiliſſimi in hoc tractu fere explicāt ſe:maſtuſia a tergo ſmyrnæ & thermetis olympi radicibus
iunctis.Is in dracone deſinit:draco in tmolo:t molus in cadmo:ille in tauro.A ſmyrne hermus amnis cā
pos facit:& nomini ſuo adoptat.Oritur iuxta dorilaum phrygiæ ciuitatem:multoſq; colligit fluuios: in
ter quos phrygem:qui nomine genti dato.a caria eam diſterminat:hyllum & chryon: & ipſos phrygiæ:
meſiæ:lydiæ amnibus repletos.Fuit in ora eius oppidum temnos:nunc in extremo ſinu ſmyrne chelēo
polis oppidum.Leuce dein promontorium quod inſula fuit:finiſq; ioniæ: Smyrneum conuentum ma
gna pars æoliæ.quæ mos dicetur; frequentat: præterq; macedones hyrcani cognominati:& magnetes.
Aſypillo uero epheſum alterum lumen aſiæ remotiores conueniunt:cæſarienſes:metropolitæ cilbiani in
feriores:& ſuperiores myſomacedones:maſtaurenſes:brullitæ:hypæpeni. dioſhieritæ.

Epheſis:æolis:troas:Pergamus. CA. XXX.

uel adæ AEolis proxima eſt quondā myſia appellata:& quæ helleſponto adiacet troas.Ab ea phocea:aſca
nius portus:dein fuerat lariſſa:& cyme:myrine:quæ ſabaſtopolim ſe uocat:& intus ægæ attalia
poſt edæ:neontichos:temnos.In ora autem titanus amnis:& ciuitas ab eo cognominata.Fuit &
grynia:nunc tantum portus ſoli inſula appræhenſa.Oppidum elæa:& ex myſia ueniens caicus:
amnis.Oppida pitāe canaius amnis.Intercidere cane lyſimachea:atarnea:carene:ciſthene:cilla:cocyltū:the
bē:aſtyre:chryſa:paleſcepſis gergithos:neandros:nūc eſt per perēne ciuitas.Heracleotes tractus.Coryphas

oppidum. Amnis gryliosolius. Regio aphrodisias: quæ ante politice orgas: Regio scepsis. Flumen euenũ cuius in ripis intercidere lyrnessos & miletos: In hoc tractu ida mons. Et in ora quæ sinum cognominauit & conuentum adramytteos olym pedasus dicta: Flumina astron: cormalos: cryanos: alabastros: hieros: exida. Intus moni gargara: eodemque nomine oppidum. Rursus in littore antandros edonis prius uocata: deinde cymeri & assos: eadem appollonia. Fuit & palamedium oppidum. Promontorium lectum disterminans æolida & troada. Fuit & polymedia ciuitas: & chryssa: & larissa alia: zimintium templum durat. Intus colone intercidit deportata adramiteum negocia: appolloniatæ arhindaco amne eresii miletopolytæ: pemanetii: macedones: aschylacæ: polycnæi: pionitæ: cilices: mandagandeni: misani: abretteni: & hellespontii appellati: & alii ignobiles. Troadis primus locus amaxitus: dein cebrenia. Ipsaque troas antigonia dicta: nunc Alexandria colonia romana. Oppidum nee. Scamander amnis nauigabilis: in promontorio quondam sigæum oppidum. Dein portus achæorum: in quem influxit xanthus simeonti iunctus stagnumque prius fatiens. Palæscamander. Cæteri Homero celebrati rhesus: heptaporus: acresus: rhodius uestigia non habẽt. Granicus diuerso tractu in propontida fluit. Est tamen & nunc scamandria ciuitas parua. Ac mille quingentis passibus remotum a portu ilium immune: unde omnis rerum claritas. Extra sinum sunt rhetea littora rheteo & dardanio: & arisbe oppidis habitata. Fuit & achilleon oppidum iuxta tumulum Achillis conditũ a mytilenæis: & mox athenien sibus: ubi classis eius steterat. In sigæo fuit & æantion rhodiis conditum: in altero cornu Aiace ibi sepulto. xxx. stadiorum interuallo a sigæo & ipso in statione classis suæ. Supra æolida & partem troadis in mediterreneo est: quæ uocatur teutrania: quam mysi antiquitus tennere. Ibi caicus amnis iã dictus orit. Gens ampla per se: ét cum totum mysia appellaret. In ea Pioniæ: andera: idale: stabulum: conisium: tegium: balcea. Tiare: teutranie: sarnaca: halisserne: lycide: ptheniũ: thymbre: oxiopum: lygdanum: apolonia: longeq; clarissimum asiæ pergamum: quod intermeat silenus præfluit cetius profusus pindaso monte. Abest haud ꝓcul elea quã in littore diximus. Pergamea uocatur eius tractus iurisdictio. Ad eã conueniunt thyatireni: mygdones mossini: bregmenteni. hierocomitæ: perpereni: tyareni: hydropolien sis: hirmatopolitæ: attalenses: pãtaenses: apollonienses: aliæq; inhonoræ ciuitates. A rheteo dardanium oppidum paruum abest sta. lxx. mil. Inde. xviii. mil. promontorium trapeze. Vnde primum concitat se hellespontus. Ex asia interisse gẽtes tradit Eratosthenes: solymorum: lelegum: bebricum: colycantiorum: trepsedorum. Isidorus arimos: & capretas: ubi sit apamea condita a Seleuco rege inter ciliciam cappadociam: cataoniam: armeniam. Et quoniam ferociſſimas gẽtes domuisset: initio dameam uocatam.

Vel caresus

Insulæ ante asiã: pãphyliũ mare: cyprus: rhodus: samus: chius. CA. XXXI.

INsularum ante asiã prima est in canopico hostio nili a Canopo Menelai gubernatore (ut ferũt) dicta. Altera iuncta ponte alexãdriæ colonia Cæsaris dictatoris pharus: quondã diei nauigatione distãs ab ægypto: nunc e turri nocturnis ignibus cursum nauium regens. Nãq; fallacibus uadis alexãdria tribus omnino aditur alueis maris: tegamo: possidonio: tauro. In phœniceo deinde: mari est ante ioppe: paria. Tota oppidum in qua obiectã beluæ Andromedam ferũt: & iã dicta arados: Inter quã & continentem. l. cubita alto mari (ut auctor est Mutianus) e fonte dulcis aqua tubo coriis facto usq; ad uadum trahitur. Pãphyliũ mare ignobiles insulas habet. Cilicium ex quinq; maximis cyprum ad ortum occasumq; ciliciæ ac syriæ obiectã quondã nouem regnoꝝ sedem. Huius circuitum Timosthenes ccccxxix. mil. d. prodidit. Isidorus. ccclxxv. M. Longitudinem inter duo promontoria dinareta: & acamãta: quod est ad occasum. Artemidorus. clxii. d. Timosthenes. cc. uocatã antea acamãtida. Philonides cerastin. Xenagoras & aspeliã: & amathusiã: & macariã. Astynomus cryptõ: & coliniã. Oppida i ea. xv. paphos: palæpaphos: curias: citeium: corinæum: salamina: amathus: lapetos: soloe: tãmasus: epidaꝝ: chytri: arsinoe: carpasium: golgoe. Fuere & ibi cynyria: matium: idalium. Abest ab anemurio ciliciæ. l. p. Mare quod prætenditur uocãt aulona cilicium. In eodem situ elæussa insula est: & quattuor ante ꝓmontoria. Ex aduerso syriæ clides: rursusq; ab altero capite stiria. Contra neãpaphtũ hierocepia. Contra salaminã salamine in licio autem mari illyris: telãdros: attælebussa. Cypriæ tres steriles: & dionysia prius caretha dicta. Deinde contra tauri ꝓmontorium pestiferæ nauigãtibus chelidoniæ. Totidem ab iis cũ oppido leucolla: pactyæ: elisia: nymphalis: meris megista cuius ciuitas interiit. Multæ deinde ignobiles. Sed contra chimeram: dolichistæ: chirogylium: crambussa: rhogæ: enagora. viii. mil. pas. dædaleon duæ cyrieon: tres strongylæ: & contra sidyma antiochia: glaucumq; uersus amnem leguſa macris didyme: helbo: cope: aspis: & in qua oppidum interiit telãdria: proximaq; cynorodossa. Sed pulcherrima & libera rhodos circuitu. cxxv. mil. p. Aut si potius Isidoro credimus. ciii. habitata urbibus: lindo camyro: ialyso: nunc rhodo. Distat ab alexandria ægypti. d. lxxviii. M. ut Isidorus tradit. Vt Eratosthenes: cccclxix. M. Vt mutianus. d. a cypro. clxvi. Vocitata est antea ophiusa: asteria: aethrea: trinacria: corymbia: poessa: atabyria ab rege. Deinde macria & oloessa. Rhodiorum insulæ carpatus: quæ mari nomen dedit. Caros. duæ calymnæ. scyros. distãs ab gnido. xii. Mil. d. porphyris antea dicta: Et eodem tractu media inter rhodum gnidũq; syme. Cingit. xxxvii. milia. d. Portus benigne p̃bet octo. Præter has citra rhodum cyclops. tergamon: cordyusa: diabetinæ. iiii. Hãmos: calche cũ oppido. seutlusa: narthecusa: dymastos: ꝓgne: & a guido ciferusa: therion: archia: calydnæ: cum tribus oppidis nououistiro: mendetero: & marcõneso. Oppidum cerainus. In cariæ ora quæ uocant argiæ numero. xx. ethecusa: lepsia: leros. Nobiliſſima uero i eo sinu cos ab halycarnaso. xv. pas. distãs circuitu. c. M. ut plures existimant. merope uocata coea: ut Staphylus: meropis ut Dionysius: dein nymphea. Mons ibi prion & nisyron. Abruptam illi putant quæ porphyris antea dicta est. Hinc carianda cum oppido. Nec procul ab halicarnaso pidosus. In ceramico autem sinu priaponneſos: hipponeſos: pſyra: mya:

Cyprus

Rodus

Carpathus

Scyros

Cos

Ioniæ ora Samos

lampſa:emindus:paſſala:cruſa:pyrrhe:ſephiuſſa:melano:paulumq; a continente diſtans: quæ uocata eſt cynædopolis:probroſis ibi relictis a rege Alexandro. Ioniæ ora ægæas & corſeas habet & icarō:de qua dictum eſt. Ladē:quæ prius late uocabaſ:atq; inter ignobiles aliquot. Duas camelidas mileto:uicinas: mycalem:trogilias:treſpyliō:argennō:ſcādalion:ſamon liberam circuitu. lxxxvii. mil. d. Aut ut Iſidorus. c. partheniam primū appellatā. Vt Ariſtoteles tradit:poſtea driuſam:dein anthemuſam Ariſtocritus adiicit me lā phylū:dein cypariſiam. Ab parthenio aruſam:ſtephanē. Amnes in ea imbraſus. cheſius: ibetthes. Fontes eucarto:leucothea. Mons cercecius. Adiacēt inſulæ rhypara:nymphea: Achillea. Par claritate ab ea diſtat. xciii. m. p. cū oppido chios libera:quā ethaliā Ephorus priſco nomine appellat. Metrodorus & Cleobolus chiā a Chione nympha:aliqui a niue:& macri & pityuſam. Montem hēt pelleneū. Marmorchiū:circuitu. cxxv. m. p. colligit ut ueteres tradidere. Iſidorus. ix. m. adiicit. Poſita eſt:iter ſamū & leſbum. Ex aduerſo maxime erythrarum. Finitime ſunt thaluſa:quā alii daphnuſam ſcribūt. Oenuſſae laphites: euriaſſa:arginuſa:cū oppido. Iā hæ circa epheſum: & quæ Piſiſtrati uocantur anthinæ:myoneſos: clareuſa. In utraq; oppida ītercidere. poroſene cū oppido:cercie:halene:cōmōe:illetia:lepſia:& reſperia: pcuſe:bolbule:pheate:priapos:ſyce:melane:enare:ſiduſa:pela:drymuſa:anhydros:ſtopelos:ſicuſa:marathuſa:pſile:

Chios

Teos

peritheuſa:multæq; ignobiles: Clara uero in alto teos cū oppida:a chio. lxxi. m. d. Tātūdē ab erythris iuxta ſmyrnā ſunt piſterides. Cateria:alopece:eleuſa:bachia:pyſtira:omyōneſos:megale. Ante troada aſcaniæ plateæ tres. Dein lamiæ plitaniæ:duæ:platæ:ſcopelos:getōe:artheidō: celæ:laguſæ: didymæ. Clariſſima aūt leſbos a chio. lxv. m. p. Hermete:& laſſia:pelaſgia:egira:æthiopiæ macaria appellata fuit nouē oppidis inclyta. Ex iis pyrrha hauſta eſt mari. Ariſbe terra motu ſubuerſa. Antiſſam methymna traxit ī ſeipſam octo urbibus aſiæ. xxxvii. mil. p. uicina. Et agademe obiit:& hiera. Reſtāt ereſon:pyrrha:& libera mytilenæ amnibus. l. potens. Tota inſula circuitur (ut Iſidorus) clxvii. m. p. Vt ueteres. cxcv. mil. Montes habet lepethymnum:ordinū:macyſtū:creoné:olympum. A proxima continente abeſt. vii. mil. d. paſ. Inſulæ appoſitæ ſcandalion:leucæ. v. Ex his cydonea cum fonte calido. Argenuſſæ. iiii. p. diſtant. Dein pheluſa pedna. Extra helleſpontum aduerſo ſigæo littori adiacet tenedus:leucophrys dicta:& phœnice:& lyrneſſos. Abeſt a leſbo. lvi. mil. paſ. A ſigæo. xii. mil. d.

Leſbos

Tenedus

Helleſpontus:myſia:phrygia:galatia:nicea:bithynia:boſporus. CA. XXXII.

Lāpſacum Vel artargel Propontis

Cyzicū

EMpetum deinde ſumit helleſpontus:& mare incumbit uorticibus:limitē fodiens: donecaſiam abrumpat europæ. Promōtoriū id qđ appellauimus trapezā ab eo. x. m. p. ad abydū oppidū:ubi anguſtiæ ſeptē ſtadiorū. Deinde percote oppidū:& lampſacū antea pityuſſa dictū. pariū colonia quā Homerus adraſtiam appellauit. Oppidū priapos:amnis æſepus:zelia. propōtis: ita appellaſ ubi ſe dilatat mare. Flumen granicum:artace portus:ubi oppidū fuit oltra inſulā:quā continenti iūxit Alexāder. In qua oppidū mileſioq; cyzicū antea uocitatum:arctonneſus:& dolionis:& dindymis:cuius a uertice mons dindymis. Mox oppida placia:ariacos:ſcylace:quoq; a tergo mons olympus myſus dictus. Ciuitas olympena. Amnes horiſius:& rhyndacus:ante lycus uocatus. Oriē in ſtagno artynia iuxta miletopolī Recipit maceſton & pleroſq; alios. Aſiā bithyniāq; diſterminans. Ea appellata eſt cronia:dein theſſalis: deī de. malianda:& ſtrymonis. Hos Homerus halizonas dixit quando præcingitur gens mari. Vrbs fuit īmē ſa attuſa noīe:nunc ſunt. xv. ciuitates:inter quas gordiu come:q̄ iuliopolis uocaſ:& in ora daſcylos. Deinde flumen gebes:& intus elgas oppidū: q̄ germānicopolis:alio noīe booſcœte:ſicut apamea quæ nūc myrlea. Colophoniorum flumen ethelecanticus troadis finis:& myſiæ initium. Poſtea finis in quo flumē aſcaniū:oppidum brilion:amnes hylas:& cios cum oppido eiuſdem nominis:qđ fuit emporium non procul accolentis phrygiæ a mileſiis quidem conditum. In loco tamen q aſcaniæ phrygiæ uocabaſ. Quapropter non alibi aptius de ea dī. Phrygia troadi ſuperiecta populiſq; a promontorio lecto ad flumē celeum p̄dictis ſeptētrionali ſui pte galatiæ contermina:meridiana lycaoniæ:pyſidæ:mygdoniæ:ab oriente cappadociam attingit. Oppida ibi celeberrima p̄ter iā dicta ancyra:andria:celene:coloſſe:carina:cotieō: cerane: iconium:mideum. Sunt auctores trāſiſſe ex europa. Myſos & Phrygas:& Thynos a quibus appellantur myſi phryges bithyni. Dicendū ſimul uī & de galatia quæ ſuperpoſita agros maiori ex parte phrygiæ tenet. Caputq; quondam eius gordium. Qui partem eā inſedere gallorum toliſtobogi & uoturi:& ambiati uocantur qui mæoniæ & paphlagoniæ regionem Trogini p̄tenditur cappadocia a ſeptentrione & ſolis ortu:cuius uberrimam partem occupauere tectoſages:& teutobodiaci. Et gentes quidem hæ. Populi uero ac tetrarchiæ oēs numero. cxcv. Oppida tectogaſum ancyra:trogmoq; tauium:toliſtobagorum peſſinus. Præter hos celebres attalenſes:alaſenſes:commenſes:didyenſes:hieronenſes:lyſirenæ:neapolitani:œandenſes: feleucenſes:ſebaſteni:timoniacenſes:thebiſeni. Attingit galatia & pamphiliæ carbaliam & mylias:qui circa barin ſunt:& cyllanticum & orondicū pyſidiæ tractum. Item licaōiæ partem obligenen. Flumina ſunt in ea p̄ter iam dicta ſangarium:& gallus:a quo nomen traxere matris deum ſacerdotes. Nūc reliqua ī ora a Cio intus & bithynia pruſa ab Hannibale ſub olympo condita. Inde nicea. xxv. m. p. interueniente aſcanio lacu. Deinde nicea in ultimo aſcanio ſinu:quæ prius olbia. Et pruſa item altera ſub hippio mōte. Fuere pythopolis:parthenopolis:coriphanta. Sunt in ora amnes eluis:bryazon: plataneus:areus:iſiros:gēdos qui & chryſorrhoas. Promontoriū in quo megarice oppidū fuit. Inde craſpedites ſinus uocabaſ:quoniā id oppidum uelut in lacinia erat. Fuit & aſtacum:unde & ex eo aſtacenus idem ſinus. Fuit & lybiſſa oppidum:ubi nunc Hānibalis tātum tumulus:& in intimo ſino nicomedia bithyniæ præclara. Leucadas promontorium quo includiſ aſtacenus ſinus a nycomedia. xlii. m. quingentis paſſibus. Rurſus coeūtibus terris anguſtiæ p̄tinētes uſq; ad boſpoq; thracium. In iis chalcedon libera a nycomedia. lxxii. quingentorum proceraſtis ante dicta:dein cōpuſa:Poſtea cæcoq; oppidum:quod locum eligere neſciſſent:ſeptem ſtadiis

Myſia

Phrygia

Galatia

Cappadocia

Bithynia

Boſporus

diſtans a bizantio tanto fœliciore omnibus modis ſede. De cætero intus in bithynia colonia apamena: agrippenſes:iuliopolitæ:bithyniatæ. Flumina ſyrium lapſias:pharmicas:alces:chrynis:lyleus:ſcopius:hieras:qui bithyniam & galatiam diſterminat. Vltra chalcedona:deinde chryſopolis fuit. Deinde nicopolis: a qua nomen etiam ſinus retinet. In quo portus azari. Deinde naulocium promontorium eſtiæ templum Neptuni. Boſphoros quingentorum paſſuum interuallo aſiã europæ iterum auferens abeſt a chalcedone. xii. mil. d. paſ. Inde fauces primæ. viii. mil. ccl. p. ubi boſphoropolis oppidum fuit. Tenent oram omnem thyni: interiora bithyni. Finis aſiæ eſt populorum q̃. cclxxxii. m. qui ad eum locum a fine lyciæ numerantur. Spatiũ helleſpõti & propontidis ad boſphoꝝ thracium. clxxxviii. m. p. diximus. A chalcedone ſigæum Iſidorus. cccxii. m. d. p. Inſulæ in propontide ante cizicũ elaphoneſus: unde cizicenũ marmor: eadem neuris: & proconneſus dicta. Sequunt ophiuſa: acanthus phœbe: ſcopelos: porphyrione: halone cũ oppido delphace: polydora artacæon cũ oppido. Eſt & contra nycomediam demõneſes. Itẽ ultra heracleã aduerſa bithyniæ: thynias q̃ barbari bithyniã uocent. Eſt & antiochiæ & contra fauces rhyndaci belbicos. xviii. m. p. circuitu. eſt & elæa: & duæ rhodiuiſſæ: erebinthus: megale: chalcitis: pityodes.

uel amici

Boſpore duo

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SEXTVS PRAEFATIO. CA. I.

ONTVS: EVXINVS ANtea Ab inhoſpitali feritate axenos appellatus eſt: peculiari inuidia naturæ ſine ullo fine indulgentis auiditati maris: & ipſe ſe europam aſiãq̃ fundit: Nõ fuerat ſatis oceano ambiſſe terras: & ptẽ earũ aucta inanitate abſtuliſſe. Nõ irrupiſſe fractis montibus: calpeq̃ africæ auulſa multo maiora abſorbuiſſe q̃ reliquerit ſpatia. Nõ p helleſpõtũ propõtida ſe fudiſſe: itez̃ terris deuoratis. Aboſporo quoq̃ in aliã uaſtitatẽ panditur nulla ſatietate: donec expatianti lacus a mæoti rapinam ſibi iungant. Inuitis hoc accidiſſe terris indicio ſunt tot anguſtiæ: atq̃ tam parua naturæ repugnãtis interualla: ad helleſpontum octingẽtoz̃. lxxv. paſ. ad boſporos duos: uel bubus meabili tranſitu. Vnde nomen ambobus: & tanquam in diſſotiatione germanitas cõcors. Alitũ quippe cantus: canumq̃ latratus inuicẽ audiuntur. Vocis ẽt humanæ cõmercia inter duos orbes manente colloquio: niſi cum idipſum auferunt uenti. Menſuram ponti a boſporo ad mæotium lacum quidam fecere. xiiii. xxxviii. mil. d. paſ. Eratoſthenes. c. minorem. Agrippa chalcedone ad phaſin. x. m. Inde boſpoꝝ cimerũ cimerium. ccclx. m. Nos interualla generatim ponimus comperta in noſtro æuo: quando etiã in ipſo ore cimmerio pugnatum eſt. Ergo a ſaucibus boſpori eſt amnis rhebas: quem aliqui rheſum dixerunt. Deinde pſillis. Portus calpas: Sangaris fluuius ex inclytis. Oritur in phrygia accipit uaſtos amnes: inter quos tembrogium & gallũ. Et idẽ ſangarius a pleriſq̃ dictus coralius: a quo incipiunt mariãdini ſinus: oppidũq̃ heraclea celeceno flumini appoſitũ. Abeſt a ponti ore miliariis ducentis portus aconæ ueneno aconito dirus. Specus acheruſia. Flumina pedopiles: callichorum ſonantes. Oppidũ Tium ab heraclea. xxxviii. m. p. Fluuius Bilæus.

Celeceno uel lyco

Gens paphlagonum: & cappadocum. CA. II.

VLtra quẽ gẽs ẽ paphlagonia: q̃ pylæmeniã aliq dixerũt: incluſam a tergo galatia. Oppidũ maſtya mileſioꝝ: deinde cromna. Quo loco henetos adiicit Nepos Cornelius: a qbus in italia ortos cognomines eoꝝ uenetos credi poſtulat. Seſamũ oppidũ qđ nunc amaſtris. Mons cytorus a Tio. lxiii. m. p. Oppida Ciolis ſtephane. Amnis pthẽius. Promontoriũ carãbis uaſto excurſu abeſt a ponti hoſtio. cccxv. m. p. uel ut aliis placuit. cccl. m. Tãtũdẽ a cimerio: aut ut aliq maluere. cccxii. m. d. Fuit & oppidũ eodẽ noie: & aliud inde armie nũc ẽ colonia ſinope pteria a cytoro. clxiiii. flumẽ uaretũ. Gẽs cappadocũ. Oppidũ gaziura & gazælũ. Amnis halys a radicibus tauri p cataoniã cappadociãq̃ decurrẽs. Oppida gãgre cariſſa ide Amyſum libeꝝ a ſinope. cxxx. m. p. Eiuſdẽq̃ noĩs ſinus tãti receſſus: ut aſiã peniſulam faciãt: ducẽtis milibus. p. ut amplius: p continẽtẽ ad iſſicum ciliciæ ſinum. Quo in omni tractu proditur tres tantũ gentes græcas iure dici doricã: ionicã: æolicã: cæteras barbarorum eſſe. Amyſo iunctum fuit oppidum eupatoria a Mithridate conditum. Victo eo pompeiopolis utrunq̃ appellatum eſt.

Heneti Veneti

Halys

Põpeopolis

Cappadocia. CA. III.

CAppadocia intus hẽt coloniã Claudii Cæſaris archelaidẽ: quã p̃ fluit halys. Oppipa comana: qđ ſarus: neocæſariã: qđ lycus: amaſiã: qđ iris. In regiõe hac gazacena in colopena uero ſabaſtiã & ſabaſtop olin. Hæc parua: ſed paria ſupradictis. Reliqua ſui pte hẽt meliteã a Semiramide cõditã haud

procul euphrate. Diocæſariã:tianam:caſtaliam:megalopolin.zelam.Et ſub mõte argæo mazacam:quæ themiſcyra:nunc cæſarea nominatur.Cappadociæ pars prætenta armeniæ maiori melitene uocatur:cõagenæ cataonia:phrygiæ:garſauritis:ſargauraſane cãmanene:galatiæ morimeni:ubi diſterminat eos cappadox amnis:a quo nomen traxere:antea leucoſyri dicti. A neocæſarea ſupradicta minorem armeniam lycus amnis diſterminat.Eſt & ceraunus intus clarus.In ora autem ab amyſo oppidum & flumen chadiſia: lycaſtum:a quo themiſyrena regio.Iris flumen deferens lycum.Ciuitas ziela intus nobilis clade Triarii & uictoria.C.Cæſaris.In ora amnis thermodoon ortus ad caſtellum:quod uocant phannoroeam:præterq; radices amazonii montis lapſus.Fuit oppidum eodem nomine:& alia quinq; phamizonium:themiſcyra: ſortira:amaſia: comara.

Ther/ modoõ

Themiſtidæ regionis gentes. CA. IIII.

NVnc manteum:genetarum chalybum.Oppidum cotyorum.Gentes tybareni:moſſyni notis ſignãtes corpora.Gẽs macrocephali:oppidum cæraſus:portus cordulæ.Gentes bechires buzeri: flumen melas.Gens macrones ſydeni;flumenq; ſydenum: quo alluit oppidũ polemonium ab amyſo.cxx.M.paſ.inde flumina iaſonium:meláthium:& ab amyſo.lxxx.M.paſ.Pharnace oppidum:tripolis caſtellũ & fluuius.Item cocalia:& ſine fluuio liuiopolis:& a pharnace.c.M.paſ.Trapezus liberum uaſto monte clauſum.Vltra quod gens armenocalybes:& maior armenia.xxx.Mi.p.diſtãs in ora autem trapezunta flumen eſt pyſites.Vltra uero gens ſannorum:heniochorum:Flumen abſarum cũ caſtello cognomine in faucibus a trapezunte.cxl.m.p.eius loci a tergo montium hiberia eſt.In ora uero heniochi:ampreutelazi.Flumina a cãpſeonyſis:nogrus:bathis:Gentes colchoq;.Oppidũ matium: Flumen heracleum:& promontoriũ eodem nomine.Clariſſimuſq; ponti phaſis: oritur in moſchis.Nauigat quã libet magnis nauigiis.xxxviii.M.d.p.Inde minoribus longo ſpatio põtibus.cxx.peruius. Oppida in ripis habuit complura.Celeberrima Tyritacen:cygnum:& in faucibus phaſin.Maxime autem inclaruit ea.xv. m.p.a mari:ubi hippos & cyanos uaſti amnes e diuerſo in eum confluunt.Nunc habet ſurium tantum: & ipſum ab amne influente ibi cognominatum:uſq; quo magnarum nauium capacem eſſe diximus.Et alios accipit fluuios magnitudine numeroq; mirabiles.Inter quos glaucum.In ora eius inſulæ ſine nomine.Abeſt abſaro.lxxv.m.Inde aliud flumen charien.Gens ſalaæ antiquis phthirophagi dicti & alaſanni. Flumen cobum e caucaſo per ſuanos fluẽs.Dein rhoã.Regio ecrectice:amnes ſigania:terſos:atelpos:chryſorrohas:gens abſilæ caſtellum ſebaſtopolis: A phaſide.c.m.p.gẽs ſannigarum;oppidum cygnus. Flumẽ & oppidum penius.Deinde multis nominibus heniochorum gentes.

Trape/ zus

Phaſis

Vel pi/ tyus

Regio colchica anchæi:& cæteri eodem tractu. CA. V.

VBiicitur ponti regio colchica:in qua iuga caucaſi ad rhipheos montes torquentur:ut dictum eſt altero latere in euxinum & mæotin deuexa:altero in caſpium:& hyrcanium mare. Reliqua littora fere nationes tenent melanchlæni:coraxi urbe colchorum dioſcoriade iuxta fluuium antemunta.Nunc deſerta:quondam adeo clara:ut Timoſthenes in eam.ccc.nationes:quæ diſſimilibus linguis uterentur:deſcendere prodiderit.Et poſtea a noſtris.cxxx.iterpretibus negocia ibi geſta. ſũt qui conditam eam ab Amphito & Telchio Caſtoris ac Pollucis aurigis putant:a quibus ortam heniochorum gentem feram conſtat. A dioſcoriade oppidum heracleum diſtat a ſebaſtopoli.lxxx.m.p.achæi:mardi:cercetæ.Poſt eos ſeri:cæphalotomi.In intimo eo tractu pityus oppidum opulentiſſimum ab Heniochis direptũ eſt.A tergo eius epagerritæ ſarmataq; populus in caucaſi iugis.Poſt quæ ſauromatæ.Ad hos confugerat.Mytridates Claudio principe:narrauitq; thalos iis eſſe confines:qui ab oriẽte caſpii maris fauces attingerent:ſiccari eas æſtu recedente.In ora autem iuxta cercetas flumen icaruſa cum oppido hiero:& flumine ab heracleo.cxxxvi.m.Inde promontorium cronea:quo ſupercilium arduum tenẽt toretæ. Ciuitas ſindica ab hiero.lxvii.mil.d.paſ.flumen ſceaceriges.

Sarmatæ

Boſporus cimericus:mæotis. CA. VI.

INde ad boſpori cimmerii introitum.lxxxviii.M.d.paſ.Sed ipſius peniſulæ inter pontũ & mæotin lacum excurrentis non amplior.lxxxvii.m.d.paſ.longitudo eſt.Latitudo nuſq; intra duo iugera:eonem uocant.Ora ipſa boſpori utrinq; ex aſia atq; europa curuatur in mæotin. Oppida in additu boſphori primo hermonaſſa.Dein cœpe mileſio q;.Mox ſtratoclia:& phanagoria:& pene deſertum apaturos:ultimoq; in hoſtio cimmerium:quod antea cimbricum uocabatur.

Gentes circa mæotin. CA. VII.

INde mæotis lacus in europa dictus.A cimerio accolunt mæotici:ualli:ſerui:arrechi:zingi:pſeſii. Dein tanaĩ amnem gemino ore influentem incolunt iaxamate medorum (ut ferunt) ſoboles. Et ipſi in multa genera diuiſi.Primo ſauromatæ:gynæi:icratumenæ:unde amazonũ conubia. Dein euazæ:cottæ:cizimẽi:meſſeniãi:coſtobocci:choatræ:cyzæ:dãdari:thuſſagethæ:turcæ:uſque ad ſolitudines ſaxoſis conuallibus aſperas:ultra quas arrhiphæos ,qui ad arriphæos ptinent montes Tanaĩ ipſum ſcythæ ſilin uocant.Mæotin temerinda:qđ ſignificant matrem maris. Oppidum in tanais. quoq; oſtio fuit. Tenuere finitima primi cares.Deinde clazomenii & mæones.Poſtea pãticapenſes:Sunt q circa mæotin ad ceraunicos mõtes altiores has tradunt gentes:a littore napoas:ſupraq; eſſedonas: colchis iunctos:ac montiũ cacuminibus.Dein carmacas: oranos:antacas:mazacas :aſcantios:acapeatas: agagãmatas:phycaros:rhimoſolos:aſcommarchos.Et ad iuga caucaſi:icatalas:imaducphs:ranos:anclacas: tydios: caraſtacos:aſutiandas.Lagoum amnẽ ex mõtibus catheis:in quem defluit opharus:ubi gentes caucadas: opharitas.Amnem menotharum imituenis ex mõtibus ſciſſum.Inter agdeos:carnapas:gardeos :acciſos: gabros:gregaros.Circaq; fontem imitiſſi:imituos;& aparthenos. Alii influxiſſe eo ſuitas ; auchetas:ſatar/

Taxais

Turcæ

neos:aſanpatas. Ab his tanaitas:& nepheonitas uiritim deletos. Aliqui flumen ocharium labi percătecos: & ſapeos tradunt. Tanain uero tranſiſſe fatareos:herticeos:ſpondolycos:ſynhietas: amaſſos : iſſos:catace/ tos:tagoros:catonos:neripos:agandeos:mandareos:ſaturcheos:ſpaleos.

Armeniæ duæ. CA. VIII.

PEracta eſt interior ora:omneſq; accolæ. Nunc reddanſ gentes in mediterraneo ſinu:in quo mul to aliter ac ueteres prodituru me non eo inficias anxia perquiſita cura rebus nuper in eo ſinu geſtis a Domitio Corbulone:regibuſq; inde miſſis ſupplicibus:aut regum liberis obſidibus. Or diemur autem a cappadocum gente. Longiſſime hæc ponticarum omnium:introrſus recedens minorem armeniam maioremq;:& comagenem leuo ſuo latere tranſit. Dextra uero omnes in aſia dictas gentes plurimis ſuperfuſa populis:magnoq; impetu ſcandens ad ortum ſolis:& tauri iuga tranſit lycao/ niă:pyſidiă:ciliciă: Vadit ſuper antiochiæ tractum uſq; ad cyreſticam eius regionem:parte ſua quæ uocaſ cataonia. Contendit itaq; ibi longitudo aſiæ.xii.l.M.p.efficit:latitudo.d.c.M.xl.M.

Armenia maior. CA. IX.

ARmenia autem maior incipit a pariedris mõtibus:euphrate amne:ut dictum eſt:aufertur cap/ padociæ:& qua diſcedit euphrates meſopotamiæ haud minus clara amne tigri. Vtrunq; fun/ dit ipſa.& initium meſopotamiæ facit inter duos amnes ituræ. Quod intereſt ibi tenent arabes orei. Sic finem uſq; in adiabenẽ perfert. Ab ea tranſuerſis iugis incluſa. Latitudinem in leua pan dit ad cyrum amnem tranſuerſa in araxem. Longitudinem uero ad minorem uſq; armeniam abſaro am/ ne in pontum defluente:& pariedris montibus qui fundunt abſarum:diſcreta ab illacoris. Oritur in enio chiis montibus:quos alii coraxicos:uocauere. Araxes eodem monte quo euphrates. vi.Mil.paſ.interuallo auctuſq; amne muſi & ipſe(ut plures exiſtimauere)a cyro defertur in caſpium mare. Oppida celebrantur in minore caſara azanicopolis. In armenia maiore arſamote euphrati proximum: Tigri carcathiocerta. In excelſis autem tigranocerta. Et in campis iuxta araxem artaxata. Vniuerſæ magnitudinem Aufidus quin quagies centena millia prodidit. Claudius Cæſar longitudinem ad ſacuſa ad confinium caſpii maris. xiii. Mil.p. Latitudinem dimidium eius. A tigranocerta adhiberiam diuiditur(quod certum eſt)in præfectu ras:quas ii ſtrategias uocant. Quaſdam ex iis uel ſingula regna quondam barbaris nominibus. cxx. Clau dunt eam ab oriente montes:ſed non ſtatim ceraunii:nec adiabene regio. Quod intereſt:ſpatii ſopheni te nent. Ab iis iuga ceraunia. Vltra adiabeni tenent. Per conualles autem proximi armeniæ ſunt menobardi: & moſcheni. Adiabenem tigris & montes tres:xii.mil.p.cingunt: Ab leua eius regio medorum eſt:& pro fectus caſpii maris. Ex oceano hoc ut ſuo loco dicemus funditur:totumq; caucaſiis montibus cingit. Ho/ rum incolæ per confinium armeniæ nunc dicentur.

Meſo/ pota/ mia

Artaxa ta

Vel p/ ſpectus

Albania hyberia. CA. X.

PLanitiem omnem a cyro uſq; albanorum gens tenet. Mox hiberum diſcreta ab iis amne aragone in cyro:e caucaſiis montibus defluente. Præualent oppida albaniæ cabalacha Hiberiæ harmaſtis iuxta flumẽ neoris. Regio thaſiæ:& triare uſq; ad partedoros montes. Vltra ſunt colchicæ ſolitu dines:quarum a latere ad ceraunios uerſos armenochalybes habitant. Et moſcorum tractus ad hibeq; amnẽ in cirũ defluentem:& infra eos ſacaſani:& deinde macrones ad flumen abſarum. Sic plana ac deuexa optinẽtur. Rurſus ab albaniæ confinio tota montium fronte gentes ſiluorum fere:& infra lubie/ norum:mox diduti:& ſodii.

Vel oca zane

Vel far/ maſus

Portæ caucaſiæ. CA. XI.

AB his ſunt portæ caucaſiæ magno errore multis caſpiæ dictæ:ingẽs naturæ opus & mõtibus in terruptis repẽte ubi fores obditæ ferratis trabibus ſubtermedias amne dyriodori fluẽte. Citraq; in rupe caſtello:qđ uocaſ cumania:cõmunito ad arcendas tranſitu gẽtes innumeras:ubi loci ter/ raq; orbe portis diſcluſo:ex aduerſo maxime armaſtis oppidi hiberum a portis caucaſis per mon tes gordygeos ualli. Suani indomitæ gentes auri tãtũ metalla fodiũt. Ab iis ad põtum uſq; heniochorum plurima genera:mox achæoq;. Ita ſe hẽt terraq; ſinus e clariſſimis. Aliq; iter pontũ & caſpiũ mare.ccclxxv. M.p.nõ amplius iter eẽ tradiderũt Cornelius Nepos.cl.m.tãtis interĩ anguſtiis ifeſtaſ aſia. Claudius Cæ/ ſar a cimerio boſporo ad caſpiũ mare.cl.m.pdidit:eaq; pfodere excogitaſſe Nicanorem Seleucũ:quo tpe ab Ptole mæo Ceraunio ſit interfectus. A portis caucaſiis ad pontum.cc.m.p.eſſe conſtat fere.

Inſulæ in ponto. CA. XII.

INſulæ in põto planetæ ſiue cyaneæ:ſiue ſymplegades:deide appollõia thynnias dicta: ut diſtin gueret ab ea q̃ in europa. Diſtat a cõtinẽte paſ.mil.cingiſ.iii.mil.& contra pharnaceã calcitin: quã græci ariã dixerunt ſacrãq; Marti:& in ea uolucres cũ aduenis pugnaſſe pennarum ictu.

Apollo nia

Gentes in ſcytico oceano. CA.XIII.

NVnc oĩbus:q̃ ſunt interiora aſiæ:dictis:rhipheos montes trãſcẽdat animus:dextraq; littora ocea ni incedat: Tribus hinc e partibus cœli alluens aſiã ſcythicus a ſeptẽtriõe:ab oriente eous:a meri/ die indicus uocaſ. Variaq; p ſinus & incolas in cõplura noia diuiditur. Verũ aſiæ hæc quoq; ma gna portio appoſita ſeptentrioni iuria ſyderis rigẽtis uaſtas ſolitudines habet: Ab extremo aqui/ lone ad initium orientis æſtiui extra eos ſcythæ ſunt. Vltra aquilonis initia hyperboreos: aliqui poſuere: pluribus in europa dictos. Primũ inde noſcitur promontoriũ celtice lytarmis. Fluuius carambucis ubi laſ ſata cũ ſyderũ ui rhipheorum montium deficiunt iuga. Ibiq; arimpheos quoſdam accepimus haud diſſi/ milem hyperboreis gentem. Sedes illi nemora. Alimenta baccæ. Capillus iuxta fœminis uiriſq; in probo exiſtimatur. Ritus clæmentis. Itaq; ſacros haberi narrant:inuiolatoſq; eſſe etiam feris accolarum populis.

Arim/ phæi

Caſpiũ mare

Nec ipſos modo:ſed illos etiam qui ad eos perfugerint. Vltra eos plane iam ſcythæ cimmerii:ciſianthi:gorgi:& amazonum gens. Hæc uſque ad caſpium & hircanium mare. Nanque id erumpit ſcythico oceano in aduerſa aſiæ pluribus nominibus accolarum appellatum celeberrimis duobus caſpio & hyrcano. Non minus hoc eſſe quam pontum euxinum Clytarchus putat. Eratoſthenes ponit & menſuram ab exortu: ad meridiem per caduſiæ & albaniæ oram quinquies quadringentia ſtadia:inde per aratiaticos:amarbos: hyrcanos ad oſtium zoni fluminis quater octingenta ſtadia. Ab eo & oſtium laxatiſum mille quadraginta. Quæ ſumma efficit quindecies. lxxv. millia paſſu. Artemidorus hinc detrahit. xxv. Millia paſſu. Agrippa caſpium mare genteſque:quæ circa ſunt:& cum iis armeniam diſterminans ab oriente oceano ſerico:& ab occidente caucaſi:iugis:a meridie tauri a ſeptentriõe oceano ſcythico patere qua cognitum eſt cccxc. Mil. paſ. in longitudinem. ccxc. mil. in latitudinem prodidit. Non deſunt uero qui eius maris uniuerſum circuitum a freto. xxv. mil. paſ. tradunt. Irrumpit autem arctis faucibus in longitudinem ſpatioſis. At ubi cœpit in latitudinem pandi:lunatis obliquatur cornibus uelut ad mæotium lacũ ab ore diſcedens ſcithici arcus:ut auctor eſt. M. Varro ſimilitudine. Primus ſinus appellatur ſcythicus:utrunq; enim accolunt ſcythæ:& per anguſtias inter ſe cõmeant. Hinc nomades:& ſauromatæ multis nominibus:illinc abzoæ non paucioribus. Ab introitu dextra mucronem ipſum facium tenent udini:ſcytharum populus.

Albani

Deinde per oram albani (ut ferũt) ab Iaſone orti. Ante quos mare quod é:albanum nominatur. Hæc gẽs ſuperfuſa montibus caucaſis ad cyrum amnem armeniæ confinium:atque hiberiæ deſcendit: ut dictum eſt. Super maritima eius udinorumque gente ſarmatæ:utidorſi:aroteres prætenduntur. Quorum a tergo indicate iam amazones:ſauromatides. Flumina per albaniam decurrũt in mare caſſios & albanos. Deinde cambyſes:in caucaſiis ortus montibus:mox cyrus in coraxicis ut diximus. Oram omnem a caucaſo prælatis rupibus in acceſſo patere. ccccxxv. paſſuum auctor eſt Agrippa. A cyrocaſpium mare uocari incipit:accollunt caſpii:Corrigendus eſt error in hoc loco multorum:& eorum: etiam: qui in armenia res proxime cum Corbulone geſſere. Nãque ii caſpias appellauere portas hiberiæ:quas caucaſias diximus uocari. Situſque depicti & inde miſſi:hoc nomen inſcriptum habent. Et neronis principis cõminatio ad caſpias portas tendere dicebatur:cum peteret illas:quæ per hiberiam in ſarmatas tendunt:uix ullo propter appoſitos montes aditu. Ad caſpium mare ſunt aliæ caſpiis gentibus iunctæ:quod dignoſci non poteſt niſi in comitatu rerum Alexandri Magni. Nanque perſarum regna:quæ nunc parthorum intelligimus. inter duo maria perſicum & hircanum caucaſiis iugis attolluntur utrinq; per deuexa laterum. Armeniæ maiori a frontis parte:quæ uergit in commagenem ſophenæ:ut diximus copulatur eiq; adiabene aſſyriorum initium. Cuius pars eſt arbelitis:ubi Darium Alexander debellauit:proxima ſyriæ. Totam eam ma

Henus

cedones mygdoniam cognominauerunt a ſimilitudine. Oppida Alexandria:item antiochia: quam nyſibin uocant. Abeſt ab artaxatis. dccl. mil. Paſſu. Fuit & ninus impoſita tigri ad ſolis occaſum aſpectãs quon

Velotene

dam clariſſima. Reliqua uero fronte qua tendit ad caſpium mare atrapatenæ:ab armeniæ opene regione diſcreta araxe. Oppidum eius gazæ ab artaxatis quadringẽta. l. mil. paſ. totidem ab ecbathanis medorum: quorum pars ſunt atrapateni.

Media:caſpiæ portæ:caucaſiæ. CA. XIIII.

ECbatana caput mediæ eſt. Seleucus rex condidit. A Seleucia magna. dccl. mil. paſ. a portis uero caſpiis. xx. mil. Reliqua medorum oppida phauſya:& aganzua:apamea:rhaphane cognominata. Cauſa portarum nominis eadem quæ ſupra: interruptis anguſto tranſitu iugis: ita ut uix ſingula meent plauſtra:longitudine. viii. m. p. toto opere manu facto. Dextra leuaq; ambuſtis ſimiles impendent ſcopuli ſitiente tractu per. xxxviii. m. p. Anguſtias impedit corriuatus ſalis e cautibus liquor:atq; eadem miſſus. Præterea ſerpentium multitudo niſi hyeme tranſitum non ſinit.

Gentes circa hyrcanum mare. CA. XV.

ADiabenis connectuntur carduci quondam dicti:nunc gordiæni præfluente tigri:hyſpratitæ: paredoni appellati:qui tenent caſpias portas. Iis a latere occurunt altero deſerta:parthiæ: & cythenis iuga. Mox eiuſdem parthiæ amœniſſimus ſitus qui uocatur choara. Duæ urbes ibi parthorũ appoſitæ quondam medis calliope:& alia in rupe iſſatis quondam. Ipſius uero parthiæ caput hecatompylos adeſt a portis. cxxxiii. m. paſ. Ita parthorum quoq; regna foribus diſcluduntur. Egreſſos portis excipit protinus gens caſpica ad littora uſq; quæ nomen portis & mari dedit. Leua montoſa. Ab ea gente retrorſus ad cyrum amnem produntur. ccxx. mil. paſ. Ab eodem amne ſi ſubeatur ad portas. dcc. mil. paſ. Hunc enim deinde cardinem Alexandri Magni itinera fecere. Ab iis portis ad indiæ principium ſtadia. xv. dc. lxxx. mil. procedendo ad bactra oppidum: quod appellant zariaſpa: milies tria. m. dcc. p. Inde

Vel hieraxam

ad iaxartem amnem. v. mil.

Item aliæ gentes. CA. XVI.

A Caſpiis ad orientem uerſus regio eſt zapauortene dicta & in ea fertilitatis inclytæ locus dareium mons gentes tapyri:anariaci:ſtauri:hyrcania:a quorum littoribus idem mare hyrcanium uocari incipit a flumine ſideri. Citra id amnes maziris:ſtrator:omnia ex caucaſo. Sequitur regio margiane apricitis inclytæ:ſola in eo tractu uitifera. Vndiq; incluſa montibus amœnis: ambitu ſtadiorum mille quingentorum:difficilis aditu propter harenoſas ſolitudines per. cxx. mil. paſ. & ipſa cõtra parthium tractum ſita. In qua Alexander alexandriam condiderat:qua diruta a barbaris. Antiochus Seleuci filius eodem loco reſtituit ſeleuciam. Nam interfluente margo qui corriuatur in zotale. Is maluerat illam antiochiam appellare: Vrbis amplitudo circuitu. lxx. ſtadiis. In hanc Orodes Romanos craſſana clade captos deduxit. Ab huius excelſis p iuga caucaſi ꝓtẽdit ad bactros uſq; gens mardorum fera ſui iuris.

Seleucia

Ab eo tractu gẽtes ochani:chomari:berdigei:pharmacotrophi:bomarei:comani:marucæi:mardrieni: iatii:Flumina mandrum:cridinum.Vltraq; choraſmii:gandari:ataſini:paricani:ſarangæ:parrhaſini:martiani:naſotiani:aorſi:gelæ:quos græci caduſios appellauere:matiani.Oppidum heraclea ab Alexandro conditum:quod deinde ſubuerſum ac reſtitutum Antiochus achaida appellauit:Derbites:quorum medios fines ſecat oxus amnis ortus in lacu oaxo.Syrmatæ:oxii:heuiochii:tagæ:batei:ſaraparæ bactri:quorum oppidum zariaspes:quod poſtea bactrum a flumine appellatum eſt.Gens hæc obtinet aduerſa montis paropamyſii: & aduerſus fontes indi.Includitur flumine ocho.Vltra ſogdiani:oppidum panda: & in ultimis eorum finibus Alexandria ab Alexandro magno conditum oppidum.Aræ ibi ſunt ab Hercule & Libero patre conſtituæ.Item Cyro & Semiramide atq; Alexandro.Finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum:includente flumine iaxartæ:quod ſcythæ ſilyn uocant.Alexander militeſq; eius tanain putauere eſſe.Tranſcendit eum amnem Dæmodamas Seleuci & Antiochi regum dux:quem maxime ſequimur in iis:araſq; Apollini dydimæo ſtatuit.

uel oxia
Vel oxy
ſtagæ

Scytharum gentes. CA. XVII.

VLtra ſunt ſcytarum populi.Perſæ illos ſacas uniuerſos appellauere a proxima gente.Antiqui arameos.Scythæ ipſi pſas chorſaros:& caucaſum montem graucaſum:hoc eſt niue candidũ.Multitudo populorum inumera:& quæ cum parthis ex æquo degat.Celeberrimi eorum ſacæ: maſſagetæ:dahæ:eſſedones:ariacæ:rhymnici:perſithomoti:hiſti.edões:camæ:camacæ: euchatæ: cotieri:antariani:pialæ:arimaſpi:antea cacidiri:aſſæi:oetei.Ibi napei interiſſe dicuntur & appellæi.Nobilia apud eos flumina mandragreũ:& caſpaſum.Nec in alia parte maiorem auctorum incõſtantiã credo pp in numeras uagaſq; gentes.Hauſtum ipſius maris dulcem eſſe:& Alexander magnus ꝓdidit.&.M.Var.talẽ plãtũ Põpeio iuxta res gerenti mithridatico bello:magnitudine haud dubie influẽtiũ amniũ uicto ſale.Adiicit idem põpei ductu exploratũ in bactros.vii.diebus ex india perueniri ad icarum flumen:qđ in oxũ influat.Ex eo per caſpiũ in cyrum ſubuectos.Et qnq; non amplius diebus terreno itinere ad phaſin in pontũ indicas poſſe deuehi merces.Inſulæ toto eo mari multæ.Vulgata una maxime tazata.A caſpio mari ſcythicoq; oceano.In eã curſus inflectit ad orientẽ conuerſa littoꝝ fronte.Inhabitabilis eius prima pars a ſcythico promontorio ob niues.Proxima inculta ſæuitia gentium antropophagi ſcythæ inſident humanis corporibus ueſcentes.Ideoq; iuxta uaſtæ ſolitudines:ferarũq; multitudo haud diſſimilẽ hoium ĩmanitatẽ obſidens:Iteꝝ deinde ſcythæ:iterũq; deſerta cũ belluis uſq; ad iugũ incũbens mari:quod uocant tabin.Nec ante dimidiã ferme longitudinẽ eius oræ:quæ ſpectat æſtiuũ oriẽtẽ inhabitatur illa regio.Primi ſunt hoium qui noſcant:ſeres lanitio ſiluaꝝ nobiles:pfuſam aqua depectentes frondiũ canicie.Vnde geminus fœminis noſtris labor redordiendi fila.rurſumq; texendi tã multiplici opere.tam longinquo orbe petitur ut in publico matrona tranſluceat.Seres mites quidem:ſed & ipſis feris perſimiles.Cœtũ reliquoꝝ morta liũ fugiunt:cũ cõmertia expetant.Primũ eoꝝ noſcit flumen pſitaras: ꝓximũ carabi:tertiũ lanos:a quo ꝓmontorium:chryſe ſinus:cyrnaba flumen attanos ſinus.Et gens hoium attacorũ apricis ab oĩ noxio afflatu ſecluſa collibus:eadem qua hyperborei degunt temperie.De iis priuatim condidit uolumen Amometus ſicut Ecateus de hyperboreis.Ab attacoris gentes humani & thocari:& iam indoꝝ caſyri introrſus ad ſcythas uerſi humanis corporibus ueſcuntur.Nomades quoque indiæ uagantur.Sunt qui ab aquilone cõtingi ab ipſis & cyconas dixere:& bryſanos.Sed inde: (ut plane conſentiunt omnes) emodi montes aſſurgunt.Indorumque gens incipit non eo tantum mari adiacens:uerũ & a meridiano:quod indicum appellauimus:quæque pars orienti aduerſa recto prætenditur ſpatio ad flexũ & initium indici maris.xviii.lxxv. mil.paſ.colligit.Deinde qua flectitur in meridiem.xxiiii.lxxv.mil.paſ.ut Eraſthoſtenes tradit uſque ad indum qui eſt ab occidente finis indiæ.Cõplures autem totam ipſius longitudinem.xl.dierum noctiũq; uelifico nauium curſu determinauere.Et a ſeptentrione ad meridiem.xxviii.l.millia paſſu.Agrippa longitudinis.xxxiii.millia.latitudinis.xxiii.millia prodidit:Poſſidonius ab æſtiuo ſolis ortu ad hybernum exortũ metatus eſt.Eam aduerſam galliæ ſtatuens:q̃ ab occidente æſtiuo ad occidentẽ hybernum metabatur totam a fauonio.Itaq; obuerſam eius uenti afflatu iuuari indiã:ſalubremq; fieri haud dubia ratione docuit.Alia illius cœli facies.Alii ſyderum ortus.Binæ meſſes in anno.Binæ æſtates media inter illas hyeme eteſiarum flatu:Noſtra uero brumali.Lenes ibi auræ.Mare nauigabile.Gentes & urbes innũerabiles: ſi quis oẽs perſequi uelit.Etenim patefacta eſt non modo Alexandri magni armis:regũq; qui ei ſucceſſere: circunuectis etiã in hyrcanũ mare & caſpiũ Seleuco & antiocho:præfectoque claſſis eorũ patrocle.Verum & aliis auctoribus græcis:qui cũ regibus indicis morati ſunt:ſicut Megaſthenes & Dionyſius a Philadelpho miſſus eſt ea cauſa uires quoque gentium prodidere.Non tamen deeſt diligentiæ locus: adeo diuerſa & incredibilia traduntur.Alexandri Magni comites in eo tractu indiæ quem ſubegerant: ſcripſerunt quinque millia oppidorũ fuiſſe:nullũ cominus gentiũ.ix.Indiãque tertiã parte eſſe terrarũ omniũ:multitudinẽ gentiũ innumerã probabili ſane ratione.Indi enĩ prope gentiũ ſoli nunquam emigrauere finibus ſuis colliguntur a Libero patre ad Alexandrum Magnũ reges eorum:cliii.annis.vi.Mil.ccccii. adiiciunt & menſes tres:Amniũ mira uaſtitas.Proditur Alexandrũ Magnũ nullo die minus ſtadia ſexcenta nauigaſſe in indo:nec potuiſſe ante menſes qnq; enauigare adiectis paucis diebus:& tamẽ minorẽ gãge eẽ cõſtat: Seneca ẽt apud nos.Megaſthenes tentata indiæ cõmentatione.lx.amnes eius prodidit.Gentes duodeuigenti centumq;.Par labor ſit montes enũerare.Iunguntꝰ inter ſe imaus:hemodus:paropamyſus: caucaſus.p.a.R.a quibus tota decurrit in planitiẽ imẽſam & ægypto ſimilẽ.Veꝝ ut terrena demõſtratio intelligat: Alexãdri Magni ueſtigiis iſiſtamus.Diognetus & Beton itineꝝ eius mẽſores ſcripſere a portis caſpiis hecatõphilõ pthoꝝ quot diximus milia eẽ.Inde Alexãdriã:quã urbem is rex condidit.d.lxxv.Mil. Inde ad

Vel pe/ſici:& amordi
Vel tuzaga
Antropophagi
Seres
India

Prophthaſiam drãgarum.cxcix.M.ad arachoſiorum oppidum.d.xv.mil.Inde orthoſpanum.ccl. milia. Inde Alexandri oppidum.l.milia in quibuſdam exemplaribus diuerſi numeri reperiũtur. Hanc urbem ſub ipſo caucaſo eſſe poſitam. Ab ea ad flumen chepta: & oppidum indorum peucolaitin.ccxxvii.mil. Inde ad flumen indum & oppidum taxilla.lx.mil.ad hydaſpẽ fluuium clarum.cxx.mi.ad hyſpaſin nõ ignobiliorem.lxix.cccxc.Mil.qui fuit Alexandri itinerum terminus: exuperato tamen amne ariſque in aduerſa ripa dicatis. Epiſtolæ quoque regis ipſius conſentiunt his. Reliqua inde Seleuco Nicãori peragrata ſunt ad heſidrum.clxviii.M.iomanem amnem tantundem. Exemplaria aliqua adiiciunt.v.m.paſ.inde ad gãgem.cxii.mil.ad rhodapham.clxix.Mil. Alii.ccc.m.xxv.mil.in hoc ſpatio produnt ad calinipaxa: oppidũ clxvii.d.alii.cclxv.Mi.inde ad confluentem iomanis amnis & gãgis.dc.xxv.mil.Pleriq; adiiciunt.xiii.m. ad oppidũq; balybotra.ccccxxv. Ad hoſtium gangis.dcxxxviii.m.d.gentes quas memorare non pigeat: a montibus hemodis: quoꝝ ꝓmontoriũ imaus uocatur: incolaꝝ lingua niuoſum ſignificãte: iſari: coſyri: izgi: & p iuga chiſotoſagi: multarumq; gentium cognomen bracmãæ: quorum macco calingæ flumina pumas & cainas: quod in gãgem influit ambo nauigabilia. Gẽtes calingæ proximæ mari: & ſupra mãdæi: malli: quorum mons mallus tractuſq; eius finis ganges.

Fluuius ganges. CA. XVIII.

HVnc alii incertis fontibus ut nilum: rigantemque uicina eodem modo: alii in ſcythicis montibus naſci dixerunt. Influere in eum.xix.amnes. Ex iis nauigabiles præter iam dictos Canucham uamam: erranoboan coſoagum ſoan. Alii cum magno fragore ipſius ſtatim fontis erumpere: deiectumque per ſcopuloſa & abrupta: ubi primum molles planities contingat in quodam lacu hoſpitari: inde lenem fluere: ubi minimum.viii.mil.paſſu.latitudine: ubi modicum ſtadiorum.c. Altitudine nuſquam minore pa.xx.

Vel crenatiam: rhãnũ: bonam conſuagum: ſonũ uel thãnũ: bouam ſubnui

Gentes indiæ. CA. XIX.

NOuiſſimæ gentes gãdaridum: calingarum. Regio ptalis uocatur. Regi.lxx.mil.peditum: equites mille: elephãti.dcc. in procinctu bellorum excubãt. Nãq; uita mitioribus populis indorum multipartita degitur. Alii tellurem exercent. Militiam alii capeſſunt: merces alii ſuas euehunt: res externas inuehunt: res publicas optimi ditiſſimique temperãt. Iudicia redunt. Regibus aſſident. Quintum genus celebratæ illic & prope in religionem uerſæ ſapientiæ deditum: uoluntaria ſemper morte uitã accenſo prius rogo finit. Vnum ſuper hoc eſt ſemiferum: ac plenum laboris immenſi: a quo ſupradicta continentur uenãdi elephãtes domãdiq;. Iis arãt. Iis inuehunt. Hæc maxime nouere pecuaria. His dimicãt: militãtq; pro finibus. Delectum in bellua uires & ætas: atq; magnitudo faciunt. Inſula in gãge ẽ magnæ amplitudinis gentem continens unam modogalicam nomine. Vltra ſiti ſunt modubæ: molindæ. Vbere cum oppido eiuſdem nominis magnifico modroeſi: præti: caliſſæ: ſaſuri: phaſſulæ: colubæ: orzulæ: abali: taluctæ. Rex horum peditum.l.mil.equitum.iiii.mil.elephãtorum.cccc. in armis habet. Validior deinde gens andaræ plurimis uicis.xxx.oppidis: quæ muris turribuſq; muniuntur. Regi præbet peditum.c.mil.equitum duo mil.elephãtos mille. Fertiliſſimi ſunt auri: dardæ: ſetæ uero argenti. Sed omnium in india prope: non modo in hoc tractu potentiam claritatemq; antecedunt praſi ampliſſima urbe ditiſſimaq; palybotra. Vnde quidã ipſam gentem palybotros uocãt: immo uero tractum uniuerſum a gãge. Regi eorum peditum ſexcenta mil.equitum.xxx.mil.elephantorum.ix.mil.per omnes dies ſtipendiantur. Vnde coniectatio ingens opum eſt. Ab iis in interiore ſitu monedes & ſuari: quorum mons maleus: in quo umbræ ad ſeptentrionem cadunt hyeme: æſtate in auſtrum: per ſenos menſes. Septentriones eo in tractu ſemel in anno apparere: nec niſi.xv.diebus. Beton auctor eſt. Hoc idem pluribus locis indiæ fieri Megaſthenes: Auſtrinum polum indi dramaſa uocãt: Amnis iomanes per gangem & palybothros decurrit. Inter oppida methora & cyriſoborca. A gãge uerſa ad meridiem plaga tinguntur ſoli populi iam q dem infecti: nondum tamen æthiopum modo exuſti: quantum ad indum accedunt: tantum colore præferunt ſydus indus ſtatim apraſiorum gente: quorum in montanis pygmæi traduntur. Artemidorus inter duos amnes.xxi.M.paſ.intereſſe tradit.

Pygnæi

Indus fluuius. CA. XX.

INdus ſandus ab incolis appellatus in iugo caucaſi mõtis: quod uocaſ popãyſus aduerſus ſolis ortũ effuſus: & ipſe undeuiginti recipit ãnes. Sed clariſſimos hydaſpẽ q̃ttuor alios afferẽtẽ: cantabrã tres. Per ſe uero nauigabiles aceſinũ & hypaſin q̃dã tamẽ aquaꝝ modeſtia nuſq; latior quinquaginta ſtadiis: aut altior.xv.paſſ. ampliſſimã inſulã efficiẽs: q̃ praſiane noiaſ: & aliã minorẽ q̃ patale. Ipſe p.xii.xl.paſ. pauciſſimis auctoribus nauigatus: & quodã ſolis comitatu ĩ occaſum uerſus oceano infundiſ. Mẽſurã in ora ad eũ ponã: ut iuenio generati: q̃q̃ iter ſe nullæ cõgruãt. Ab oſtio gãgis ad ꝓmõtoriũ calingõ & oppidũ dãdagula.dccxxv.m.p. Ad tropina.xii.m.xxv.ad perimulæ ꝓmõtoriũ: ubi ẽ celeberrimũ ĩdiæ emporiũ.dccl.ad oppidũ ĩ ĩſula q̃ ſupradiximus patalã.dcxx.m.p. Gẽtes mõtãæ iter eũ & ioman ẽ: ceſi: cetriboni ſilueſtres. Deinde megallæ: quoꝝ regi qngenti elephãti: peditũ & equitũ numerus incertus. Chryſei: paraſangæ: aſangi tigri fera ſcatentes. Armãt peditũ.xxx.M. elephantos.ccc. eqtes.dccc. Hos includit indus montium corona circundatos: & ſolitudinibus.dcxxv.m. Infra ſolitudines dari: ſuræ. Iterumq; ſolitudines: per.clxxvii.mil.paſ. plerũq; harenis ambientibus haud alio mõ q̃ inſulas mari infra deſerta hæc maltecoræ: ſingæ: marohæ: rarungæ: moruntes: & maſuæ: pãgungæ: ialii. Hi montiũ qui perpetuo tractu oceani orã tenent: incolæ liberi & regum expertes multis urbibus montanos obtinent colles. Nareæ deinde quos claudit mõs altiſſimus ĩdicoꝝ capitalia. Huius icolæ alio latere late auri & argẽti metalla fodiũt. Ab iis oraturæ. Quoꝝ regi elephãti q̃dem.x.m. Sed ample uires peditum. Varetatæ qui ſub

rege elephantoss non alunt fiducia equitum peditumque. Odomboeræ: ſalabaſtræ: horatæ urbe pulchra foſſis paluſtribus munita: per quas crocodili humani corporis auidiſſimi aditum niſi ponte non dant. Et aliud apud illos laudatur oppidum automela impoſitum littori quinque amnium in unum confluẽte cõcurſu: emporio nobili. Regi eorum elephantos mille. dc. peditum. cl. Mil. equitum quinque. M. Pauperior charmarum rex elephantos. lx. paruaſque reliquas uires habet. Ab iis gens pande ſola indorum regnata fœminis. Vnam Herculi ſexus eius genitam ferunt: ob idque gratiorem: regno donatam præcipuo. Ab ea deducentes originem imperitant. ccc. oppidis: peditum. cl. millia: elephantis quingentis. poſt hanc trecentarum urbium ſyrieni: derãgæ: poſingæ: buzæ: gogiarei: umbræ: nereæ: brancoſi: nobundæ: coconda: neſei: pedatritæ: ſalobriaſæ: oloſtræ: patalam inſulã attingentes: a cuius extremo littore ad caſpias portas. xviii. xxv. mil. produntur. Hinc deinde accolunt indum aduerſus eos euidenti demonſtratione amatæ: bolingæ: gallitalutæ: dimuri: megari: ordabæ. meſæ: ab hiſuri: ſyleni. mox deſerta in. ccl. mil. paſ. Quibus exuperatis organagæ: abaortæ: ſibaræ: ſuertæ: & ab iis ſolitudines prioribus pares. Dein ſorophages: ſargæ: baragomatæ: umbritæque: quorum. xii. nationes: ſinguliſque binæ. urbes. Aſeni trium urbium incolæ: Caput eorum bucephala Alexandri regis equo: cui fuerat hoc nomen: ibi ſepulto conditum Mutãi ſuper hos caucaſo ſubiecti. Soleadæ: ſondræ: tranſgreſſiſque indum: & cum eo decurrentibus ſamarabiæ: ſambraceni: briſabritæ: orſiandi: xeni: taxilæ cum urbe celebri. Iam ĩ plana demiſſo tractu cui uniuerſo nomen amãdræ. Populi quattuor peucolaitæ: arſagalitæ: geretæ: aſoi. Etenim plerique ab occidente non indo amne determinant: ſed adiiciunt quattuor ſatrapias gedroſos: arachotas: arios: paropamiſſadas. Bucephala

Arii & iunctæ gentes. CA. XXI.

VLtimo fine cophete fluuio: quæ omnia ariorum eſſe aliis placet. Necnon & nyſam urbem plerique indiæ aſcribunt: montemque merum Libero patri ſacrum. Vnde origo fabulæ Iouis fœminæ editum. Item aſpagonas gentem uitis: & lauri: & buxi: pomorumque omnium ĩ græcia naſcentium fertilem. Quæ memoranda & prope fabuloſa de fertilitate terræ: ac genere frugũ arborumque: aut ferarum: ac uolucrum: & aliorum animalium traduntur: ſuis quæque locis in reliqua parte operis comemorabuntur. Quattuor uero ſatrapiæ mox paulo ad taprobanam inſulã feſtináte animo. Sed ante ſunt aliæ patalæ q̃ ſignificauimus in ipſis faucibus. idi triquetra figura. ccxx. mil. paſ. latitudine. Extra oſtium indi chryſæ & argiræ fertiles metallis: ut credo. Nã quod aliqui tradidere aureum argenteumq; iis ſolum eſſe haud facile crediderim. Ab iis. xx. mil. paſ. crocale. Ab ea. xii. m. p. bibaga oſtreis & conchyliis referta. Deinde torallibas. ix. m. p. a ſupradicta: multæq; ignobiles. Nyſa

Taprobane inſula. CA. XXII.

TAprobanen alterum orbem terrarum eſſe diu exiſtimatum eſt antichthonum appellatione. Vt liqueret inſulam eſſe Alexandri magni ætas reſque præſtitere. Oneſicritus claſſis eius præfectus elephantos ibi maiores bellicoſioreſque q̃ in india gignis ſcripſit. Megaſthenes flumĩe diuidi: incolaſque palæogones appellari: auri margaritarumque grandium fertiliores q̃ indos. Eratoſthenes & menſuram prodidit longitudinis. vii. M. ſtad. latitudinis. v. M. nec urbes eſſe: ſed uicos ſeptingẽtos. Incipit ab eoo mari inter ortum occaſumque ſolis indiæ prætenta: & quondam credita. xx. dierum nauigatione a praſiana gente diſtare: mox quia papyraceis nauibus armamẽtiſque nili peteretur ad noſtrarum nauium curſus. vii. dierum interuallo taxato. Mare intereſt uadoſum: ſenis non amplius altitudinis paſſibus: ſed certis canalibus adeo profundum. ut nullæ anchoræ fidãt: ob id nauibus utrinque proræ: ne per anguſtias aluei circumagi ſit neceſſe. Syderum in nauigando nulla obſeruatio. Septentrio non cernitur. Sed uolucres ſecum uehunt: emittentes ſæpius: meatumque earum terras petentium comitantur. Nec pluſquam ternis menſibus in anno nauigant. Cauent a ſolſtitio maxime. c. dies tunc illo mari hyberno. Hactenus a priſcis memorata. Nobis diligentior notitia. Claudii principatu contingit. Legatis etiam ex inſula aduectis. Id accidit hoc modo. Annici Plocami qui maris rubri uectigal a fiſco redemerat libertus circa arabiam nauigans aquilonibus raptus præter carmaniam quintodecimo die hippuros portum eius inuectus hoſpitali regis clæmentia ſex menſium tempore imbutus alloquio percontanti poſtea enarrauit romanos: & Cæſarem mirum in modum in auditis iuſticia: ille ſuſpexit: quod pares pondere denarii eẽnt in captiua pecunia. cum diuerſæ imagines indicarent a pluribus factos: Et hoc maxime ſollicitatus ad amicitiam: legatos quattuor miſit principe eorum Rhachia. Ex iis cognitum. d. eſſe oppida. portum cõtra meridiem appoſitum oppido paleſimundo omnium ibi clariſſimo: ac regia. cc. paſſu. Lebis ſtagnũ intus megiſba. ccc. lxxv. mil. paſ. ambitu inſulas pabuli tantum fertiles complexum. Et ex eo duo amnes erumpere paleſimundum iuxta oppidum eiuſdem nominis influentem in portum tribus alueis. v. ſtadiorũ arctiſſimo. xv. ãpliſſimo. Altegz ad ſeptẽtrionẽ indiamq; uerſus cydara nomine: Proximum eſſe indiæ promontorium: quod uocatur colaicum quatridui nauigatione. medio in curſu ſolis inſula incurrente. Mare id colore peruiridi: præterea fruticoſum arboribus iubas earum gubernaculis deterrentibus. Septentriones uergiliaſque apud nos ueluti in nouo cœlo mirabantur. Lunam quidẽ apud ipſos non niſi ab octaua ad decimoquinto ſupra terram aſpici fatentes: Canopum lucere noctibus ſydus ingens & clarum. Sed maxime mirum iis erat umbras ſuas in noſtrũ cœlum cadere non in ſuum: ſolemque a leua oriri & in dextra occidere potiuſquam e diuerſo. Iidem narrauere latus inſulæ quod prætenderet indiæ. x. milia. ſtadiorum eſſe ab oriente hyberno ultra montes emodos. Seras quoque ab ipſis aſpici: notos etiam commertio patrem mabaciæ commeaſſe eo aduenis ibi feras occurſare. Ipſos uero excedere hominum magnitudinem rutilis comis: cæruleis oculis: oris ſono truci nulli cõmertio linguæ. Cætera eadẽq; nri negociatores. Flumis ulteriore ripa merces poſitas iuxta uẽalia tolli ab iis ſi placeat

permutatio:non aliter odio triſtiore luxuriæ q̃ ſi perducta mens illuc uſq; cogitet quid & quod petatur & quare.Sed ne taprobanæ quidem quamuis extra orbem a natura relegata noſtris uitiis caret:aurum ar gentumque & ibi in præcio.Marmor teſtudinis ſimile:Gemmæ margaritæque in honore multo præ ſtantiores.Et totus luxuriæ noſtræ cumulus ipſorum opes maiores eſſe dicebãt:ſed apud nos opulentiæ maiorem uſum.Serum nemini.Ne in diem aut interdiu ſomnum.Aedificia modice ab humo extantia Annonam nunquam augeri.Non fora lites ue eſſe.Coli Herculem.Eligi regem a populo ſenecta clæmẽ tiaque liberos non habentem.Et ſi poſtea gignat abdicari:ne fiat hæreditarium regnum.Rectores ei a po pulo.xxx.dari:nec niſi plurium ſententia quenquam capite damnari: ſic quoque appellationem eſſe ad populum.lxx.iudices dari:ſi liberent ii reum:amplius.xxx.iis nullam eſſe dignationem:grauiſſimo pro bro.Regi cultum.Liberi patris:cæteris arabum.Regem ſiquid delinquat:morte mulctari nullo interi mẽte:ſed aduerſantibus cunctis:& commercia etiam ſermonis negantibus.Feſta uenatione abſumi. Gra tiſſimam eam tribus elephãtiſq; conſtare agros diligenter coli.Pomis abundare:Eſſe & ĩ piſcatu uolupta tem:teſtudinum maxime:quarum ſuperficie familias habitantium contegi tãta reperiri magnitudine.Vi tã hominum centum annis modicam.Hæc comperta de taprobane.Quattuor ſatrapiæ:quas in hunc lo cum diſtulimus ita ſe habent.

Capiſſenæ:dariti:carmania. CA. XXIII.

tuit. Maiuſq; ita uati teſtimoniū contigit: q̄ ſi ipſe ſua carmina probauiſſe. Mar. Varronis in bibliotheca q̄ prima in urbe ab Aſinio Pollione de manubiis publicata Romæ & unius uiuētis poſita imago eſt haud minore ut equidem reor gloria principe oratore & ciue ex illa ingenioꝝ: q̄ tunc fuit multitudine uni hāc coronā dante: q̄ cū eidē magnus Pōpeius piratico ex bello nauale dedit. Innumerabilia deīde ſunt exempla romana. ſi perſequi libeat: cū plures una gens in quocūq; genere eximios tulerit: q̄ cæteræ terræ. Sed quo & te. M. Tulli piaculo taceā? quo ue maxime excellentē inſigni prædicē? quo potius q̄ uniuerſi populi & illius gentis ampliſſimo teſtimonio: & tota uita tua ad conſulatum tātū operibus electis? Te dicente legem agrariam: hoceſt alimenta ſua abdicauerunt tribus. Te ſuadente Roſcio theatralis ſeditionis auctori leges ignouerunt: notataſq; ſedes ignominiæ diſcrimine æquo aio tulerunt. Te orante ꝓſcriptorū liberos ho-
nores petere puduit. Tuū Catilina fuit ingeniū. Tu. M. Antonium ꝓſcripſiſti. Salue primus omniū parens patriæ appellate. Primus in toga triumphum linguæq; lauream merite: & facūdiæ litterarum latinarum parens æque ut dictator Cæſar hoſtis quondam tuus de te ſcripſit: omnium triumphorum laureā adepte maiorem. Quanto plus eſt ingenii romani terminos in tantum promouiſſe: q̄ imperii.

De morum honeſtate. CA. XXXI.

RElIquis animi boni præſtitere & apud cæteros mortales ſapientia: ob id Cati Corculi apud roma nos cognominati. Apud græcos Socrates oraculo Apollinis Phytii prælatus cunctis.

De auctoritate. CA. XXXII.

RVrſus mortales oraculorum ſocietatē dedere Chiloni lacedæmonio: tria præcepta eius delphis conſecrando aureis litteris quæ ſunt hæc. Noſſe ſe quemq;: & nihil nimium cupere. Comitēq; æris alieni atq; litis eſſe miſeriam. Quin & funus eius: cū uictore filio olympiæ expiraſſet gau-
dio: tota græcia proſecuta eſt.

De diuinitate. CA. XXXIII.

DIuinitas & quædam cælitum ſocietas nobiliſſima ex fœminis in ſybilla fuit. Ex uirii in Melāpo-
de apud græcos. apud romanos in Martio.

De Naſica. CA. XXXIIII.

VIr optimus ſemel a condito æuo iudicatus eſt Scipio Naſica a iurato ſenatu. Idem in toga candi
da bis repulſa notatus a populo. In ſumma ei in patria mori non licuit. Non hercule magis q̄ ex-
tra uincula illi ſapientiſſimo ab Apolline iudicato Socrati.

De pudicitia. CA. XXXV.

VDiciſſima fœmina ſemel matronarum ſnia iudicata eſt Sulpitia Paterculi filia: uxor Fuluii Flac-
ci electa ex centum præcipuis: quæ ſimulacrum Veneris ex ſybillinis libris dedicaret. Iterum reli
gionis experimento claudia inducta romam deorum matre.

De pietate. CA. XXXVI.

PIetatis exempla infinita quidem toto orbe extitere: ſed Romæ unum: cui comparari cuncta non poſſint. Humilis in plebe & ideo ignobilis puerpera ſupplicii cauſa carcere incluſam ma
trem cum impetraſſet aditum a ianitore ſemper excuſſa: ne quid inferret cibi: deprehenſa é ube
ribus ſuis alens eam. Quo miraculo matri ſalus donata filiæ pietate eſt. Ambæque perpetuis alimentis. Et locus ille eidem conſecratus eſt deæ. C. Quintio. M. Attilio conſſu. templo pietatis extru-
cto in illius carceris ſede: ubi nunc Marcelli theatrum eſt. Gracchorum pater a nguibus apprenhenſis in domo cū reſponderet ipſum uictuꝝ alterius ſexus interempto imo uero inqt meū necate. Cornelia. mi-
uenis eſt: & parere adhuc poteſt: hoc erat uxori parcere: & reipublicæ conſulere: idq; mox conſecutum

eſt.M.Lepidus Apuleiæ uxoris caritate poſt repudium obiit.P.Rutilus morbo leui impeditus nuntiata patris repulſa in conſulatus petitione ilico expirauit.Publius Catienus Philotimus patronum adeo dilexit ut hæres omnibus bonis inſtitutus in rogum eius ſe iaceret.

De artiū plurimaꝝ excellentia:aſtrologia:grāmatica:geometria. CA. XXXVII.

VAriaꝝ artium ſcientia innumerabiles enituere: quos tamen attingi par ſit floreſ hominum libantibus.Aſtrologia Berosus:cui ob diuinas prædictiones athenienſes publico in gymnaſio ſtatuā in aurata lingua ſtatuere.Grammatica Apollodoros:cui amphyctiones græciæ honorē habuere.Hippocrates medicina pollens:qui uenientem:ab illyriis peſtilentiā prædixit: & diſcipulos ad auxiliandū circa urbes dimiſit.Cui ob meritum honores illos:quos Herculi decreuit:græcia.Eandem ſcientiam in Teombroto Ptolemæus rex megalenſibus ſacris donauit centum talentis ſeruato Antiocho rege.Magna & Critobolo fama eſt extracta Philippi regis oculo ſagitta:& citra deformitatem oris curata orbitate luminis.Sūma aūt Aſclepiades pruſienſis condita noua ſecta ſpretis legatis & pollicitationibus Mithridatis regis:reperta ratione qua uinum ægris medetur:relato e funere homine & cōſeruato:ſed maxime ſpōſiōe facta cū fortuna ne medicus crederetur:ſi unq̄ inualidus ullo modo fuiſſet ipſe: & uictor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalaꝝ examinatus eſt.Grande & Archimedi geometricæ ac machinalis ſciētiæ teſtimoniū.M.Marcelli contingit interdicto cū ſyracuſæ caperent:ne uiolaret murus:niſi fefelliſſet īperiū militaris īprudētia.Laudatus Cteſiphon Gnoſius æde epheſiæ Dianæ admirabiliter fabricata:Philō athenis armamētario mille nauiū.Cteſibus pneumatica rōne & hydraulicis organis repertis.Dinocrates metatus Alexandro cōdēte ī ægypto Alexādriā.Idē hic imperatore dixit ne quis ipſum alius q̄ Appelles pingeret:q̄ Pyrgoteles ſculperet:q̄ Liſippus ex ære duceret.Quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

Item mira opera artificis. CA. XXXVIII.

ARiſtidis thebani pictoris unam tabulam centū talentis rex attalus licitatus eſt. Octingēta emit duas Cæſar dictator.Medeā & Aiacē Timomachi in templo Veneris genitricis dicaturus.Candaules rex Bularchi picturā magnetū exitii haud mediocris pari rependit auro.Rhodū non incēdit rex demetrius expugnator cognominatus ne tabulā Protogenis cremaret a pte ea muri locatā Praxitelis marmore nobilitatus eſt:gnidiaq̄ Venere præcipue:ueſano amore cuiuſdam iuuenis inſigni:& Nicomedis æſtimatiōe regis grādi gnidioꝝ ære aliēo pmutare eā cōati.Phidiæ Iuppiter olympius quotidie teſtimoniū phibet.Mētori capitolius & Diana epheſia:qbus fuere conſecreta artis eius uaſa.

De ſeruitiis. CA. XXXIX.

RÆciū hoīs in ſeruitio geniti maximum ad hāc diē qđ equidē cōperierim fuit grammaticæ artis Daphnidis Gn.Piſaurenſe uendente:&.M.Scauro principe ciuitatis.iii.m.d.cc.ſeſtertiis licente. Exceſſere hoc in noſtro æuo nec modice hiſtriones:ſed libertatē ſuā mercati. Quippe cū iā apud maiores Roſcius hiſtrio.iii.mil.d.Anniam mercaſſe prodatur:niſi ſi quis in hoc loco deſiderat armeniaci belli pauloante pp Tyridatē geſti diſpēſatorē quē Nero.iii.cxxx.manumiſit. Sed hoc pciū belli nō hoīs fuit tā hercule q̄ libidinis nō formæ Parōetemi ſpadōis Seiano.iii.m.d.Mercāte a Sutorio priſco. Quam quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis quoniam arguere nulli uocabat.

De præſtantia gentium. CA. XL.

GEntium in toto orbe præſtantiſſima una omni uirtute haud dubie romana extitit:Fœlicitas cui præcipua fuerit hoī nō eſt humani iudicii:cum proſperitatē ipſam alius alio mō & ſuopte ingenio quiſq̄ terminet.Si uerū facere iudiciū uolumus:ac repudiata oī fortunæ ambitione decerne re:mortaliū nemo eſt fœlix.Abunde igit atq̄ indulgenter fortuna decidit:cū eo qui iure dici nō infœlix pōt.quippe ut alia nōſit certe ne laceſcat fortuna:metus ē.Quo ſemel recepto ſolida fœlicitas nō eſt.Quid qđ nemo mortaliū oībus horis ſapit.utināq̄ falſum hoc & nō a uate dictū q̄ plurimi iudicēt.Vana mortalitas: & ad circūſcribēdā ſeipſam ingenioſa:cōputat more tratiæ:gētis:q̄ calculos colore diſtinctos pro expimēto cuiuſq̄ diei ī urnā cōdit:ac ſupremo die ſeparatos dinumerat:atq̄ ita de unoquoq̄ pnūciat. Quid qđ iſte calculi candore illo laudatus dies originē mali habuit? Quāmultos accepta afflixere impia? Quāmultos bona perdidere:& ultimis merſere ſuppliciis? Iſta nimiꝝ bona:ſi cui inter illa hora ī gaudio fuit.Ita ē profecto alius de alio iudicat dies:& tamen ſupremus de oībus.Ideoq̄ nullis credendū eſt.Quid quod bona malis paria non ſunt etiam pari numero? Nec lætitia ullo minimo mœrore penſanda.Heu uana & imprudens diligentia.Numerus dierum computatur ubi quæritur pondus.

De fœlicitate fœminæ. CA. XLI.

VNa fœminaꝝ in omni æuo Lampido lacedæmonia refertur:q̄ regis filia:regis uxor:regis mater fuit.Vna Berenicæ:q̄ filia:ſoror:mater Olympionicaꝝ.Vna familia Curionum:in qua tres continua ſerie oratores extiterunt.Vna Fabiorum:in qua tres cōtinui principes ſenatus.M. Fabius Ambuſtus.Fabius Rutilanus filius.Qu.Fabius Gurges nepos.

Varia exempla fortunæ. CA. XLII.

CAetera exempla fortunæ uariantis īnumera ſunt.Etenim quæ facit magna gaudia niſi ex malis? aut quæ mala immenſa niſi ex ingentibus gaudiis.

De bis proſcriptis.L.Sylla.Qu.Metello CA. XLIII.

SEruauit proſcriptum a Sylla.M.Fiduſtium ſenatorem amnis.xxxvi.Sed iterum ꝓſcriptus ſuperſtes Syllæ uixit uſq̄ ad Antoniū.Conſtat nulla alia de cauſa ab eo ꝓſcriptum q̄ quia proſcriptus fuiſſe.Triumphare.P.Ventidiū de parthis uoluit:quidem ſolum:ſed eūdē ī triūpho aſcūlano.Cn.pōpei Strabonis duxit pueꝝ.Quamq̄ Maſſurius auctor eſt bis in triumpho ductum.

Cicero mulionem caſtrenſem ſuffaraneum fuiſſe. Plurimos iuuentā inopem in caliga militari toleraſſe.
Vel iudicium cōſiliū
Fuit & Balbus Cornelius maior conſul: ſed accuſatus atq; de iure uirgaꝝ in eū iudicem ī exiliū miſſus.
Primus externorum ātq; etiam in oceano genitorum uſus illo honore: quem maiores latio quoq; negauerunt. Eſt &. L. Fuluius inter inſignia exempla tuſculanoꝝ rebellantium conſul: eodem quoq; honore cū tranſiſſet exornatus confeſtim a populo ro. qui ſolus eodem anno quo fuerat hoſtis romæ triūphauit ex iis: quoꝝ conſul fuerat. Vnus hoīum ad hoc æui fœlicis ſibi cognomen aſſeruat. L. Sylla ciuili nempe ſanguine: ac patriæ oppugnatione adoptatus: & quibus nā fœlicitatis inductus argumentis: qđ ꝓſcribere tot Millia ciuiū: ac trucidare potuiſſet. O parua interprætatio & futuro tpe infœlix. Non melioris ſortis tunc fuere pereuntes quoꝝ miſeremur hodie: cum Syllā nemo non oderit? Age non exitus uitæ eius oīum ꝓ ſcriptorum ab illa calamitate crudelior fuit erodente ſeipſo corpore: & ſupplicia ſibi gignēte: quod ut diſſimulauerit & ſupremo ſomno eius cui immortalis quodāmodo eſt: credamus ab uno illo inuidiam gloria uictam. Hoc tamen nēpe fœlicitati ſuæ defuiſſe confeſſus eſt qđ capitoliū non dedicauiſſet. Qu. Metellus in ea orationem: quā habuit in ſupremis lauditus patris ſui. L. Metelli pot. bis conſulis: dictatoris magiſtri equitū. Quindecim uiri agris dandis: qui primus elephātos primo punico bello duxit in triumpho ſcriptū reliquit. Decē maximas res optimaſq; in quibuſq; quærendis ſapientes ætatem exigerent: conſumaſſe eum. Voluiſſe enim primariū bellatorē eē. Optimū oratorē: Fortiſſimū imperatorē. Auſpicio ſuo maximas res geri. Maximo honore uti: ſumma ſapientia eſſe: ſummū ſenatorē haberi pecuniā magnā bono modo inuenire. Multos liberos relinquere: & clariſſimū in ciuitate eē. Hæc cōtigiſſe ei: nec ulli alii poſt romā conditā. Longum eſt refellere & ſuper uacuū abunde uno caſu refutante. Siquidē is Metellus orbā luminibus exegit ſenectam amiſſis incendio cum Palladiū raperet ex æde ueſte memorabili cauſa: ſed euē tu miſero. Quo fit: ut infœlix quidē dici non debeat: fœlix tamen eſſe non poſſit. Tribuit ei po. ro. quod nunq; ulli alii ab condito æuo: ut quotiens in ſenatū iret: curru ueheretur ad curiam, magnum & ſublime: ſed pro oculis datum.

De altero Metello. CA. XLIIII.

HVius quoq; .Qu. Metelli qui illa de patre dixerat filius inter rara fœlicitatis humanæ exēpla numeratur. Nā præter honores ampliſſimos cognomenq; macedoniæ a quattuor filiis illatus eſt rogo uno prætore: tribus conſularibus: duobus triūphalibus uno cenſorio: quæ ſingula quoq; paucis contingere. In ipſo tamen flore dignitatis ſuæ ab Catinio Labeone cui cognomen fuit Maceroni: tribuno plebis: quem e ſenatu cenſor eiecerat: uertens e campo meridiano tempore: uacuo foro: & capitolio: ad tarpeium raptus: ut præcipitaretur conuolante quidem tam numeroſa illa cohorte: quæ patrem eum appellabat. Sed ut neceſſe erat in ſubito tarde & tanquā in exequias: cum reſiſtēdi ſacroq; factū repellendi ius non eſſet: uirtutis ſuæ opera & cenſura periturus: ægre tribuno qui intercederet reperto a limine ipſo mortis reuocatus alieno beneficio poſtea uixit. Bonis inde etiam conſecratis a damnatu ſuo tā quam paꝝ eſſet faucium certe intortaꝝ: expreſſiq; per aures ſanguinis pœnā exactā eſſe. E quidem & Africani Aemiliani inimicum fuiſſe inter calamitates duxerim ipſo teſte Macedonico. Siquidē liberis dixit. Ite filii celebrate exequias: nunq; ciuis maioris funus uidebitis. Et hoc dicebat iā ballearicis & creticis: diadematis: iā Macedonicus ipſe. Veꝝ ut illa ſola iniuria æſtimeē: quis hunc iure fœlicem dixerit periclitatū ad libidinē inimici? nec Africano ſaltē perire: quos hoſtes uiciſſe tanti fuit? aut quos nō honores curruſq; illa ſua uiolentia fortuna retroegit ꝑ mediā urbē cēſore tracto. Etenī ſola hæc moriendi rō fuerat tracto ī capitoliū illo in qđ triūphans ipſe deoꝝ exuuiis ne captiuos quidē ſic traxerat. Maius hoc ſcelus fœlicitate conſecuta factū eſt periclitato macedonico uel funus tātū ac tale perdere: in quo a triūphalibus liberis portaret in rogum uelut exequiis quoq; triūphās. Nulla eſt profecto ſolida fœlicitas: quā cōtumelia: ulla uitæ rumpit nedū tanta. Quod ſupereſt neſcio maior gloriæ an indignationi dolor accedat: inter tot Metellos tam ſcelerata Catinii audaciam ſemper fuiſſe inultam.

De Diuo Auguſto. CA. XLV.

IN Diuo quoq; Auguſto quem uniuerſa mortalitas in hac cenſura nuncupat: ſi diligenter æſtimētur cuncta magna ſortis humanæ reperientur uolumina. Repulſa in magiſterio equitum apud auūculū: & contra uoluntatem eius prælatus Lepidus. Proſcriptionis inuidia in collegam. Collegium in triūuiratu peſſimorum ciuium: nec æqua ſaltem portione: ſed prægraui Antonio. Philippenſi prælio morbo: fuga: & triduo in palude latebra ægroti: Et ut fatentur Agrippa & Mœcenas aqua ſubter cutem fuſa. Turgida latera. Naufragia ſicula. Et alia ibi quoq; in ſpelunca occultatio. Iam in nauali fuga urgente hoſtium manu præces Proculeio mortis admotæ. Cura peruſinæ contentionis. Sollicitudo martis actiaci: pannoniciq; belli. Ruinæ pontis. Tot ſeditiōes militum: Tot ancipites morbi corporis. Suſpecta Marcelli nota. Pudenda Agrippæ ablegatio. Totiens petita inſidiis uita: Incuſatæ liberorum mortes: luctuſq; non tantum orbitate triſtes adulterium filiæ. Et conſilia patricidæ palam facta: Contumelioſus priuigni Neronis ſeceſſus. Aliud neptis adulterium. Iuncta deinde tot mala. Inopia ſtipendii. Rebellio illyrici. Seruitioꝝ delectus: Iuuentutis penuria. Peſtilentia urbis. Fames ſitiſq; italiæ. Deſtinatio expirādi. Et quatridui inedia maior pars mortis ī corpus recepta: iuxta hæc uariana clades: & maieſtatis eius fœda fugillatio: Abdicatio poſtumi Agrippæ poſt adoptionem. Deſiderium poſt relegationem. Inde ſuſpitio in Fabium: archanorūq; proditionem. Hinc uxoris & Tyberii cogitationes ſuprema eius cura: In ſumma deus ille cœlumq; neſcio adeptus magis an meritus hærede hoſtis ſui filio exceſſit.
uel ſu

Quos beatiſſimos dii iudicauerunt. CA. XLVI.

SVbeunt in hac reputatione delphica oracula uelut ad caſtigandam hominum uanitatem a deo emiſſa. Duo ſunt hæc Phedium fœliciſſimũ qui pro patria proximo occubuiſſet. Iterum a Gige rege tunc ampliſſimo terrarum conſultum Aglauum Prophodium eſſe fœliciorem. Senior hic in anguſtiſſimo archadiæ paruum ſed annuis uictibus large ſufficiens prædium colebat nũq; ex eo egreſſus. Atq; ut e uitæ genere manifeſtum eſt: minima cupidine minimum in uita mali expertus.

Quem uiuentem ut deum coli iuſſerunt. CA. XLVII.

COnſecratus eſt uiuus ſentienſq; oraculi eiuſdem iuſſi & iouis deorum ſummi aſtipulatu Euthymus picta ſemper olympiæ uictor & ſemel uictus. Patria ei locri in Italia: ibi imaginem eius eſſe & olympiæ alteram eadem die tactam fulmine. Callimachum ut nihil aliud miratum uideo: ad eumque iuſſiſſe ſacrificari: quod & uiuo factitatum & mortuo: nihilque adeo mirum aliud quam hoc placuiſſe diis.

De ſpatiis uitæ longiſſimis. CA. XLVIII.

DE ſpatio atq; loginquitate uitæ hoium nõ locoꝝ modo ſitus: ueꝝ exẽpla ac ſua cuiq; ſors naſcẽdi incertũ fecere. Heſiodus qui primus de hoc aliqua ꝓdidit fabuloſe (ut reor) multa de hoium æuo referens cornici nouẽ nr̃as attribuit ætates. Quadruplũ eius ceruis: id triplicatũ coruis. Et reliqua fabuloſius in phœnice ac nymphis: Anacreon poeta Argatonio tarteſioꝝ regi. cl. tribuit annos. Cyniræ cyprioꝝ. x. ãnos amplius. Aegimio ducẽtos. Theopõpus Epimenidi Gnoſio. cliii. Hellanicus quoſdã in ætholia epioꝝ gentis ducẽtos explere. Cui aſtipulat Damiates memorans Pictoreum ex iis p̃cipuũ corpe uiribuſq; ẽt trecẽtis uixiſſe. Ephodorus arcadũ reges trecẽtis annis. Alex. & Cor. dãdonẽ q̃dã in illyrico qngentis uixiſſe. Xenophon. Impetrim pulutinioꝝ inſulæ regẽ octingẽtis: atq; ut parce mẽtitus filiũ eius ſexcẽtis. Quæ oĩa inſcitia temporꝝ acciderũt. Annũ. n. alii æſtate unũ determinabãt: & alteꝝ hyeme. Alii q̃dripartitis tẽporibus ſicut arcades: quorũ ãni trimeſtres fuere. Quidã lunæ ſenio ut ægyptii. Ita que apud eos aliq & ſingula mil. annorũ uixiſſe ꝓdunt. Sed ut ad cõfeſſa trãſeamus. Argãtoniũ gaditanũ octogita annis regnaſſe ꝓpe certũ ẽ. Putãt q̃drageſimo cœpiſſe. Maſſiniſſam. lx. annis regnaſſe indubitatũ eſt. Gorgiã ſiculũ cẽtũ octo uixiſſe Qu. Fab. Maximus ſexagitatribus ãnis augur fuit. M. Perpẽna & nuper L. Voluſius Saturninus oĩum quos in cõſulatu ſniam rogauerãt ſupſtites fuere: Perpẽna ſeptẽ reliqt ex iis quos cẽſor legerat. Vixit ãnos nõagitaocto. Quaĩ re & illud ad notare ſuccurrit. unũ oĩno qnquẽniũ fuiſſe quo ſenator nullus moreret. Cũ Flaccus & Albinus cẽſores luſtrũ cõdidere uſq; ad ꝓximos cenſores ab anno urbis qngẽteſimo ſeptuageſimonono. M. Valerius Coruinus cẽtũ annos ĩpleuit. Cuius ĩter primum & ſextũ cõſulatũ. xlvi. ãni fuere. Idẽ ſella curuli ſemel ac uicies ſedit: quotiẽs nemo alius. Aequauit eius uitæ ſpatiũ Metellus Põtifex. Et ex fœminis Liuia Rutili nonaginta ſeptẽ ãnos exceſſit. Statilia Claudio prĩcipe ex nobili domo nonagitanouẽ. Terẽtia Ciceronis. cvii. Clodia Oſelbi. cxv. Hæc qdẽ ẽt enixa qndecies. Luceia mima cẽtũ annis in ſcæna ꝓnũciauit. Valeria Copiola Emboliaria reducta eſt in ſcænã Gn. Põpeio Qu. Sulpitio cõſſ. Ludis pro ſalute Diui auguſti uotiuis annũ cẽteſimũ quartũ agẽs. Quæ ꝓducta fuerat tyrocinio a. M. Põpeio ædili plebis. C. Mario. Cn. Carbone cõſſ. ante annos nonagintaunũ. Et a magno Põpeio magni theatri dedicatione anus ꝓ miraculo reducta Sãmulã quoq;. c. decẽ annis uixiſſe auctor ẽ Aſconius Pediãus. Minus miror Stephãionẽ q prius togatus ſaltare iſtitit utriuſq; ſæcularibus ludis ſaltaſſe: & Diui Auguſti & quos Clau. Cæſar cõſulatu ſuo q̃rto fecit: q̃ndo ſexagitatres nõ amplius ãni iter fuere: q̃q̃ & poſtea diu uixerit. In tmoli mõtis cacumine qd̃ uocãt tempſin. cl. ãnis uiuere Mutianus auctor ẽ totidẽ annos item cenſum Claudii Cæſaris cenſura. T. Fulloniũ bononienſem: idq; collatis cenſibus quos ante detulerat: uitæq; argumentis (etenim id curæ principi erat) uerũ apparuit.

De uarietate naſcendi. CA. XLIX.

POſcere uideret locus ipſe ſyderalis ſciẽtiæ ſniam. Epigenes. cxxii. annos impleri negauit poſſe. Beroſus excedi cẽtũ ſeptemdecim. Durat & ea ratio quam Petoſyris ac Necepſos tradiderũt: & trimorion appellãt a triũ ſignorũ portione: qua poſſe in italiæ tractu. cxxvi. annos uitæ cõtingere apparet. Negauere illi quem q̃ nonagĩta partiũ exortiuam menſurã qd̃ anaphoras uocãt trãſgredi: & has ipſas incidi occurſu maleficioꝝ ſyderũ: aut etiã radiis eoꝝ ſoliſq;. Rurſus Aeſculapii ſniam ſecuti: q ſtatuta uitæ ſpatia a ſtellis accepi dicit. Sed q̃ntũ primũ tribuat incertũ ẽ. Rara aũt eſſe dicũt lõgior tempora: quando qdẽ momentis horaꝝ ſignibus lunæ dierũ ue ſeptem atq;. xxiiii. q̃ nocte ac die obſeruãtur ingẽs turba naſcaĩ: ſcanſili annoꝝ lege occidua: q̃ climacteras appellãt: nõ fere ita genitis qnquageſimũ quartũ annũ excedentibus. Primũ ergo artis ipſius inconſtantia declarat q̃ incerta res ſit. Accedũt experimenta & exẽpla recentiſſimi cenſus: quem intra q̃driẽniũ imperatores Cæſares Veſpeſiani pater filiuſq; cẽſores egerũt. Nec ſunt oĩa uaſaria excutienda. Mediæ tantũ pãrtis inter apenninũ montẽ padũq; ponemus exempla. Centũ uiginti natos annos pmæ tres edidere. Brixelli unũ. cxxv. Parmæ duos. cxxx. Placẽtiæ unũ cxxxi. Fauentiæ unã mulierem. cxxxii. Bononiæ. L. Tarentiũ Marci filiũ. Arimini uero. M. Apomũ. C. & L. Tertulã. cxxxvii. Citra placẽtiam in collibus oppidũ eſt uelleiaciũ: in quo. cx. natos annos ſex detulere. Quatuor centenos uicenos. Vnũ. cl. M. Mutius. M. filius Galerius fœlix ac ne pluribus moremur in re cõfeſſa ĩ regiõe italiæ octaua cẽtenũ ãnoꝝ cẽſi ſunt hoies. liiii. Centenũ denũ hoies. lvii. Centenũ uicenũ qnũ hoies duo. Centenũ tricenũ hoies q̃ttuor. centenũ tricenũ qnũ aut ſeptenũ totidẽ cẽtenũ q̃dragenũ hoies tres. Alia mortalitatis cõſtantia. Homerus eadẽ noctẽ natos Hectorẽ & Polydamãta tradit tã diuerſæ ſortis uiros. C. Mario. C. Carbõe. iii. cõſ. ad. v. calen. iunias. M. Celius Ruffus & Cornelius Lucinius Caluus eadem die geniti ſũt oratores qd ambo: ſed tamẽ diſpari euentu. Hoc ẽt: iiſdem horis naſcentibus in toto mũdo quotidie euenit: pariterq; domini ac ſerui gignuntur: reges: & inopes.

uel. xv.

In morbis uaria exempla. CA. L.

PVblius Cornelius Ruffus: qui cōſul cū Manio Curio fuit dormiens oculoꝝ uiſum amiſit cū id ſibi accidere ſōniaret. E diuerſo Phalereus iā tū deploratus a medicis uomicæ morbo cū morte in acie quæreret uulnerato pectore medicinā inuenit ex hoſte. Qu. Fabi. Maximus cōſ. apud flumen iſaram p̄lio cōmiſſo aduerſus allobrogū regē aruernorūq; gētes ad. vi. idus auguſtas. cxxx. perduelliū cæſis febri quartana liberatus ē i acie. In certū ac fragile nimiꝝ eſt hoc munus naturæ qđ datur nobis. Malignum uero & breue in iis ēt qbus largiſſime cōtingit: uniuerſum utiq; æui tempus intuentibus. Quid qđ æſtimatiōe nocturnæ qetis dimidio quiſq; ſpatio uitæ ſuæ uiuit? Pars æqua morti ſimilis exigit: aut poenæ niſi contingit quies. Nec reputant infantiæ anni qui ſenſu carēt: nec ſenectæ in poenā uiuacis. Tot periculoꝝ genera: tot morbi: tot metus: tot curæ: totiens inuocata morte: ut nullū frequētius ſit uotū. Natura uero nihil hoībus breuitate uitæ p̄ſtitit melius. Hebeſcūt ſenſus mēbra torquētur. Præmoriūt uiſus: auditus: inceſſus: dentes ēt ac ciboꝝ iſtrumēta: & tamē uitæ hoc tp̄s annumerat. Ergo p̄ miraculo & id ſolitariū reperit exēplū. Xenophilū muſicū cētū & qnq; annis uixiſſe ſine ullo corporis incōmodo. At hercule reliqs oībus p̄ ſingulas mēbroꝝ partes qualiter nullis aliis aīalibus: certis peſtifer calor remeat horis: aut rigor: neq; horis mō ſed & diebus noctibuſq; trinis q̄drinis ue ēt toto anno. Atq; ēt morbus eſt aliqs p̄ ſpiam mori. Morbis. n. quoq; q̄ſdā leges natura īpoſuit. Quadrini circuitus febrē nū q̄ brūa nū q̄ hybernis mēſibus incipere. Quoſdā poſt ſexageſimū uitæ ſpaciū nō accedere. Alios pubertate depōi: a fœminis præcipue. Senes minime ſentire peſtilentiā. Nāq; uniuerſis gētibus ingruūt morbi & generati mō ſeuitiis: mō p̄cerū ordini alioſq; p̄ gradus. Qua in re obſeruatū in meridianis p̄tibus ad occaſum ſolis peſtilentiam ſemp̄ ire. Nec unq̄ fere aliter fieri niſi hyeme: nec ut ternos excedat menſes.

De ſignis mortis. CA. LI.

IAm ſigna lætalia in furoris morbo riſum. Sapiētiæ uero ægritudine fimbriarū curā & ſtragulæ ueſtis plicaturas. A ſomno mouētiū neglectū p̄fundi humoris è corpe effluuiū: in oculoꝝ qdē & nariū aſpectu indubitata maxime: ēt ſupino aſſiduo cubitu. Venarū inæquali: aut formicante percuſſu. Ēt alia quoq; Hippocrati p̄cipi medicinæ obſeruata ſunt. Et cū innumerabilia ſint mortis ſigna: ſalutis ſecuritatiſq; nulla ſunt. Quippe cū cēſorius Cato ad filiū de ualitudinis quoq; obſeruatiōe: ut ex oraculo aliquo p̄diderit: ſenilē iuuētā p̄maturæ mortis eſſe ſignū. Morboꝝ uero tā īfinita eſt multitudo: ut Pherecides Syrus copia ſerpentiū ex corpore eius erūpente expiraverit. Quibuſdā p̄petua febris ē ut. C. Mœcenati. Eidē triennio ſupremo nullo horæ momēto contigit ſomnus. Antipater ſydonius poeta oībus annis uno die natali: tātum corripiebatur febre: & eo conſumptus eſt ſatis longa ſenecta.

De his qui elati reuixerunt. CA. LII.

AViola cōſularis in rogo reuixit. Et quoniā ſubueniri nō potuerat p̄ualente flāma: uiuus crematus eſt ſimilis cā in. L. Lamia p̄torio uiro tradit. Nā Celiū Tuberonē prætura functū a rogo relatum Meſſala Ruffus & pleriq; tradūt. Hæc eſt cōditio mortaliū. Ad has & hmōi occaſiones fortunæ gignimur: uti de hoīe ne morti qdē debeat credi. Reperimus inter exēpla Hermotini Clazomenii aīam relicto corpe errare ſolitā: uagāq; e longinquo multa ānūciare: q̄ niſi a p̄ſenti noſci nō poſſent: corpore interim ſemianimi: donec cremato eo inimici q. Cātaride uocabātur remeāti aīæ uelut uaginā ademerint. Ariſtei ēt uiſam euolātē ex ore in p̄conneſo corui effigie: magna q̄ ſeq; fabuloſitate: quā equidem & īgnoſio Empimenide ſimili mō accipio. Puerū æſtu & itinere feſſum in ſpecu ſeptē & qnq̄ginta dormiſſe annis: reꝝ facie mutationēq; mirantē uelut poſtero experrectū die. Hīc pari numero dieꝝ ſenio ingruēte ut tamē in ſeptimū & quinquageſimū atq; cēteſimū uitæ duraret ānū. Fœminarū ſexus huic malo uī maxime oportunus cōuerſiōe uuluæ q̄ ſi corrigat: ſpiritus reſtituit. Huc p̄tinet nobile illud apud græcos uolumē. Heraclidis ſeptē diebus fœminæ exanimis ad uitam reuocatæ. Varro quoq; auctor eſt uiginti uiris agros diuidētibus capuæ quēdā q efferet feretro domū remeaſſe pedibus. Hoc idē aquini accidiſſe. Romæ quoq; Corfidiū matertere ſuæ maritū funere locato reuixiſſe: & locatorē funeris ab eo elatū. Adiecit. miracula q̄ tota īdicaſſe cōueniat. E duobus fratribus equeſtris ordinis Corfidio maiori accidiſſe: ut uideretur expiraſſe: apertoq; teſtamēto recitatū hæredē minorē funeri inſtituiſſe. Interim eū q uidebat extinctus plaudendo cōcinuiſſe myſteria: & narraſſe a fratre ſe ueniſſe. Cōmendatā ſibi filiā ab eo. Demōſtratū p̄terea: quo in loco defodiſſet. auꝝ nullo conſcio & rogaſſe: ut iis funeribus q̄ cōparaſſet: efferet. Hoc eo narrante fratris domeſtici p̄pe annū ciauere exanimatū illū: & auꝝ ubi dixerat: repertū eſt. Plena p̄terea uita ē his uaticiniis: ſed nō cōferēda: cū ſæpius falſa ſint. Sicut ingenti exēplo docebimus. Cello ſiculo Gabienus Cæſaris claſſiū fortiſſimus captus a Sex. Pōpeio iuſſu eius inciſa ceruice: & uix cohærēte: iacuit in littore tota die. Deinde cū adueſperaſſet: cū gemitu p̄cibuſq; congregata multitudie petiit: uti Pōpeius ad ſe ueniret: aut aliquē ex caris mitteret. Se āt ab īferis remiſſum: habereq; qđ nūciaret. Miſit plures pōpeius ex amicis: qbus Gabienus dixit: Inferis diis placere Pōpeii cauſas & p̄tes pias. proinde euentū futurum quē optaret: hoc ſe nūtiare iuſſū. Argumētū fore ueritatis qđ peractis mādatis p̄tinus expiraturus ēt. Idq; ita euenit. Poſt ſepultura quoq; uiſoꝝ exempla ſunt: niſi q̄ naturæ opa non prodigioſa conſectamur.

De mortibus repentinis. CA. LIII.

IN primis aūt uiſa miraculo ſunt atq; frequētia mortis repentinæ. Hæc eſt ſumma uitæ fœlicitas quā eſſe naturalē docebimus. Plurimas p̄didit Verrius. Nos cū delectu modū ſeruabimus. Gaudio obiere p̄ter Chilonē: de quo diximus: Sophocles & Dionyſius ſiciliæ tyrānus uterq; accepto tragicæ uictoriæ nuncio. Mater pugna illa cānē ſi filio incolumi uiſo: cōtra falſum nuntiū. Pudore Diodorus ſapientiæ dialeticæ p̄feſſor luſoria q̄ſtione nō p̄tinus ad interrogatiōes Stilbonis diſſoluta.

Nullis euidentibus cauſis ob ere dū calcianť matutino duo cæſares p̄tor:& p̄tura po.ro. functus dictatoris pr̄ Cæſaris. Hic piſis exaiatus:ille romæ. Qu. Fabi. maximis ī cōſulatu ſuo pridie. calē. ianua. In cuius locū. M. Orellius pauciſſimaꝝ horaꝝ cōſulatū petiit. Itē. C. Vulcatius Gurges ſenator. Oēs adeo ſani atq; tēpeſtiui:ut de p̄grediēdo cogitarēt. Qu. Aemilius Lepidus iā egrediēs ícuſſo pollice limini cubiculi. C. Aufidius cū egreſſus ī ſenatū iret offenſo pede in comitio. Legatus quoq; q rhodioꝝ cām in ſenatu magna cū admiratiōe orauerat in limine curiæ p̄tinus expirauit p̄gredi uolēs. Cn. Bebius Pāphylus p̄fectura & ipſe functus cū a puero q̄ſiſſet horas. A. Pōpeius ī capitolio cū deos ſalutaſſet. M. Iuuentius Thalna cōſ. cū ſacrificaret. C. Seruilius Pāſa:cū ſtaret in foro ad taberná hora diei ſecūda:in. P. Pāſam frem innixus. Bebius iudex:dū uadimoniū differri iubet. M. Teren. Corax:dū tabellas ſcribit in foro. Necnō & p̄ximo anno:dum cōſulari uiro in aurē dicit eq̄s romanus ante Apollinē eboreū:q eſt in foro Auguſti. Sup oēs. C. Iulius medicus:dū inūgit ſpecillum p oculū trahēs. A. Manlius Torquatus cōſularis:cū ī cœnā placētā appeteret. L. Dutius medicus Valla:dū mulſi potionē haurit. Ap. Saupheius:cū a balneo reuerſus mulſum bibiſſet: ouūq; ſorberet. P. Quinti. Scapula:cū apud Aquiliū Gallū cœnaret. Decimus Saufeius. Scriba:cū domi ſuæ prāderet. Cor. Gallus p̄torius:&. Qu. Heterius eques ro. in Venere obiere. Et quos nr̄a adnotauit ætas: duo æqueſtris ordis in eodē Pātomimo Mythico tū forma p̄cellēte. Operoſiſſima tamē ſecuritas mortis ī. M. Ofilio Hylaro ab antiqs traditť. comœdiaꝝ hiſtrione:cū populo admodū placuiſſet:natali die ſuo cōuiuiūq; haberet edita cœna calidā potionē in pultario popoſcit:ſimulq; p̄ſonā eius diei acceptā intuens:coronā e capite ſuo in eā trāſtulit:tali habitu rigens nullo ſentiente:donec accubātiū p̄ximus tepeſcere potionē ammoneret. Hæc fœlicia exēpla. At cōtra miſeriaꝝ innumera. L. Domitius clariſſimæ gentis apud maſſiliam uictus:corſini captus ab eodē Cæſare ueneno poto p̄ tediū uitæ:poſtq̄ biberat. omni opere:ut uiueret:annixus eſt. Inueniť in actis Fœlicis Ruſſei aurigæ iā igne illato in rogū eius unū e fauentibus ieciſſe ſeſe. Friuolū dictu ne hoc gloriæ artificis daret:aduerſis ſtudiis copia odoꝝ corruptū criminātibus. Cū ante non multo. M. Lepidus nobiliſſimæ ſtirpis:quē euenti anxietate diximus mortuū:flāmæ ui e rogo eiectus recondi propter ardorem non potuiſſet:iuxta ſarmentis aliis nudus crematus eſt.

De Sepultura. CA. LIIII.

IPſum cremare apud romanos non fuit ueteris inſtituti. Terra cōdebanť. At poſtq̄ longinqs bellis obrutos erui cognouere:tūc inſtitutū. Et tamē multifarie priſcos ſeruauere ritus. Sicut ī cornelia domo nemo ante Syllā dictatorē traditť eā crematus: Idq; uoluiſſe ueritū talionē eruto. C. Marii cadauere. Sepultus intelligitť quoquo mō cōditus:humatus uero humo contectus.

De aīa:uel de manibus:uel de reſurrectione uerba gētiū inania. CA. LV.

POſt ſepulturā aliæ atq; aliæ maniū ambages. Oibus a ſuprema die eadē:q̄ ante primū. Nec magis a morte ſenſus ullus:aut corpori:aut aīæ:q̄ ante natalē. Eadē. n. uanitas ī futuꝝ ēt ſe p̄pagat:& in mortis quoq; tpa ipſa ſibi uita mentiť. Alias īmortalitatē aīæ:alias trāſfiguratiōnē: alias ſenſum inferis dādo:& manes colēdo deūq; faciēdo:q iā ēt homo eſſe deſierit. Ceu uero ullo modo ſpirādi rō hoī a cæteris aīalibus diſtet. Aut nō diuturniora ī uita multa reperianť:qbus nemo ſimilē diuinat immortalitatē. Qđ āt corpus aīæ pſeq̄ť materiā: Vbi cogitatio illi quomō? uiſus? audituſq; ? aut q tangit? qui uſus eius? aut qđ ſine his bonū? Quæ deinde ſedes? q̄ta ue multitudo tot ſæculis aīaꝝ uelut umbraꝝ? Pueriliū iſta deliramentoꝝ. Auidæq; nunq̄ deſinere mortalitatis cōmenta ſunt. Similis & de aſſeruandis corporibus hoīum:ac reuiuiſcēdis p̄miſſa a Democrito uanitas:q nō reuixit ipſe. Quæ malū iſta dementia eſt iterari uitā mortēq;. Quæ genitis qes unq̄ ſi ī ſublimi ſenſus aīæ manet? inter inferos umbræ? Perdit p̄fecto iſta dulcedo:credulitaſq; p̄cipuū naturæ bonū mortē:ac duplicat obitus:ſi dolere ēt poſt futuri æſtiationē euenit. Etenim ſi dulce uiuere:cui poteſt eſſe:uixiſſe? At quāto facilius certiuſq; ſibi quenq̄ credere: ac ſpecimen ſecuritatis ante genitali ſumere experimento.

Quæ quis inuenerit in uita. CA. LVI.

COnſentaneū ūr priuſq̄ digrediamur a natura hoīum indicare:q̄ cuiuſq; ſcientia inuenta ſūt. Emere ac uēdere inſtituit Liber pr̄. Idē diadema regū inſigne:& triūphū inuenit. Ceres frumenta cum antea glāde ueſcerenť: Eadē molere:& cōficere:in attica italia:& ſicilia:ob id dea iudicata. Eadem prima leges dedit. Vt alii putauere: Rhadamāthus. Litteras ſemp arbitror aſſyrias fuiſſe. Sed alii apud ægyptos a Mer. ut Gellius. Alii apud ſcyros reptas uolūt. Vtiq; ī græciā attuliſſe e phœnice Cadmū ſexdecim numero. A. B. C. D. E. G. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Quibus troiāo bello Palamedē adieciſſe q̄tuor hac figura. θ. ξ. φ. χ. totidē poſt eū Simonidē melicū. ζ. ή. ψ. Quaꝝ oīum uis ī nr̄is recognoſciť. Ariſtoteles decem & octo priſcas fuiſſe. α. β. γ. Δ. ε. ζ. κ. λ. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. χ. Et duas ab Epicharo additas. θ. χ. q̄ a Palāede mauult. Anticlides ī ægypto inueniſſe q̄ndā noīe Menona tradidit qndecī ānis ante Phoroneum antiqſſimū græciæ regē. Id monumētis approbare conať. E diuerſo Epigenes apud babylonios ſeptingētoꝝ. xx. annoꝝ obſeruationes ſyderū coctilibus laterculis inſcriptas docet:grauis auctor ī primis. Qui minimū Beroſus & Critodemus quadringentorū octoginta annorū. Ex quo apparet æternus lr̄ārū uſus. In latiū eas attulerūt pelaſgi. Laterarias:domos cōſtituerūt primi Euryalos & Hyperbios fratres athenis:antea ſpecus erāt p̄ domibus. Gelio Doxius Celii filius lutei ædificii inuentor. Placet exēplo ſumpto ab hirūdinū nidis. Oppidū Cecrops a ſe appellauit cecropiā:q̄ nūc eſt arx athenis. Aliq argos a phoroneo rege ante cōditū uolūt. Quidā & ſicyonē. Aegyptii multoante apud ipſos dioſpolin. Tegulas inuenit Cinyra Agriopæ filius:& metalla æris utrūq; ī inſula cypro. Idē forcipē:maculū:uectē:īcudē. Puteos Danaus ex ægypto aduectus in græciam:qua uocabať argos. Lapidicinas Cadmus thebis:at ut theophraſtus in phœnice. Traſon muros. Turres:ut Ariſto. Cyclopes. Phœnices ut Theophraſtus. Aegyptii textilia. Inficere lanas

ſardibus Lydi. Fuſos in lanificio Cloſter filius Arachnæ. Linū & retia Arachnæ. Fulloniā artē. Nitias megarenſis. Sutrinā. Boetius. Medicinā ægyptii apud ipſos uolūt repertā. Alii p arabum: babylonis & Apollinis filiū. Herbariā & medicamētariā a Chirone Saturni & Phylliræ filio. Aes cōflare & tēperare Ariſto. Lydū ſcyten mōſtraſſe. Theophraſtus Delā Phrygē putat. Aerariā fabricā alii. Chalybas: Alii Cyclopas. Ferrū Heſiodo. in creta eos q uocati ſūt Dactyli Idæi. Argētū inuenit Ericthonius atheniēſis: ut alii ceacus. Auri metalla & cōflaturā Cadmus phœnix ad pāgeū mōtē: ut alii Thoas & Eaclis in panchaia: aut Sol Oceani filius cui Gellius medicinæ quoq; iuētionē ex melle aſſignat. Plūbū ex caſſiteride inſula primus aportauit Midacritus. Fabricā ferreā iuenere cyclopes. Figulinas Chorebus atheniēſis. In iis orbē Anacharſis ſcythes ut alii Hyperboeos corinthius: Fabricā materiaq; Dedalus: & in ea ferrā: aſciā: ppendiculū: terebrā: glutinū: ichthyocollā: Normā: fornicē autē & libellā: & tornū: & clauē Theodorus ſamius. Menſuras & pōdera Phidō argiuus: aut Palemedes ut maluit. Gellius. Ignē e ſilice Pyrodes: cilicis filius. At eūdē aſſeruare i ferula Prometheus. Vehiculū cū quattuor rotis phryges: Mercaturas pœni: culturas uitiū & arborū Eumolphus atheniēſis. Vinū aqua miſceri Staphilus Sitheni filius. Oleū & trapetas Ariſteus athenienſis. Idē mella. Bouē & aratrū. Briges athenienſis: ut alii Triptolemus. Regiā ciuitatē ægyptii. populare atrici: poſt Theſeū tyrānus primus fuit phalaris agrigenti. Seruitiū inuenere lacedæmonii: Iudiciū capitis in ariopago primum actū eſt: pliū afri cōtra ægyptios primi fecere fuſtibus. quos uocāt phalāgas. Clipeos inuenerūt Prœtus & Acritus inter ſe bellantes: ſiue Chalchus Athamātis filius. Loricā Mydias meſſenius: Galeā: gladiū: haſtam lacedæmonii. Ocreas & criſtas Cares. Arcū & ſagittā Scythē Iouis filiū. Alii ſagittas Perſen Perſei filiū inueniſſe. Lanceas ætolas. laculū cū amento ferūt inueniſſe Aetoliū Martis filiū. Haſtas uelitares Tyrrhenū pilūq;. Penthesileā amazonē ſecuri. Piſeū uenabula. Et in tormentis ſcorpionē Cretas. Catapultam ſyros. Phœnicas baliſtā & fundā. Aeneā tubā piſeū Tyrrhenū. Teſtudines Artemonē clazomeniū. Equū: q nunc aries appellat in muralibus machinis Epeū ad troiā. Equo uehi Belloroſontē. Frenos & ſtrata equoq; Peletroniū. Pugnare ex quo theſſalos: q centauri appellati ſunt: habitantes ſecūdū peliū mōtē. Bigas primum iunxit phrygū natio. Quadrigas Ericthonius. Ordinē exercitus: ſigni dationem: theſſeras: uigilias inuenit Palamedes troiano bello. Speculārē ſignificationē eodē bello Sinō. Inducias Lycaon. Fœdera Theſeus Auguria ex auibus Cara: a quo caria appellata: Adiecit ex cæteris aſalibus Orpheus. Aruſpiciū Delphus. Igni ſpicia Amphiaraus. Auſpicia auiū Tyreſias thebāus. Interpretationē oſtentoq; & ſomnioq; Amphyctyō Aſtrologiā Athlas Libyæ filius: ut aliiæ gyptii: ut alii aſſyrii. Spherā i ea milleſius Anaximāder. Vētoq; rōne Aelous Hellenis filius. Muſicā Amphion. Fiſtulā. Pan. Monaulū Mercurius. Obliquā tibiam Mydas in phrygia. Geminas tybias. Marſias. In eadē gente lydios modulos Amphiō: Dorios Thamyras thrax. Phrygios Marſyas phryx. Citharā Amphyō: ut alii Orpheus: ut alii Linus. Septē cordis additis. Terpāder. Octaua Simonides addidit. Nonā Timotheus. Cithara. ſine uoce cecinit Thamyras prius. Cū cantu Amphion ut alii Linus Cithara edita carmina cōpoſuit Terpander. Cū tibiis canere uoce Troezenius Dardanus inſtituit. Saltationē armatā Curetes docuere. Pyrrhycen Pyrrhus: utrāq; i creta. Verſum heroicū pythio oraculo debemus. De poematū origine magna q̄ſtio eſt. Ante troianū bellū ꝓbant fuiſſe ꝓſaicā orationē cōdere pherecides Syrius iſtituit tpe Cyri regis. Hyſtoriā Cadmus mileſius. Ludos gymnicos i arcadia Lycaō. Funēbres Acaſtus in iolcho poſt eū Theſeus in iſthmo. Hercu. olympiæ athleticā. Pythus pilam luſoriā. Gyges lydius picturā in ægypto. In græcia uero pyrrhus Dedali cognatus ut Ariſtoteli placet ut Theophraſto Polygnotus atheniēſis. Nauē primus in græciā ex ægypto Danaus aduexit. Ante ratibus nauigabat inuentis in mari rubro inter inſutas a rege Erythra. Reperiunt q myſos & troianos priores excogitaſſe i helleſpōto putēt: cū trāſirēt aduerſus thracas ēt nūc in britānico oceano uitiles corio circūſutæ fiunt. In nilo ex papyro & ſcirpo & arūdine. longa naue Iaſonē primū nauigaſſe philoſtephanus auctor ē Egeſias prhaiū Cteſias. Samyrā. Saphanus Semyramin. Archimachus Aegœonē Biremē Damaſthenes erythreos feciſſe. Triremē Thucydides Amoclen corithiū. Quadriremē Ariſto. carthaginēſes. Quinqueremē inſtituit. Neſichthō ſalaminius. Sex ordinū zēazoras ſyracuſius. Ab ea ad deciremē Neſigitō. Alexandrū magnū ferūt iſtituiſſe ad duodeci ordines Philoſtephanus Ptolemæū Soterē ad quídeci. Demetriū. Antigōi ad. xxx. Ptolemæū philadelphū ad. xl. Ptolemæū philopatorē: q Tryphō cognominatus ē: ad. l. Onerariā Hippus tyrius iuēit. lēbū cyrenēſes. Cymbā phœnices. Celocē rhodi. Cercuirā cyprii. Syderū obſeruationē in nauigādo phœnices. Remū copæ. latitudinē eius plateæ. Vela Icarus. Malū & antēnā Dedalus. Hypagū ſalamiinii: aut picles atheniēſis. Tectas lōgas, taſii: antea ex ꝓra tātū & puppi pugnabat. Roſtra addidit Piſeus Tyrrheni ancorā. Eupalamius eādē bidētē: Anacharſis harpagō as. Et manus Pericles athenienſis: amminicula gubernandi Typhis: Claſſe prīceps depugnauit Minos: animal occidit primus Hiperbius Martis filius prometheus bouem.

In quo primus gentium conſenſus. CA. LVII.

Entium conſenſus tacitus primus oīum conſpirauit ut ionum litteris uterentur.

De litteris antiquis. CA. LVIII.

Eteres græcas fuiſſe eaſdē pene: q̄ nūc latinæ inditio erit delphica tabula antiqui æris: quæ eſt hodie in palatio dono principum Mineruæ dicata in bibliotheca cum in ſcriptione tali. ραντικράτης. τισαμενον. αθηναιες. ανεθηκεν.

Quando primum tonſores romæ. CA. LIX.

Equēs gētiū cōſenſus i tōſoribus ſed romāis tradior. i italiā ex ſicilia uenēr poſt romā cōditā anno q̄dringēteſimo qnq̄geſimo q̄rto: adducēte. P. Ticinio Mena ut auctor ē Var. ante intonſi fuere primus oīum radi quotidie iſtituit Africanus. Sequens Diuus Auguſtus cultris ſemp uſus eſt

Quando primum horologia. CA. LX.

TErtius conſenſus fuit in horaꝝ obſeruatione iam hac rõne accedens. Quãdo & a quo in græcia reperta diximus in ſecundo uolumine. Serius ẽt hoc romæ cõtigit. Duodecim tabulis ortus tantũ & occaſus noſtatur: poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies accenſo cõſulũ id ꝓnunciante cũ Curio inter roſtra: & græcoſtaſin ꝓſpexiſſet talẽ ſolẽ. A colũna ænea ad carcerẽ inclinato ſydere ſupremá pronuntiauit. Sed hoc ſerenis tantũ diebus uſq; ad primũ punicũ bellũ: princeps romanis ſolariũ horologiũ ſtatuiſſe ante. xii. annos q̃ cũ pyrrho bellatũ eſt: ad ædem. Quirini. L. Papyrius Curſor cũ eandẽ dedicaret a patre ſuo uotam a Fabio Veſtali ꝓditur. Sed neq; facti horologii rõnẽ: uel artificis ſignificat: nec unde tranſlatũ eſt: aut apud quem ſcriptũ id inuenerit. M. Varro primũ ſtatutũ in publico ſecũdũ roſtra ĩ colũna tradit bello punico primo a. M. Valerio Meſſala cõſule catina capta in ſicilia. Deportatũ ide poſt. xxx. annos q̃ de papyriano horologio tradit̃ anno urbis quadringẽteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Nec cõgruebant ad horas eius lineæ: paruerũt tamẽ ei annis undecim: donec. Qu. Martius philippus q cũ. L. Paulo fuit cenſor diligentius ordinatũ iuxta poſuit. Idq; munus inter cẽſoria opa gratiſſime eſt acceptũ. Etiãnũ tamẽ nubilo incertæ fuere horæ uſq; ad ꝓximũ luſtrum. Tunc Scipio Naſica collega Lanati primus aqua diuiſit hora æque noctiũ ac dierum. Idq; horologium ſub tecto dicauit: anno urbis. d. lxxxxv. Tandiu Po. Ro. indiſcreta lux fuit. Nunc reuertamur ad reliqua animalia: primumq; terreſtria.

Vel un de cẽtũ

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER OCTAVVS.

De animalibus terreſtribus. Elephantorum cõmendatio: & de ſenſu eorꝝ. CA. I.

D RELIQVA Tranſeamus aĩalia & primũ terreſtria. Maximũ ẽ elephas: ꝓximũq; humanis ſenſibus. Quippe ĩtellectus illis ſermonis patri. Et in primis obediẽtia: officiorũq; q̃ didicere memoria. Amoris & gloriæ uoluptas: ĩmo uero q̃ẽt in hoie rara ꝓbitas: prudentia: æquitas. Religio quoq; ſydeꝝ ſoliſq; ac lunæ ueneratio. Auctores ſunt in mauritaniæ ſaltibus ad quẽdã amnẽ cui nomẽ ẽ anulo iteſcẽte: luna noua: greges eorꝝ deſcẽdere: ibiq; ſe purificãtes ſoleniter aqua circũſpergi: atq; ita ſalutato ſydere in ſiluas reuerti: uitulorꝝ fatigatos præ ſe ferẽtes. Alienæ quoq; regiõis intellectu creduntꝰ maria tranſituri nõ ante naues cõſcẽdere: q̃ inuitati rectoris iureiurãdo de reditu. Viſiq; ſũt feſſi ægritudine quãdo & illas moles infeſtant morbi: per herbas ſupini in cœlum iacentes: ueluti tellure precibus alligata. Nam quod ad docilitatem attinet. Regem adorant. Genua ſubmittunt. Coronas porrigunt. Indicis arabici minores: quos appellant nothos.

Vel ca

Quando primum iuncti. CA. II.

ROmæ iuncti primũ ſubiere currũ Põpeii magni africo triũpho. Qđ prius india uicta triũphãte Libero patre memoratꝰ. Procilius negat potuiſſe Põpeii triũpho iũctos ingredi porta. Germanici Cæſaris munere gladiatorio quoſdã incõditos motus edidere ſaltantiũ mõ. Vulgare erat per auras arma iacere nõ auferẽtibus uentis: atq; inter ſe gladiatorios cõgreſſus edere: aut laſciuiente pernicitate colludere. Poſtea & ꝑ funes inceſſere. Lecticas ẽt ferentes quaterni ſingulas: puerperas imitãtes: pleniſq; hoĩum tricliniis accubitu: iere ꝑ lectos ita libratis ueſtigiis: ne quis potantium attingeretur.

De Docilitate eorum. CA. III.

CErtũ eſt unum tardioris ingenii in accipiendis: q̃ tradebantꝰ: ſæpius caſtigatũ uerberibus eadẽ illa meditantem noctu repertum. Mirum maxime & aduerſis quidem funibus ſubire. Sed regredi magis utriq; pronis. Mutianus ter conſul auctor eſt aliquem ex iis & litteraꝝ ductus græcarum didiciſſe: ſolitumq; ꝑſcribere eius linguæ uerbis. Ipſe Ego hæc ſcripſi: & ſpolia celtica dicaui: Itẽq; ſe uidente puteolis cũ aduecti de naue egredi cogerentꝰ: territos ſpatio procul pontis a continente porrecti ut ſeſe longinquitatis æſtimatione fallerent: auerſos retrorſus iſſe. Prædam ipſi in ſe expectandam ſciunt ſolam eſſe in armis ſuis: quæ Iuba cornua appellat. Herodotus tanto antiquior & conſuetudo melius dentes. Quã ob rẽ deciduos caſu aliquo uel ſenecta defodiũt. Hoc ſolũ ebur eſt. Cæteꝝ & in iis quoq; qđ corpus intexit uilitas oſſea. Quãq; nup oſſa ẽt in laminas ſecari cœpere penuria. Eteni rara amplitudo iã dẽtiũ ꝓterq; ex ĩdia reperit. Cæteꝝ in noſtro orbe ceſſere luxuriæ. Dentiũ candore intelligit̃ iuuenta. Circa hos belli cura ſũma. Alterius mucroni parcunt: ne ſit ꝓliis hebes: alterius operario uſu fodiũt radices. Impellũt

moles. Circũuentiq; a uenantibus primos constituunt: quibus sunt minimi: ne tanti prœlium putetur: posstea fessi impactos: arbori frãgunt: prædaq; se redimunt.

De clæmentia eorum: & qđ pericula sua intelligant: & de tigridis truculentia CA. IIII.

Mirũ in plerisq; aĩaliũ scire quare petant: Sed & p cũcta qd caueãt. Elephas hoie obuio forte in solitudine & simpliciter oberrãte clæmens placidusq; ẽt demõstrare uiã tradit. Idẽ uestigio hois aĩaduerso priusq; hoie intermiscere insidiarum metu. Subsistere ab olfatu. Circunspectare: Iras ꝓflare. Nec calcare: sed erutũ ꝓximo tradere. Illũ sequẽti nũtio simili usq; ad extremũ: tũc agmẽ circuagi: & reuerti: aciẽq; dirigi. Adeo oium odori durare uirus: illud maiore ex pte ne nudoꝝ qdẽ pedũ. Sic & trigris ẽt feris cæteris truculenta: atq; ipsa elephanti quoq; spernẽs uestigia. Hoie uiso trãsferre dr̃ ꝓtinus catulos. Quo nã mõ agnito? ubi ante cõspecto illo quẽ timet? Eteni tales siluas minie frequentari certũ est. Sane miranť ipsam uestigii raritatẽ. Sed unde sciũt timẽdos eẽ? imo uero cur uel sæpius cõspectũ paueãt: tãto uiribus: magnitudie: uelocitate p̃stãtiores? Nimiꝝ hæc ẽ natura regꝝ: hæc potẽtia eius sæuissimas feraꝝ maximasq; q̃ nunq̃ uidissent. qđ debeant timere: & statim intelligere: cur sit timendum.

De intellectu & memoria eorum: CA. V.

Elephanti gregatim semp ingrediunť. Ducit agmen maximus natu. Cogit ætate ꝓximus amnẽ trãsituri minimos p̃mittunt: ne maioꝝ ingressu atterente alueũ crescat gurgitis altitudo. Antipater auctor est duos Antiocho regi in bellicis usibus celebres ẽt cognominibus fuisse. Etenim nouere ea. Certe Cato cũ imperatoꝝ noia ãnalibus describeret: eũ q fortissime p̃liatus eẽt: in puncta acie Sutrũ tradidit uocatũ altero dtẽe mutilato. Antiocho uadũ fluminis experienti renuit Aiax: alioquin dux agminis semp. Tũ ꝓnunciatũ eius fore principatũ q transisset: ausumq; Patroclũ. Ob id phaleris argẽteis quo maxime gaudẽt: & reliquo oi primatu donauit. Ille q notabať inedia morte ignominiæ p̃tulit. Mirus nãq; pudor est. Victusq; uocẽ fugit uictoris. Terrã ac uerbenas porrigit. Pudore nunq̃ nisi in abdito coeũt. Mas quinquẽniis: fœmina decennis Initur aũt biẽnio: qnis ut ferũt cuiusq; anni diebus: nec amplius. Sexto ꝓfundunť amne nõ ante reduces ad agmẽ. Nec adulteria nouere. Nulla uepp fœminas inter se p̃lia: cæteris aĩalibus pernicialia. Nec quia desit illis amoris uis. Nãq; tradiť unus amasse quãdã in ægypto corollas uendẽtẽ. Ac ne qs uulgariter electã putet: miret gratã Aristophani celeberrimo in arte grammatica: alius Menandrum syracusanum incipientis iuuentæ in exercitu Ptolemæi desiderium eius quotiens nõ uideret inedia testatus. Et unguẽtariã quadã dilectã iuba tradit. Oium amoris fuere argumẽta gaudiũ a cõspectu: blanditiæq; inconditæ: stipes quas populus dediſſet: seruatæ: & in sinũ effusæ. Nec mirum esse amorem quibus sit memoria. Idem nãq; tradit agnitum in senecta multos post annos qui rector in iuuenta fuisset. Idem diuinationem quandam iusticiæ. Cum Bocchus rex. xxx. elephantis totidem: in quos sæuire instituerat stipitibus alligatos obiecisset: procursantibus inter eos qui lacesserent: non potuisse effici: ut crudelitatis alienæ ministerio fungeretur.

Quando primum in italia. CA. VI.

Elephantes italia primum uidit pyrrhi regis bello: & boues lucas appellauit in lucanis uisos anno urbis quadrigentesimo septuagesimo secũdo. Roma ãt in triũpho septẽ annis ad superiorẽ nũerũ additis. Eadẽ plurimos anno qngẽtesimo secũdo uictoria. L. Metelli põtificis in sicilia de pœnis captos. cxlii. fuere trauecti ratibus quas dolioꝝ cõsertis ordinibus ĩposuerant. Verius eos pugnasse in cyrco: interfectosq; iaculis tradit penuria cõsilii. Quoniã neq; ali placuisset: neq; dõari regibus. L. Piso inductos dũtaxat ĩ cyrcũ: atq; ut cõtẽptus eoꝝ increscret ab operariis hastas p̃pilatas habẽtibus: p cyrcum totum actos. Nec quid dein de iis factum sit auctores explicant: qui non putant interfectos.

Pugnæ eorum. CA. VII.

EX iis quoq; aīalibus:quæ nobiſcū degūt:multa ſunt cognitu digna. Fideliſſimi ante oīa hoi ca nes atq; equi. Et pugnaſſe aduerſus latrones canem ,p domino accepimus:cōfectūq; plagis a cor pore nō receſſiſſe:uolucres & feras abigentē. Ab alio in epiro agnitū in cōuentu pculſoré domi ni laniatu & latratu adactū:ut cogeret fateri ſcelus. Garamantū regē canes ducenti ab exilio re duxere pliantes contra reſiſtentes. Propter bella colophonii:itemq; caſtabalenſes cohortes canū habuere. Eæ primæ dimicabant in acie nunq̄ detrectantes. Hæc erant fidiſſima auxilia:nec ſtipendiorū indiga. Ca nes defendere cimbros cæſis dominis eorum plauſtris impoſitis. Canis Iaſone Lycio iterfecto cibū capere noluit:Inediaq; conſumptus eſt. Is uero cui nomen hyrcani reddidit. Durides accenſo regis:Lyſimachi ro go iniecit ſe flammæ. Similiterq; Hieronis regis. Memorat & Pyrrhum Gelonis tyranni canem Philiſtus Memoratur & Nicomedis bithyniæ regis uxore eius Conſynge lacerata propter laſciuiorem cum marito iocum. Apud nos Volcatium nobilem qui Ceſelium ius ciuile docuit aſturcone e ſuburbano redeuntem cum aduesperauiſſet:canis a craſſatore defendit. Item Celium ſenatorem ægrum placentiæ ab armatis op preſſum. Nec prius ille uulneratus eſt:q̄ cane interempto. Sed ſuper omnia in noſtro æuo actis populi ro mani teſtatum Appio Iunio &. P. Silio conſſ. cum animaduerteret ex cauſa Neronis Germanici filii. i. T. Sabinum & ſeruitia eius unius ex iis canem:nec a carcere abigi potuiſſe:nec a corpore receſſiſſe: abiecto in
Vel gēi toriis gradibus gemoniis mœſtos edentem ululatus magna populi romani corona:circunſtante:ex qua cum q; dam ei cibum obieciſſet:ad os defuncti tuliſſet. Innatauit idem in tyberim cadauere abiecto ſuſtentare co natus:effuſa multitudine ad ſpectandam animalis fidem. Soli dominum nouere. Et ignotum quoq; ſi re pēte ueniat:itelligūt. Soli noīa ſua ſoli uocem domeſticā agnoſcūt. Itinera q̄uis longa meminere. Nec ulli pter hoiem memoria maior. Impetus eor;:& ſæuitia mitigat ab hoie cōſidente humi. Plurima alia in his quotidie uita iuenit. Sed i uenatu ſolertia:& ſagacitas pcipua eſt. Scrutat ueſtigia atq; pſequit. Comitanté ad feram inquiſitorem loro retrahens:q̄uis aquam tranſiliens ſe occultaſſet:quam ſignificans demonſtra tio eſt cauda primū:deinde roſtro. Ergo ēt ſenecta feſſos cæcoſq; ac debiles ſinu ferunt:uentos & odorem

captantes:prodenteſq; roſtro cubilia. E tigribus eos indi uolũt concipi. Et ob id in ſiluis coitus tpe alligant fœminas. Primo & ſecundo fœtu nimis feroces putãt gigni:tertio demũ educãt. Hoc idẽ e lupis galli:quorum greges ſuum q̃ſq; ductorẽ e canibus & ducẽ habẽt. illũ in uenatu comitant̃:illi parent. Nãq; inter ſe exercent ẽt magiſteria. Certũ eſt iuxta nilũ amnẽ currentẽ lambere:ne crocodilos̃ auiditati occaſionem p̃beant. Indiã petenti Alexandro magno rex albaniæ dono dederat inuſitatæ magnitudinis unũ:cuius ſpẽ delectatus iuſſit urſos:mox apros:& deinde damas emitti contẽptu imobili iacẽte. Eaq; ſegnicie tanti corporis offenſus imperator generoſi ſpiritus eũ interimi iuſſit. Núciauit hoc fama regi. Itaq; alter̃ mittens addidit mandata:ne in paruis experiri uellet:ſed in leone elephantoue. Duos ſibi fuiſſe. Hoc interempto p̃terea nullũ fore. Nec diſtulit Alexãder:leonẽq; fractũ,ptinus uidit. Poſtea elephantũ iuſſit iduci haud alio magis ſpectaculo lætatus:horrentibus quippe p totum corpus uillis ingenti primũ latratu ĩtonuit. Mox ĩ ceruicem aſſultãs:cõtraq; beluã exurgens hinc & illinc artifici dimicatione:qua maxime opus eſſet: infeſtans:atq; euitans:donec aſſidua rotatũ uertigine afflixit ad caſum eius tellure cõcuſſa. Canũ generibus annui ptus. Iuxta ad pariendũ annũa ætas. Gerũt in utero ſexagenis diebus Gignũt cæcos:& quo largiore alũ tur lacte:eo tardioré uiſum accipiũt. Non tamẽ unq̃ ultra uicesimũ primũ diẽ:nec ante ſeptimũ. Quidam tradunt ſi unus gignat̃ nono die cernere:ſi gemini decimo. Idẽq; in ſingulos adiici: totidemq; eſſe tarditatis ad lucẽ dies. Et ab ea quæ fœmina ſit ex primipara genita citius cerni. Optimus ĩ fœtu qui nouiſſimus cernere incipit:aut quẽ primũ fert in cubile fœta. Rabies canum ſyrio ardẽte homini peſtifera:ut diximus ita morſis lætalis aquæ metus. Qua propter obuiam itur per.xxx.eos dies gallinaceo maxime ſimo mixto canum cibis:aut ſi præuenerit morbus ueratro.

Ad canis rabidi morſum. CA. XLI.

AD morſum uero unicũ remedium oraculo quodam nuper repertũ. Radix ſilueſtris roſæ: quæ cynorhoda appellatur. Columella auctor eſt:ſi quadrageſimo die q̃ ſit natus:caſtret̃ morſu cauda:ſumuſq; eius articulus auferat̃:ſequenti neruo exempto:nec caudam creſcere:nec canes rabidos fieri. Canem locutum in prodigiis quod equidem annotauerim: accepimus: & ſerpentem latraſſe:cum pulſus eſt regno Tarquinus.

De natura equorum. CA. XLII.

EIdem Alexandro:& eq magna raritas cõtigit. Bucephalan eũ uocarũt. ſiue ab aſpectu toruo:ſiue ab inſigni taurini capitis armo impreſſi. Sexdecĩ talẽtis ferũt ex Philõico pharſali grege emptũ. ẽt tũ puero capto eius decore. Neminẽ hicaliũ q̃ Alexãdrũ regio iſtratus ornatu recipit in ſedem alios paſſim reiiciẽs. Idẽ ĩ ꝓliis memoratæ cuiuſdã phibet̃ operæ. Thebar̃ oppugnatiõe uulneratus:in alium tranſire Alexãdrũ nõ paſſus. Multa p̃terea eiuſdem modi. Propter q̃ rex defuncto ei duxit exequias. Vrbẽ tumulo circũdedit noĩe eius. Nec Cæſaris Dictatoris quẽq̃ aliũ recepiſſe dorſo equus tradit̃:idẽq; hoĩs ſimiles pedes priores habuiſſe. Hac effigie locatus ante Veneris gẽitricis ædẽ. Fecit & Diuus Auguſtꝰ equo tumulũ. De quo Germãici Cæſaris carmẽ ẽ. Agrigẽti cõpluriũ equor̃ tumuli pyrãides habẽt. Equũ adamatũ a Semiramide uſq; ad coitũ luba auctor eſt. Scythæ quidem eqtatus & equor̃ gloria ſtrepũt. Occiſo deniq; ipſor̃ regulo ex,puocatione dimicãtẽ hoſtẽ cũ victor ad ſpoliãdũ ueniſſet̃: ab equo eius ictibus morſuq; cõfectũ. Aliũ detracto oculor̃ opimẽto:& cognito cũ matre coitu:petiſſe ꝓrupta:atq; exanimatũ. Equã eadẽ ex cã in reatino agro laceratũq; pariter aurigã inuenimus. Nãq; & cognitionũ intellectus in iis eſt. Itaq; in grege prioris anni ſorore libẽtius ẽt q̃ matre equa comitat̃. Docilitas tãta eſt:ut uniuerſus ſybaritãi exercitus eqtatus ad ſymphõiæ cãtũ ſaltatione q̃dã moueri ſolitus iueniat̃. Iidẽ ꝓfagiũt pugnã:& amiſſos lugẽt dominos:lachrymaſq; iterdum deſiderio fundũt. Interfecto Nicomede rege:equus eius in edia uitã finiuit. Philarchus refert Centaretrium e galatis ĩ prælio occiſo Antiocho potitum equo eius conſcendiſſe ouãtẽ. At illum indignatione accenſum:domitis frenis ne regi poſſet p̃cipitẽ in abrupta iſſe:exanimatũq; una. Philiſtus a Dionyſio relictũ ĩ cœno hærẽtem:ut ſeſe euelliſſet:ſecutũ ueſtigia domini:examine apũ iubæ inhærẽte. Eoq; oſtento tyrannidẽ a Dionyſio occupatã. Ingenia eorũ inenarrabilia iaculãtes obſequio experiunt̃:difficiles conatus corpore ipſo:nixuq; inuitantium. Iã tela humi collecta eqti porrigũt. Nã in cyrco ad currus iuncti nõ dubie intellectũ abhortionis & gloriæ fatent̃. Claudii Cæſaris ſæculariũ ludor̃ cyrcenſibus excuſſo in carceribus auriga albati eq palmam occupauere:primatũ optinuere:oppiſita effũdẽtes oĩa q̃ cõtra æmulos debuiſſent:peritiſſimo auriga ĩſiſtẽte faciẽtes. Cũ puderet hoĩum artes ab equis uici:pacto legitimo curſu ad metã ſtetere. Maius auguriũ circa priſcos plebeiis cyrcenſibus excuſſo auriga:ita ut ſi ſtaret:ĩ capitoliũ cucurriſſe equos:ſedẽq; ter luſtraſſe. Maximũ uero eodẽ pueniſſe uel ædẽ a ueiis cũ palma & corona effuſo Ratumena:qui ibi uicerat. Vnde poſtea nomẽ portæ ẽ Sarmatæ longinq̃ itinera arcturi:in edia pridie p̃parãt eos:exiguũ tãtũ potũ impartiẽtes:atq; ita p cẽtena mil. & quinquaginta continuo curſu euntibus inſident. Viuunt annis quidem quinquagenis. Fœminæ minore ſpatio. Eædẽ quinquennio finem creſcendi capiunt:mares anno addito. Forma equorum quales maxime legi oporteat pulcherrime quidẽ Virgilio uate abſoluta eſt. Sed & nos diximus in libro de iaculatione equeſtri condito. & fere inter omnes conſtare uideo. Diuerſa autem cyrco ratio quæritur:Itaq; cum bimi in alio ſubigãtur imperio:non ante quinquennes ibi certamen accipiunt. Partum in eo genere undenis menſibus ferũt duodecimo gignunt. Coitus uerno equinoctio bimo utriq; uulgaris. Sed a trimatu firmior partus. Generat mas ad annos triginta tres. Vtpote cum a cyrco poſt uicesimum annum mittantur ad ſobolem reparandam. Et ad quadraginta duraſſe tradũt:adiutũ mõ ĩ attolẽda priore pte corporis. Sed ad generandum paucis aĩaliũ minor fertilitas. Qua de cauſa per interualla admiſſuræ dantur nec tamen quindecim initus eiuſdem anni ualet tollerare. Equarum libido extinguit̃ iuba tonſa. Gignũt annis omnibus ad q̃drage-

ſimum. Vixiſſe equum ſeptuagintaquinq; annis proditur. In hoc genere grauida ſtans parit: præterq; cæteras fœtũ diligit. Et ſane eqs amoris innaſci ueneficiũ: hippomones appellatum in fronte: caricæ magnitudine: colore nigro. Quod ſtatim edito partu deuorat fœta: aut partum ad ubera non admittit: ſi quis p̃reptũ habeat. Olfactu in rabiem id genus agitur. Amiſſa parente in grege armenti: reliquæ fœtæ educant orbũ. Terram attingere ore triduo proximo q̃ ſit genitus negant poſſe. Quo qs acrior: in bibendo profundius nares mergit. Scythæ per bella fœminis uti malũt: quoniam urinam curſu nõ impedito reddant. Cõſtat in luſitania circa ulyxipponẽ oppidũ & tagũ amnem equas fauonio flante obuerſas animalem concipere ſpiritũ: idq; partũ fieri: & gigni perniciſſimum ita: ſed triẽnium uitæ nõ excedere. In eadem hiſpania gallecia gens & aſturia eqni generis. Hi ſunt quos tiheldones uocamus. Minori Forma appellatos aſturcones gignũt. Quibus non uulgaris in curſu gradus: ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Vnde eqs tollutim carpere in curſus traditur arte: Equo fere qui homini morbi: præterquam ueſcicæ cõuerſio ſicut omnibus in genere ueterino.

De Aſinis. CA. XLIII.

ASinum quadringentis nummis emptũ. Q. Aſio ſenatori auctor eſt. Mar. Varro: haud ſcio an omnium precio animaliũ uicto: opera ſine dubio geruli mirifica arando quoq;. Sed multaq; maxime pro generatione patria etiam ſpectat in his arcadibus in achaia. In italia reatinis. Ipſum animal frigoris maxime impatiens: ideo non generat in ponto nec in æquinoctio uerno: ut cætera pecuca admittit: ſed ſolſtitio. Mares in remiſſione operis deteriores. Partus: xxx. menſe ociſſimus: ſed a trimatu legittimus. Totidem quot equæ: & eiſdem menſibus: & ſimili modo. Sed incontinens uterus urinã genitalem reddit: ni cogatur in curſum uerberibus a coitu. Raro geminos parit: Paritura lucem fugit: & tenebras: quærit: ne cõſpiciatur ab homine. Cignit tota uita: q̃ eſt ei ad. xxx. annũ. Partus charitas ſumma: ſed aquarũ tediũ maius. Per ignes ad fœtus tendũt. Eæ item ſi riuus minimus iterſit: horrent ita: ut pedes omnino caueant tingere. Nec niſi aſſuetos potant fontes: q̃ ſunt in pecuariis. Atq; ita ut ſicco tramite ad potum eant. Nec pontes tranſeant per raritatem plantarum tranſlucentibus fluuiis. Mirumq; dictu ſitiũt: & ſi immutentur aquæ ut bibant: cogendæ exonerandæue ſunt. Nec niſi ſpacioſe incubant alias atteruntur. Varia nanq; ſomnio uiſa concipiũt ictu pedum crebro: qui niſi per inane emicuerit repulſu durioris materiæ clauditatem ilico affert. Quæſtus ex iis opima prædia exuperat. Notum eſt in celtiberia ſingulas quadragenis milibus numorum emi. At mularum maxime partus aurium referre in his & palpebraq; pilos aiũt. Quamuis enim unicolor toto reliquo corpore: totidem tamen colores quot ibi fuere: reddit. Pullos carũ epulari Mœcenas inſtituit: multũ eo tempore prælatos onagris. Poſt eũ interiit auctoritas ſaporis. Sed aſino moriente uiſo celerrime id genus deficit.

Vel palancarũ Vel eorum

De Mulis. CA. XLIIII.

EX aſino & equa mulus gignitur menſe. xii. Animal uiribus in labore eximium. Ad tales partus equas neq; quadrimis minores: neq; decennibus maiores legũt arceriq; utrũq; genus ab altero narrant: niſi in infantia eius generis quod ineant lacte hauſto. Quapropter ſubreptis ſtatim pullis in tenebris equaq; uberi aſinarũue equuleos admouent. Gignit aũt mula ex equo & aſina ſed effrenis: & tardatis indomitæ. Lenta omnia eſſe uetulis. Conceptũ ex equo ſecutus aſini coitus abortu perimit. non item ex aſino eq. Fœminas a partu optime. vii. die impleri obſeruatũ eſt mares fatigatos melius implere. Quæ non priuſq̃ dentes: quos pullinos appellant iaciat: conceperit ſterilis intelligit. Et quæ non prio initu generare cœperit. Equo & aſina genitos mares hinulos antiq uocabãt: cõtraq; mulos quos aſini & equæ generarent. Obſeruatũ e duobus diuerſis generibus nata tertii generis fieri: & neutri parentũ eſſe ſimilia. Eaq; ipſa q̃ ita nata ſũt non gignere in omni animaliũ genere: iccirco mulas non parere. Eſt in annalibus noſtris peperiſſe ſæpe: ueq; prodigii loco habitũ. Theophraſtus uulgo parere in cappadocia tradit. Sed eſſe id animal ibi ſui generis. Mulæ calcitratus inhibet uini crebriore potu. In plurium græcoq; ẽ monumentis cũ equa muli coitu natũ: quem uocauerũt hinũ ideſt paruũ mulũ. Generant ex equa & onagris manſuefactis mulæ ueloces in curſu: duricia eximia pedũ: ueq; rugoſo corpore: in domito animo: ſed generoſo. Onagro & aſina genitus omnes antecellit. Onagri in phrygia & lycaonia præcipui. Pullis eorũ ceu præſtantibus ſapore africa gloriatur: quos laliſiones appellant. Mulum. lxxx. annis uixiſſe athenienſium monumentis apparet. Eo gauiſi cum templum in arce facerẽt: quod derelictis ſenecta cadentia iumẽta comitatu niſuque exhortaret: decretum fecere: quo caueretur: ne frumentarii negociatores ab incerniculis eum arcerent.

De Bubus. CA. XLV.

BVbus indicis camelorum altitudo traditur: cornua in latitudinem quaternorum pedum. In noſtro orbe epiroticis laus magna a Pyrrhi (ut ferunt) iam inde regis cura. Id conſecutus eſt non ante quadrimatum ad partus uocandos. Prægrandes itaq; fuere: hodieq; reliquiæ ſtirpium durant. At nunc aniculæ ad fœcunditatem poſcuntur. tolerantius tamen bimæ. Tauri generatiõem quadrini implent: & ſingulis denæ eodem anno traduntur. Si autem poſt coitum in dexteram partem habeãt tauri: generatos mares eſſe: ſi in leuam fœminas. conceptio: uno initu peragitur: quod ſi forte pererrauit. xx. poſt diem marem fœmina repetit. Pariunt menſe. x. quicquid ante genitum inutile eſt. Sunt auctores ipſa complente. x. menſe duos parere: nunc raro geminos. Coitus a delphini exortu ad pridie nonas ianuarii diebus. xxx. aliquibus & autumno: gentibus quidem quæ lacte uiuunt: ita fœtus diſpenſantibus: ut omni tempore anni ſuperſit id alimentum. Tauri non ſæpius quam bis die ineunt. Boues animalium ſoli: & retro ambulantes paſcuntur. Apud garamantas quidem haud aliter. Vita fœminis. xv. annis longiſſima:

Maribus.xx.Robur in quimatu.Lauatione calidæ aquæ traduntur pingueſcere:& ſi quis inciſa cute ſpiri tum in uiſcera harundine adigat.Nō degeneres exiſtimari ēt minus laudato aſpectu:plurimū lactis alpinis quibus minimum corporis:plurimū laboris capite non ceruice iunctis.Syriacis non ſunt palearia: ſed gib ber in dorſo.Carici quoq; in parte Aſiæ fœdi uiſu tubere ſuper armos a ceruicibus eminente:laxatis corni bus excellentes in opere narrantur.Cæteri nigri coloris candidiue ad laborem damnant.Tauris minora q̄ bubus cornua tenuioraq;.Domitura boū in trimatu:poſtea ſera:ante p̄matura.Optime cū domito iuuen cus imbuit.Sociū.n.laboris agriq; culturæ habemus.Hoc aīal tantæ apud priores curæ ut ſit inter exēpla dānatus a populo romano die dicta:qui concubino procaci rure omaſum ediſſe ſe neganti occiderit.bouē actuſq; in exiliū ranq̄ colono ſuo interempto.Tauris in aſpectu generoſitas torua frōte:auribus ſetoſis:cor nibus in procinctu dimicationem poſcentibus.Sed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat:ira gliſcen te alternos replicans:ſpargenſq; in altum harenā:& ſolus aīalium eo ſtimulo ardeſcens.Vidimus de īperio dimicantes:& ideo ſe demonſtratos rotari cornibus cadentes excipi:iterūq; reſurgere:modo iacētes ex hu mo tolli:bigarūq; ēt curru citato uelut aurigas inſiſtere.Theſſalo& gentis inuētum eſt equo iuxta quadru pedante cornu intorta ceruice tauros necare.Primus id ſpectaculū dedit romæ Cæſar dictator.Hinc uicti mæ optimæ & lautiſſima deo& placatio.Huic tantū aīali omniū q̄bus procerior cauda non ſtatim nato cō ſumatæ:ut cæteris menſuræ:creſcit uni donec ad ueſtigia ima perueniat.Quā ob rē uictima& p̄batio in ui tulo:ut articulū ſuffraginis cōtingat:breuiore non litant.Hoc quoq; nota& uitulos ad aras humeris hoīs allatos nō fere litare:ſicut nec claudicante:nec aliena hoſtia deos placari:nec trahente ſe ab aris.Eſt frequēs in prodigiis priſco& bouem locutum.Quo nunciato ſenatum ſub diuo haberi ſolitum.

De Api boue. CA. XLVI.

BOs in ægypto ēt numinis uice colitur.Apim uocant.Inſigne ei in dextro latere cā dicans macula cornibus lunæ creſcere incipientis.Nodus ſub lingua:quem cantarū appellant.Non eſt fas eum certos uitæ excedere:annos:merſumq; in ſacerdotum fonte enecant:quæ ſiturī luctu aliū:quem ſubſtituant:donec inueniant:mœrent.Deraſis ēt capitibus:nec tamen uſq̄ diu quæritur.Inuen tus deducitur a ſacerdotibus memphim.Sunt delubra ei gemina:q̄ uocāt thalamos auguria populo&.Al terum intraſſe lætum eſt:in altero dira portendit.Reſponſa priuatis dat e manu conſulentium cibū capiē do.Germanici Cæſaris manū auerſatus eſt:haud multo poſt extincti.Cætero ſecretus cum ſe prorupit in cœtus incedit:ſummoto ſtrepitu lictor&:grexq; puero& comitat carmē honori eius canētiū:intelligere ui detur:& adorari uelle.Hi greges repente lymphati futura p̄cinūt.Fœmina bos ſemel ei anno oſtendit ſuis & ipſa inſignibus:q̄q̄ aliis:ſemperq; eodem die & inueniri eam:extinguiq; tradunt.Memphi eſt locus in ni lo:quē a figura uocant phialam.Omnibus annis ibi auream pateram argenteamq; mergētes:diebus quos habent natales apis.Septem hi ſunt.Mirumq; neminem per eos a crocodilis attingi.Octauo poſt horam diei.vi.redire beluæ feritatem.

De natura pecudum & pecorum. CA. XLVII.

MAgna & pecori gratia:uel in placamentis deo&:uel in uſu:uellerum.Vt boues ſumptum hoīum excolunt:ita corporum tutela pecori debetur.Generatio bimis utriq; ad nouenos annos: q̄buſ dam & ad.x.primiparæ minores fœtus.Coitus omnibus ad arcturi occaſum ideſt a tertio idus maias ad aquilæ occaſum ideſt.xiii.calen.auguſti.Gerunt partum diebus.cl.poſtea concepti in ualidi:Cordos uocabant antiqui poſt id tp̄s natos.Multi hybernos agnos p̄ferūt uernis:quoniā magis in terſit ante ſolſtitium:q̄ ante brumam firmos eſſe:ſolumq; hoc animal utiliter bruma naſci.Arieti natura le agnas faſtidire:ſenectam ouium conſectari:& ipſe ſenecta melior:illis quoq; utilior.Ferocea eius cohibe tur cornu iuxta aurem terebrato.Dextro teſte præligato fœminas generat:leuo mares.Tonitrus ſolitariis ouibus abortus inferūt.Remediū eſt congregare eas:ut cœtu iuuent.Aquilonis flatu mares concipi dicūt auſtri fœminas.Atq; in eo genere arietū maxime ſpectant ora:quia cuius coloris ſub lingua habuere uenas eius:& lanitiū eſt in fœtu:uariūq; ſi plures fuere:& mutatio aquā& potuſq; uariat.Ouiū ſūma genera duo tectū:& colonicū.Illud mollius:hoc in paſcuo elegantius.Quippe cū tectū rubis ueſcat.Operimenta eis ex arabacis præcipua.Lana autem laudatiſſima apula:& quæ in italia græci pecoris appellatur:alibi italica. Tertium locum mileſiæ oues obtinent.Apulæ breues uillo:nec niſi penulis celebres.Circa tarentū canu ſiumq; ſūmam nobilitatē habēt.In aſia uero eodem genere laodiceæ.Alba circūpadanis nulla p̄fert:nec li bra cētenos numos ad hoc æui exceſſit ulla.Oues nō ubiq; tōdent.Durat q̄buſdam in locis mos uellendi. Colo& plura genere.Quippe cum deſint etiam noīa eis:quas natiuas appellant aliquot modis.

De generibus lanarum & ueſtium. CA. XLVIII.

HIſpania nigri uelleris p̄cipuas hēt:pollentia iuxta alpes:canuſia rutuli:quas erythras uocant: Item betica ut canuſium.Fuluas tarentum:ac pulliginis ſuæ:& ſuccidis omnibus uſus medicatus.Hy ſtriæ liburniæq; pilo proprior q̄ lanæ pexis aliena ueſtibus:& quam ſola ars ſcutulato textu com mendat.In luſitania ſimilis circa piſcinas ,puinciæ narbonenſis:Similis & in ægypto: ex aqua ue ſtis detrita uſu tingit:rurſuſq; æuo durat.Eſt & hirtæ filo craſſo in tapetis antiquiſſima gratia. Iam certe priſcos iis uſos Homerus auctor eſt.Aliter hæc galli tingunt:aliter parthorum gentes.Lanæ: & per ſe coa ctæ ueſtem faciunt: & ſi addatur acetum etiam ferro reſiſtunt:immo uero etiam ignibus. Nouiſſimo ſui purgamento: quippe athenis coquentium extractæ indumentis uſu ueniunt: galliarum (ut arbitror) inuētū.Certe gallicis hodie nominibus diſcernuntur: nec facile dixerim:qua id ætate cœperint. Antiquis enim torus e ſtramento erat qualiter nunc ēt in caſtris gauſape. Patris mei memoria cœpere amphimala nā:ſicut uiloſa & ēt uentralia.Nā tunica lati claui i modū gauſape texi nūc primū icepit.Lana& nigræ nul

lū colorē bibūt. De reliquaꝝ infectu ſuis locis dicemus. In cōchiliis marinis: aut herbaꝝ natura: lanā colo & fuſo Tanaquilis: quæ eadē Caia Cecilia uocata eſt: in templo. M. Anci duraſſe prodente ſe: auctor eſt. M. Varro: factamq; ab ea togā regiā ungulatā ī æde fortunæ: qua Seruius Tullius fuerat uſus. Inde factū: ut nubentes uirgines comiterē colus compta & fuſus cū ſtamine. Ea prima texuit rectā tunicā: qua ſimul cum toga pura tyrone induunt nouæq; nuptæ. Vngulata ueſtis primo lautiſſimis fuit: inde ſurriculata defluxit. Togas raſas: phrygianaſq; Diui Auguſti nouiſſimis tpibus cœpiſſe ſcribit Feneſtella. Crebræ papauerataꝫ antiquiorē habent originem. Iam ſub Lucilio poeta in Torquato notatæ. Prætextæ apud hetruſcos originē inuenere. Trabeis uſos accipio reges. Pictas ueſtes iam apud Homeꝝ fuiſſe: unde triūphales natæ. Acu facere idæi phryges inuenerūt: ideoq; phrygiones appellati ſunt. Auꝝ intexere in eadē aſia inuenit Attalus rex: unde nomē attalicis. Colores diuerſos picturæ intexere Babylon maxime celebrauit: & nomē īpoſuit. Plurimis uero liciis texere: q̄ polymita appellāt: alexādria inſtituit. Scutulis diuidere gallia. Metellus Scipioni triclinaria babylonica ſeſtertiū octingētis millibus ueniſſe: iā tūc poſuit in capitalibus criminibus: q̄ Neroni principi q̄dringentis millibus ſeſtertiū nuper ſtetere. Seruii Tullii prætextæ: qbus ſignū fortūæ ab eo dicatæ coopertū erat: durauere ad Seiani exitū. Mirūq; fuit nec defluxiſſe eas: nec teredonū iniurias ſenſiſſe annis. d. lx. Vidimus iā & bidentiū uellera purpura: cocco: cōchylio ſexqpedalibus libris īfecta: uelut illa ſic naſci cogēte luxuria. In ipſa oue ſatis generoſitatis oſtenditur breuitate crurum: uentris ueſtitu: quibus nudus eſſet: apicas uocabant: damnabantq; : Scyriæ cubitales ouium caudæ: plurimumq; in ea parte lanicii. Caſtrari agnos niſi quinque meſtres præmaturum exiſtimant.

De muſimonio. CA. XLIX.

ESt & in hiſpania: & maxime corſica nō maxīe abſimile pecori genus muſimonū: caprino uillo: q̄ pecoris uelleri ꝓpius: Quorum e genere: & ouibus natos priſci umbros uocauerunt. Infirmiſſimum pecori caput: Quāobrem auerſum a ſole paſci cōgēdum. Quam ſtultiſſima animalium lanata. Qua timuere ingredi unū cornu rapto ſequunt. Vita longiſſima annis. x. in æthiopia. xiii. Capris eodem loco. xi. In reliquo orbe plurimum octo. Vtrunque genus intra quartum coitum impletur.

De capris & generatione earum. CA. L.

CApræ pariūt & q̄ternos: ſed raro admodū. Ferūt qnq; mēſibus: ut oues. Capræ pinguedinæ ſterileſcūt. Trimæ minus utiliter generāt: & in ſenecta: nec ultra q̄driēniū. Incipiūt. vii. mēſe: & adhuc lactātes. Mutilū in utroq; ſexu utilius. Primus in die coitu nō iplet: ſequēs efficatior: ac deīde cōcipiūt nouēbri mēſe: ut martio pariāt turgeſcētibus uirgultis. Aliqn̄ aniculæ: ſemꝑ bimæ: in trimatu inutiles pariunt octonis annis. Abortus frigori obnoxius. Oculos capra ſuffuſos iunci puncto ſanguine exonerat: Cap rubi. Solertiā eius aīalis Mutianus uiſā ſibi ꝓdidit in pōte ptenui duabus obuiis e diuerſo cū circūactū anguſtiæ nō caperēt: nec reciprocationē lōgitudo in exilitate: cæca torrēte rapido minaciter ſubter fluēte: alterā decubuiſſe: atq; ita alterā ꝓculcatæ ſupgreſſam. Mares q̄ maxīe ſimos longis auriculis infractiſq; armis q̄ uiliſſimos ꝓbant. Fœminaꝝ generoſitatis inſigne laciniæ corpibus & ceruice binæ dependētes: Nō oibus cornua: ſed qbus ſunt: in his & indicia annoꝝ ꝓ incremēta nodoꝝ. Mutilis lactis maior ubertas. Auribus eas ſpiraræ: nō naribus: nec unq̄ febri carere Archelaus auctor ē. Ideoq; fortaſſis: q̄ aīa his q̄ ouibus ardentior: calidioreſq; cōcubitus. Tradūt & noctu nō minus cernere q̄ interdiu. Et iō caprinū iecur: ſi ueſcaꝫ: reſtituit ueſpertinā aciē his: quos nyctalopas uocāt. In cilicia circaq; ſyrias uillo tonſili ueſtiū tur. Capras in occaſum decliui ſole in paſcuis negāt cōtueri iter ſeſe: ſed auerſas iacere. Reliqs āt horis inter ſe aduerſas & cognitiores. Dependet oīum mento uillus: quem aruncum uocāt. Hoc ſi qs apprehenſam ex grege unam trahat: cæteræ ſtupentes ſpectant. Id etiam euenire cum q̄dam herbam aliqua ex eis momorderit. Morſus eaꝝ arbori exitialis. Oliuā lābendo quoq; ſterilem faciunt. Eaq; ex cā Mineruæ immolatur.

Vel ſyrtes

De ſuibus: & natura earum. CA. LI.

SVilli pecoris admiſſura a fauonio ad æqnoctiū uernū ætatis. viii. menſe. Quibuſdā in locis ēt a. iii. uſq; ad. vii. annū. Partus bis in āno. Tēpus utero. iii. mēſiū. Nūerus fœcūditatis ad uicēos: Sed educare tam multos nequeūt. Diebus. x. circa brumā ſtatī dētes naſci Nigidius tradit. Implent uno coitu: q & geminatus ꝓp facilitatē abortiēdi remediū ne pria ſubatiōe: neq; ante flacidas aures coitus fiat. Mares nō ultra trimatū generāt. Fœminæ ſenectute feſſe cubātes coeunt. Comeſſe fœtus his nō ē ꝓdigiū. Suis fœtus ſacrificio die. v. purus ē. Pecoris die. vii. Bubus. xxx. Corūcanius ruminalis hoſtias donec bidētes fierēt: puras negauit. Suē oculo amiſſo putāt cito extīgui: alioqn uita ad. xv. annos: qbuſdā uicēos: Veꝝ efferāt: & alias obnoxiū genus morbis anginæ maxīe: & ſtrumæ. Index ſuis ſualidæ cruor ī radice ſetæ dorſo euulſæ: caput obliquū ī iceſſu. Penuriā lactis ꝑpigues ſentiūt: & prio fœtu minus ſūt nūero ſæ. In luto uolutatio gñi grata. In torta cauda. Id ēt notatū facilius iaceī ī dexteꝝ q̄ leuū detortā. Pigueſcūt. lx. diebus: ſed magis tridui iedia ante ſaginationē orſa. Aīaliū hoc maxīe brutū: aīamq; ei ꝑ ſale datā nō illepide exiſtimabaꝫ. Cōptū agnita uoce ſuarii furto abactos: merſo nauigio īclinatiōe lateris unius remeaſſe. Qui & duces ī urbe ſoꝝ nūdiariū domoſq; petere diſcūt: & feri ſapiūt ueſtigia palude cōfūdere: urina fugā leuare. Caſtrant fœmiæ ſic quoq; uti cameli poſt bidui iediā: ſuſpēſæ pnis prioribus: uulua reciſa celerius. Ita pingueſcūt. Et adhibeꝫ ars iecori fœminaꝝ: ſicut anſeꝝ. Inuētū. M. Apicii fico: carica ſaginatis: a ſacietate necatis repēte mulſi potu dato: Neq; alio ex aīali nūeroſior materia ganeæ: qnquagīta ꝓpe ſapores: cū cæteris ſinguli. Hīc cēſoriaꝝ legū paginæ: iterdictaq; cœnis abdomina: glādia: teſticuli: uuluæ: ſincipita uerrina: ut tñ Publii mimoꝝ poetæ cœna: poſtq̄ ſeruitutē exuerat: nulla memoreꝫ ſine abdomine: ēt uocabulo ſuminis ab eo īpoſito. Placuere āt & feri ueſicæ. Catonis cēſoris oſones aprinū exprobrāt callū. In tres tamptes diuiſo apro media ponebāt lūbos aprunos appellata. Solidū aprū romanoꝝ prīus ī epulis appoſuit. P.

Seruilius Rullus pater eius Rulli:qui Ciceronis in consulatu legem agrariam promulgauit.Tam propin qua origo nunc quotidianæ rei est.Et hoc annales notarunt horum.s.ad emendationem morum: quibus notata quidem esset cœna sed in principio bini terniq; pariter mandebantur apri.

De uiuariis bestiarum. CA. LII.

VIuaria eorum cæterorumq; silvestrium primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus: qui ī tarquinensi feras pascere instituit.Nec diu imitatores defuere.L.Lucullus: & Qu. Hortensius. Sues feræ semel anno gignunt.Maribus in coitu plurima asperitas.Tunc inter se dimicant indu rantes attritu arborum costas:lutoq; se tergorantes.Fœminæ in partu asperiores:& fere simili/ ter in omni genere bestiarum.Apris maribus non nisi anniculis generatio.In india cubitales.dentium fle/ xus gemini ex rostro.Totidem a frōte ceu uituli cornua exeūt.Pilus æreo similis agrestibus: cæteris niger. At in arabia suillum genus non uiuit in ullo genere.

De semiferis animalibus. CA. LIII.

AEque facilis mixtura cum fero:qualiter natos antiqui hibridas sues uocabant semiferos. ad ho/ mines quoq; ut in Caium Antonium Ciceronis in consulatu collegam appellatione translata nō in suibus tantū:sed in oībus quoq; animalium cuiuscūq; generis ullum est placidū.Eiusdem in/ uenit & ferū:utpote cū hominū ēt silvestrium tot genera p̄dicta sint.Capræ tamē in plurimas si militudines trāsfigurātur.Sūt capræ:sunt rupicapræ:sūt ibices p̄nicitatis mirādæ:q̄q̄ onerato capite uastis cornibus gladiorumq; uaginis in hæc se liberant:ut tormento aliquo rotati in petris potissimum:e mon te aliquo in aliū transire cupientes:atq; recursu pernici quo libuerit:exultant.Sūt & origes: soli a quibusdā dicti contrario pilo uestiti:& ad capud uerso.Sunt & damæ:& pigargi:& strepsicerotes:multaq; alia haud dissimilia.Sed illa alpes: hæc transmarini situs mittunt.

De Simiis. CA. LIIII.

SImiarum quoq; genera hominis figuræ proxima caudis inter se distinguuntur. Mira solertia: uisco inuugunt laqueos:calcearicq; imitatione uenantium traduntur. Mutianus & latrunculis lusisse fictis:cæra:nuces usu distinguere.Cornelius luna caua tristes esse: quibus in eo genere cauda sit.Noua exultationem adoriri.Nanq; defectum syderum & cæteræ pauent quadrupe// des.Semiarum generi præcipua erga fœtum affectio.Gestant catulos:quos mansuefactæ intra domos pe/ perere:omnibus demonstrant:tractariq; gaudent:tractatu gratulationem intelligentes.Itaq; magna ex par te complectendo necāt. Efferatior cynocephalis natura:sicut mitissima satyris.Callitriches toto pene aspe ctu differunt.Barba est in facie:cauda late diffusa priori parte.Hoc animal negat uiuere i alio nisi in æthio piæ:quo gignitur:cœlo.

De Leporibus. CA. LV.

LEporum plura sunt genera:in alpibus candidi:quibus hybernis mensibus pro cibatu niuem cre/ dunt esse.Certe liquiscente ea rutilescunt annis oībus.Et est aliquod aīal intolerandi rigoris alun num leporum generis.Sunt & quos hispania cuniculos appellat fœcunditatis innumeræ: famēq; balearibus insulis populatis messibus afferens.Fœtus uentre exectos:uel uberibus ablatos non re purgatis interraneis gratissimo in cibatu habēt:laurices uocant.Certum est balearicos aduersus prouentū eoꝝ auxiliū militare a Diuo Augusto petisse.Magna pp uenatū eoꝝ uiueris gratia est.Iniiciunt eas in spe/ cus:qui sunt multifores in terris:unde & nomen aīali atq; ita eiectos superne capiūt. Archelaus auctor est quot sint corporis cauernæ ad excrementa:lepori totidem annos esse ætatis.Varius certe numerus reperi/ tur.Idem utrāq; uim singulis inesse:ac sine mare æque gignere.Benigna circa hoc natura innocua:& escu/ lenta aīalia fœcunda generauit.Lepus omniū p̄dæ nascens solus:p̄ter dasipodē supfœtat: aliud educās:aliud in utero pilis uestitum:aliud ī plume: aliud inchoato gerens ptu.Necnō & uestes leporino pilo facere tenta tū est tractu nō perinde molli:ut in cute propter breuitatem pili dilabi.

De Damis. CA. LVI.

DAmæ mansuescunt:raro: cum feræ iure dici non possint. Complura nanque sunt: nec placi/ da nec fera: sed mediæ inter utrumque naturæ:ut in uolucribus hirundines: apes in campo in mari delphini.

De muribus & gliribus. CA. LVII.

QVo in genere multi:& hos incolas domus impositere mures haud spernendum in ostentis etiam publicis animal.Arrosis lauini clypeis argenteis marsicum portendere bellum:Carboni impera/ tori apud clusium fasciis qbus in calciatu utebat exitium.Plura eorum genera in cyrenaica regio/ ne: alii lata fronte:alii acuta:alii herinaceorum genere pungentibus pilis.Theophrastus auctor est in gyaro insula:cum incolas fugassent:ferrū quoq; rosisse.Cōstat id qd iacturā qdā & ad chalybas fecere in ferrariis officinis.Aurariis qdē in metallis ab hoc aluos eoꝝ excidi:sempq; id furtū deprehēdi:tātā eē dul/ cedinē furādi.Venisse murē.cc.nummis casilinū obsidēte Hānibale:eūq; q uēdiderat fame interisse:empto rē uixisse annales tradūt.Cū candidi prouenere:lætū faciūt ostētū.Nā soricū occētu dirimi auspicia annales refertos habemus.Sorices & ipsos hyeme cōdi auctor est Nigidius:sicut glires:quos cēsoriæ legis pricipes. Qu.Scaurus &.M.in cōsulatu nō alio mō cœnis ademere:q̄ cōchylia:aut ex alio orbe cōuectas aues.Semi/ ferū & ipsum animal:cui uiuaria in doliis idem:qui apris instituit. Qua in re notatū non congregari nisi populares eiusdem siluæ:& si misceantur alienigenæ:nisi amne uel monte discreti interire dimicando.Ge nitores suos fessos senecta alunt insigni pietate: senium finitur hyberna quiete.Conditi enim & hi cubant ursus æstate iuuenescūt:simili & mustellis quiete.

Quæ animalia quibus in locis non ſint. CA. LVIII.

SIc mirum rerum naturam non ſolum alia aliis dediſſe terris animalia: ſed in eodem quoq; ſitu quædam aliquibus locis negaſſe. In meſia ſilua italiæ non niſi in parte reperiuntur hi glires. In licia dorcades non tranſeunt montes ſyris uicinos. Onagri mõtẽ: q cappadociam a lycia diuidit. In helleſponto in alienos fines non commeant cerui: & circa argninuſſam elatum montem non excedunt auribus etiam in monte fiſſis. In pordoleſene inſula uiciniã muſtellæ non tranſeunt. In bœtia lebadia illatæ ſolum ipſum fugiunt: quæ iuxta in orchomeno tota ſubruunt arua talpæ: quatum e pellibus cubicularia uidimus ſtragula. Adeo ne religio quidem a portentis ſummouet delitias. In ithaca lepores illati moriuntur: extremis quidem in littoribus. In ebuſo cuniculi non ſunt: ſcatẽt in hiſpania balearibuſq; Cyrenis mutæ fuere ranæ: illatis e continente uocalibus durat genus earum. Mutæ ſunt etiam nunc in ſeripho inſula; Eædem alio tranſlatæ canunt. Quod accidere & in lacu theſſaliæ ſicendo traduntur: in italia muribus araneis uenenatus eſt morſus. Eoſdem ulterior apennina regio non habet. Idem ubicũq; ſint orbitam ſi tranſiere: moriuntur. In olympo macedoniæ monte non ſunt lupi. Nec in creta inſula: ibi quidẽ nõ uulpes urſiue: aut omnino ullum maleficum animal: præter phalangiũ. Aranei id genus de quo dicemus ſuo loco: Mirabilius in eadem inſula ceruos pterq; in cidoneatarum regionem non eſſe. Item apros & attagenas: herinaceos. In africa autem: nec apros nec ceruos: nec capreas: nec urſos.

Quæ aduenis noceant. CA. LIX.

MAm quædam animalia innoxia indigenis aduenas interimunt ſicut ſerpentes. Parcũt in myrinthe: quos terra naſci proditur. Item in ſyria angues circa euphratis maxime ripas dormientes ſyros non attingunt. Aut etiam ſi calcati momordere: non ſentiunt maleficia: alios cuiuſq; gentis infeſti auide & cum cruciatu exanimantes. Quamobrem & ſyri non necant eos. Contra in alete nio cariæ monte Ariſtoteles tradit a ſcorpionibus hoſpites non læditi indigenas interimi. Sed reliquorum quoq; animalium: & præterea terreſtrium dicemus genera:

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER NONVS.

De Aquatilium Natura. CA. I.

Vel cõplura

NIMALIVM: QVAE terreſtria appellauimꝰ hominum quadam cõſortione degentia indicata natura é. Ex reliqs minimas eſſe uolucres cõuẽit. Quamobrem prius æquorũ: amniũ: ſtagnorumq; dicẽtur.

Quare in mari maxima aïalia. CA. II.

SVnt ãt cõplura in his maiora etiam terreſtribus. Cauſa euidens humoris luxuria: alia ſors alitum: Quibus uita pẽdentibus in mari autem tam late ſupino: mollioq; ac fertili accremẽto accipiente cauſas genitales ſublimi ſemperq; pariente natura: pleraq; etiam mõſtrifica reperiuntur: perplexis & in ſemet. aliter atq; aliter nunc flatu: nunc fluctu conuolutis ſeminibus: atque principiis. Vt uera fiat uulgi opinio: quicquid naſcatur in parte naturæ ulla: & in mari eſſe: præterq; multa: quæ nuſquam alibi rerum quidem non ſolum animalium ſimulacra ineſſe: licet intelligere intuẽtibus uuam: gladium: ſerras. Cucumim uero: & in colore: & in odore ſimilem. Quo minus miremur equorum capita in tam paruis eminere cocleis.

De indici maris beluis. CA. III.

PLurima autem: & maxima in indico mari animalia: e quibus balenæ quaternum iugerum priſtes ducenum cubitorum. Quippe ubi locuſtæ quaterna cubita impleant. Anguilæ quoque in gange amne tricenos pedes. Sed in mari beluæ circa ſolſtitia maxime uiſuntur. Tunc illic ruunt turbines: tunc imbres: tunc deiectæ montium iugis procellæ ab imo uertunt maria: pulſataſq; ex profundo beluas cum fluctibus uoluunt: & alias tanta tynnorum multitudine: ut magni Alexãdri claſſis haud alio modo: quam hoſtium acie obuia contrarium agmen aduerſa fronte dirrexerit. Aliter ſparſis non erat euadere: qui non uoce: non ſonitu: non ictu: ſed fragore terrentur: nec niſi ruina turbantur. Cadara appellatur rubri maris peninſula. Huius obiectu uaſtus efficitur ſinus. xii. dierum & noctium remigio enauigatus Ptolémæo regi: quando nullius auræ recipit afflatum. Huius loci quiete precipua ad immobilem magnitudinem beluæ adoleſcunt. Gedroſi: qui arbin amnem accolunt: Alexandri magni claſſiũ præ-

fecto prodidere in domibus fores maxillis beluarum facere ossibus tecta cõtignare. Ex quibus multa qua dragenum cubitorum longitudinis reperta. Exeunt & pecori similes beluæ ibi in terram: pastæq; radices fruticum remeãt: & quædam equoꝝ: asinorum: taurorum capitibus: quæ de pascũtur fata maximũ aĩal in indico mari pistris: & balena est.

Quæ in quoq; oceano maxima. CA. IIII.

IN gallico oceano physeter ingentis columnæ modo se attollens: altiorq; nauium uelis diluuiem quandam eructans. In gaditano oceano arbor in tantum uastis dispansa ramis: ut ex ea causa fretum nunq; intrasse credatur. Apparent & rotæ appellatæ a similitudine quaternis distictæ radiis modiolos earum oculis duobus utrinq; claudentibus.

De tritonum: & nereidum: & elephantoꝝ marinoꝝ figuris. CA. V.

TIberio principi nunciauit olysiponẽsium legatio ob id missa uisum auditumq; in quodam specu concha canentem. Tritonem: qua noscitur forma. Et Nereidum falsa opinio non est squamis modo hispido corpore etiam: in quo humanam effigiem habent. Namq; hæc in eodem spectata littore est. Cuius morientis etiam gannitum tristem accolæ audiuere longe. Et Diuo Augusto legatus galliæ complures in littore apparere exanimes Nereidas scripsit. Auctores habeo i equestri ordine splẽdentes uisum ab his in gaditano oceano marinum hominem toto corpore absoluta similitudine ascendere nauigia nocturnis temporibus: statimq; degrauari quas insederit partes: & si diutius permaneat ét mergi. Tiberio principe contra lugdunensis prouinciæ littus insularum trecentas amplius beluas reciprocans destituit oceanus miræ uarietatis: & magnitudinis. Nec pauciores in santonum littore. Interq; reliquas elephantos: & arietes candore tantum cornibus assimilatis: Nereidas uero multas. Turanius uero prodidit expulsam beluam in gaditana littora: cuius inter pinnas quas ultimæ caudæ cubita. xvi. fuissent: dentes eiusdem. cxx. Maximi dodrantium mensura: minimi semipedum. Beluæ: cui dicebatur exposita fuisse Andromeda: ossa romæ apportata ex oppido iudææ ioppe ostendit inter reliqua miracula i ædilitate sua. M. Scaurus longitudine pedũ. xl. altitudine costaq; indicos elephãtos excedéte: Spiæ crassitudine sexquipedali.

De balenis & orcis. CA. VI.

BAlenæ autem nostra maria penetrant. In gaditano oceano nõ ante brumam conspici eas tradũt. Condi in æstatis temporibus in quodam sinu placido: & capaci mire gaudentes ibi parere. Hoc scire orcas infestam his beluam. Et cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia: quam carnis immensæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in secreta: ac uitulos earum & fœtas uel etiamnum grauidas lacerant morsu: incursuq; ceu liburnicarum rostris fodiunt. Illæ ad flexum immobiles: ad repugnandum inertes: & pondere suo oneratæ. Tunc quidem & utero graues: pariendiue pœnis inualidæ solum auxilium nouere: in altum profugere: & se toto defendere oceano. Contra orcæ occurrere laborant: seseq; opponere: & cautium angustiis trucidare: inuada urgere: saxis illidere. Spectantur ea prœlia ceu mari ipso sibi irato nullis in sinu uentis. Fluctibus uero ad anhelitus ictusq; q̃tos nulli turbines uoluãt. Orca & in portu hostiensi uisa est oppugnata a Claudio principe. Venerat tunc exædificãte eo portum inuitata naufragiis tergoꝝ euectoꝝ e gallia. satiansq; se per cõplures dies alueũ in uado sulcauerat: accumulata fluctibus in tantum: ut circũagi nullo modo posset. Et dum saginã psequit in littus fluctibus propulsa eminente dorso multum super aquas carinæ uice inuersæ: protendi iussit Cæsar plagas multiplices inter ora portus: profectusq; ipse cum prætorianis cohortibus po. ro. spectaculum præbuit: lanceas congerente milite e nauigiis assultantibus: quoꝝ unum mergi uidimus reflatu beluæ oppletum unda. Ora balenæ habent in frontibus. Ideoq; summa aqua annatantes in sublime nimbos eflant.

Vel lãci nant

uel icau tas

An spirent pisces an dormiant. CA. VII.

SPirant autem confessione omnium: & pauciſſima animalia in mari: quæ internorum uiscerum pulmonem habent. Quoniam sine eo nullum animal putatur spirare: nec piscium branchias habentes anhelitum reddere: ac per uices recipere existimant: quorum hæc opinio est. Nec multa alia genera etiam branchiis carentia. In qua sententia fuisse Aristotelem uideo: & multis persuasisse doctrinæ indaginibus. Nec me protinus huic opinioni eorum accedere haud dissimulo: quoniam & pulmonum uice aliis possunt alia spirabilia inesse uiscera ita uolente natura: sicut & pro sanguine multus alius humor. In aquas quidem penetrare hunc uitalem halitum quis miretur? qui etiam reddi ab his eum cernat: & in terras tanto quoq; spissiorem naturæ partem penetrare argumento animalium: quæ semper defossa uiuunt ceu talpæ. Accedit apud me certæ efficaciæ: ut credam omnia in aquis spirare naturæ suæ sorte: primum sæpe annotata piscium æstiuo calore quædam anhelatio: & alia tranquillo uelut oscitatio. Ipsorum quoq; qui sunt in aduersa opinione de somno piscium confessio. Quis enim sine respiratiõe somno locus? Præterea bullantium aquaꝝ sufflatio: lunæq; effectu: concharum quoq; corpora augescentia super omnia: esse auditum & odoratum piscibus: non erit dubium ex aeris utrunq; materia. Odorem quidé non aliud q̃ infectum aera intelligi posse. Quamobrem de his opinentur: ut cuique libitum erit. Branchiæ non sunt balenis: nec delphinis. Hæc duo genera fistulis spirant: quæ ad pulmonem pertinent. Balenis a fronte: delphinis a dorso. Et uituli marini: quos uocant phocas: spirant & dormiunt in terra. Item testudines: de quibus mox plura.

De Delphinis. CA. VIII.

VElocissimum omnium animalium non solum marinorum delphinus: sed ocior uolucre: acrior telo: ac nisi multum infra rostrum os illi foret medio pene in uẽtre: nullus piscium celeritatem eius euaderet. Sed affert morem prouidentia naturæ: quia nisi resupinitatq; conuersi non corri-

plunt:quæ causa præcipue uelocitatem eoꝝ offendit:Nam cū fame concitati fugientem inuada ima perſe
Vel iun cuti piſcem diutius ſpiritū continuere:ut arcu emiſſi ad reſpirandū emicant.Tātaq; ui exiliunt:ut plerūq;
cti uela nauiū tranſuolent uento:Agūt uere coniugia:pariūt catulos.x.menſe:æſtiuo tempore.Interdū & bi
nos nutriūt uberibus ſicut balena.Atq; ēt geſtāt fœtus in infantia infirmos.Quinetiā adultos diu comitā
tur magna erga partū charitate.Adoleſcūt.celeriter.X.annis putant ad ſūmam magnitudinem peruenire.
Viuūt ēt tricenis.Quod cognitum præſciſſa cauda in experimentū.Abdunt tricenis diebus circa canis or
tum:occultanturq; incognito modo.Quod eo magis mirꝝ eſt:ſi ſpirare in aqua nequeūt.Solent in terram
erūpere incerta de cauſa.Ēt ſtatim tellure tacta moriunt:multoq; ocius fiſtula obturata.Lingua eſt his cō
tra naturam aq̄tiliū mobilis:breuis:atq; lata:haud differens ſuillæ.Pro uoce gemitus humano ſimili:dor
ſum repandū:roſtrū:ſimū:Qua de cā nomē Simonis oēs miro mō agnoſcūt:malūtq; ita appellari.Delphi
nus non tantū hoīs amicū aīal:ueꝝ:& muſica arte mulcet ſymphoniæ cātu:& præcipue hydrauli ſono.ho
minem non expaueſcit ut alienū.Obuiā nauigiis uenit.Alludit exultans:certat ēt:& q̄is plena p̄terit uela.
Diuo aūt Auguſto principe lucrinū lacū inuectus pueꝝ ex baiano puteolos in ludū lit
teraꝝ ſtantem:cū meridiano immorans appellatū eū Simonis noīe ſæpius fragmentis panis: quem ob id
ferebat:allexiſſet:miro amore dilexit.Pigeret referre:ni res Mœcenatis:& Flauiāi:& Flauii alfii multorūq;
eēt litteris mādata.Quocūq; diei tpe inclamatus a puero q̄is occultus:atq; abditus:ex imo aduolabat: pa
ſtuſq; e manu p̄bebat aſcenſuro dorſum penne aculeos uelut uagina condens:receptūq;:puteolos p magnū
æquor in ludū ferebat.Simili modo reuehens pluribus annis:donec morbo extincto puero ſubinde ad cō
ſuetū locū uentitans triſtis:& merenti ſimilis ipſe quoq; (qđ nemo dubitaret) deſiderio expirauit.Alius in
ter hos annos in africo littore hipponis diarrhyti ſimili modo ex hominū manibus ueſcens:ferenſq; ſe tra
ctandū:& alludens natantibus:impoſitoſq; portans:unguento peruńctus a Flauiano proconſule africæ:&
ſopitus (ut apparuit) odoris nouitate fluctuatuſq; ſimilis exanimi:caruit hominū cōuerſatione: ut iniuria
fugatus per aliquot menſes:mox reuerſus in eodē miraculo fuit.Iniuriæ poteſtatū inhoſpitales ad uiſcēdū
uenientiū hypponēſes in necē eius compulerūt.Ante hæc ſimilia de puero in iaſſo urbe memorant:Cuius
amore ſpectatus longo tpe dū abeūtē in littus auide ſequitur:in harenam inuectus expirauit.Pueꝝ Alexā
der magnus babylone Neptuni ſacerdotio præfecit:amorem illū numinis propitii fuiſſe interpretatus:In
eadem urbe iaſſo.Egeſidemus ſcribit:& aliū pueꝝ Hermiam nomine ſimiliter maria perequitantem: cū
repentinæ procellæ fluctibus exanimatus eſſet:relatū:delphinūq; cauſam læti fatentem non reuerſum in
maria atq; in ſicco expiraſſe.Hoc idem & naupacti accidiſſe Theophraſtus tradit.Nec modus exemplorū.
Eadem amphilochii:& tarentini de pueris delphiniſq; narrant.Quæ faciūt:ut credat;Arionem quoq; ci
tharedicæ artis interficere nautis in mari parantibus ad intercipiendos eius quæſtus eblanditū:ut prius ca
neret cithara:congregatis cantu delphinis cum ſe ieciſſet in mare:exceptū ab uno tenarum in littus perue
ctū.Eſt prouintiæ narbonenſis & in nemauſienſi agro ſtagnū laterna appellatū:ubi cum homines delphi
ni ſocietate piſcant:innumera uis mugilū ſtatuto tempore anguſtis faucibus ſtagni in mare erūpit obſer
uata æſtus reciprocatione.Qua de cauſa prætendi non queūt retia:q̄ molem ponderis nullo modo tolerēt
etiam ſi non ſolertia inſidietur tempori.Simili ratione in altum protinus tendūt:quod uicino gurgite effi
cere.locumq; ſolum pandendis retibus habilem effugere feſtinant.Quod ubi animaduertere piſcantes:cō
currit autem multitudo temporis gnara:& magis etiam uoluptatis huius auida: totuſq; populus e littore
quanto poteſt clamore conciet Simonem ad ſpectaculi euentū.Celeriter delphini exaudiūt deſideria aqui
lonū flatu uocem proſequente:auſtro uero tardius ex aduerſo referente.Sed tūc quoq; improuiſo in auxi
liū aduolant.Propere apparet acies:quæ protinus diſponit in loco:ubi conięcta eſt pugna. Opponunt ſeſe
ab alto:trepidoſq; in uada urgent.Tūc piſcatores circūdant retia:furciſq; ſubleuant.At mugilū nihilomi
nus uelocitas tranſilit.At illos excipiūt delphini:& occidiſſe ad præſens contenti cibos in uictoriam diffe
rūt.Operæ prœlium feruet:includiq; retibus ſe fortiſſime urgentes gaudent. Ac ne idipſum fugam ho
ſtium ſtimulet: inter nauigia:& retia natanteſue homines ita ſenſim elabūt:ut exitus non appareat. Saltu
qđ eſt alias blandiſſimū his:nullus conat euadere:ni ſumitant ſibi retia.Egreſſi protinus ante uallū præ
liant.Ita peracta captura:quos interemere:diripiunt.Sed enixioris operæ q̄ in unius diei præmiū:ut cōſcii
ſibi operiunt in poſterū:nec piſcibus tantū:ſed interiectu panis ac uino ſatiant.Quæ de eodē genere piſcā
di in iaſſio ſinu conſul Mutianus tradit: hoc differunt quod ultro neq; inclamanti præſto ſint: parteſq; e
manibus accipiant:& ſuum quemq; cubantes cum delphinis ſociū habeāt q̄is noctu & ad faces.Ipſis quo
q; inter ſe eſt publica ſocietas.Capto a rege cariæ alligatoq; in portu delphino ingens reliquoꝝ conuenit
multitudo mœſtitia quadam:quæ poſſet intelligi miſerationem petens donec dimitti rex eū iuſſit.Quin
& paruos ſemper aliqs grandior comitatur ut cuſtos.Conſpectiq; ſunt iam defunctum portantes ne lace
retur a beluis.

De turſionibus aquatilibus. CA. IX.

DElphinoꝝ ſimilitudinem habēt quocant turſiones.Diſtant & triſtitia qdem aſpectus.Abeſt.n.
illa laſciuia:maxime tamen roſtris:caniculaꝝ maleficentia aſſimilati.

De teſtudinibus:& quomodo capiantur. CA. X.

TEſtudines tantæ magnitudinis indicū mare emittit:ut ſingularū ſuperficie habitabiles caſas inte
gant.Atq; inter inſulas rubri præcipue maris his nauigent cymbis.Capiūt multis qdem modis:
ſed maxime euectæ in ſumma pelagi:aut meridiano tempore blandito eminente toto dorſo per
tranquilla fluitantes;Quæ uoluptas libere ſpirandi in tantum fallit oblitas ſui ut ſolis uapore:ſic
cato cortice:non queant mergi:inuitæq; fluitent opportunæ uenantiū prædæ.Ferūt & paſtū egreſſas no

ctu:auideq; saturatas laxari. Atq; ut remearint matutino summa in aqua obdormiscere:id prodi sterten/tium sonitu. Tunq; leuiter capti. Annatare enim singulis ternos:a duobus in dorsum uerti:a tertio laqueū inici supinæ:atq; ita ad terram a pluribus trahi. In phœnicio mari haud ulla difficultate capiūtur: ultroq; ueniunt tempore statuto anni in amnem eleutherum effusa multitudine. Dentes non sunt testudini: sed rostri margines acuti superna parte inferiorem claudente pyxidum modo. In mari uiuūt conchyliis tanta oris duritia:ut lapides comminuant. In terram egressæ in herbis pariunt oua auium ouis similia ad centena numero. Eaq; defossa extra aquas:& cooperta terra:ac pauita pectore:& cōplanata incubant noctibus: educant:fœtus annuo spatio. Quidam oculis spectando quoq; oua foueri ab iis putant. Fœmina coitum fugere:donec mas festucam aliquam imponat aduersæ. Troglodytæ cornigeras habent: ut in lyra annexis: cornibus latis:sed mobilibus:quorum in natando remigio se adiuuant. Celotium genus id uocatur exi/miæ testudinis:sed raræ. Namq; quasi scopuli p̄acuti chelonophagos terrent. Troglodytæ autem:ad quos annatant:ut sacras adorant. Sunt & terrestres:quæ ob id in operibus cherſinæ uocantur in africæ desertis: qua parte maxime sitientibus harenis squalent rosido(ut creditur)humore uiuentes. Neque ibi aliud animal prouenit.

Quis primus testudines secare instituit. CA. XI.

MEl plenilunio uberius capit: serena die pinguius. In oi melle qđ p se fluxit: ut mustū oleūq;: appellat accęton: maxime laudabile est. Aestiuū oē rutilū: ut diebus cōfectū siccioribus. Aptissimū in æstimatiōe e thymo coloris aurei: saporis gratissimi: cū sit palā doliolis pingue: mario e rore spissum. Qđ cōrescit āt: hoc minime laudat. Thimosum non coit: & tactu p̄tenuia fila mittit: qđ primū grauitatis argumētū est: Abrumbi statī & resilire guttas: uilitatis indiciū habet. Sequens p̄batio ut sit odoratū: & ex dulce reglutinosum perlucidum. Aestiua mellatione decimam partem thasio Dionysio apibus relinqui placet: si pleni fuerint aluei. Si minus pro rata portione: aut si inanes: omnino non attingi. Huic uindemiæ attici signum dedere initium caprificialem diem uulcano sacrum.

De tertio genere mellis: & quō apes probent. CA. XVI.

TErtiū genus mellis minime p̄batum siluestre: quod ericeum uocant: Conuehitur post primos autumni imbres cum erice sola floret in siluis. Ob id arenoso simile. Gignitur id maxime arcturi exortu a pridie idus septembris. Quidam æstiuam mellationem ad arcturi exortum p̄ferunt: quoniam ad æquinoctium autūni ab eo supersunt dies. xiiii. & ab æquoctio ad uergiliaręs occasum diebus. xlviii. Plurima sit erice: athenienses tetradicem appellant est in euboea sisarum: quam pūtāt apibus eē gratissimam fortassis qa tunc nulla ex alia sit copia. Hæc ergo mellatio fine uindemiæ: & uergiliaręs occasu idibus nouēbris fere includit. Relinqui ex ea duas partes apibus rō persuadet: & semper eas p̄tes fauoręs: q̄ habeāt rhitacē: A bruma ad arcturi exortum diebus. lx. somno alunt sine ullo cibo. Ad arcturi exortū ab æquinoctio uerno tepidiore tractu iam uigilant. Sed ēt tunc alueo se continent: seruatosq; in id tp̄s cibos repetūt. In italia uero hoc idē a uergiliaręs exortu faciūt: & in eū dormiunt. Alueos qdam in eximendo melle expendūt: ita dirimentes q̄tum relinquant. Aquitas ēt in eis obstringit feruntq; societate frauda alueos mori. In primis præcipit ut lauti puriq; eximant mella. Furem & mulieręs menses odere. Cum eximuntur mella: apes abigi fumo utilissimū: ne irascant: aut ipsæ auidæ uorent. Fumo crebriore ēt ignauia earum excitatur ad opera. Nam ubi incubauere fauos liuidos faciunt. Rursus nimio fumo inficiuntur: quaręs iniuriā celerrime sentiunt mella: uel minimo contactu roris acescētia. Et ob id inter genera seruat quod acapnon uocant. Album mel non fit qđ bithymū est: sed oculis & ulceribus aptissimum. Fœtus quo nam mō p̄generarent: magna inter eruditos & subtilis q̄stio fuit. Apum. n. coitus uisus est nunquā. Plures existimauere oportere confici floribus compositis: apte atq; utiliter. Aliqui coitu unius: qui rex in quoq; appellet examine. Hunc esse solum marem: præcipua magnitudine: ne fatiscat. Ideo fœtum sine eo non edi: apesq; reliq̄s tanq̄ marem fœminas comitari: non tanq̄ ducem. Quam probabilem alias sententiam fucorum euentus coarguit. Quæ. n. ratio ut idem coitus alios perfectos: imperfectos generet alios? Proprior uero prior existimatio fieret: ni rursus alia difficultas occurreret. Quippe nascuntur aliquādo in extremis fauis apes grādiores: quæ cæteras fugant. Oestrus uocatur hoc malum: quo nam modo nascens: si ipsæ se fingūt? Quod certum est: gallinarum modo incubant. Id quod excluſum est primum uermiculus uidetur candidus: iacens transuersus: adhærensq; ita: ut pascere uideatur. Rex statim mellei coloris ut electo flore ex omni copia factus: neq; uermiculus: sed statim penniger. Cætera turba cum formam capere cœpit nymphæ uocantur: ut fuci: sirenes: atq; cephenes. Si quis alterutris capita demat: priusq̄ pennas habeant: pro gratissimo sūt pabulo matribus. Tempore procedente instilant cibos: atq; incubant tum maxime murmurantes caloris ut putant faciendi gratia necessarii excludendis pullis: donec ruptis membranis: quæ singulos cingūt: ouorum modo uniuersum emergat Spectatum hoc romæ consularis cuiusdam suburbano alueis cornu laternæ: transluc ido factis. Fœtus intra. xlv. diem paragitur. Fit in fauis quibusdam qui uocat clerus amaræ duricia cæræ: cum fœtū inde non eduxere morbo aut ignauia: aut infœcunditate naturali. Hic ē abortus apū. Protinus aūt educti operant quadam disciplina cum matribus. Regemq; iuueuem æqualis turba comitatur. Reges plures inchoant ne desint. Postea ex iis soboles cū adulta esse cœpit concordi suffragio teterrimos necant: ne distrahant agmina. Duo autem genera eorum; melior ruffus q̄ niger: uariusq;. Omnibus

Vel apportari

forma ſemper egregia:& duplo q̃ cæteris maior. Pennæ breuiores:crura recta:ingreſſus celſior. In fronte macula quodã diadematæ candicans. Multum etiam nitore auulgo differunt.

Quæ regiminis ratio. CA. XVII.

QVærat nunc aliquis:unus ne Hercules fuerit? & quot Liberipatres? & reliqua uetuſta ſint obruta? Ecce in re parua:uilliſq; noſtris annexa:cuius aſſidua copia eſt:non cõſtat inter auctores. Rex nullũ ne ſolus hẽat aculeũ maieſtate tãtũ armatus:an dederit eũ qdẽ natura:ſed uſum eẽ tãtũ negauerit. Illud cõſtat:ĩpatorem aculeo nõ uti. Mira plebeii circa eũ obedientia:cũ ꝓcedit una eſt. Totum examen circa eũ conglobat:cingit:protegit:cerni nõ patit. Reliquo tpe cũ populus in labore eſt: ipſe opera intus circuit ſimilis exortanti ſolus immunis. Circa eum ſatellites:qdam:lictoreſq; aſſidua cuſtodiẽtes auctoritate. Procedit foras non niſi migrato examine. Id multo intelligit ante aliquot diebus murmure intus ſtrepente apparatus indicio diem tempeſtiuũ eligẽtiũ. Si qs alã ei detruncet:nõ fugiet examẽ. Cũ ꝓceſſere:ſe quæq; ꝓximã illi cupit eſſe:& in officio conſpici gaudet. feſſum humeris ſubleuant. Validius fatigatũ ex toto portant. Si qua laſſatus deficit:aut forte aberrauit:odore ꝓſequit. Vbicũq; ille cõſedit: ibi cũctaq; caſtra ſunt. Tũc oſtẽta faciũt priuata ac publica uua dependente in domibus tẽplis ue ſæpe expiata magnis euentibus. Sedere in ore infantis platonis:tunc ẽt ſuauitatem illã p̃dulcis eloq portendentes. Sedere in caſtris ducis Druſi imperatoris:cũ ꝓſperrime pugnatũ apud arbalonem eſt:haud quaq; perpetua aruſpicũ cõiectura q dix id oſtẽtũ exiſtimant. Semp duce p̃henſo totũ tenetur agmen. Amiſſo dilabit: migrãtq; ad alios. Eſſe utiq; ſine rege nõ poſſunt. Inuite aũt ĩterimunt eos cũ plures fuere:potiuſq; naſcentiũ domos diriuũt. Si ꝓuentus deſperat:tũc & fucos abigũt. Quãq; de iis uideo dubitari: ꝓpriũq; iis genus eẽ aliquos exiſtimare. Sicut furibus grãdiſſimis inter illas:ſed nigris:latacq; aluo. Ita appellatis:qa furtim deuorẽt mella. Certũ eſt ab apibus fucos interfici. Vtiq; regem non habent. ſed qũo ſine aculeo naſcant:in q̃ſtione ẽ. Humido uere melior fœtus ſicco mel copioſius. Quod ſi defecerit alicuius aluei cibus:ĩpetũ in ꝓximas faciũt rapinæ ꝓpoſito. At illæ cõtra dirigũt aciem:& ſi cuſtos adſit alterutra pars quẽ ſuis fauere ſentit:non appetit eũ. Et Aliis quoq; ſæpe dimicant cauſis:eaſq; acies contrarias duo ĩperatores inſtruũt. Maxima rixa & ĩ cõuehendis floribus exorta:& ſuos quibuſq; euocantibus. Quæ dimicatio iniectu pulueris:aut fumo tota diſcutitur. Reconciliantur uero lacte:uel aqua mulſa.

De genere apũ:& quæ inimica apibus. CA. XVIII.

APes ſunt & ruſticæ ſilueſtreſq;:horridæ aſpectu:multo iracũdiores:ſed opere ac labore p̃ſtantes Vrbanaq; duo genera. Optimæ breues:uariæq;:& in rotunditatẽ compactiles. Deteriores longæ:& qbus ſimilitudo ueſpaq;:etiãnũ deterrimæ ex iis piloſæ. In ponto ſunt q̃dam albæ:q̃ bis ĩ menſe mella faciũt. Circa thermodoontem ãt fluuium duo genera. Aliaq; quæ ĩ arboribus mellificant. Aliaq; q̃ ſub terra:triplici ceraq; ordine uberrimi prouentus. Aculeum apibus natura dedit uentri conſertum:ad unum ictum hoc infixo. Quidam eas ſtatim emori putant. Aliqui non niſi in tãtum adacto ut in teſtinum ſæpe aſſequat. Sed fucos poſtea eſſe:nec mella facere:uelut caſtratis uiribus. Pariterq; & nocere & prodeſſe:dein deſinere. Eſt in exemplis equos ab iis occiſos. Odere fœdos odores: ꝓcul fugiunt:ſed & infectos. Itaq; unguenta redolẽtes infeſtant. Ipſæ plurimorum animalium iniuriis obnoxiæ. Impugnãt eas naturæ eiuſdem degeneres ueſpæ atq; crabrones:& culicum genere qui uocantur muliones. Populant hirũdines:& q̃dã aliæ aues. Inſidiant aquatibus ranæ:q̃ maxima eaq; eſt operatio:tũ cũ ſobolẽ faciunt: nec eæ tãtũ q̃ ſtagna riuoſq; obſident:ueq; & rubetæ ueniũt ultro:arrepenteſq; foribus opertas ſufflant:ab hoc ſpatio prouolant:cõfeſtimq; abripiunt. Nec ſentire ictus apum ranæ tradunt. Inimicæ & oues:difficile ſe a lanis eaq; explicãtibus. Cancroq; ẽt odore ſi qs iuxta coquat examinãt. Quin & morbos ſuapte natura ſentiunt: Index eoq; triſticia torpens. Et cum ante fores in teporẽ ſolis promõtis aliæ cibos miniſtrant. Cum defunctas progerũt. Funerantiumq; more comitantur exequias. Rege hac peſte conſumpto: mœret plebs ignauo dolore. Non cibos conuehũt. Nõ ꝓcedunt. Triſti tantum murmure glomerãtur circa corpus eius. Subtrahitur itaq; deducta multitudine:alias ſpectantes exanimẽ luctum nõ minuunt. Tunc quoq; ni ſub ueniatur:fame moriuntur. Hylaritate igitur:& nitore ſanitas æſtimatur.

De morbis apum. CA. XIX.

SVnt & operis morbi:cũ fauos non explent:cleron uocant. Iidẽ blapſigoniam:ſi fœtum non peragant. Inimica & echo eſt reſultanti ſono:q pauidas alterno pulſet ictu. Inimica & nebula. Aranei quoq; uel maxima hoſtiles cum Prævaluere:ut intexãt:enecant Alueos. Papilio etiam ignauus & inhonoratus:luminibus accenſis aduolans peſtifer:nec uno modo. Nam & ipſe cæras depaſci
Vel fila tur:& relinquit excrementa:qbus teredines gignunt. Filis ẽt araneus quacũq; inceſſerit alaq; maxime lanugines obtexit. Naſcunt & in ipſo ligno teredines:q̃ cæras p̃cipua appetũt. Infeſtat & auiditas paſtus nimia florum ſatietate uerno maxime tpe aluo cita. Oleo qdem non apes tantũ:ſed oĩa inſecta exanimãt: p̃cipue ſi capite uncto in ſole ponant. Aliquando & ipſæ contrahũt mortis ſibi cauſas: cõſenſere eximi mella auide uorantes. Cætero præparcæ:& quæ alioquin prodigas:atq; edaces:nõ ſecus ac pigras & ignauas pertur bent. Nocẽt & ſua mella ipſis:illitæq; ab aduerſa parte moriũtur:tot hoſtibus:tot caſibus: & quota portione eoq; cõmemorata:tã mũificũ aĩal expoſitũ ẽ. Remedia dicemus ſuis locis. Nũc. n. ſermo de natura eſt.

De cõtinẽdis apibus:& quõ reparentur. CA. XX.

GAudent plauſu atq; tinnitu æris:eoq; conuocant. Quo manifeſtũ eſt auditus quoq; ineſſe ſenſum. Effecto opere educto fœtu:functæ munere oĩ:exercitationem tamẽ ſolẽnem habẽt. Spatiatæq; in aperto:& in altum datæ gyris uolatu editis tum demum ad cibum redeunt. Vita eis longiſſima:ut proſpere inimica ac fortuita cedant: ſeptenis annis uniuerſa Alueos nunq̃ ultra.

x.annos duraſſe proditur.Sunt qui mortuas ſi intra tectum hyeme ſeruentur:deinde ſole uerno torrean/tur:ac ficulneo cinere toto die foueantur:putent:reuiuiſcere.In totum uero amiſſas reparari uentribus bu bulis recentibus cum fimo obrutis.Virgilius iuuencorum:corpore exanimato:ſicut equoꝝ ueſpas atq; car bones:ſicut aſinoꝝ ſcarabeos mutante natura ex aliis q̄dam in alia.Sed hoꝝ omnium coitus cernūt.Et ta men in fœtu eadem prope natura quæ apibus.

De ueſpis & crabronibus. CA. XXI.

VEſpæ in ſublimi e luto nidos faciunt:& in iis cæras.Crabrones cauernis ac ſub terra.Et horum omnium ſexangulæ cellæ:cætera autem cortice & arena:fœtus & ipſæ inæqualis:ut barbarus: alius euolat:& alius in nimpha eſt:alius in uermiculo.Et autumno non uerno oia ea.Plenilunio maxime creſcūt:Veſpæ:q̄ ichneumōes uocant (ſunt aūt minores q̄ aliæ)unum genus ex araneis perimūt phalangiū appellatū:& in nidos ſuos ferūt:deinde illinūt.Et ex iis incubando ſuū genus ꝓcreant. Præterea oēs carne ueſcūt cōtra q̄ apes:q̄ nullū corpus attingūt:Sed ueſpæ muſcas grādiores uenāt:& am/putato iis capite:reliquū corpus auferūt.Crabronū ſilueſtres in arboꝝ cauernis degūt.Hyeme ut cætera in ſecta cōdunt.Vita bimatū nō tranſit.Ictus eoꝝ haud temere ſine febri nō eſt.Auctores ſūt ternouenis pun ctis interfici hominem.Alioꝝ q mitiores uident duo genera.Opifices minores corpore:q moriūt hyeme Matres:q̄ bienio durāt:ii & clemētes.Nidos uere faciūt fere q̄driſores:in qbus opifices generent.Iis educa tis:alios deinde nidos maiores fingunt:in quibus matres futuras producant.Iam tunc opifices fungūt mu nere:& paſcūt eas.Latior matrū ſpecies:dubiūq; an habeant aculeos:qa non egrediunt.Et his ſunt ſui fau/ci.Quidā opinant oībus his ad hyemē decidere aculeos.Nec crabronum aūt nec ueſpaꝝ generi reges aut examina:ſed ſubinde renouatur multitudo ſobole.

De bōbicibus:& bōbyli:& necydalo:& qs prius bōbicinā ueſtē iuenerit. CA. XXII.

QVartum inter hæc genus eſt bōbicū in aſſyria ꝓueniens:maius q̄ ſupradicta.Nidos luto fingunt ſalis ſpecie applicatos lapidi:tanta duritia:ut ſpiculis perforari uix poſſint.In iis & cæras largius q̄ apes faciūt:deinde maiorē uermiculū.Et alia hoꝝ origo.E grādiore uermiculo gemina protēdēs ſui generis cornua.Hi erucæ ſunt.Fit deinde:qd̄ uocat bombylis:ex ea necydalus.Ex hoc in ſex menſibus bombices.Telas araneoꝝ mō texunt ad ueſtem luxūq; fœminaꝝ:q̄ bombicina appellatur.Pria eas retorqueri:rurſuſq; texere inuenit in Ceo mulier Paſſaphile Latoi filia non fraudēda gloria excogitatæ rationis:ut denudet fœminam ueſtis bombicina. Vel pla/tis

De bombice coa. CA. XXIII.

ET in co inſula naſci tradunt cupreſſi:terebinthi:fraxini.Quercus florē imbribus decuſſum ter/ræ halitu aiante.Fieri aūt primo papiliones paruos nudoſq;.Mox frigoꝝ ipatientia uillis ihor/reſcere:& aduerſus hyemē tunicas ſibi inſtaurare denſas pedū aſperitate radente folioꝝ lanugi/nē in uellera.Hanc ab his quoq; cogi ſubigiq; unguiū carminatiōe.Mox trahi iter ramos tenua/ri ceu pectine.Poſtea apprehenſam corpori inuolui nido uolubili.Tūc ab hoīe tolli:fictilibuſq; uaſis tepo re & futuꝝ eſca nutriri.Atq; ita ſubnaſci ſui generis plumas:qbus ueſtitos ad alia penſa dimitti.Quæ uero capta ſint lanificia humore more cæræ lenteſcere:mox in fila tenuari iunceo fuſo.Nec puduit has ueſtes ēt uiros leuitate uſurpare pp onera æſtiua.In tātū a lorica gerēda diſceſſeſ mores:ut oneri ſint ēt ueſtes.Aſſy ria tamen bombice adhuc fœminis cedimus. Vel in terram Vel fur/furum

De araneis:& generatione eorum. CA. XXIII.

ARaneoꝝ his nō abſurde iungat natura:digna uel p̄cipue admiratione.Plura autē hoꝝ ſunt ge/nera:nec dictu neceſſaria in tanta notitia.Phalangia ex iis appellant:quoꝝ noxii morſus:corpus exiguū:uariū:acuminatū:ad ſaltū ingredientiū:Altera eoꝝ ſpēs nigri prioribus cruribus lōgiſſi mis.Oībus internodia terna in cruribus lupoꝝ mō.Minimi nō texūt.Maiores in terra cauerna rū exigua ueſtibula p̄pandūt.Tertiū eorūdē genus erudita operatione cōſpicuū.Ordit telas:tantiq; operis materiæ uterus eius ſufficit:ſiue ita corrupta alui natura ſtatuto tpe (ut Democrito placet) ſiue eſt intus q̄/dā lanigera fertilitas:tā moderato ungue:tā tereti filo:& tā æq̄li deducit ſtamina ipſo ſe pōdere uſus.Texe re a medio īcipit circinato orbe ſubtemina adnectēs:maculaſq; paribus ſp interuallis:ſed ſubinde creſcenti bus ex āguſto dilatās idiſſolubili nodo iplicat.Quāta arte celāt pedicas ſcutulato rete ad capiendas muſcas circa graſſantes? q̄ non ad hoc uī ptinere cribrata pexitas telæ:& quadā politura artis:ipſa p ſe tenax ratio textrinæ? q̄ laxus afflatus ad non reſpuenda q̄ ueniant? ſinus derelicto laxo p̄tenti ſūma parte:ut arbitrari li ceat illa:q̄ difficile cernunt:atq; ut in plagis lineæ offenſæ p̄cipitant infimū Specus ipſæ qua concameratæ architectura? & contra frigora quanto uilloſior? q̄ remotus a medio aliudq; agenti ſimilis incluſus uero ſic ut ſit nec ne intus aliqs cerni nō poſſit.Age firmitas quāta irrūpētibus uentis? qua pluueꝝ mole degra/uāte? Latitudo telæ ſæpe inter duas arbores cū exercet artē & diſcit texere.Lōgitudo fili a culmine:ac rur/ſus a terra p illud ipm uelut reciprocatio:ſubitq; pariter ac fila deducit.Cū uero captura incidit:q̄ uigilās:& paratus ad curſum.Licet extrema hæreat plaga ſp i mediū currit:ex quo ſic maxime totū cōcutiēdo iplicet. Sciſſa ptinus reficit ad poſituā ſartiēs.Nāq; & lacertaꝝ catulos uenant.Hos primū tela iuoluentes:& tūc demū labra utraq; morſu apprehendentes amphitheatrali ſpectaculo cum contingit.Sūt & ex eo auguria. Quippi incremento amnium futuro:telas ſuas altius tollunt.Iidem ſereno non texunt:nubilo texūt.Ideo que multæ araneæ imbrium ſigna ſunt.Fœminam putant eſſe q̄ texat:matrem qui uenatur.Ita paria fie/ri merita.Coniugio aranei conueniunt crunibus.Pariunt uermiculos ouis ſimiles.Nam nec diferri horū genitura poteſt:quoniam inſectorum uix ulla alia narratio eſt.Pariunt autem oua in telas expanſa:quia ſa/liunt:atq; ita emittūt.Phalangius tantum in ipſo ſpecu incubat magno numero.Qui ut emerſerit:matrē

Vel trecentos

consumit:sæpe & patrem. Adiuuat.n.incubare. Pariunt autem tricenos: Cæteræ pauciores. Et incubãt triduo. Consumantur aranei quater septenis diebus.

De Scorpionibus. CA. XXV.

Vel pereunt

SImiliter his & scorpiones terrestres uermiculos ouorum specie pariunt: similiterq; perimũt. Pestis importũa ueneni serpentiũ: nisi qđ grauiore supplicio lenta per triduũ morte conficiũt. Virginius lætali semper ictu: & fœminis fere in totũ. Viris aũt in matutino: exeũtes cauernis priusq; aliquo fortuito ictu ieiunũ egerãt uenenũ. Semp cauda in ictu est: nulloq; momento meditari cessat: ne quãdo desit occasioni. Ferit obliquo ictu & inflexu. Venenũ ab iis cãdidũ fundi. Apollodorus auctor est in nouẽ genera descriptis per colores maxime superuacuos: quoniã non est scire quos minime exitiales prædixerit. Geminos quibusdam aculeos esse: mareſq; sæuissimos. Nam coitum iis tribuit. Intelligi autem gracilitate & longitudine. Venenum omnibus medio die cum incanduere solis ardoribus. Itemq; cum sitiunt: inexplebiles potu. Constat & septena caudæ internodia sæuiora esse. Pluribus enim sena sunt. Hoc malum africæ uolucre etiam austri faciunt: pandentibus brachia ut remigia subleuantes. Apollodorus idem plane quibusdam inesse pennas tradit. Sæpe psylli: qui reliquarum uenena terrarum inuehentes quæstus sui causa: peregrinis malis impleuere italiam. Hos quoq; importare conati sunt. Sed uiuere intra siculi cæli regionem non potuere. Visuntur tamen aliquando in italia: sed innocui: multisq; aliis in locis: ut circa fagũ in ægypto. In scythia interimunt ét sues: alioquin uiuaciores contra uenena talia. Nigras quidẽ celerius si in aquam se immerserint. Homini icto putatur esse remedio ipsorum cinis potus in uino: aut oleo mersus. Magnam aduersitatem cum stellionibus putant esse innocuos dumtaxat iis: qui & ipsi carent sanguine lacertagũ figura. Atq; scorpiones in totum nulli nocere: quibus non sit sanguis. Quidam & ab ipsis fœtum deuorari arbitrantur. Vnum modo relinqui solertissimum: & qui se ipsius matris clunibus imponendo tutus & a cauda & a morsu loco fiat. Hunc esse reliquorum ultorem: qui postremo genitores cõficiat superne. Pariuntur autem undeni.

De stellionibus: & de cicadis. CA. XXVI.

Vel tetrigõiæ

HAmæleonum stelliones quodãmodo naturã habent: rore tantum uiuentes præterq; araneis. Similis cicadis uita: quagũ duo genera. Minores quæ primæ proueniũt: quæue nouissime pereũt. Sunt autem mutæ. Sequens est uolatura. Item maiores: q; canũt uocãt achetæ. Et q; minores: ex iis sunt tettigometræ. Sed ille magis canoræ. Mares cantant in utroq; genere. Fœminæ silẽt. Gẽtes uescũt: iis ad oriẽtẽ: ét parti opibus abũdãtibus. Ante coitũ mares pferũt: a coitu fœminas: ouis eagũ correptis: q; sunt cãdida. Coitus supinis. Asperitas pacuta in dorso qua excauãt fœturæ locũ i terra. Fit primo uermiculus. Dein ex eo quæ uocãt tettigometra: cuius cortice rupto circa solstitia euolãt: noctu sp. Primũ nigræ atq; duræ. Vnũ hoc ex iis q; uiuũt: & sine ore est. Pro eo qdã acculeatũ linguis simile: Et hoc in pectore: quo roré lambũt. Pectus ipsum fistulosum. Hoc canũt achetæ: ut diximus. De cætero in uentre nihil est. Excitatæ cum subuolãt: hũorẽ reddũt: qđ solũ argumẽtũ est: rore easdẽ ali. Iisdem solis nullũ ad excremẽta corporis foramen. Oculis tam hebetes: ut si quis digitum contrahens: ac remittens iis appropinquet: trã seant. Quidam duo alia genera faciunt earum. Surculariam quæ sit grandior: frumentariam: quã alii auenariam uocant. Apparet.n. simul cum frumentis arescentibus. Cicadæ non nascũtur in raritate arborum. Iccirco sunt cyrenis circa oppidum: nec ĩ cãpis: nec in frigidis: aut umbrosis nẽoribus. Est q̃dã & iis locorũ differentia. In milesia regione paucis sunt locis. Sed in cephalenia amnis quidam penuriam earum: & copiam dirimit. At in rhegino agro silent omnes. Vltra flumen in locris canunt. Pennarum illis natura quæ apibus: sed pro corpore amplior.

De pẽnis insectogũ: & scarabeis: & reliqs scarabeogũ generibus. CA. XXVII.

INsectogũ q̃dam binas gerunt pennas: ut muscæ: quædam quaternas ut apes. Membranis ut cicadæ uolant. Quaternas habent quæ aculeis in aluo armantur. Nullum cui telũ: in ore: pluribus q̃ binis aduolat pennis. Illis enim ultionis causa datum: & his auiditatis. Nullis eogũ pennæ reuiuiscunt auulsæ. Nullũ cui aculeus in aluo bipennæ est. Quibusdam pennagũ tutelæ crusta superuenit: ut scarabeis. Quogũ tenuior fragiliorq; penna: iis negatus aculeus. Sed in quodam genere eogũ grandi cornua prælonga bisulcis dentata forcipibus in cacumine (cũ libuit) ad morsum coeũtibus. Infantũ remediis ét ex ceruice suspendũt. Lucanos uocat hos Nigidius. Aliud rursus eogũ genus: q e fimo ingentis pilas auersi pedibus uolutãt: paruoq; in iis cõtra rigorẽ hyemis uermiculos fœtus sui nidulant. Volitant alii magno cũ murmure aut mugitu. Alii focos & prata crebris foraminibus excauant nocturno stridore uocales. Lucent igniũ modo noctu laterũ & cluniũ colore lampyrides: núc pennarũ hiatu refulgentes: núc uero compressu obumbratæ non ante matura pabula: aut post defecta conspicuæ. E contrario tenebrarum alumnæ blattæ uitam lucemq; fugiunt in balneis maxime humido uapore prognatæ. Fodiũt ex eodem genere rutili: atq; prægrandes scarabei tellurem aridam: fauoq; paruæ & fistulosæ modo spongiæ medicato melle fingũt. In thraciæ partibus iuxta olinthum locus est: paruus: in quo unum hoc animal exanimatur: ob hoc cantharolethrus appellatus. Pennæ insectis omnibus sine scissura: nulli cauda nisi scorpioni. Hic eogũ solus & brachia habet: & in cauda spiculũ. Reliquogũ qbusdam aculeus in ore ut asilo: siue tabanũ dici placet. Item culicibus & qbusdam muscis. Omnibus autem his ore & pro lingua sunt hiculei quibusdam hebetes: neq; ad pũctũ: sed ad suctũ: ut muscarũ generi: in quo lingua euidens fistula est. Nec sunt talibus dentes. Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignauia: ut papilionibus. Quædam insecta carẽt pennis: ut scolopendræ: Insectorum pedes quibus sunt in obliquum mouentur. Quorũdam extremi longiores foris curuantur: ut locustis.

De Locustis. CA. XXVIII.

HAe pariũt in terra demisso spinæ caule oua cõdensa autũni tpe. Ea durant hyeme sub terra. Subsẽ quẽti anno exitu ueris emittũt paruas nigrãtes: & sine cruribus: pẽnisq; reptãtes. Itaq; uernis aqs intereũt oua sicco uere maior ꝓuentus. Alii duplicẽ eaꝝ fœtũ: geminũq; exitũ tradũt. Vergiliarũ exortu parere: deinde ad canis ortũ obire: & alias renasci. Quidã arcturi occasu renasci. Mori matres cũ pepererint certũ est uermiculo statim circa fauces innascente: q eas strãgulat. Eodẽ tpe mares obeũt. Tã friuola rõne morientes serpẽtẽ (cũ libuit) necãt singulæ: faucibus eius apprehensis mordicus. Nõ nascũt nisi in planis & rimosis locis. In india ternũ pedũ lõgitudis eẽ tradũt: cruribus & femoribus serraꝝ usum ꝓbentes cũ inaruerint. Est & alius eaꝝ obitus. Gregatim sublatæ uento in maria aut stagna decidũt. Forte hoc casuq; euenit: non ut prisci existimauere: madefactis nocturno hũore alis. Iidem qppe noctibus nõ uolare eas ꝓp frigora tradiderũt. Ignari ẽt lõgíqua maria ab iis trãsirí: cõtinuata pluriũ dieꝝ ꝓfectiõe. Qđ maxime miremur: famẽ quoq; quã ꝓp externa pabula petere sciũt: ĩminere. Ac mire pestis ea intelligit. Nanq; & grandiores cernuntur: & tanto uolant pennaꝝ stridorẽ: ut aliæ alites credant: solẽq; obumbrent: sollicite suspectantibus populis: ne suas operiant terras. Sufficiũt qppe uires: & tanq̃ paꝝ sit maria transire: ĩmensos permeãt tractus diraq; messibus cõtegũt nube multa cõtactu adurentes. Oĩa uero morsu erodentes: & fores quoq; tectoꝝ. Italiã ex africa magna cohorte infestant: sæpe populo ad sybillina coacto remedia cõfugere: inopiæ metu. In cyrenaica regione lex est ter anno debellandi eas. Primo oua obterẽdo: deinde fœtũ: postremo adultas. Desertoris: pœna in eũ qui cessauerit. Et in lemno insula certa mensura præfinita ẽ: quã singuli enecataꝝ ad magistratus referant. Gracchulos quoq; ob id colũt aduerso uolatu occurrentes earũ exitio. Necari & in syria militari imperio coguntur. Tot orbis partibus uagatur id malũ. Parthis & hæ in cibo gratæ. Vox eaꝝ ꝓficisci ab occipitio uidẽt. Eo loco in cõmissura scapulaꝝ habere quasi dentes existimant: eosq; inter se terẽdo stridorẽ edere circa duo æquinoctia maxime: sicut cicadæ circa solstitiũ. Coitus locustaꝝ: q & insectoꝝ omnium quæ coeunt: marem portante fœmina: in eum fœminaꝝ ultimo caudæ reflexo tardoq; digressu. Minores aũt in omni hoc genere fœminis mares.

Vel fœmibus

De formicis nostratibus. CA. XXIX.

PLurima insectorum uermiculum gignunt. Nam & formicæ similem ouis uere: & hæ ut apes cõmunicantes laborem. Sed apes utiles faciunt cibos. Hæ condunt. At si quis comparet onera corporibus earum: fateatur nullis portione uires esse maiores. Gerunt ea morsu. Maiora auersæ postremis pedibus molliuntur: humeris obnixæ. Et iis reip. ratio: memoria: cura. Semina arrosa cõdunt: ne rursus in fruges exeant e terra. Maiora ad introitum diuidunt. Madefacta imbre proferunt: atque siccant. Operantur & noctu plena luna. Eædem interlunio cessant. Iam in opere qui labor? quæ sedulitas? Et quoniam ex diuerso conuehunt altera alterius ignara: ut signa inuicem recognoscant: certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur: Quæ tunc earum concursatio: quam diligens? Cum obuiis q̃dam collocutio atq; percuntatio. Silices itinere earum attritos uidemus: & in opere semitam factam: ne qs dubitet qualibet in re quid possit q̃tulacunq; sedulitas. Sepeliuntur inter se uiuẽtium solæ: præter hoiem. Non sunt in sicilia pennatæ.

De Indicis. CA. XXX.

INdicæ formicæ cornua erythris in æde Herculis fixa miraculo fuere. Augꝝ ex cauernis egerũt terræ in regione septentrionalium indorum: qui dardæ uocantur. Ipsis color feliũ. Magnitudo ægypti luporũ. Erutum hoc ab iis tempore hyberno indi furant: æstiuo feruore conditis: ꝓp uaporẽ in cuniculis formicis; quæ tamen odore sollicitatæ prouolant: crebroq; lacerãt: quamuis præ uelocibus camelis fugientes. tanta pernicitas feritasq; est cum amore auri.

De diuersitate insectorum. CA. XXXI.

MVlta autem ĩsecta & aliter nascunt. Atq; asilus in primis: Insidet ex rore hic rhaphani filio primo uere: & spissatus sole: in magnitudinẽ milii cogitur. Inde oritur uermiculus paruus: & triduo: mox eruca: quæ adiectis diebus crescit immobilis duro cortice: ad tactũ mouetur araneæ. Hæc eruca quam chrysalidem appellant: rupto deinde cortice uolat papilio.

De animalibus in ligno: & ex ligno nascentibus. CA. XXXII.

SIc quædam ex imbre generantur in terra: quædam & in ligno. Nec enim & cossi tantũ in eo: sed etiã tabani ex eo nascũtur: & alia ubicũq; humor est nimius. Sic intra hoiem tineæ tricenũ pedũ aliquando & pluriũ longitudine: iam in carne exanimi: uiuentium quoq; hoium capillo. Qua fœditate & sylla dictator & Alcman ex clarissimis græciæ poetis obiere. Hoc quidem & aues infestat. Phasianas uero interimit: nisi puluerantes sese. Pilos habentium asinũ tãtũ immunem hoc malo credunt: & oues. Gignũt aũt ex uestis genere: præcipue lanicio interemptarũ a lupis ouiũ. Aquas quoq; quasdam quibus lauamur: fertiliores eius generis inuenio apud auctores. Quippe cũ & cæræ hoc gignant. qđ animalium minimum existimatur. Alia rursus generantur sordibus aridi soli. posteriorum crurum lasciuia petauritarum. Alia puluere humido in cauernis uolucria.

De animali cui cibi exitus non est. CA. XXXIII.

ESt aĩal eiusdem turpitudinis infixo semper sanguini capite uiuens: atq; ita intumescens: unũ aĩaliũ cui cibi non sit exitus: cũ nimia debiscit satietate alimento ipso moriens. Nũq̃ in iumentis gignit: in bubus: frequens: in canibus aliquãdo: in qbus oĩa: In ouibus & in capris hoc solũ. Aeq; est mira sanguinis & hirudinũ generi in palustri aqua sitis. Nãq; & hæ toto capite condunt. Est & uolucre canibus peculiare suũ malum: aures maxime lancinans: quæ defendi morsu non queunt.

De tineis & culicibus: & diuersitate earum. CA. XXXIIII.

IDem puluis in lanis & ueste tineas creat: præcipue si araneus una includat. Sitit. n. & omnẽ humorem absorbens ariditatẽ ampliat. Hoc & in chartis nascitur. Est earũ genus tunicas suas trahentiũ quo cocleæ mõ. Ted horũ pedes cernuntur. Spoliatæ expirant. Si accreuere faciũt chrysalidẽ. Ficarios culices caprificus generat. Cãtharides uermiculi ficoꝝ: & pyri: & peuces: & cynacãthæ: & rosæ. Venenũ hoc remedia secum habet. Alæmedentur: quibus demptis lætale est: rursus alia genera culicum acescens natura gignit. Quippe cũ & in niue candidi reperiantur: & uetustiores uermiculi ĩ media quidem altitudine rutili. Nam & ipsa nix uetustate rubescit. Hirti pilis: grandiores: torpentesq;.

De pyrali siue pyrausta. CA. XXXV.

GIgnit aliqua & cõtrariũ natura elementum. Siquidẽ in cypri æreariis fornacibus ex medio igni maioris muscæ magnitudinis uolat pẽnatũ quadrupes: appellat pyralis a quibusdam pyrausta. Quãdiu est in igne uiuit. Cũ euasit longiore paulo uolatu tunc moritur. Hypanis fluuius ĩ ponto circa solstitiũ defert acinorũ effigie tenues mẽbranas: qbus erũpit uolucris quadrupes supradictæ modo: nec ultra diem uiuit: unde hemerobion uocatur. Reliquis talium ab initio ad finẽ septenarii sunt numeri. Culici & uermiculo terspepteni. Corpus parientibus quater septeni. Mutationes & in alias figuras transitus trinis aut quadrinis diebus. Cætera ex iis pẽnata: autumno fere moriuntur. Tabani quidẽ etiam cæcitate. Muscis humore exanimatis: si cinere condantur: redit uita.

Historia naturæ animalium per singula membra. CA XXXVI.

TAq; nunc per singulas partes corporis præter iam dictas mẽbratim tractetur historia. Caput habent cuncta quæ sanguinem. In capite paucis animalium nisi uolucribus apices: diuersi quidẽ generis. Phœnici pulmarum serie medio eo exeunte alio. Pauonibus crinitis arbusculis. Stymphalidæ cirro. Phasianæ corniculis. Præterea pare: atq; ab illo galerita appellata quondã. Postea gallico uocabulo ẽt legioni nomẽ dederat alauda. Diximus & cui plicatilẽ cristã dedisset natura per medium caput a rostro residẽtẽ. Et fulicarũ gñi dedit cirros: pico quoq; martio & gruí balearicæ. Sed spectatissimũ
Vel consertum
ĩsigne gallinaceis corpore cõserratũ: nec carnẽ id esse: nec chartilaginẽ: nec callũ iure dixerimus: ueꝝ peculiare. Draconũ enĩ cristas qui uiderit: non reperiẽt. Cornua multis quidẽ & aquatilium & marinorũ & serpentium uariis data sunt modis. Sed quæ iure cornua intelliganẽ: quadrupedi tantũ generi. Acteonẽ. n. & Cippũ ẽt ĩ latina hystoria fabulosos reor. Nec alibi maior lasciuia naturæ lusit aĩaliũ armis. Sparsit hæc in ramis: ut ceruoꝝ. Aliis simplicia tribuit ut in eodẽ gñe subulonibus ex argumẽto dictis. Alioꝝ finxit ĩ palmas: digitosq; emisit ex iis: unde platycerotas uocãt. Dedit ramosa capreis: sed parua: nec fecit decidua. Cõ uoluta ĩ anfractũ arietũ generi: ceu cestus daret: ĩfesta tauris. In hoc qdẽ gñe & fœminis tribuit. In multis tãtũ maribus. Rupicapris ĩ dorsum adunca. Damis ĩ aduersum. Erecta aũt rugarũq; ambitu contorta: & ĩ leue fastigiũ exacuta ut lyras diceres Strepsiceroti: quẽ addacẽ africa appellat. Mobilia eadẽ: ut aures phrygiæ armẽtis. Troglodytaꝝ & in terram directa: qua de cã obliqua ceruice pascuntur. Aliis singula: & hæc medio capite: aut naribus: ut diximus. Iamq; aliis ad ĩcursum robustæ; aliis ad ictũ pluribus modis supina: cõuersa: cõnexa: toĩa in mucronẽ migrãtia. In quodã genere pro manibus ad scabẽdũ corpus. Cochleis ad
uel aliis adunca aliis reduncaaliis ad iactum
ptentãdũ iter. In corpore cornua hæc sicut cerastis: aliquãdo & singula. Cochleis semp bina: & ut pẽdant: ac resiliant. Vroꝝ cornibus barbari septentrionales potant: urnasq; binas capitis unius cornua implẽt. Alii præfixa his pila cuspidant. Apud nos in lamina secta transluceant: atq; ẽt lumen ĩclusum latius fundũt: multasq; alias ad delicias conferũt: nunc tincta: nunc sublita: nũc q̃ cerostrota picturæ genere dicũt. Omnibus aũt caua: & in mucrone demũ concreta sunt ceruis tantũ solida: & oĩbus annis decidua. Boum attritis ungulis cornua unguendo aruina medent agricolæ. Adeo sequax natura est: ut in ipsis uiuentiũ corporibus feruenti cæra flectantur: atq; incisa nascentium in diuersas partes torqueant: ut singulis capitibus quaterna fiant. Tenuiora fœminis plerũq; sunt ut in pecore. Multis ouiũ nulla: nec ceruaꝝ: nec quibus multifidi pedes: nec solidipedum ulli: excepto asino indico: qui uno armatus est cornu. Bisulcis bina tribuit. Nulli q̃ superne primores habent dentes. Qui putant eos in cornua absumi facile coarguũt ceruaꝝ natura: quæ neq; dentes habent: ut neq; mares: nec tamen cornua. Cæterorũ ossibus adhærent. Ceruoꝝ tantũ cutibus enascũt. Capita piscibus portione corpoꝝ maxima: fortassis ut mergant. Ostreaꝝ generi nulla: nec spõgiis nec aliis fere: qbus solus ex sensibus tactus est. Quibusdam indiscretũ caput est: ut cancris. In capite cũctoꝝ animaliũ homini plurimus pilus. Iam qdẽ ꝓmiscue maribus ac fœminis. Apud intonsas uti gentes: atq; ẽt noĩa ex eo capillatis aĩpiũ incolis galliæ comatæ: ut tamen sit aliqua in hoc terraꝝ differentia. Quippe minii carentes eo gignũt: sicut in cauno lienosi. Et q̃dam aĩaliũ naturaliter caluent: sicut strutiocameli: & cornui aq̃tici: qbus apud græcos nomẽ est inde. De fluuiũ eoꝝ in muliere raꝝ. In spadonibus non uisum. Nec in ullo ante ueneris usum. Nec infra cerebrũ: aut infra uerticem: aut circa tempora: atq; aures. Caluitiũ uni tantũ animaliũ homini: præterq̃ innatũ. Canicies homini tantũ & eqs: sed homini semper a priori parte capitis: tũ deinde ab auersa. Vertices bini homini tãtũ. Aliqbus capitis ossa plana: tenuia: sine medullis: serratis: pectinatim structa compagibus. Perfracta non q̃unt solidari. Sed exempta modice nõ sunt lætalia inuicem eorũ succedente corporea cicatrice. Infirmissima eẽ ursis: durissima psitacis suo dicimus loco. Cerebrum omnia habent animalia: quæ sanguinem. Aeque & in mari quæ mollia appellauimus: quamuis careant sanguine: ut polypi. Sed homo portione maximum & humidissimum: omniumq; uiscerum frigidissimum: duabus supra: subterq; membranis uelatũ: quarum alterutram rumpi mortiferum est. Cætero uiri quam fœminæ maius. Hominibus hoc sine sangnine: sine uenis: & reliq̃ sine pingui. Aliud esse q̃ medullam eruditi docẽt: quoniam coquẽdo durescat. Omniũ cerebro medio ĩsũt ossicula parua. Vni ho-

minũ infantia palpitat: nec roborat: ante primũ sermonis exordium. Hoc ẽ uisceꝝ excelsissimũ: ꝓximũq; cælo capitis sine carne: sine cruore: sine sordibus. Hic habet sensuũ arcẽ. Huc uenaꝝ ois a corde uis tendit. Hic desinit. Hic culmen altissimum. Hic mentis est regimen. Omniũ aũt aialium in priora pronũ: qa & sensus ante nos tendunt. Ab eo ꝓficiscitur somnus. Hic capitis nutatio. Quæ cerebrũ nõ habẽt: nõ dormiunt. Ceruis in capite inesse uermiculi sub linguæ inanitate: & circa articulum: qua caput iungitur humero numero .xx. ꝓdunt. Aures homini tantũ imobiles. Ab iis Flaccoꝝ cognomina. Nec in alia parte fœminis maius impendiũ margaritis dependentibus. In oriente q̃dẽ & uiris auꝝ gestare eo loci decus existimat. Animaliũ aliis maiores: aliis minores Ceruis tãtũ sciſſæ: ac uelut diuisæ. Soricibus piloſæ. Sed aliq̃ oibus aialduntaxat generantibus: excepto uitulo marino: atq; delphino: & q̃ chartilaginea appellauimus: & uiperis. Hæc cauernas tantũ habẽt auriũ loco: p̃ter chartilaginea & delphinum: quem tamen audire manifestũ est. Nam & cantu mulcent: & capiunt attoniti sono. Quo nam mõ audiant: miꝝ. Iidẽ nec olfactus uestigia habent: cũ olfaciãt sagacissime. Pennatoꝝ aialiũ buboni tãtũ & oto plumæ uelut aures. Cæteris cauernæ auditũ. Simili mõ squamigeris atq; serpentibus. In eqs & oium iumentoꝝ genere indicia aĩ p̃ferũt. Fessis marcidæ. Nutates pauidis. Subrectæ furẽtibus. Reso lutæ ægris. Facies hoĩ tãtũ: cæteris os aut rostra. frõs & aliis. Sed hoĩ tantum tristitiæ: hilaritatis: clæmentiæ: seueritatis index in assensu eius. Supcilia hoĩ & pariter & alterne mobilia: & in iis pars aĩ. Negamus animus: hæc maxime indicant. Fastus superbia aliubi cõceptaculũ: sed hic sedẽ hẽt. In corde nascit: hic subit: hic pendet. Nihil altius simul abruptiusq; iuẽit in corpe: ubi solitaria esset. Subiacẽt oculi pars corpis p̃ciosissima: & q lucis usu uitã distinguãt a morte. Non oibus aialium hi. Ostreis nulli. Quibusdam conchaꝝ dubii. Pectines. n. si quis digitos aduersum hiantes eos moueat: cõtrahunt ut uidentes. Et olentes fugiũt admota ferramenta. Quadrupedũ talpis uisus nõ est oculoꝝ effigies inest: si qs p̃tentã detrahat mẽbranã. Et iter aues ardeolaꝝ genera: quos leucos uocant: altero oculo carere tradũt. Optimi auguri cũ ad austꝝ uolãt: septẽtrionemue. Soluĩ. n. picula & metus narrãt Nigidius nec locustis nec cicadis esse dicit. Cochleis oculorum uicem cornicula bina p̃tentatu adimplent. Nec lumbricis ulli sunt: uermiumue generi. Ocali homini tãtũ diuerso colore: cæteris in suo cuiq; generi similes. Et equoꝝ q̃busdam glauci. Sed in hoĩe numerosissimæ diuersitatis atq; differentiæ grandiores: modici: parui: ꝓminentes: quos hebetiores putant. Conditi quos clarissime cernere: sicut in colore caprinos. Præterea alii contuent longinqua. Alii nisi ꝓpe admotã nõ cernũt. Multoꝝ uisus fulgore solis cõstat nubilo die nõ cernẽtiũ: nec post occasum. Alii interdiu hebetiores noctu p̃ter cæteros cernũt. De geminis pupillis: aut q̃bus noxii uisus eẽnt: satis diximus. Tyberio Cæsari in tenebris clariores ferunt ipsi aliã q̃ cæteroꝝ mortaliũ fuisse naturã: ut expergefactus noctu paulisper haud alio modo q̃ luce clara cõtueret: oĩa paulati tenebris sese obducẽtibus. Diuo Augusto equoꝝ modo glauci fuere: supraq; hoiem albicantis magnitudinis. Quam ob cãm diligẽtius spectari eos iracũde ferebat. Claudio Cæsari: ab angulis candore carnoso: sanguineisq; uenis subinde suffisi. Caio principi rigentes. Neroni nisi cũ cõniueret ad ꝓpe admota hebetes. Viginti gladiatoꝝ paria in Caii principis ludo fuere: in iis duo oĩno q contra cõminationem aliquã nõ coniuerent: & ob id inuicti. Tantæ hoc difficultatis est hoĩ. Pleriſq; uero naturale: ut nictare nõ cessent: quos pauidiores accepimus. Oculos unicolores nulli cũ candor omnibus mediusculo differẽtes. Neq; ulla ex parte maiora indicia aĩ cũctis aialibus: sed maxime hoĩ ideſt moderatiõis: clæmẽtiæ: misericordiæ: odii: amoris: tristiciæ: læticiæ. Contuitu quoq; multiformes: truces: torui: flagrãtes: graues: trãsuersi: limi: summissi: blãdi. Profecto in oculis aius inhabitat. Ardent: intendunt: humectant: cohibent. Hinc illæ misericordiæ lachrymæ. Hos cũ oſculamur: aĩum ipsum uidemur attingere. Hinc fletus & rigãtes ora riui. Quis ille hũor ẽ ĩ dolore tã fœcũdus & paratus? Aut ubi reliquo tpe? Aĩo ãt uidemus. Aĩo cernimus. Oculi ceuasa q̃dã uisibilẽ eius ꝓtem accipiũt: atq; trãsmittũt. Sic magna cogitatio obcæcat abducto intus uisu. Sic ĩ morbo comitiali aperti nihil cernũt aĩo caligante. Quin & patentibus dormiũt lepores: multiq; hoĩum: quos corybãtiã græci dicũt. Tenuibus multisq; mẽbranis eos natura cõposuit: callosis cõtra frigora: caloresq; in extremo tũicis: quas subinde purificant lachrymationũ saliuis: lubricos pp incursantia & mobiles. Media eoꝝ cornea fenestrauit pupilla: cuius angustiæ nõ sinũt uagari ĩ certã aciem: & uelut canali dirigũt obiterq; icidẽtia facile declinãt. Aliis nigra: aliis atra: aliis ruffa: aliis glauci coloris orbibus circũdatis: ut habili mixtura accipiat circũiecto candore lux: & temperato repercussu nõ obstrepat: adeoq; iis absoluta uis speculi: ut tã pua illa pupilla totam imaginẽ reddat hoĩs. Ea cã est ut pleræq; alitũ e manibus oĩum oculos potissimũ appetant: qđ effigiem suã in iis cernentes: uelut ad cognata desideria sua tẽdũt. Veterina tãtum quædam ad incremẽta lunæ morbos sentiunt: Sed hõ solus emisso hũore cæcitate liberat. Post uicesimũ annũ multis restitutus est uisus. Quibusdam statĩ nascẽtibus negatus nullo oculoꝝ uitio. Multis repente ablatus simili mõ nulla p̃cedente iniuria. Venã ab iis ꝓtingere ad cerebrũ pitissimi auctores tradũt. Ego & ad stomachũ crediderim. Certi nulli sine redũdatiõe eius eruit oculus: morientibus illos operire: rursusq; in rogo patefacere q̃ritiũ magno ritu sacrũ est. Ita more condito: ut neq; ab hoĩe supremũ eos spectari fas ẽ & cælo nõ oſtẽdi nefas. Vni aĩaliũ hoĩ deprauant. Vnde cognomina Strabonũ & Petoꝝ. Ab iisdẽ: q altero lumine orbi nascerent: coclites uocant. Quis pui utrinq; ocelli lucini iniuriæ cognomẽ habuere. Nocturnoꝝ aĩaliũ ueluti felium ĩ tenebris fulgent: radiãtq; oculi: ut cõtueri non sit. Et capræ lupoq; splendent: lucẽq; iaculãt. Vitulo marino & hyenæ ĩ mille colores transeunt subĩde. Quĩ & ĩ tenebris multoq; piscium refulgẽt: sicut aridi robustiq; caudices uetustate putresq; nõ cõniuere diximus q̃ nõ obliquis oculis: sed circũacto capite cernerent. Chamæleonis oculos circũagi totos tradunt. Cãcri ĩ obliquũ aspiciũt. Crusta fragili inclusis rigentes. Locustis. squilliſq; magna ex parte sub eodem munimento p̃duri eminent. Quorũ duri sunt. minus cernũt: q̃ quoꝝ humidi. Serpentium catulis & hirundinũ pullis si quis eruat: renasci tra-

Vel mẽtis uisu

dũt. Inſectoꝝ oĩum: & qbus teſtacea operimenta oculi mouent: ſicut quadrupedũ aures. Quibus fragilia operimẽta: iis oculi duri. Oĩa talia & piſces & inſecta non habent genas: nec integũt oculos. Omnibus mẽ brana uitri modo tranſlucida optẽdit. Palpebræ in genis hoĩ utrinq;. Mulieribus ẽt inſectæ quottidiano: tanta eſt decoris affectatio: ut tinganꝫ oculi quoq;. Alia de cã hoc natura dederat ceu uallũ quoddam uiſus & prominens munimentũ circa occurſantia aĩalia: aut alia fortuitu incidentia. Defluere eas haud ĩmerito uenere: abũdantibus tradũt. Ex cæteris nulli ſũt: niſi qbus & ĩ reliquo corpore pili. Sed quadrupedi ĩ ſupio ribus tantũ genæ. Volucribus ĩ iferiore. Et qbus molle tergus ut ſerpentibus. Ẽt quadrupedibus: q̃ oua pa/ riũt: ut lacertæ. Strutio camelus alitũ ſola ut homo utrinq; palpebras hẽt. Nec genæ qdem oĩbus: ideo neq; nictationes: iis q̃ aĩal generant. Grauiores alitũ inferiore gena conniuent. Eædem nictantur ab angulis mẽ/ brana obeũte. Columbæ & ſimilia utraq; conniuent. At quadrupedes quæ oua pariunt ut teſtudines: cro/ codili iferiore tantum ſine ulla nictatione: propter præduros oculos. Extremum ambitum genæ ſuperio/ ris antiqui cilium uocauere: unde & ſupercilia. Hoc uulnere aliquo diductũ non coaleſcit: in paucis humãi corporis membris. Infra oculos malæ homini tantum: quas priſci genas uocabant. xii. tabularum inter/ dicto radi a fœminis eas uetantes. Pudoris hæc ſedes. Ibi maxie oſtẽdit rubor. Infra eas hylaritates: riſum/ que indicãtes buccæ. Et altior hoĩ tãtum: quem noui mores ſubdola irriſione dicauere: naſus. Non alii aĩa lium nares eminent: Auibus ſerpentibus: piſcibus foramina tantum ad olfactus: ſine naribus. Et hinc co/ gnomina ſimorum: ſilonum. Septimo menſe genitis ſæpenumero foramina aurium: & narium defuere. Labra a qbus bronchi labeones dicti. Et os probũ duriuſue animal generantibus. Pro iis cornea & acuta uo lucribus roſtra. Eadem rapto uiuentibus adũca. Collecto recta: herbas ruentibus limumq; redũca: ut ſuũ generi. Lata in uſum iumentis uice manus ad colligenda pabula. Ora apertiora laniatu uiuentibus. Men/ tũ nulli p̃ter hominem: nec malæ. Maxillas crocodilus tantum ſuperiores mouet. Terreſtres quadrupedes eodem quo cæteræ more: præterq̃ in obliquũ. Dentiũ tria genera. Serrati: aut continui aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes: ne contrario occurſu atterant: ut ſerpentibus: piſcibus: canibus. Continui ut homini equo. Exerti apro: hippopotamo: elephanto. Continuorum qui digerũt cibum lati & acuti. Qui conficiũt: duplices. Qui diſcriminant: eos cãini appellant. Hi ſũt ſerratis longiſſimi: Continui autem utraq; parte oris ſũt ut equo. Aut ſuperiore primores non ſunt: ut bubus: ouibus: omnibuſq; quæ ruminant. Capræ ſu periores non ſunt: p̃ter primores geminos. Nulli exerti qbus ſerrati. Raro fœminæ & tamen ſine uſu. Itaq; cũ apri pcutiant: fœminæ ſues mordent? Nulli cui cornua exerti: ſed omnes ſui concaui. Cæteris dentes ſo lidi. Piſcium omnibus ſerrati: p̃ter ſcaꝝ. Huic uni aquatilium: plani. Cætero multis eoꝝ in lingua: & toto ore ut turba uulneꝝ molliant: quæ attritu ſubigere non queunt. Multis: & in palato: atq; etiam in cauda. Præterea in os uergentes: ne excidant cibi nullum habentibus retinendi amminiculum. Similes aſpidi: & ſerpentibus: ſed duo in ſuperna parte dextera leuaq; longiſſimi: tenui fiſtula pforati: ut ſcorpionum aculei uenenum infundentes: non aliud hoc eſſe q̃ fel ſerpentiũ. Et inde uenis ſub ſpina ad hos puenire: & has per uentrem deſcendere: diligentiſſimi auctores ſcribũt. Quidam unũ eſſe eum: & quia ſit aduncus: reſupinari cum momorderit. Aliqui tunc decidere eum rurſuſq; recreſcere facilem decuſſu: & ſine eo eſſe quos tracta ri cernamus. Scorpionis caudæ ineſſe eum: & pleriſq; ternos. Viperæ dentes gingiuis conduntur. Hæc ea dem pregnans ueneno impreſſo dentium repulſu: uirus fundit in morſus. Volucrum nulli dentes præter ueſpertilionem. Cameli ſoli ex iis: quæ non ſunt cornigera in ſuperiori maxilla primores non habent. Cor nua habentium nulli ſerrati. Et cochleæ dentes habent: indicio eſt a minimis earum deroſas uites. At ĩ ma rinis cruſtata & chartilaginea priores habere. Item echinis qnos eſſe: unde intelligi potuerit miror. Dentiũ uice aculei inſectis. Simiæ dentes ut homini. Elephanto intus ad mandendum quattuor præterq; eos q̃ p minent. Maſculis reflexi: fœminis recti: atq; proni. Muſculus marinus q balenã antecedit. nullos habet. Sed p iis ſetis intus: os hirtum: & linguã ẽt appellatã. Terreſtriũ minutis quadrupedibus primores bini utriq; longiſſimi. Cæteris cum ipſis naſcuntur. Homini poſtq̃ natus eſt ſeptimo mẽſe. Reliqs ppetui manẽt. Mu tant homini: leoni: iumento: cani: & ruminantibus. Sed leoni & cani non niſi canini appellati. Lupi dexter caninus in magnis habet operibus. Maxillares q ſunt a caninis nullũ animal mutat. Homini nouiſſimi q genuini uocant: circiter uiceſimũ annũ gignũt: multis & octogeſimo. Fœminis quoq;: ſed qbus in iuuenta non fuere nati: decidere ĩ ſenecta: & mox renaſci certum é. Zanclẽ ſamothracenũ ciuem cui renati eẽnt poſt centum & quattuor annos Mutianus uiſum a ſe pdidit. Cætero maribus plures q̃ fœminis in homine: pe cude capriſue. Timarchus Nicoclis filius Pappii duos ordines habuit maxillarium: Frater eius non muta/ uit primores: ideoq; ptriuit. Eſt exẽplũ dentis homini & in palato geniti. At canini amiſſi caſu aliquo nũq̃ renaſcuntur. Cæteris ſenecta rubeſcunt. Equo tantum candidiores: fiũt. Aetas ueterinorum dentibus ĩdi/ cat. Equo ſunt numero. xl. Amittit triceſimo menſe primores utrinq; binos. Sequenti anno totidem pro/ ximos cum ſubeũt dicti columellares. Quinto anno incipiente binos amittit: q ſexto anno renaſcunt. Vii omnis haber & renatos & ĩmutabiles. Equo caſtrato prius non decidũt dẽtes. Aſinorum genus triceſimo menſe ſimiliter amittit: deinde ſenis menſibus. Quod ſi non prius pepererint: quam decidant poſtremi: ſterilitas certa. Bobus bis mutantur. Suibus decidunt nunquam. Aſumpta hac obſeruatione ſenectus in equis & cæteris ueterinis intelligitur dẽtium bronchitate: ſuperciliorum canicie: & circa ea lacunis cum fere. xvi. annorum exiſtimantur. Hominum dentibus quoddam ineſt uirus. Namq; & ſpeculi nitorem ex aduerſo nudati hebetant: & columbarum fœtus implumes necant. Reliqua de iis in generatione homi/ nũ dicta ſunt. Erumpentibus morbi corpora infantia accipiunt. Reliqua animalia quæ ſerratos habent: ſæuiſſima dentibus. Linguæ non omnibus eodem modo. Tenuiſſima ſerpentibus & triſulca: uibrans: atri coloris: & ſi extrahas prælonga. Lacertis bifida & piloſa. Vituliſque marinis duplex. Sed ſupradictis ca/

pillameti teuitate Cæteris ad circumlambenda ora. Piſcibus paulominus quam tota adherens. Croco//
dilis tota. Sed in guſtatu linguæ uice carnoſum aquatilibus palatum. Leonibus ac pardis: omnibuſq; ge//
neris eius etiam felibus imbricatæ aſperitatis: & limæ ſimilis: attenuanſq; lambẽdo cutẽ hoīs. Quæ cã etiã
manſuefacta ubi ad uicinũ ſanguinẽ puenit ſaliua: inuitat ad rabiem. De purpuraq; linguis diximus. Ranis
prīa cohæret. Intima abſoluta a gutture qua uoce mittũt. Mares tũ uocãt ololygones ſtato id tpe euenit:
ciẽtibus ad coitũ fœminas. Tũ ſi qdem inferiore labro demiſſo ad libramẽtũ modicæ aquæ receptæ in fau
ces palpitante ibi lingua ulalatus elicit. Tũc extenti buccaq; ſinus perlucent. Oculi flagrãt labore perpulſi.
Quibus in poſteriore pte aculei: iis & dentes & lingua. Apibus ẽt p̄longa: eminẽs & cicadis. Quibus acule//
us in ore fiſtuloſus: iis nec lingua nec dẽtes. Quibuſdã inſectis ītus lingua: ut formicis. Cæteq; lata elephan
to p̄cipue. Reliqs in ſuo genere ſp absoluta. Hoī tantũ ita ſæpe cõſtricta uenis: ut iterdici eas neceſſe ſit. Me
tellũ põtificẽ adeo inexplanatæ fuiſſe accepimus: ut multis mẽſibus tortus credat: cũ meditat in dedicanda
æde opifere dicere. Cæteris ſeptīofere anno ſermonẽ exprimit. Multis uero talis eius ars cõtigit: ut auiũ: &
animaliũ uocis indiſcrete edat imitatio. Intellectus ſapoq; eſt cæteris in prīa lingua: hoī & in palato. Tonſil
læ in hoīe. In ſue glãdulæ: qđ inter eas uuæ noīe ultimo dependet palato: hoī tantum eſt. Sub ea minor lin
gua: quæ nulli oua generantiũ: opera: eius gemina: duabus interpoſitæ fiſtulis. Interior eaq; appellat arte//
ria ad pulmonem atq; cor pertinens. Hanc operit in epulando epigloſſis ſpiritu ac uoce illac meante: ne ſi
potus cibuſue in alienum deerrauerit tramitem: torqueat. Altera exterior eſt: appellat ſane gula: qua cibus
atq; potus deuorat. Tendit hæc ad ſtomachum: inde ad uentrem. Hanc per uices operit: cum ſpiritus tan//
tum aut uox cõmeat: ne reſtagnatio intempeſtiua alui obſtrepat. Ex chartilagine & carne arteria: gula ner//
uo & carne conſtat. Ceruix nulli: niſi qbus utraq; hæc. Cæteris collum: qbus tantũ gula. Sed qbus ceruix e
fit: quod uocatur lycion. Ea ſpina & in pelio mōte naſciſ: adulteratq; medicamētū. Itē aſphodeli radix: aut fel bubulum: aut abſinthium uel thus uel amurca. Lytium aptiſſimum medicinæ quod eſt ſpumoſum. Indi in utribus camelorum: aut rhinocerotum admittunt. Spinam ipſam in græcia quidam pixanthum chironium uocant.

De machir: & arboribus amanæ gentis. CA. VIII.

ET machir ex india aduehiſ cortex rubens: radicis magnæ: noīe arboris ſuæ. Qualis ſit ea: incompertū habeo. Corticis melle decocti uſus in medicina ad dyſentericos p̄cipuus habeſ. Saccharō & arabia fert: ſed laudatius india. Eſt aūt mel in arūdinibus collectū: gūmiū mō cādidū: dētibus fragile. Ampliſſimum nucis auellanæ magnitudine: ad medicinæ tātū uſum. Cōtermina indis
gēs ariana appellaſ: cuius ſpina lachrymaꝫ p̄cioſa: myrrhæ ſimilis: acceſſu pp aculeos anxio. Ibi & frutex peſtilēs rhaphani: folio lauri: odore equos inuitante: q pene eqtatu orbauit Alex. primo introitu. Qđ & in gedroſiis accidit. Item laurino folio. Ēt ibi ſpina tradita eſt: cuius liquor aſperſus oculis cæcitatem infert animalibus oībus. Necnō & herba præcipui odoris referta minutis ſerpentibus: quaꝫ ictu ꝓtinus moriē dum eēt. Onoſicritus tradit in hyrcaniæ cōuallibus ficis ſimiles eſſe arbores: quæ nocentur occhi: & qbus
deflu at mel horis matutinis duobus. Vel blo
chon

De bdellio & arboribus perſici maris. CA. IX. Vel ma
chin

VIlcina eſt Bactriana: in qua bdelliū noiatiſſimū. Arbor nigra eſt magnitudine oleæ folio roboris Vel mā
fructu caprifici: naturaq; gūmi. Alii brochō appellāt: alii malachrā: alii maldacō. Nigrū uero & i dalcon
offas cōuolutū hadrobolū. Eſſe āt debet trāſlucidū: ſimile cæræ: odoratū: & cū fricaſ pīgue: gu
ſtu amaꝫ citra acorē. In ſacris uino perfuſum odoratius. Naſciſ & in arabia indiaq; & media ac

babylone. Aliqui parthicū uocant ex media aduectū. Facilius hoc & cruſtoſius: amariuſque & gūmoſum. Adulteratur amygdala nuce. Cætera eius genera cortice: & ſcordaſti. Ita uocatur arbor æmula gūmi. Sed deprehenduntᵉ (quod ſemel dixiſſe & in cæteros odores ſatis ſit) odore: colore: pōdere guſtu: igne: Bactriano nitor ſiccus: multique candidi ungues. Præterea ſuū pondus: qđ grauius eē aut leuius nō debeat. Preciū ſincæro ī libras decē tātū. Gentes ſupradictas perſis attingit: rubro mari: qđ ibi perſicū uocauimus longe ī terra æſtus agente. Mira arboꝝ natura. Nāq; eroſæ ſale iuectis derelictiſque ſimiles ſicco littore radicibus nudis polypoꝝ mō amplexæ ſteriles harenas ſpectantᵉ. Eædē mari aduenīente fluctibus pulſatæ reſiſtunt īmobiles. Quin & pleno æſtu operiuntᵉ totæ. Apparetque reꝝ argumētis aſperitatæ aquaꝝ illas ali. Magnitudo miranda eſt. Species ſimilis unedonis. Pomū amygdalis extra: intus contortis nucleis.

De arboribus perſicæ inſulæ & lanigeris arboribus. CA. X.

TYlos inſula in eodē ſinu eſt: repleta ſiluis qua ſpectat orientē: quaque & ipſa æſtu maris perfunditᵉ Magnitudo ſingulis arboribus fici. Flos ſuauitate inenarrabili. Pomū lupino ſimile: propter aſperitatem intactum oībus aīalibus. Eiuſdem inſulæ excelſiore ſuggeſtu lanigeræ arbores alio mō q̄ ſerum. Iis folia infœcunda: quæ ni minora eſſent: uitiū poterant uideri. Ferunt cotoni mali amplitudine cucurbitas: quæ maturitate ruptæ oſtēdūt lanuginis pilas: ex quibus ueſtes p̄cioſo linteo faciūt.

De goſſipio: & arboribus ex qbus ueſtes fiūt: & qbus modis cōſtēt arboꝝ fructus. CA. XI.

ARbores uocant goſſipios fertiliores ēt tylo in minore: q̄ diſtat. x. M. paſ. Iuba circa fruticē lanugines eſſe tradit. linteaque fieri indicis p̄ſtantiora. Arabiæ aūt arbores ex quibus ueſtes faciant: cynas uocari: ſolio palmæ ſimili. Sic indos ſuæ arbores ueſtiunt. Intylis autē & alia arbor floret albæ uiolæ ſpecie: ſed magnitudine quadruplici ſine odore quod miremur. In eo tractu eſt & alia ſimilis: folioſior tamen: roſeique floris: quem noctu cōprimens aperire incipit ſolis exortu: meridie expādit. Incole dormire eū dicunt. Fert eadem inſula & palmas: oleaſque: ac uites: & cum reliquo pomorum genere ſicos. Nulli arborum folia ibi decidunt. Rigaturque gelidis fontibus: & imbres accipit. Vicina iis arabia flagitat quandam generum diſtinctionem: quoniam fructus iis conſtat: radice: frutice: cortice: ſucco: lachryma: ligno: ſurculo: flore: folio: pomo.

De coſto & nardo & differentiis nardi. CA. XII.

RAdix & foliū indis eſt maximo precio. Radix coſti guſtu feruens: odore eximio: frutice alias inutili: primo ſtatim introitu amnis indi in patale inſula. Duo ſunt eius genera: nigrū: & qđ melius candicās. Preciū in libras. xvi. De folio nardi plura dicere par eſt: ut principali in unguentis. Frutex eſt graui & craſſa radice: ſed breui ac nīgra: fragiliq; q̄uis pingui. Situm redolente ut cupreſſi aſpero ſapore: folio paruo dēſoq;. Cacumina in ariſtas ſe ſpargūt: ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrant. Alterū eius genus apud gangē naſcēs dānatur in totū ozenitidis noīe uirus redolens. Adulteratur & ſpeudonardo herba: quæ ubiq; naſciᵉ: craſſiore atq; latiore folio: & colore lāguido in cādidū uergēte. Itē ſua radice permixta pōderis cā: & gūmi: ſpumaq; argenti: aut ſtibio: cyperiue cortice. Sinceꝝ qdē leuitate deprehendiᵉ: & colore ruſſo: odoriſq; ſuauitate & guſtu: maxime ſiccāte os: ſapore iucundo. Præcium ſpicæ in libras. xl. Folia diuiſere anonam ab amplitudīe: qđ hadroſphæꝝ uocaᵉ maioribus: ſiclis. xxx. Quod minore folio eſt: meſoſphæꝝ appellaᵉ: emitur. X. lx. Laudatiſſimum microſphæꝝ e minimis folium: Preciūq; eius. X. lxxv. odoris gratia omnibus: maior recentibus. Nardo color q inueterauerit nigriori melior. In noſtro orbe ꝓxime laudatur ſyriacū: mox gallicum. Tertio loco creticum: qđ alii qdē agriū uocant: alii phu: folio oluſatri: caule cubitali geniculato: in purpura albicante: radice obliqua ulloſaq; & imitante auiū pedes. Baccaris uocaᵉ nardū ruſticū: de quo dicemus inter flores. Sunt autem ea oīa herbæ: præter indicū. Ex iis gallicū & cum radice uelliᵉ: abluiturq; uino. Siccaᵉ in umbra: aligaᵉ faſciculis in charta nō multū ab indico differens: ſyriaco tamen leuius. Precium ſiclis. xiii. In iis ꝓbatio una: ne ſint fragilia & arida potiuſq̄ ſicca folia. Cū gallico nardo ſp naſciᵉ herba q̄ hirculus uocaᵉ a grauitate odoris & ſimilitudine: qua maxie adulteraᵉ. Diſtat qđ ſine cauliculo eſt: & qđ minoribus foliis: qđq; radicis neq; amaræ neq; odoratæ.

Vel cyperi

De aſſaro: amomo: & amomide: & de cardamomo. CA. XIII.

NArdi uim hēt & aſſaꝝ: & qđ ipſum aliqui ſilueſtre nardum appellant. Eſt aūt ederæ foliis: rotundioribus tantū mollioribuſq;: flore purpureo: rapice gallici nardi ſemen acinoſum ſaporis calidi ac uinoſi. Montibus in umbroſis bis anno floret. Optimū in pōto: ꝓximū in phrygia: tertiū in illyrico. Fodiᵉ cum folia mittere incipit. Et in ſole ſiccaᵉ: celeriter ſitū trahens: ac ſeneſcens. Inuēta nuper & ī thracia herba eſt: cuius folia nihil ab īdico nardo diſtāt. Amomi uua in uſu eſt indica uite labruſca ut alii exiſtimauere: frutice uenoſo: palmi altitudine: carpiturq; cū radice: manipulatim leniter cōponiᵉ: ꝓtinus fragile. Laudaᵉ q̄ maxīe punici mali foliis ſimile: nec rugoſis: colore ruſſo. Secūda bonitas palli do: herbaceū peius. Peſſimumq; cādidū: qđ & uetuſtate euenit. Precium uuæ ī libras ſicli. lxx. Friato uero amomo. lxxxii. Naſciᵉ & in armeniæ ꝑte: q̄ uocaᵉ otene: & in media & in pōto. Adulteraᵉ foliis punicis: & gūmi liquido: ut cohæreat: cōuoluatq; ſe in uuæ modū. Eſt & q̄ uocaᵉ amomis minus uenoſa: atq; durior ac minus odorata: a quo apparet aut aliud eē: aut colligi īmaturū. Simile iis & noīe & frutice cardamomū ſemine oblongo. Metitur eodē mō & in arabia. Quattuor eius genera. Viridiſſimū ac pingue acutis angulis cōtumax fricāti: qđ maxime laudatur. Proximū eius ruſſo candicans. Tertium breuius: atq; nigrius. Peius tamen uarium: & facile tritu: odoriſq; parui. Qđ uerius coſto uicinius eſſe debet. Hoc & apud medos naſcitur. Precium optimi in libras. xii. Cinamomo gentilitas proxima erat nilus: ni prius arabiæ diuitias indicari conueniret: cauſaſq; quæ cognomē illi fœlicis: ac beatæ dedere. Principalia ergo in illa thus & myrrha. Hæc & cum troglodytis communis.

uel mir ruoſo

Vel ſyriaco

De thure & arboribus thuris. CA. XIIII.

THura præter arabiam nullis ac ne arabiæ quidem uniuersæ. In medio eius sunt fere attramitæ pago sabæorum capite regni. Sabota in monte excelsa: a quo octo mansionibus distat regio eorum thurifera: Saba appellatur: quã significare græci misterium dicunt: spectans ortus solis æstiui undi dique rupibus inuia: & a dextra maris scopulis inaccessa. Id solum e rubro lacteum traditur. Siluarum longitudo est schœnorum. xx. Latitudo dimidium eius. Schœnus patet Eratosthenis ratiõe stadia. xl. hoc est pas. quinq; mil. Aliqui. xxii. stadia singulis schœnis dedere: attolluntur colles alti: decurruntq; & in plana arbores sponte natæ. Terram argillosam esse conuenit: raris fontibus ac nitrosis. Attingũt & minæi pagus alius: per quos euehit uno tramite angusto. Hi primi commertium thuris fecere maximeq; exercent: A quibus & mineum dictum est. Nec præterea arabum: alii thuris arborem uident: ac ne horum quidem oẽs Feruntq;. ccc. nõ amplius eẽ familiarum: quæ ius per successiones id sibi uendicent. Sacros uocari ob id: nec ullo congressu fœminarum: funerumq; cum incidant eas arbores: aut metant pollui. Atq; ita religione merces augeri. Quidam promiscuum ius iis populis esse tradunt in siluis. Alii per uices annorum diuidi. Nec arboris ipsius quæ sit facies: constat. Res in arabia gessimus: & romana arma in magnam partem eius pene trauere. C. ẽt Cæsar Augusti filius inde gloriã petiit: nec tamen ab ullo (qđ equidem sciam) latino arborũ earum tradita est facies. Græcorum exempla uariant. Alii folio pyri minore dumtaxat & herbidi coloris, pdidere. Alii lentisco similem subritilo folio. Quidam terebinthum esse: & hoc uisum Antigono regi allato fructice. Iuba rex iis uoluminibus: q̃ scripsit ad. C. Cæsarem Augusti filium ardentem fama arabiæ tradit contorti esse caudicis: ramis aceris maxime pontici. Succũ amygdalæ mõ emittere. Talesq; in carmania apparere: & in ægypto satas studio Ptolemæorum regnantiũ. Cortice lauri esse constat. Quidã & foliũ simile dixeẽ. Talis certe fuit arbor sardibus. Nam & asiæ reges serendi curam habuerũt. Qui mea ætate legati ex arabia uenerũt: oia incertiora fecerũt. Qđ iure miremur: uirgis ẽt thuris ad nos commeantibus quibus credi põt matrẽ quoq; teretẽ & enodi fructificare trunco. Meti semel anno solebat minore occasione uendendi. Iam quæstus aliam uindemiam affert: prior atq; naturalis circa canis ortum flagrantissimo æstu incidentibus: qua maxime uideat esse prægnans: tenuissimusq; tẽdi cortex. Laxat hic plaga: non adimit. Inde ꝓsilit spuma pinguis. Hæ cõcreta densat: ubi loci natura poscat tegete palmea excipiente. Aliubi area circũ pauita. Purius illo modo: sed hoc ponderosius. Qđ in arbore hæsit: ferro depectit: ideo corticosum. Silua diuisa certis portionibus mutua innocẽtia tuta est. Neq; ullus saucias arbores custodit. Nemo furat alteri. At hercule alexandriæ ubi thura interpollant: nulla satis custodit diligentia officinas. Subligaria signantur opifici. Persona adiicitur capiti: demptisue reticulis. Nudi emittunt: tãto minus fidei apud nos pœna: q̃ apud illos siluæ habẽt. Autũno legit ex æstiuo partu. Hoc purissimum: candidũ. Secunda uindemia est uere: ad eam hyeme corticibus icisis. Ruffum hoc exit: nec comparandum priori. Illud carsiatũ: hoc dathiathũ uocãt. Credit & nouellæ arboris candidius esse: sed ueteris odoratius. Quidam & in insulis melius putãt gigni. Iuba in insulis negat nasci. Qđ ex eo rotũditate guttæ pependit: masculum uocamus: cũ alias non fere mas uocet: ubi non sit fœmina. Religioni tributum ne sexus alter usurparetur. Masculum aliqui putãt a spẽte stiũ dictũ. Præcipua autem gratia est mammoso cum hærente lacryma priore consecuta alia miscuit se. Singula hæc manũ implere solita inuenio. Cum minori diripiendi auiditate lentius nasci liceret. Græci stagoniã & atomum tali mõ appellant: minorem aũt arabiã. Micas cõcussu elisas mãnã uocamus. Etiamnum tamen inueniuntur guttæ q̃ tertiam partẽ minæ: hoc est. xxxix. denariorum pondus æquẽt. Alexandro magno in pueritia fine. Persimonia thura ingerenti aris pedagogus Leonides dixerat ut illo mõ cũ deuicisset thuriferas gentes: supplicaret. At ille arabia potitus thure onustã nauim misit ei: Large exhortatus ut deos adoraret. Thus collectũ sabotam camelis conuehit: porta ad id una patẽte. Digredi uia capitale leges fecere. Ibi decimas deo: quẽ uocant Sabin: Mensura non pondere sacerdotes accipiũt. Nec ante mercari licet. Inde impensæ publicæ tolerantur. Nam & benigne certo itinerum numero deus hospites pascit. Euehi nõ põt: nisi p gebbãnitas. Itaq; & horum regi pendit uectigal. Caput eorum tomna abest a gaza nostri littoris iudeæ oppido. lxxx. xxxvii. mil. pas. Qđ diuidit in mansiões camelorum. lxii. Sunt & q̃ sacerdotibus dant portiões scribisq; regum certe. Sed ꝑter hos & custodes satellitesq; & hostiarii & ministri populãt. Iam quacũq; iter ẽ aliubi ꝓ aq̃: aliubi ꝓ pabulo aut ꝓ mãsiõibus: uariisq; portoriis pẽdũt: ut sũptus i singulos camelos denariorum. dc. lxxxviii. ad nostrum littus colligat. Iterũq; iperii nostri publicanis pendit. Itaq; optimi thuris libra siclorum. vi. precium habet. secunda. xii. tertia. xiiii. Apud nos adulterat resine candidæ gemma ꝓ q̃ simili: sed deprehendit quibus dictum est: modis. Probatur cãdore: amplitudine: fragilitate: carbone. Vt statim ardeat. Itẽ ne dentem recipiat potiusq̃ in micas frangatur.

Vel oro bians ab orobo

De myrrha & arboribus myrrhæ. CA. XV.

MYrrham in iisdem siluis permixtam arborem nasci tradidere aliqui: plures separatim. Quippe multis in locis arabiæ gignit: ut apparebit in generibus. Cõuehitur & ex siluis laudata: petũtq; eam ẽt atroglodytis sabbæi transitu maris. Satiua quoq; prouenit multũ siluestri prælata. Gaudet rastris: & ablaqueationibus. Melior radice refrigerata. Arbori altitudo ad quinq; cubita: nec sine spina: caudice duro & intorto: crassiore q̃ thuris: & ab radice etiam q̃ reliqua sui parte. Corticem læuẽ similemq; unedoni. Scabrum alii spinosumq; dixere. Folium oliuæ: uerum crispius: & aculeatum. Iuba oluscatri: aliqui similem iunipero: scabriorem: tantum: spinisq; horridam: folio rotundiore: sed sapore iuniperi. Necnon fuere qui ethuris arbore utrunq; nasci mentirentur. Inciduntur bis & ipsæ: iisdem temporibus: sed a radice usq; ad ramos qualẽt. Sudant ãt sponte priusq̃ incidant: stacten dictam: cui nulla præfertur. Ab hac satiua & in siluestri quoq; melior æstiua. Nõ dant ex myrrha portiones deo: quoniam & apud

alios naſcitur. Regi tamẽ gebbãnitarũ quartas eius pẽdunt. Cætero paſſim ac uulgo coemptam in folles cõfartiunt: ipſiq; unguentarii digerunt: haud difficulter odoris atq; pinguedinis argumentis.

De generibus myrrhæ: & natura & precio eius. CA. XVI.

GEnera complura. Troglodytita ſilueſtrium prima. Erythræa ſequens & minæa in qua ſtactæa & attranitica ẽ gebbánitica & auſeritis gebbánitarũ regno. Tertia diáitis. Quarta collaticia. Quinta ſembracena a ciuitate regni ſabæorũ mari pxia. Sexta quá duriſitin uocant. Eſt & candida uno tantũ loco: q̃ in meſſalũ oppidũ cõferẽ. Probaẽ troglodytica pinguedine: & q̃ aſpectu aridior eſt ſordidaq; ac barbara: ſed acrior cæteris. Sembracena prædictis caret uitiis: ante alias hylaris: ſed uiribus tenuis. In plenũ aũt ꝓbatio eſt minutis glebis: nec rotundis. In concretu albicantis ſucci & tabeſcẽtis: utq; cõfracta candidos ungues habeat: guſtu leniter amara. Secunda bonitas: itus uaria. Peſſima: quæ intus nigra. Peior ſi ſit etiam foris. Precia ex occaſiõe ementium uaria. Stactæ a. vi. ad. l. Satiuæ ſummum ad. xxii. Erythrææ ad. xvi. hanc uolunt arabicam intelligi. Trogloditycæ nucleo ad. xiii. Seæ quam odorariam uocant: ad. xiiii. Adulteratur lentiſci glebis & gummi. Item cucumeris ſucco amaritudinis cauſa: ſicut põderis ſpuma argenti. Reliqua uitia deprehenduntur ſapore: gummi dente lentiſcentis. Facillime autem adulteratur indica myrrha: quæ ibidem quadam e ſpina colligitur. Hoc ſolum peius india affert facili diſtinctione: tanto deterior eſt.

uel ſcey

De maſtice: ladano: & bruta: enhemo: & ſtrobo: & de ſtyrace. CA. XVII.

ERgo tranſit in maſticem quæ ex alia ſpina fit in india. Itemq; in arabia lamam uocant. Sed maſtix quoq; gemina eſt: quoniam & in aſia græciaq; herba reperitur e radice folia emittẽs: & carduum ſimile malo ſeminis plenum: lachrymaq; erumpit inciſa ꝑte ſumma uix ut dignoſci poſſit a maſtice uera. Necnon & tertia in ponto eſt bituminis ſimilior. Laudatiſſima autem chia candida: cuius precium in libras. xx. nigræ uero. xii. Chia e lentiſco traditur gigni gummi modo. Adulteratur thure & reſina. Arabia etiamnum & ladano gloriatur: forte caſuq; hoc & iniuria fieri odores plures tradidere. Capras maleficum alias frondibus animal: odoratorum uero fruticum expetentius tanquam intelligant precia carpere germinum caules prædulci liquore turgentes: diſtillantemq; ab iis caſus mixtura ſuccum improbo barbarum uillo abſtergere. Hunc glomerari in puluerem: & incoqui ſole. Et ideo in ladano caprarum pilos eſſe. Sed hoc non alibi fieri q̃ in nabathæis: qui ſunt ex arabia contermini ſyriæ. Recẽtiores ex auctoribus ſtrobon hoc uocant. Traduntq; ſiluas arabum paſtu caprarum infringi: atq; ita ſuccũ uillis inhæreſcere. Verum autem ladanum cypri in inſula eſſe. Vt obiter quæq; genera odorum dicantur: quamuis non terrarum ordine. Similiter & hoc ibi fieri tradunt: & eſſe ceſyphum: hyrcorum barbis genibuſq; uilloſis inhærens. Sed ederæ: flore deroſo paſtibus matutinis cum eſt rorulenta cypros. Deinde nebula ſole diſcuſſa in puluerem madentibus uillis adhæreſcere: atq; ita ladanum depecti. Sunt qui herbam in cypro ex qua id fiat ladam appellent: etenim illi ladanum uocant: huius pingui inſidere. Itaq; attractis funiculis herbam eam conuolui: atq; ita offas fieri. Ergo in utraq; gente bina genera terrenum: & factitiũ id quod terrenum eſt friabile: factitium lentum. Necnon & fruticem eſſe dicunt in carmania & ſup ægyptum per Ptolemæos tranſlatis plantis. Aut ut alii generari & id in iis: ut thuris arbore colligiq; ut gummi inciſo cortice: & caprinis pellibus excipi. Precia ſunt laudatiſſimo in libras aſſes. xl. Adulteratur myrti baccis: & aliis animalium ſordibus. Sinceri odor debet eſſe ferus: & quodammodo ſolitudinem redolens. Ipſum uiſu aridum: ſtatim tactu molleſcere. Accenſum fulgere: odore iucundo gratuitum. Mirtata deprehenduntur: crepitantq; in igne. Præterea ſincero calculi potius e rupibus inhærent: q puluis. In arabia & olea dotaẽ lachryma qua medicamentum conficitur a græcis enhemon dictum: ſingulari effectu contrahendis uulnerum cicatricibus. In maritimis eæ fluctibus æſtuq; operiuntur. Nec baccæ nocet: cũ conſtet & in foliis ſalem relinqui. Hæc ſunt peculiaria arabiæ. Et pauca p̃terea alibi communi dicenda: quoniam in iis uincit: peregrinoſq; ipſa myrrhæ odores & ab exteris petit. Tanta mortalibus ſuarũ rerũ ſatietas eſt: alienarumq; auiditas. Petunt igitur i helimæos arborem brutam cupreſſo fuſæ ſimilem: ex albidis ramis: iucundi odoris accenſam: & cum miraculo hiſtoriis Claudii Cæſaris prædicatam. folia eius inſpergere potionibus parthos tradit. Odorem proximum eſſe cedro: fumumq; eius cõtra ligna alia remedio. Naſcitur ultraphaſin tigrimq; in finibus oppidi ſcytiæ in monte ſcátho. Petunt & in carmanos arboré hiſtrobum ad ſuffitus perfuſam uino palmeo accedentes. Huius odor redit a cameris ad ſolum iucũdus: ſed aggrauãs capita: citra dolorem tamen. Hoc ſomnum ægris quærunt. His commertiis carracem oppidum aperuere qđ eſt illis nundinariũ. Inde gabbá omnes petere ſolebant dierum. xx. itinere: & palæſtinam ſyriam. Poſtea carracẽ peti cœptum: ac regna parthorũ ex ea cá iuba auctor eſt. Minæi & ad pſas ét prius iſta portaſſe: q̃ in ſyriá aut ægyptũ uidentur. Herodoto teſte qui tradit ſingula milia talentũ thuris annua penſitaſſe arabas regibus perſarũ. Ex ſyria reuehũt ſtyracẽ: acri odore eius in focis abigentes ſuorũ faſtidium. Cætero nõ alia ligni genera ſunt in uſu q̃ odorata. Ciboſq; ſabæi coquunt thuris: ligno: alii myrrhæ. Oppidorũ uicorũq; non alio q̃ ex aris fumo atq; nidore: Ad hunc ergo ſanandum urunt ſtyracem in pellibus hyrcinis: ſuffiũt tecta. Adeo nulla eſt uoluptas: quæ nõ aſſiduitate ſui faſtidium pariat. Eundem & ad ſerpentes fugandos urunt in odiferis ſiluis frequentiſſimas.

Vel paſi tigrin
Vel ſittacæ

De fœlicitate arabiæ. CA. XVIII.

NOn ſunt eorum cinnamomum aut caſia. Et tamẽ fœlix appellatur arabia falſo & ingrati cognominis: quæ hoc acceptum ſuperis fuerat: cum plus ex eo inferis debeat. Beatam illa fecit hominum etiam in morte luxuria: quæ diis intellexerat genita adhibens urendis defunctis. Periti rerum adſtruxerunt non ferre tantum annuo fœtu: quantum Nero princeps nouiſſimo pompæ

ſuæ die concremauit. Aeſtimentur poſtea toto orbe ſingulis annis tot funera: aceruatimq; congeſta honori cadauerum: quæ diis per ſingulas micas dantur. Nec minus propitii erant mola ſalſa ſupplicantibus. Immo uero (ut palam eſt) placatiores. Verum arabiæ ẽt nunc fœlicius mare eſt. Ex illo nanq; margaritas mittit. Minimaq; computatione milies centena milia ſeſtertium annis omnibus india & ſeres peninſulaq; illa imperio noſtro adimunt. Tanto nobis deliciæ & fœminæ conſtãt. Quota enim portio ex illis ad deos quoſo iam uti ad inferos pertinet.

De cinnamomo & xilocinnamomo & caſia. CA. XIX.

CInnamomum & caſias fabuloſa narrauit antiquitas princepſue Herodotus auium nidis: & priuatim phœnicis: in quo ſitu Liber pater educatus eſſet ex inuiis rupibus arboribuſq; decuri carius: quam ipſæ inferrent ponderę: aut plumbatis ſagittis item caſiam circa paludes propugnante unguibus diro ueſpertilionum genere: aligeriſq; ſerpentibus: his commentis augentes rerum precia. Commutata uero fabula eſt ad meridiani ſolis repercuſſus: inenarrabilem quendam uniuerſitatis halitum e tota peninſula exiſtere tot generum auris ſpirante concentu. Magnicq; Alexãdri claſſibus arabiã odore primũ nunciatam in altum. Omnia falſa: ſiquidem cinnamomum idemque cinnamum naſcitur in æthiopia troglodytis connubio permixta. Ii mercantes a conterminis uehũt per maria uaſta ratibus: quas neq; gubernacula regant: neq; remi trahant uel impellant: non uela: non ratio ulla adiuuet: cũ oĩum inſtar ibi ſint homo tantũ & audacia. Præterea hybernum mare exigant circa brumam euris tum maxime flantibus. Ii recto curſu per ſinus impellunt: atq; a promontorii ambitu argeſte deferunt in portum gebbannitarum: qui uocat ocila. Quamobrem illi maxime id petunt. Produtq; uix quinq; anno reuerti negociatores: & multos interire. Contra reuehunt uitrea: & ænea: ueſtes: fabulas: cum armillis: ac mõilibus. Ergo negociatio illa fœminaꝝ maxime fide conſtat: ipſe frutex duoꝝ cubitoꝝ altitudine ampliſſimus: palmique minimus. iiii. digitorum craſſitudinis: ſtatim a terra ſex digitis ſurculoſus: arido ſimilis. Cũ uiret nõ odoratus: folio origani: ſiccitate gaudens: ſterilior imbræ: ceu diræ naturæ. Gignitur qdem in planis: ſed dẽſiſſimis in uepribus: rubiſq;: difficili collectu. Metitur non niſi permiſerit deus: Iouem hunc intelligunt aliqui. Aſſabinũ illi uocant. xliiii. boum caprarumq; & arietum extis impetratur uenia metendi. Non tamen aut ante ortum ſolis: aut poſt occaſum licet. Sarmenta haſta diuidit ſacerdos: deoq; partem ponit. Reliquũ mercator in naſſas condit. Eſt & alia fama: cum ſole diuidi: ternaſq; partes fieri. Deinde ſorte germina diſcerni. Quodq; ſoli ceſſerit relinqui: ac ſponte conflagrare. Præcipua bonitas uirgultorum tenuiſſimis partibus ad longitudinem palmi. Secunda proximis breuiore menſura atq; ordine. Viliſſimum quod radicibus proximum: quoniam ibi minimum corticis: in quo ſumma gratiæ. Qua de cauſa præferuntur cacumina: ubi plurimus cortex. Ipſum uero lignum in faſtidio eſt pp origani acrimoniam: xilocinnamum uocatur. Precium eſt in libras. xx. Quidam cinnami duo genera tradidere: candidius nigricanſq;: & quondã preferebatur candidum. Nunc contra nigrũ laudat. Atq; ẽt uarium pferunt candido certiſſima tamen æſtimatione ſi ſit ſcabrum: atq; ut inter ſeſe tritum tarde frietur. Damnatur in primis molle aut cui albet cortex ius eius a gebbannitarum rege ſolo proficiſcitur: is adiecto mercatu uendit. Precia quondam fuere in libras denarioꝝ mille. Auctũ id pte dimidia eſt incẽſis (ut ferunt) ſiluis ira barbaroꝝ: id acciderit ne ob iniqtatem ppotẽtium: an forte nõ ſatis cõſtat. Auſtros ibi tã ardenter flare: ut æſtatibus ſiluas accendant: iuenimus apud auctores. Coronas ex cinnamomo iterraſili auro incluſas prius oĩum in tẽplis capitolii atq; pacis dicauit imperator Veſpaſianus Auguſtus. Radicem eius magni põderis uidimus in palatii templo: qd fecerat Diuo Auguſto coniunx Auguſta aureæ pateræ impoſitam: ex qua guttæ editæ annis oĩbus i grana durabant: donec id delubꝝ incendio cõſumptũ eſt. Frutex & caſia eſt iuxtaq; cinami cãpos naſcit: ſed in montibus craſſiore ſarmento: tenui cute: uerius q̃ cortice: quẽ cõteri: atq; in cinamomo leuari: & exinaniri præcium eſt. Amplitudo fruticis triũ cubitoꝝ. Colos triplex. Cũ primũ emicat cãdidus pedali menſura. Deinde rubeſcit addito ſemipede. Vltra nigricans. Hæc pars maxime laudat: ac deinde proxima. Dãnatur uero candida. Tum ſecant ſurculos longitudine binũ cubitoꝝ. Mox pſuunt recẽtibus coriis quadrupedũ ob id inter emptoꝝ: ut iis putreſcẽtibus uermiculi lignũ erodãt: & excauẽt corticẽ tutũ amaritudine ꝓbat recẽs maxie: & q̃ ſit odoris molliſſimi: guſtuue q̃ maxime feruens: potiuſq; lento tepore leuiter mordẽs: colore purpureo: quæq; plurima minimum ponderis faciat breui tunicaꝝ fiſtula & nõ fragili. Ladam uocãt talẽ barbaro noĩe. Alia eſt balſamoides ab odore ſimili appellata: ſed amara: ideoq; utilior medicis: ſicut nigra unguentis precia nulli diuerſi ora. Optimi in libras. xl. cæteris. xy.

De iſocinnamo: & cancamo: ac taro. CA. XX.

HIs addidere mãgões quã daphnoides uocãt: meſocinamõ cognominatã: ꝑciũq; eius faciunt. ccc. Adulteratur ſtyrace: & pp ſimilitudinem cortice lauri tenuiſſimis ſurculis. Qui & in noſtro orbe ſerit: extremoq; in margine impii: qua rhenus alluit. Viuit i alueariis apũ ſata. Color abeſt ille torridus ſole: & ob id ſimul idẽ odor. Ex cõfinio caſiæ cinnamiq; & cancamũ ac tarum inuehit: ſed per nabathæos troglodytaſq; confines: qui conſedere ex nabathæis. uel cõfines nabathæis

De ſerichato & gabalio & de myrobalano. CA. XXI.

HO cõportat & ſerichatum & gabalium: q̃ intra ſe cõſumunt arabes: noſtro orbi tantum noĩbus cognita: ſed cũ cinamomo caſiaq; naſcentia peruenit tamẽ aliquãdo ſerichatũ: & in unguenta: additur ab aliqbus. Permutat i libras. xv. Myrrobalanũ troglodytis & thebaidi & arabiæ: quæ iudæam ab ægypto diſterminat: cõe eſt: naſcens unguento ut ipſo noĩe apparet. Quo item indicat & gladẽ eẽ: arboris: heliotropio: quam dicemus inter herbas: ſimili folio. Fructus magnitudine auellanæ nucis. Ex iis in arabia naſcens ſyriaca appellat: & eſt candida: Contra in thebaide nigra. Præfertur illa

bonitate olei quod exprimit. Sed copia thebaica. Inter hæc troglodytica uilissima est. Sunt qui æthiopicã iis pferant glandem nigrã: nec pinguẽ: nucleoq; glacili: sed liquore q exprimit: odoratiori nascentẽ in cãpestribus. Aegyptiam pinguiorem esse & crassiori cortice rubẽtẽ: & quis in palustribus nascat: breuiorem sic cioréq;. E diuerso arabicã uiridem ac tenuiorem: & quoniam sit montosa spissiorem. Lõge autem optimã petream: ex quo diximus oppido: nigro cortice: nucleo candido. Vnguentarii autem tãtum cortices pmũt. Medici nucleos tondunt: affusa eis paulatim calida aqua.

De phœnicobalano: & calamo odorato. CA. XXII.

MYrrhobalano i unguẽtis similẽ, pximũq; usum hẽt palma i ægypto: q̃ uocat adipsos: uiridis odore mali cotonei: nullo intus ligno. Colligit aũt pauloante q̃ incipiat matuescere. Qđ relinqtur phœnicobalanus uocat: & nigrescit: uescentesq; iebriat. Myrrhobalano pciũ i libras binas. Instit tores & fecẽ unguẽti hoc noie appellãt. Calamus quoq; odoratus i arabia nascẽs cõis indis atq; syriæ est. In aqua uincit omnis a nostro mari centum. l. stadiis. Inter libanũ mõtẽ aliumq; ignobilem: nõ (ut quidã existimauere) antilibanum in conualle modica: iuxta lacũ cuius palustria æstate siccant: tricenis ab eo stadiis calamus & iuncus odorati gignunt. Sane. n. dicamus & de iunco quãuis alio herbis dicato uolumine: quoniam tamẽ hic unguentoꝝ materia tractat. Nihil ergo a cæteris sui generis differũt aspectu: sed calamus pstantior odore statim e longinquo inuitat. molior tactu: meliorq; qui minus fragilis: & qui assulose potiusq; qui rhaphani mõ frangit. Inest fistulæ araneum qđ uocãt florem. Præstantior est cui numerosius. Reliqua probatio ut niger sit. Damnat alibi. Melior quo breuior & crassior: lentusq; in frangẽdo. Calamo precium in libras. i. iunco. v. Traduntq; iuncum odoratum & in cãpania inueniri. Discessimus a terris oceanum spectantibus ad conuexas in nostra maria.

De hammoniaco & splachno. CA. XXIII.

ERgo æthiopiæ subiecta africa hammoniaci lachrymam stillat i harenis suis. Indeẽt noie Hãmonis oraculo iuxta qđ gignit arbor: quã metopion uocant resinæ mõ aut gũmi. Genera eius duo thraustõ masculi thuris similitudine: quod maxime, pbat. Alteꝝ pingue & resinosum: qđ pyrama appellãt. Adulterat harenis uelut nascẽdo apprehẽsis. Igit q̃ minimis glebis, pbat & q̃ purissimis. Preciũ optimi in libras asses. xl. Splagnos: inter eos situs in cyrenaica, puincia maxie, pbat. Alii ybrõ uocant. Secũdũ locũ optinet cyprius. Tertiũ phœnicius. Ferũt in ægypto nasci. Quin & in galla: nec dubitauerim. Sũt. n. hoc noie cani arboꝝ uilli: quales in quercu maxime uidemus: sed odore præstantes. Laus prima candidissimis atq; altissimis. Secunda rutilis. Nulla nigris. Et in insulis petrisq; nati improbãtur: oẽsq; quibus palmarum atq; non suus odor est.

Vel lipa ron

De cypro: & aspalatho: & maro. CA. XXIIII.

CYprus in ægypto est arbor ziziphi foliis: semine coriandri flore candido odorato. Coquit hoc i oleo: premiturq; postea qđ cyprus uocat. Preciũ ei in libras quinq;. Optimũ habet e canopica in ripis nili nata: secũdũ ascalonæ iudææ: tertium cypro insula odoris suauitate. Quidã hanc eẽ dicũt arborẽ: q̃ in italia liguste uocet. In eodẽ tractu aspalathos nascit spina candida: magnitudine arboris modicæ flore rosæ. Radix unguẽtis expetit. Tradũt in quocũq; frutice curuet arquus cælestis: eam dẽ quæcũq; sit a spalatho suauitatem odoris existere: sed in aspalatho ienarrabilẽ quãdã. Quidã eũ Erisisce
uel odo ptrum uocant: alii sceptrum elisei. Cuius probatio est in colore ruffo uel igneo: tactuq; spissio: & odore ca-
re casiæ storeo. Permutatur in libras. xv. In ægypto nascitur & maron peius q̃ lydiũ: maioribus foliis ac uariis. Illa breuia ac minuta & odorata.

De balsamo: & opobalsamo: & xylobalsamo: & styracæ: & galbana. CA. XXV.

SEd oĩbus odoribus pfert balsamũ uni terraꝝ iudææ concessum. Quõdã in duobus tantũ hortis utroq; regio: altero iugeꝝ. xx. nõ amplius: altero paucioꝝ. Ostendere arbusculã hanc urbi imperatores. Vespasiani. Clarũq; dictu a Põpeio Magno in triũpho arbores quoq; duximus. Seruit nũc hæc: & tributa pendit cũ sua gente. In totũ alia est natura: q̃ nostri externiq; pdiderãt. Quippe uiti similior est q̃ myrto. Malleolis seri dicitur nuper iuncta ut uitis & implet colles uineaꝝ mõ q̃ sine amminiculis se ipsæ sustinẽt. Tondet similiter fructicans: ac rastris nitescit. Properat nasci. Intra tertiũ annũ frutifera. Foliũ, pximũ rutæ: ppetua coma. Seuiere in eandẽ iudæi sicut in uitã quoq; suam. Cõtra defendere Romani: & dimicatum, p frutice est. Seritq; nũc eã fiscus. Nec unquã fuit nũerosior aut, pcerior. Proceritas intra bina cubita subsistit. Arbori tria genera. Tenui & capillacea coma: qđ uocãt eutheristõ. Alteꝝ scabro aspectu: incuruũ: fruticosum: odoratius: hoc trachy appellant. Tertiũ eumeces: qa est cæteris, pcerius leui cortice. Huic secũda bonitas: nouissima entheristo. Semẽ eius est uino, pximũ gustu: colore ruffũ: nec sine pingui peius in grano qđ leuius atq; uiridius. Ramus crassior myrto. Incidit uitro: lapide: ossei sue cultellis. Ferro lædi uitalia odit. Emorit, ptinus. Eadẽ amputari superuacua patiens. Incidẽtis manus libratur artifici temperamento: ne qd ultra corticẽ uiolet. Succus e plaga manat: quẽ opobalsamũ uocant: eximiæ suauitatis: sed tenui gutta: ploratu lanis parua colligit in cornua. Ex iis nouo fictili condit: crassiori similis oleo: & in musto cãdida. Rubescit deinde: simulq; durescit: & trãslucida. Alexandro Magno res ibi gerente toto die æstiuo unã cõchã impleri iustũ erat. Omni uero fœcunditate e maiore horto: congios senos. Minore singulos: & cum duplo rependebatur argento. Nunc ẽt singulaꝝ arborum largior uena ter oĩbus pcutit æstatibus. Postea deputatur. Et sarmenta quoq; in merce sunt. dcccc. amputatio ipsa surculusq; uenit intra qntũ demũ annũ. Xylobalsamum uocatur: & coquitur in unguentis. Pro succo ipsum substituere officinæ. Corticis etiam ad medicamenta precium est. Præcipua autem gratia lachrymæ: secunda semini: tertia cortici: minima ligno. Ex hoc buxeum est optimum: quod est odoratissimum: ex semine autem

maximum & ponderatiſſimum:mordens guſtu feruenſq; in ore. Adulteratur petreo hyperico quod coar guitur magnitudine:inanitate:latitudine:ſeu longitudine:odoris ignauia: ſapore piperis. Lachrymæ,pba tio ut ſit pinguis:tenuis:ac modice ruffa:& in fricando odorata. Secundus cãdido colos. Peior uiridis:craſ ſuſq;. Peſſimus niger. Quippe ut oleum ſeneſcit. Ex omni inciſura maxime probatur:quod ante ſemel flu xit. Et alias adulteratur ſemine ſucco:uixq; maleficum deprehenditur guſtu amariore. Eſſe enim debet le nis:non ſubacidus:odore tantum auſterus. Viciatur & oleo roſæ:cypri:lentiſci:balani:terebinthi:myrthi: reſina:galbano:cæra cypria:prout quæq; res fuit. Nequiſſime autem gummi:quoniam ipſum quoq; inare ſcit in manu inuerſa:& in aqua:fidetq;. Probatio eius gemina eſt. Debet ſincæræ & inareſcere:ſed hoc & gũ mi addita fragili cruſta euenit:& guſtu deprehendit. Carbone uero:quod cæra reſinaq; adulteratum ẽ: ni griori flamma. Nam melle mutatum ſtatim contrahit muſcas. Præterea ſincæra denſatur in tepida aqua gutta ſidens ad ima uaſis. Adulterata olei mõ innatat. Et ſi metopio uiciatum eſt: circulo cãdido cingitur. Summa probatio eſt:ut lac coagulet:& in ueſte maculas nõ faciat. Nec manifeſtior alibi fraus. Quippe mi libus denariorum ſextarii empti uendẽte fiſco. ccc. denariis ueneunt. In tantum expedit augere liquorem. Xylobalſamo precium in libras ſex. proxima ſyria iudææ ſupra phœnicem ſtyracem gignit circa gabala & marathũta & caſſium ſeleuciæ montem. Arbor eſt eodem nomine:cotoneo malo ſimilis lachrymæ ex au ſtero iucundioris:intus ſimilitudo harundinis:ſuccoq; prægnans. In hanc circa canis ortum aduolant pen nati uermiculi erodentes: ob id in ſcrobe ſordeſcit. Styrax laudatur poſt ſupradicta ex piſidia:ſidõe:cypro: cilicia:creta minime. Ex amano ſyriæ medicis:ſed unguentariis magis. Colos in quacunq; natiõe p̃fertur ruffus & pinguiter lentus:deterior fur furoſus:& cano ſitu obductus. Adulteratur cedri reſina:uel gũmi: alias melle:aut amygdalis amaris. Omniaq; ea deprehendũtur guſtu precium optimo. xix. Exit & in pam phylia:ſed acrior:minuſq; ſuccoſus. Dat & galbanum ſyria in eodem amano monte:e ferula q̃ eiuſdem no minis reſinæ modo ſtagonitim appellant. Quod maxime laudant:chartilaginoſum purum:ad ſimilitudi nem hãmoniaci:minimeq; lignoſum. Sic quoq; adulteratur faba aut ſacopenio. Sincerum:ſi uratur fugat: nidore ſerpentes. Permutatur in libras. v. medicinæ hoc tantum.

De panace:& ſpondylio:& malobathro. CA. XXVI.

PAnacẽ & unguentis eadem gignit naſcentem & in ipſo phineo arcadiæ:circaq; erymanthi fon tes:& in africa & in macedonia ferula ſui generis quinq; cubitoꝝ:foliis primo quaternis: mox ſenis in terram iacentibus:ampla magnitudine rotondis:in cacumen uero oleagineis:ſemine in muſcariis dependente ut ferulæ. Excipitur ſuccus inciſo caule meſſibus: radice in autũno. Lau datur candor eius coacti. Sequens pallido ſtatera. Niger color improbatur. Precium optimo in libras bini aſſes. Ab hac ferula differt quæ uocatur ſpondylion:foliis tãtum quia ſunt minora & platani diuiſura. Nõ niſi in opacis gignitur. Semen eodem noĩe ſilis ſpẽm hẽt:medicinæ tantum utile. Dat & malobathron ſy riæ arborem folio conuoluto arido colore ex quo exprimit oleũ ad unguenta. Fertiliorem eiuſdem ægy pto:laudatius ex india uenit. In paludibus ibi gigni tradũt:lentis modo:odoratius croco:nigricãs ſcabrũq; quodã ſalis guſtu. Minus pbat cãdidũ. Celerrime ſitum in uetuſtate ſentit. Sapor eius nardo ſimilis eẽ de bet ſub lingua. Odor uero in uino ſufferuefacti antecedit alios. In precio quidem prodigio ſimile eſt a ſin gulis ad. ccc. peruenire libras. Folium autem ipſum in libras. lx.

Vel ſeſe lis

uel oleũ

De oleo omphacio. CA. XXVII.

OLeum & omphacium eſt. Fit duobus generibus & totidem modis ex olea & uite. Olea adhuc al ba expreſſa:deterius ex druppa. Ita. n. uocatur prius q̃ cibo matura ſit iã tum colorẽ mutãs. Dif ferentia q; hoc uiride eſt:illud candidum. E uite fit pſytia aut aminea:cum ſint acini ciceris ma gnitudine ante canis ortum. In prima lanugine demetitur una eiuſq; melligo. Reliquum cor pus ſole coquitur. Nocturni rores cauentur. In fictili cõdita melligo colligitur:ſubinde cyprio ære ſeruat. Optima quæ ruffa:acriorq;:& aridior. Precium omphacio in libras ſex. Fit & alio modo cum in mortariis uua matura teritur. Siccataq; in ſole poſtea digeritur in paſtillos.

De bryo:& oenanthe:& de elate arbore:& cinnamomo caryopo. CA. XXVIII.

EOdem & bryon pertinet uua populi albæ. Optima circa gnidum aut cariam ĩ ſicientibus aut ſic cis aſperiſq;. Secunda in lycia cedro. Eodem & oenãthe pertinet. Eſt autem uitis labruſcæ uua. Colligitur cum flore:cum optime olet. Siccatur in umbra ſubſtrato linteo:atq; in cados condi tur. Præcipua ex parapotamia:ſecunda ab antiochia:atq; laodicea ſyriæ:tertia ex montibus me dicis. Hæc utilior medicinæ. Quidam omnibus his præferunt eam:quæ in cypro inſula naſcitur Nam quæ in africa fit:ad medicos tantum pertinet:uocaturq; maſaris. Omnis autem ex alba labruſca præſtantior q̃ e nigra. Eſt præterea arbor ad eadem unguenta pertinens:quam alii elaten uocant:quod nos albietem: alii palmam:alii ſpathen. Laudatur hammoniaca maxime:mox ægyptia. Dein ſyriaca duntaxat in locis ficien tibus odorata:pingui lachryma. quæ in unguenta additur:ad domandum oleum in ſyria gignitur & cĩna mum:quod caryopum appellant. Hic eſt ſuccus nuci expreſſus:multum a ſurculo ueri cinnami differens: uicina tamen gratia. Precium in libras aſſes quadraginta.

Vel li cyæ.

LIBER

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XIII. PROOEMIVM.

De Peregrinis Arboribus.



ACTENVS INODORI bus habēt p̄cia ſiluæ: Erāt q̄ p ſe mira ſingula: iuuit que luxuriā ea omnia mi ſcere: & e cunctis unū odo rem facere. Ita reperta ſūt unguenta.

De unguentis & quādo p̄mū ſūt cognita nobis: & de cōpoſitiōe. CA. I.

QVis primus inue nerit: nō trahit. Iliacis tpibus nō erāt nec thuſ ſup plicabatur. Cædri tantū & citri ſuoq; fruticū in ſacris fu mo cōuolutum nidorē uerius q̄ odorē nouerant: iam ro ſæ ſucco reperto. Nominatur enim id quoq; in olei lau de. Perſarum eſſe debet gentis unguētum. Sed & bathyl li mandent eo: & accerſita commendatione ingluuie na tum uirus extinguunt. Prīmum qđ equidem inueniam. Caſtris Darii regis expugnatis in reliquo eius apparatu Alexander cœpit ſcrinium unguentorum. Poſtea uoluptas eius a noſtris quoq; inter laudatiſſima atq; etiā honeſtiſſima uitæ bona admiſſa eſt. Honoſq; iis & ad defunctos pertinere cœpit. Quapp. plura de eo dice mus q̄ q̄ ēt ii nouerunt. Fruticū ad p̄ſens noībus tātū īdicabunt. Natura uero eoq; ſuis reddet locis. Vnguē tis cognomia dedere aliis p̄ſiæ: aliis ſucci: aliis arbores: aliis cauſæ. Primūq; id ſcire cōuenit: mutata auctoritate ad peius tranſiſſe gloriam. Laudatiſſimū fuit antiqtus ī delo inſula: poſtea mendeſiū. Nec mixtura tā tū & cōpoſitiōe hoc accidit: ſed iidē ſucci uarie alibi ad q̄libet p̄ualuere: aut degenerauere. Irīū corinthi diu maxīe placuit poſtea cyzici: ſimili mō rhouinū phaſeli. Quā gloriā abſtulerē Neapolis: Capua: p̄neſte. Crocinū ī ſolis ciliciæ diu maxīe laudatū: mox rhodi. Oenāthinū in cypro: deīde ī ægypto p̄poſitū: poſtea adrāiteo: Amaracinū īco. Poſtea eodē loco p̄latū ē melinū. Cyprinū ī cypro. Deīde ī ægypto ubi mēdeſiū & metopiū gracius factū ē. Mox hoc abſtulit phœnice. Et cyprini laudē ægypto reliquit. Panatheniacū ſuū athenæ p̄ſeueranter obtinuere. Fuerat & pardaliū in tharſo: cuius ēt cōpoſitio & mixtura oblitterata ē. Narciſinū quoq; ex flore narciſſo: deſiit cōponi. Ratio faciēdi duplex: ſuccus & corpus. Ille olei generibus fere cōſtat: hoc odoq;. Hæc ſtymmata uocāt: illa hedyſmata. Tertius iter hæc eſt colos a multis neglectus. Huius cā addunt cīnabari & anchuſa. Sal aſpſus olei naturā coercet. Quibus anchuſa adiecta eſt: ſal nō addit. Reſina aut gūmi adiiciunt ad cōtinēdū odorē in corpore. Celerrime iis euaneſcit atq; defluit: ſi nō ſit hæc addita. Vnguentoq; expeditiſſimū fuit: primūq; ut ueriſimile eſt ebryo & balanino oleo de qbus ſupradixius. Increuit deinde mendeſiū. Balanino reſina mixta: magiſq; etiānū metopio. Oleū hoc eſt amygdalis amaris expreſſum in ægypto. Cui addidere omphaciū: cardamomū: iuncū: calamū: mel: uinū: myrrhā: ſemen balſami: galbanum: reſinam therebinthinam. Et e uiliſſimis quidem hodie eſt: ob id creditū & id in uetuſtiſſimis eſſe: quod conſtat oleo myrteo: calamo: cupreſſo: cypro: lentiſco: malogranati cortice: ſed diuulgata maxime unguenta credideri roſa: quæ plurima ubiq; gignitur. Itaq; ſimpliciſſima rhodini mixtura diu fuit: additis omphacio: flore roſæ crocino: cinnabari: calamo: melle: iunico ſalis flore: aut anchuſa: uino. Similis ratio & in crocino additis cinnabari: anchuſa: uino. Similis & in ſanſucino admixtis omphacio: calamo. Optimum hoc in cypro & mytilenis: ubi plurima ſanſucus. Miſcentur & uiliora genera olei myrto lauro quibus additur ſanſucinum: lilium: fœnogræcum: myrrha: caſia: nardum: iuncus: cinnamomum. E malis quoq; cotoneis: & ſtruteis fit oleum (ut diximus) melinum: quod in unguenta tranſit: admixtis omphacio: cyprino: ſeſamino: balſamo: iunco: caſia: ambrotano. Suſinnū tenuiſſimum omnium eſt. Conſtat ex liliis: balano: calamo: cīnamomo: croco: myrrha: aſpalatho. Et idem cyprinum ex cypro: & omphacio: & cardamomo: calamo: aſpalatho: ambrotano. Aliqui & in cyprinū addūt myrrha: & panacem. Hoc optimum ſidone: mox ægypto: ſi non addatur ſeſaminum oleum: Durat & quadriennio. Excitatur cinnamomo. Telinum fit ex oleo recenti: cypro calamo: melliloto: fœnogræco: melle: melino: oraro: amaraco. Hoc erat celeberrimum Menandri poetæ comici ætate. Poſtea multo ſucceſſit propter gloriam appellatum megaliū ex oleo balanino: balſamo: calamo: iunco: xylobalſamo: caſia: reſina. Huius proprietas ut uentiletur in coquendo donec deſinat olere. Rurſus refrigeratum odorem ſuum capit. Singuli quoq; ſucci nobilia unguēta faciūt. In primis malobathrum: poſtea iris illyrica: & cyzicena amaracus. Herbarii ī utraq; pauca: ſed alia alii miſcent. Qui plurima alterutri mel: ſalis florem: omphacium angnifoliam: panacem. Externa omnia. Et prodigioſa cinnamomo precia. Adiicitur cinnamomo balaninum oleum: xylobalſamum: calamus: iūcus: balſami ſemina: myrrha: uel odoratum. Vnguentorum hoc craſſiſſimum. Præcia ei a denariis xxxv.

Vel ſed & illi

Vel pti

Vel maro

uel agnifolia

uel agrifoliam

ad.cccx.Nardinū ſiue foliatū conſtat omphacio:balanino:iunco:coſto:nardo:amomo:myrrha: balſamo. In hoc genere conueniet meminiſſe herbaꝝ q̄ nardum indicū imitent ſpēs nobē a nobis eē dicās:tāta materia adulterādi ē.Oīa āt acutiora fiūt coſto:amomo:q̄ maxime nares feriūt.Craſſiora myrrha ſuauioraq;. Medicinæ āt ulteriora croco.Acerrima p ſe amomo.Hoc & capitis dolore facit.Quidā ſatis habēt aſperge re q̄ ſunt p̄cioſiſſima:cæteris decoctis:īpēdio parcētes:ſed nō eadē ē uis niſi una decoctis.Myrrha & p ſe un guētū facit ſine oleo:ſtacte dū taxat:alioqn nimiā amaritudinē affert.Cyprino uiride fit:ſuſino unguioſum mēdeſio nigrū:rhodino cādidū:myrrha pallidū.Hæc ſunt antiquæ inuētionis genera:& poſtea officinarū furta.Nunc dicetur cumulus iſte delitiarum:& ſumma auctoritas rei.

Quod unguētū regale uocet:& q̄ diapaſmata:& qualiter ſeruent. CA. II.

REgo regale unguentū appellatū qđ parthoꝝ regibus ita temperat.Conſtat myrobalano:coſto: amomo:cinnamomo:comaco:cardamomo:nardi ſpica:amaro:myrrha:caſia:ſtyrace:ladāo:opo balſamo:calamo:iuncoq;:ſyrio:oenanthe:malobathro:ſericato:cypro:aſpalatho:panace:croco. cypero:amaraco:collato melle:uino.Nihilq; eius rei cā in italia uictrice oīum.In europa uero to ta præter rin illyricā & nardū gallicū gignit.Nam uinum & roſa & myrti folia oleūq; cōia fere oīum ter raꝝ intelligunt.Siccis odoribus conſtat q̄ diapaſmata uocantur.Nam feces unguenti magmata appellant. Inter oēs potentiſſimus odor q̄ſq; nouiſſime additur.Vnguēta optime ſeruant ī alabaſtris.Odores ī oleo. Quod diuturnitati eorum tanto utilius eſt:quanto pinguius:ut ex amygdalis.Et ipſa unguenta uetuſtate meliora.Sol inimīcus iis.Quamobrem in umbra coquuntur plumbeis uaſis.Experimentum eoꝝ inuer ſa manu capitur:ne carnoſæ partis calore uitietur. Vel caryopo

Quāta ī unguētis luxuria:& quando primū romanis in uſu. CA. III.

HAec eſt materia luxus e cunctis maxime ſuperuacui.Margaritæ.n.gēmæq; ad hæredē tamē trā ſeunt.Veſtes prolongant tp̄s.Vnguēta illico expirāt:ac ſuis moriunt horis.Sūma cōmēdatio eo rū:ut tranſeuntē fœminā odor iuitet ēt aliud igētē.Excedūtq; quadragenos denarios libræ.Tā ti emit uoluptas aliena.Etenī odorē q gerit ipſe nō ſentit.Sed tamē & hæc aliq̄ dīa ſignāda ſūt. In.M.Ciceronis monumētis inuenitur unguenta gratiora eſſe quæ terram:q̄ q̄ crocum ſapiant:quando ēt corruptiſſimo in genere.Magis tamen iuuat quædam ipſius uitii ſeueritas.Sed quoſdam craſſitudo maxi me delectat:idipſum approbantes.Liniq; iam non ſolum:ſed & perfundi unguentis gaudent. Vidimus ēt ueſtigia pedum tingi.Quod.M.Othonem monſtraſſe Neroni principi ferebant.Quæſo ut qualiter ſenti retur iuuari ab ea parte corporis?Necnō aliquem ex priuatis audiuimus iuſſiſſe ſpargi parietes balneaꝝ un guento.Atq; Caium principē ſolitum luuari.Ac ne principale uideatur hoc bonum & poſtea quendam ex ſeruis Neronis.Maxime tamen mirum eſt hāc gratiam penetraſſe & in caſtra.Aquilæ certe ac ſigna pulue rulenta illa & cuſtodiis horrida inunguntur feſtis diebus.Vtinamq; dicere poſſemus quis primus iſtituiſ ſet iſta.Nimirum ac mercede orbem terrarum corruptæ deuicere aquilæ.Iſta patrocinia quærimus uitiis: ut per hoc ius ſummantur ſub caſſide unguenta.Quando ad primum ad romanos penetrauerit:non faci le dixerim.Certum eſt.Antiocho rege aſiaq; deuictis urbis anno q̄ngēteſimo ſexageſimoquinto.P.Liciniū Craſſum:Iulium Ceſarem cenſores edixiſſe:ne quis uenderet unguenta exotica: ſic enim appellauere. At hercule iam quidam etiam in potu addunt:tantaq; amaritudo eſt: ut odore prodigo fruantur ex utraque parte corporis.L.Plotium.L.Plotii bis conſulis cenſoriſue fratem proſcriptum a triumuiris in ſalernitana latebra unguenti odore proditū conſtat.Quo dedecore tota abſoluta proſcriptio eſt.Quis enim non meri to iudicet periiſſe tales?Cæterum terrarum omnium ægyptus accommodatiſſima unguentis.Ab ea cam pania eſt proxima copia roſæ.

De palmis:& natura eaꝝ:& generibus. CA. IIII.

PAlmæa inclyta eſt:uel magis palmis:quarum natura nunc dicetur.Sunt quidē in europa uulgoq; italia:ſed ſteriles.Ferunt in maritimis hiſpaniæ fructū:uerū imitē:dulcē in africa:ſed ſtatim eua neſcentē.Contra ī oriente ex iis uina.Gentiumq; aliquibus panis.Plurimis uero ēt quadrupedū cibus.Quāobrē iure dicent externæ.Nulla ē in italia ſpōte genita:nec in alia parte terraꝝ:niſi in calida.Frugifera uero nuſq; niſi in feruida.Gignit leui fabuloſaq; terra:maiore in parte & nitroſa. Gaudet & riguis:totoq; āno bibere cū amet:anno ſtiēti: A fimo q̄dā ēt lædi putāt.Et aſſyrioꝝ pars aliqua ſi non ri uis miſceat.Genera eaꝝ plurima.Et prima fruticē nō excedentia.Sterilem hāc.Aliubi & ipſam fertilē:bre uēq; ramis:obiri umbra folioꝝ.Tectorii uicē hæc parietibus pleriſq; in locis p̄ſtat cōtra aſpgines.Sunt e p cerioribus ſiluæ arbore ex ipſa folioꝝ aculeo fruticante circa totas pectinati:quas ſilueſtres intelligi neceſſe eſt.Inſerta tamē libidine etiam mitioribus ſe miſcent.Reliquæ teretes atq; proceræ denſis gradatiſq; cor ticum pollicibus:ut orbibus faciles ſe ad ſcandēdum orientis populis p̄bent:Vtilem ſibi arboriſq; induuiis circulum mira pernicitate tum homine ſubeunte.Coma omnis in cacumine:& pomum eſt:nō inter folia ut in cæteris:ſed ſuos iter ramos palmitibus racemoſum.Vtraq; natura uuæ atq; pomi.Folia cultrato mu crone lateribus in ſeſe bifidatis bellas primum demonſtrauere gemmas.Nunc ad funes uitiliumq; nexus & capitum leuia umbracula funduntur. Arboribus immo potius omnibus quæ terra gignit:herbiſque etiam utrumque ſexum eſſe diligentiſſimi naturæ tradunt.Quod in plenum ſatis ſit dixiſſe hoc in loco. Nullis tamen arboribus manifeſtius.Mas in palmite floret.Fœmina citra florem germinat tantum ſpinæ modo. Vtriſque autem prima naſcitur pomi caro: poſtea lignum intus:hoc eſt ſemen eius.Argumen tum quod paruæ ſine hoc reperiuntur in eodem palmite.Eſt autem oblongum non ut oliuis orbicula tum.Præterea cæſum a dorſo puluinato:& in aluo media fiſſura:pleriſque umbilicatum:unde primū ſpar gitur radix.Seritur autem pronum:& bina iuxta compoſita ſemina:ſuperque totidem:quoniam infirma

ſingulis planta eſt. Quaternæ coaleſcunt. Multis candidiſq; lignū hoc a carnibus diſcindit̃ tunicis aliis cor
pori adhærentibus: laxæq; diſtans tantū a cacuminis filo adhærens. Caro matureſcit ãno. Quibuſdam ta
mẽ in locis ut cypro: q̃q̃ ad maturitatẽ non ꝓueniat grato ſapore dulcis eſt & foliū: ibi latius: fructuſq; reliqs
rotūdior. Nec ut deuoreť corpus: ueꝝ ut ex putatur ſucco mō expreſſo. Et in arabia languidæ dulces tra
dunť eſſe palmæ. Quáq̃ Iuba apud ſcenitas arabas præfert oĩbus ſaporibus q̃ uocãt dabulan. Cætero nō ſi
ne maribus gignere fœminas ſpōte edito nemore cōfirmãt. Circaq; ſingulos plures nutare in eū ꝓnas blã
dioribus comis. Illū erectis hiſpidū afflatu uiſuq; ipſo & puluere ẽt reliquas maritare. Huius arbore exciſa
uiduas poſt ſterileſcere fœminas. Adeo eſt Veneris intellectus uti coitus ẽt excogitatus ſit ab hoĩe: ex ma
pedanea maritimis alpibus appellata diſſimilis laudatæ illi. Nāq hæc breuis cōferta acio:degener uino:ſed cute om niū tenuiſſima. Nucleo quē chiū uocāt:uno ac minimo. Acinū ꝑgrādē unū alterūue habens. Eſt & nigra aminea:cui ſyriace nomen īponunt. Itē hiſpana ignobilium ꝓbatiſſima. In ꝑgulis uero ſerūſ eſcariæ appel latæ e duracinis:albæ:nigræq. Et bumaſti totidē coloribus. Ac nondū dictæ ægia & rhodía & uncialiſ:tue luti a pondere acini. Itē pucia oīum nigerrima. Et coronario naturæ luſu ſtephāitis acios foliis itercurſan tibus. Et q̄ forēſes uocanſ celeres:ꝓuentu:uendibiles aſpectu:portatu faciles. Cōtra dānanſ ēt uiſu cinerea & rhabuſcula:& aſiniſca. Mius tamē caudā uulpiū imitata alopecis. Alexādria appellaſ uitis circa phalachrā breuis:ramis cubitalibus:acio nigro:fabæ magnitudīe:nucleo molli:& minimo:obligs racemis ꝑdulcibus folio puo:& rotundo ſine diuiſuris. Septio ab hinc anno in narbonenſis ꝓuinciæ aruo inuēta eſt uitis uno die defloreſcens:ob id tutiſſima carbonicam uocant:quam nunc tota prouincia conſerit.

Inſignia culturæ uinearum. CA. IIII.

CAtonum ille primus triumpho & cenſura ſup cætera inſignis magis tamē etiānū claritate lrārū ꝑceptis oīum reꝝ expetendaꝝ datis generi romano. Inter prīa uero agrū colēdi. Illius uero æui cōfeſſione optimus ac ſine æmulo agricola pauca attigit uitiū genera:quarūdā ex iis ēt iā noībus abolitis toto ſeparatim tractatu teſtatus ſniam. Cuius excellētia indicanda eſt: ut in omni genere noſcamus q̄ fuerint celeberrima. Anno.dc.urbis circa captas carthaginē ac corīthū cū ſupremū is diē obiit: & quātū poſtea.ccxxx.annis uita ꝓfecerit. Ergo de uitibus uuiſq ita ꝓdidit. Qui locus uino optimus dī eē:& oſtentus ſolibus. Amineū minuſculū & geminū:eugenium:heluinum:minuſculum conſerito. Qui locus craſſior aut nebuloſior amineum maius:aut murgentinum:apicium:lucanum ſerito. Cæteræ uites miſellæ maxime in quem uis agrum conueniunt. In lora rectæ cōduncſ. Quas ſuſpēdas duracinas amineas maiores:uel ad fabrū ferrariū ꝓ paſſis hæ recte ſeruanſ:Nec ſūt uetuſtiora de illa re latinæ linguæ ꝑcepta tam prope ab origine reꝝ ſumus. Amineā ꝓxime dictā:Varro ſcantianā uocat. In noſtra ætate pauca exem pla cōſumatæ huius artis fuere. Verum eo minus omittenda:ut noſcantur etiam præmia:quæ in omni re maxime ſpectantur. Summam ergo adeptus eſt gloriam Acilius Steneleus e plebe libertina. lx.iugeꝝ non amplius uineis excultit in momētano agro:atq æque.cccc.nummis uenundatis. Magna fama & Vetula/no Egilao pinde libertino fuit i cāpāiæ rure linternino:maiorq etiam fauore hominum quoniam ipſum Africani colebat exiliū. Sed maxīa eiuſdē Stenelei opera Rhemmium Palæmonem alias grammatica arte celebrem in hiſce.xx.annis mercatum.dc.nummum in eodē momentano decimi lapidis ab urbe diuerti/culo. Eſt autem uſq quaq nobilitas mercis per omnia ſuburbana:ibi tamen maxima:quoniam & negle/
uel uine cta per indiligentiam prædia parauerat. Ac ne in peſſimis quidem elegantioris ſoli hæc aggreſſus excole/
tis re:non uirtute animi:ſed uanitate. Quæ primo notata mira i illo fuit. Paſtinatas.n.deintegro uineas cura Steneleum agricolam imitatus ad uix credibile miraculum perduxit. Intra octauum annum .cccc.nūmū emptori ad dicta pendente uindemia. Cucurritq non nemo ad ſpectandas uuaꝝ in iis uineis ſtrues litteris
uel altio eius altioribus:contra id pigra ciuitate ſibi patrocinante. Nouiſſime Anneo Seneca principatu traditionis
res ac potentia:quæ poſtremo nimia fuit ſuper ipſum. Minime utiq miraturi Anneum tāto prædii eius amo
Vel uici re captum:ut non puderet inuiſo alias & oſtēto futuro tradere palmam eam emptis quadruplicato uineis
nitate illis intra decimum fere curæ annum:digna opera quæ in cæcubis ſetiniſq proficeret: quando & poſtea ſæpenumero ſeptenos culeos ſingula iugera:hoc eſt amphoras centenas quadragenas muſti dedere. Ac ne

quis uictam in hoc antiquitatem arbitraretur. Idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. Efficacibus exemplis non maria plus temerata conferre mercatori: non in rubrum littus indicumue merces peritas: q̃ sedulum ruris larem. Vino antiquissima claritas maroneo in thraciæ maritima parte genito: ut auctor est Homerus. Neq; n. fabulosa aut de origine uarie prodita consectamur. Præterq̃ Aristeum primum oium in eadẽ gente mel miscuisse uino suauitate p̃cipua: utriusq; naturæ sp̃ote ꝓuenientis. Maroneũ uicies tantũ addito aquæ miscendũ Homerus ꝓdidit. Durat ẽt uis i eadẽ terra generi uigorq; indomitus. Quippe cũ mutianus ter consul ex iis: q nuperrime ꝓdidere: sextarios singulos octonis aquæ misceri cõperit præsens in eo tractu. Esse ãt colore nigrum: odoratũ: uetustate pingueſcere. Et pramnio qđ Homerus celebrauit: ẽt nũc honos durat. Nascitur smyrnæ regiõe iuxta delubrũ matris deum. In reliquis generi claritas nõ fuit alicui. Anno fuit omniũ generum bonitas. L. Opimio consule: cum. C. Gracchus Tri. ple. seditionibus agitatis interemptus: ea cæli temperies fulsit: quã coctură uocant solis opere: natali urbis. dcxxxiiii. Durãtque adhuc uina ducentis fere annis iam in speciem redacta mellis asperi. Etenim hæc natura uinis in uetustate est: ne portari per se queant sine ꝓuinciæ aqua: usq; in amaritudinem carie indomita. Sed cæteris uinis commendandis minima aquæ mixtura medicamenta sunt: quo fit ut eius temporis æstimatione i singulas amphoras centeni nummi statuantur. Ex his tamẽ usura multiplicata semissibus: quæ ciuilis ac modica est. In. C. Cæsaris Germanici filii principatu annis centum sexaginta singulis uncias uini cõstituisse nobili exemplo docuimus referẽtes uitã Põponii Secũdi uatis: cœnãq; q̃ principi illi dedit. Tãtũ pecuniæ detinent uini apothecæ. Nec alia res maius incrementũ sentit. Ad uicesimũ annũ maiusue ab eo dispendium: non pficiente p̃cio. Rara q̃ppe adhuc fuere: nec nisi in portatis: singulis testis milia nũmum. Viennenses soli picata sua: quoq; genera plura diximus: pluris permutasse: sed inter sese amore patrio creduntur. Idq; uinum frigidius reliquis existimatur in frigido potu.

Vel si nõ puigantur

De natura uini. CA. V.

VIno natura est exhausto accẽdendi calore uiscera intus: Foris infuso refrigerandi. Nec alienũ fuerit cõmemorare hoc in loco: qđ Androcides sapientia clarus ad alexãdrũ magnũ scripsit: intemperantiã eius cohibens. Vinum potaturus rex: memento te bibere sanguinem terræ: Sicuti uenenum est hoi cicuta: sic & uinum. Quibus præceptis si ille obtemperauisset: profecto amicos in te mulentia non interemisset. Prorsus ut iure dici possit: neq; uiribus corporis utilius aliud: neq; aliud uoluptatibus perniciosius: si modus absit.

Vel ita & cicutæ uinũ

Vina Generosa. CA. VI.

GEnera autem uini alia aliis gratiora esse quis dubitet? aut non ex eodem lacu aliud præstantius potu esse altero? aliud alterum germanitate præcedere siue testa siue fortuito euentu? Quamobrem de principatu se quisq; iudicem statuat. Liuia Augusta. lxxxii. annos uitæ pucino uino rettulit acceptos non aquoso. Gignitur in sinu adriatici maris: non procul a timauo fonte: saxeo colle: maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis iudicatur. Hoc esse crediderim q̃ græci celebrantes miris laudibus pictanum appellauerunt ex adriatico sinu Diuus Augustus setinum prætulit cunctis: & fere secuti principes propter confessa experimenta non temere cruditatibus noxiis. Ab eo saliua nascitur supra forum Apii. Antea cecubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis: sinu amiclano quod iam intercidit: & incuria coloni lociq; angustia. Magis tamen fossa Neronis: quam a baiano lacu ostiam usq; nauigabilem inchoauerat. Secunda nobilitas falerno agro erat. Et ex eo maxime faustiano cura culturaq; id collegerat. Exoleuit hoc quoq; nimietate copiæ potius q̃ bonitati studentium. Falernus agera ponte campano leua petentibus urbanam coloniam syllanam nuper capuæ contributam incipit. Faustianus autem circiter quattuor milliaria a uico ꝓpe cedias: qui uicus a sinuessa sex milibus abest. Nec ulli in uino maior auctoritas. Solo uinorum flamma accenditur. Tria eius genera. Austerũ dulce: tenue. Quidam ita distingunt. Summis collibus gauranum gigni: mediis faustianum: imis falernum. Non omittendum autem nulli eorum quæ celebrentur: iucundum saporem uuæ esse. Ad tertiam palmam uariæ uenere. Albanæ urbi uicinæ prædulces: ac raræ in austero. Item surrentina in uineis tantum nascentia conualescentibus maxime probata: propter tenuitatem salubritatemq;. Tiberius Cæsar dicebat consensisse medicos: ut nobilitatem surrentino darent: alioquin esse generosum acetum. C. Cæsar: qui successit illi nobilem uappam. Certant massica æque ex monte gaurano puteolos baiasq; prospectantia. Nam falerno contermina statana ad principatus uenere non dubie: palamq; fecere. Sua quibusq; terris tempora esse secundum q̃rerum prouentus occasusq; iũcti. Iis præponi solebant calena: & quæ in uineis arbustisq; nascũtur fundana. Ex alia uicina urbis ueliternina priuernatiaq;. Nam qđ signiæ nascitur austeritate nimia continendæ utile aluo: inter medicamenta numeratur. Quartum curriculum publicis epulis optinuere a Diuo Iulio (is enim primus auctoritatem iis tribuit: ut epistolis eius apparet) mamertina circa messanam in sicilia genita. Ex iis potulana ab auctore dicta: in loco proxima italiæ laudantur præcipue. Est & in eadem sicilia & taurominitatis honos lagenis pro mamertino plerumq; subditis. Ex reliquis autem a supero mari prætutia: atq; anconæ nascentia: & quæ a palma una forte enata palmesia appellantur. In mediterraneo uero cesenatia mecenatiana. In ueronensi item rhetica falernis tantum posthabita a Virgilio. Mox optima ab intimo sinu maris hadriana. Ab infero autem latinensia: grauicana: stoniensia. Etruriæ palmam luna habet: Liguriæ genua. Inter pyreneum alpesq; massilia: gemino sapore: quando & condiendis aliis pinguius gignit quod uocant succosum. Ceretano inter gallias consistit auctoritas. De reliquis in narbonensi genitis asseuerare non est: quoniam officinam eius rei infecere tingentes fumo: utinamq; non & herbis ac medicamentis noxiis. Quippe etiam aloen mercantur: quo saporem coloremq; adulterant. Verum & lõginquiora ita-

Vel similе

Vel uicinia

liæ ab ausonio mari nō carēt gloria: tarētina: & seruitiana: & cosentiæ gēita: & tēpse: ac babiæ lucanaq; àtece
Vel agri gento dētibus thurinis. Oīum uero eoȝ maxie illustrata messalle potu: & salute lagarina nō ꝓcul grumēto nascē
Vel trebellanis tia. Cāpania nup excitauit nouis noībus auctoritatē: siue cura: siue casu: ad q̄rtum neapoli lapidē trebellicis
iuxta capuā caulinis: & in suo agro trebulanis: alioqn sp iter plebeia & trisollinis gloriata. Nā pōpeianis sū-
mú. x. annoȝ icremētū est nihil senecta cōferente. Dolore ēt capitū in sextā horā diei sequē tis infesta depre
hēdūt. Quibus exēplis (nisi fallor) manifestū est patriā terrāq; referre: nō uuā. Et supuacuū geneȝ cōsecta-
Vel lusitana tionē in nūeȝ cū eadē uitis aliud aliis locis pullulet. Hispaniaȝ laletana copia nobilitant. Elegātia uero tar
raconēsia: atq; lauronēsia: & balearica ex insulis cōferunt italiæ primis. Nec ignoro multa prætermissa ple-
rosq; existimaturos: quādo suū cuiq; placet: & quocūq; eatur: fabula eadē reperiatur. Diui Augusti iudicio
rū ac palati peritissimū e libertis censurā uini in epulas eius facientē dixisse hospiti, de indigena uina: nouū
quidem sibi gustū esse eū atq; nō ex nobilibus: sed Cæsarem non aliud potaturum. Nec negauerim & alia
digna esse fama. Sed de quibus consensus æui iudicauerunt hæc sunt.

Vina Transmarina. CA. VII.

NVnc simili mō trāsmarina dicemus. In summa gloria post Homerica illa: de qbus supradixius
fuere thasiū: chiūq;. Ex chio qd arsiū uocāt. Iis addidit lesbiū Erasistrati maximi medici auctori
tas circiter. cccc. anno urbis romæ. Nūc gratia ante oīa est clazomenio: postq̄ parcius mari con-
diūt. Lesbiū spōte naturæ suæ mare sapit. Nec tmolio p se gratia ut uino sed cuius dulci admix-
to reliquoȝ duricia suauitatē accipiat simul & ætatē quoniā uetustiora ꝓtinus uidētur. Ab iis dignatio est
syconio: cyprio: telmesico: tripolitico: berritio: tyrio: sebennitico. In ægypto hoc nascitur tribus generibus
Vel ꝓtopo uuaȝ: ibi nobilius thasio & alopece. Post hæc auctoritas hippodomantio: mystico: cātharitæ: ꝓtropo: cni-
dio: catace: caumnitæ: petritæ: myconio. Nā mesogitē capitis dolores facere cōpertū ē: Nec ephesiū salubre
ee: quoniā mari & defruto cōdiat. Apamenū mulso p̄cipue cōuenire dr: sicut ꝓtutiū in italia. Est. n. & hæc
ꝓprietas geneȝ: ut dulcia utiq; iter se nō cōgruāt. Exoleuit & ꝓtagiō: qd italicis ꝓximū fecerāt. Asclepiadis
scholæ. Apollodorus medicus in uolumine quo suasit Ptolemæo regi q̄ uina biberet: italicis ēt tū ignotis:
laudauit ī pōto nasperceniter: mox oroeticū: eneathen: leucadiū: ambracioten: & qd cunctis prætulit præpa
rentium. Sed minoris famæ esse dixit: quoniam sex annos non placeret.

De uino quod uocatur biæon: genera. vii. CA. VIII.

HActenus bonitas uini nationibus debetur. Apud græcos iure clarissimū nomē accepit: qd appel
lauerūt Biæon ad plurimos ualitudinū usus excogitatū: ut docebimus ī ꝑte medicinæ. Fit autē
hoc mō. Vuæ paulū ante maturitatē decerptæ siccāt acri sole ter die uersatæ ꝑ triduum: q̄rto ex
primūt: dein cadis sole inueterant. Cui mariná aquā largiorē miscent: a serui furro origine orta
Vel leucœniū sic mensurā explentis. Idq; trāslatu in albū mustū leucochin appellat. In aliis aūt gentibus simili mō factū
Vel leucochrū tethalassomenon uocant. Thalassiten autē uasis musti deiectis in mare. Quo genere p̄cox fit & uetustius.
Necnon apud nos quoq; coum uinum ex italico faciendi rationem Cato demonstrauit. Super cætera in so
Vel biēnio le quadriennio maturandum præcipiens, Rhodium coo simile est. Phorineum salsius coo. Omnia trāsma
ria septem in sex annis ad uetustatem mediam peruenire existimantur.

De dulcium generibus. xiiii. CA. IX.

VInū oē dulce minus odoratū: quo tenuius eo odoratius. Colores uinis q̄ttuor. Albus: fuluus: sā-
guineus: niger. Pscythiū & melāpscythiū passi genera sūt suū saporem nō uini referētia. Cisibilites
uero mulsi ī galatia nascēs & balinciū ī sicilia. Nā siræū qd alii hepsema: nī sapá appellāt: ingenii
non naturæ opus ē: musto usq; ad tertiā ꝑtē mēsuræ decocto. Qd ubi factū ad dimidiá ē defru-
ctū uocamus. Oīa ī adulteriū mellis excogitata. Sed priora uua terraq; cōstant. Passū a cretico ciliciū ꝓbat
& africū: & ī italia ꝓuinciisq; finitimis. Fieri certū est ex uua quā græci sticá uocāt: nos apianā. Itē scirpula diu
tius ī uite sole uuis adustis aut feruēte oleo. Quidá e q̄cūq; dulci dū p̄cocta alba faciūt siccātes sole: dōec pau
lo amplius dimidiū pōdus supsit. Tusasq; leniter uuas exprimūt. Deīde q̄tū expressere adiiciūt uinaceis aq̄
puteanæ: ut & secūdariū passū faciāt. Diligentiores eodē mō siccatis acinos eximūt: ac sine sarmentis made
factos uino excellenti donec ītumescāt: exprimūt. Et hoc genus ante cætera laudāt. Ac simili mō aqua addi
ta secūdariū faciūt. Mediū inter dulcia uinū est qd græci aigleuces uocāt: hoc ē sp mustū. Id euenit cura qm̄
feruere ꝓhibet. Sic. n. appellant musti in uina trāsitū. Ergo mergūt e lacu ꝓtinus in aq̄ cados: donec bruma
transeat: & cōsuetudo fiat algendi. Est etiānū aliud genus eius p se: qd uocat dulce narbonensis prouintia:
& ī ea maxie uocōtia. Asseruat eius gra uua diutius ī uite: pediculo in torto. Ab aliis ipse palmes incidit in
medullá. Ab aliis uua torret in tegulis: oīa ex heluēnaca uite. Iis adiiciūt aliq qd uocāt drachytō: uuis ī sole
siccitatis loco cluso p dies septē ī cratibus totidē pedibus a terra alte: noctibus a rore defensis: octauo die cal
catis. Ita fieri optimi odoris saporisq;. Dulci e gñe est & melitites. Distat a mulso qd fit e musto: cū qnq; cō
giis austeri musti cōgio mellis & salis cyatho sufferuefactis austeȝ. Sed iter hæc genera potuū pōeī debeo
& ꝓtropū: ita appellat a qbusdam mustū sponte defluēs anteq̄ calcent uuæ. Hoc ꝓtinus diffusum lagenis
suis deferuere passi. Postea in sole. xl. diebus torrent æstatis secutæ ipso canis ortu.

De deuteriis & secundariis uini genera tria. CA. X.

NOn possunt iure dici uina: quæ græci deuterias appellant: Cato & nos loram: maceratis aqua ui
naceis. Sed tamen inter uina operaria numerantur. Tria eorum genera. Decima parte aquæ addi
ta qua musti expressa sit: & ita nocte & die madefactis uinaceis: rursusq; prælio subiectis. Alterū
quod hoc modo græci factitauere: tertia parte eius quod expressum sit addita aquæ: expressoq;
decocto ad tertias ptes. Tertiū ē fæcibus uini exp̄ssū: qd fæcatū Cato appellat. Nulli ex iis plus q̄ anno usus.

Quæ nuper in italia generosa uina esse cœperunt. CA. XI.

VErum inter hæc subit mentem cum sint genera nobilia quæ proprie uini intelligi possint. lxxx. fere in toto orbe duas partes ex hoc numero italiæ esse. Longe ꝑterea ante cunctas terras: & hinc deinde altius cura serpit non a primordio hanc gratiam fuisse.

De uini obseruatione Romulo rege posita. CA. XII.

AVctoritatem post sexcentesimum forte urbis annum cœpisse. Romulum lacte non uino libasse indicio sunt sacra ab eo instituta: quæ hodie custodiũt morem. Numæ regis posthumia lex est. Vino rogum ne respergito. Quod sanxisse illum propter inopiam rei nemo dubitet. Eadem lege ex imputata uite libari uina diis nefas statuit: ratione excogitata ut putare cogerẽtur alias aratores & pigri circa arbusti pericula. M. Varro auctor est Mezentium etruriæ regem auxilium rutulis contra latinos tulisse uini mercede: quod tum in latino agro fuisset.

Qui uini usus antiquis: & de uinis antiquorum. CA. XIII.

NOn licebat id fœminis romæ bibere. Inuenimus inter exempla Egnatii Meteutini uxorem ꝙ ui num bibisset e dolio: interfectam fuste a marito: eumq; cædis a Romulo absolutum. Fabius pictor in annalibus suis scripsit. Matronam: quod loculos in quibus erant claues uinariæ cellæ resignauisset: a suis inedia mori coactam. Cato ideo propinquos fœminis osculum dare: ut scirent an temetum olerent. Hoc tum nomen uino erat: unde & temulentia appellata. Cn. Domitius iudex pronũciauit mulierem uideri plus uini bibisse: ꝙ ualitudinis causa uiro insciente: ac dote mulctauit. Diuq; eius rei magna parsimonia fuit. L. papyrius imperator aduersus samnites dimicaturus uotum fecit: si uicisset: ioui pocillum uini. Deniq; inter dona sextarios lactis datos inuenimus nusquam uini. Idem Cato cum in hispaniam nauigaret: unde cum triumpho rediit. Non aliud inquit uinum bibi quam remiges: in tantum dissimilis istis qui etiam conuiuiis alia quam sibimetipsis ministrant aut procedente mensa subiiciunt. Laudatissima apud priscos uina erant miro odore cõdita: ut apparet in Plauti fabula: quæ persa inscribitur: ꝙꝙ in ea & calamum addi iubet. Ideo quidam aromaticis delectatos maxime credunt. Sed Fabius. Vel Menenii uel myrrhæ

Dosemnus his uersibus decreuit.

Mittebant uinum pulchrum murrinam. E in acharistione.
Panem & polentam uinum murrinam.

Scæuolam quoq; & Lælium & Atteum Capitonem in eadẽ sententia fuisse uideo: quoniã in pseudulo sit.

Quod si opus est ut dulce promant idem & quid habeant roga.

Murrinam: passum: defrutum: mella.

Quibus apparet non inter uina modo murrinam: sed inter dulcia quoq; nominatum.

De apothecis & de uino opimiano. CA. XIIII.

APothecas fuisse: & diffundi solita uina: anno. dcxxxiii. urbis apparet indubitato opimiani uini argumento: iam intelligente suum bonum italia. Nondum tamen ista genera in claritate erãt. Itaq; omnia tunc genita unũ habent consulis nomẽ. Sic quoq; diu trasmarina fuerunt in auctoritate ad attauos usq; nostros ẽt falerno iã repto: sicut appet ex illo comico uersu Anaxipolis thasii.

Quinq; thasii uini inde depromam falerni bina.

P. Licinius crassus &. L. Cæsar censores: anno urbis conditæ. dc. lxv. edixerunt ne quis uinum græcum amineumq; octonis æris singula quadrantalia uenderet. Hæc enim edicti uerba sunt. Tanta uero uino græco gratia erat: ut singulæ potiones in uno conuictu darentur. Quibus uinis auctoritas fuerit sua in mensa. M. Varro his uerbis tradit. L. Lucullus puer apud patrem nunq; lautum conuiuium uidit: in quo plus semel græcum uinum daretur. Ipse cum rediit ex asia milia cadorum: diuisit amplius centum. C. Censius: quem prætorem uidimus: chium uinum in domum suam illatum dicebat tum primum: cum sibi cardiaco medicus dedisset. Hortensius super. x. cados hæredi reliquit. Hactenus Varro.

De liberalitate Cæsaris in uino. CA. XV.

QVid ni & cæsar dictator triumphi sui cœna uini falerni amphoras centum: chii cados centum iu conuiuia distribuit. Idem hispaniensi triumpho chium & falernum dedit. Epulo uero in tertio consulatu suo falernũ: chium: lesbium: mamertinum: quo primum tempore quattuor genera uini apposita cõstat. Postea ergo alia oia i nobilitatẽ uenerũt circiter septingẽtesimũ urbis annũ.

De uinis factitiis. CA. XVI.

TAq; non miror innumerabilia pene genera factitii reperta multis ante sæculis: quæ nunc dicemus omnia ad medicinæ usum pertinentia. Omphacium quomodo fieret propter unguenta diximus priore libro. Fit e labrusca: hoc est uite siluestri: quod uocaſ oenanthinũ. Flores eius libris duabus in musti cado macerati post. xxx. dies mutantur. Præter hoc radix labruscæ & aci no coria perficiunt. Ii paulo postquam defloruere: singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corporum ardores gellidissima (ut ferũt) natura. Pars eorum æstu moritur: priusquam reliqui qui solsticiales dicuntur. Vniuersi nunquam matureſcunt. Et si prius quam tota uua matureſcat: incocta detur cibo gallinaceo generi: fastidium gignit uuas appetendi. Factitiorum primum fit ex ipso uino: quod uocant adynamon hoc modo. Albi musti sextarii. xx. aquæ dimidium: feruet donec exquoquatur aquæ mensura. Alii marinæ sextarios. x. tantundem pluuiæ in sole. xl. diebus torrent. Dant ægris: quibus uini noxam timent. Proximum fit e milii semine maturo cum ipsa stipula libram & quadrantem in congios duos musti macerant. Et post septimum mensem transfuso. Ex loto arbore: frutice: herba dictum est: uti quæq; fierent. Fit & e pomis quæ dicemus: interpretationibus non nisi necessariis additis. Proximumq; ei e palmis Vel maceratis

quo parthi & indi utuntur:& oriens totus. Maturaq; quas uocant & chydæas modio in aquæ congiis tribus macerato expreſſoq;. Sic fit & ſycites e fico: quem alii palmiprunum: alii trocin uocant aut ſi dulce eſſe non libeat: pro aqua tantũdẽ uinaceoq; adiiciũt. Ex cypria fico & acetũ fit p̃cellẽs: atq; alexãdrino quoq; melius. Vinũ fit & ex ſiliqua ſyriaca: & e pyris: malorũq; oĩbus generibus. Sed e punicis qđ rhoiton uocãt. Et e cornis: meſpilis: ſorbis: moris ſiccis: nucleis pineis. Hi muſto madidi exprimunt. Superiora p ſe mitia. Myrtiten Cato quẽadmodũ fecerit hoc paulo poſt indicabimus. Græci uero & alio modo: Ramis teneris cum ſuis foliis in albo muſto decoctis tuſis libra in tribus muſti congiis deferuere faciunt: donec duo ſuperſint. Quod ita ſi ſilueſtris myrti baccis factũ eſt: myrtidanum uocant. Hoc manus tingunt. Ex iis quæ in hortis gignunt fit uinũ e radice aſparago: cunila: origano: apii ſemine: ambrotono: mentaſtro: ruta: nepeta: ſerpillo: marrubio. Manipulos binos tundũt in cadum muſti: & ſapæ ſextariũ: & aquæ marinæ heminam. E napis fit. xi. denarioq; pondere in ſextarios binos muſti addito. Item e ſcylla radice. Inter flores & roſæ foliis tuſis: in linteoq; in muſtũ colatis cũ põduſculo ut ſidat. xl. pondere denarioq;: in ſextarios uicenos muſti necante tres menſes uaſe aperto. Item e nardo gallico: & aliud e ſilueſtri. Aromatiten quoq; inuenio factitum non tantum unguentorũ compoſitione. Primo ex myrrha (ut diximus) mox e nardo celtico: calamo: aſpalatho: offis in muſtũ: aut dulce uinum defectis. Alii de calamo: iunco: coſto: nardo: ſyriaco: amomo: caſia: cinnamomo: croco: palma: aſſaro: ſimiliter & offa. Apud alios nardi: & malobathri ſelibris in muſti congios duos additis. Qualia nunc quoq; fiunt pipere & melle addito: quæ alii condita: alii piperata appellant. Inuenitur & nectarites ex herba: q̃ alii Helenion: alii medicam: alii ſymphyton: alii idem & horeſtion: alii nectaream uocant: radice ponderis. xl. denariorum in ſextarios ſex muſti addita. Similiter in linteo. Ex cæteris herbis collatis fit abſinthites in. xl. ſextariis muſti abſinthii pontici libra decocta ad tertias partes: uel ſcopis abſinthii in uinum additis. Similiter hyſopites e cilicio hyſopo unciis tribus in duos congios muſti coniectis: aut tuſis in uinum. Fiunt utraq; & alio modo circa radices uitium ſato. Sic & helleboritẽ fieri ex ueratro nigro. Cato docet. Sic fit & ſcamonites. Mira uitium natura ſaporem alienum in ſe trahendi: qualem & ſalicum redolent patauinoq; in paluſtribus uindemiæ. Sic & helleboq; ſerit in thaſo: aut cucumis ſilueſter: aut ſcamõea: qđ uinũ ectromatiũ uocãt quoniã abortus facit. Fit & ex herbis: quaq; natura ſuo loco dicetur. E ſtæchade & radice gẽtianæ: & tragorigano: & dictamo: aſſaro: dauco: eleliſphaco: panace: acoro: Coniza: thymo: mandragora: iunco. Vocarũt & ſycinũ: & ithacomelin: & lectiſphagiten: quoq; iã oblittera ta rõ eſt. Ex fruticũ uero generi cædri uti iuſq; cupreſſi: laurus: iuniperi: pini: pyri: terebinthi: calami: lẽtiſci. Baccas aut lignũ recẽs ĩ muſto decoquunt. Item chamæleæ & chamæpithios & chamædryos lignum. Eodem modo & ex flore in congium muſti decem denariorum pondere addito.

De hydromelle & oxymelle. CA. XVII.

FIt uinum ex aqua ac melle tantum. Quinquennio ad hoc ſeruari cæleſtem iubent aliqui prudentiores. Alii ſtatim ad tertias partes decoquunt: & tertiam mellis ueteris adiiciunt. Deinde. xl. diebus canis ortu in ſole habent. Alii diffuſa ita decimo die obturant. Hoc uocatur hydromel: & uetuſtate ſaporem uiui aſſequitur: nuſquam laudatius q̃ in phrygia. Quin & acetum melle temperabatur: adeo nihil intẽptatum in uita fuit. Oxymel hoc uocarunt: mellis decem libris: aceti ueteris hemi nis quinq; ſalis marini libra: aquæ pluuiæ ſextariis quinq; ſufferuefactis decies: mox elutriatis: atq; ita inueteratis. Omnia ab Themiſone ſummo auctore damnata. Et hercule coactus eorum uſus uideri poteſt: niſi ſiquis naturæ opus credit aromatiten: & ex unguentis uina cõpoſita: aut ut biberent genuiſſe eam frutices iſta ſunt cognitu iucunda ſolertia humani animi omnia exquirente. Nihil quidem ex iis anno durare: præterq̃ quæ uetuſtate ipſa fieri diximus. Et plura ne tricenis quidem diebus non erit dubium.

Prodigioſa genera uini. CA. XVIII.

SVnt & in uino prodigia. Dicitur in archadia fieri qđ fecunditatem fœminis importet: uiris rabiem. At in achaia maxime circa caryniam abigi partum uino: atq; etiam ſi uuam edant grauidæ: cum differentia in guſtatu non ſit: Troezenium uinum qui bibunt negãtur generare. Thaſios duo genera uini diuerſa facere proditur. Vnum quo ſomnus concilietur: alterum uero quo fugetur. Apud eoſdem uitis theriace uocatur: cuius & uinum & uua contra ſerpentium ictus medetur. Libaneos thuris odore: ex qua diis prolibant. E diuerſo aſpendios damnata a feris. Ferunt eam nec ab alite ulla attingi. Thaſiam uuam ægyptus uocat apud ſe prædulcem: q̃ ſoluit aluum. Eſt contra in lycia quæ ſolutam firmat Aegyptus & ecbolinam habet abortiuos facientem. Vina in apothecis canis ortu mutantur q̃dam: poſteaq; reſtituuntur ſibi. Sic & maris nauigio: cuius iactatus iis quæ durauerint; tantum uetuſtatis adiicere ſentitur quantum habuerint.

Quibus uinis ad ſacra uti fas: non ſit: & quibus generibus muſta condiant. CA. XIX.

ET quoniam religione uita conſtat; plibare diis neſaſtum hẽtur uino p̃ter imputatæ uitis: fulmine tactæ: q̃q̃ iuxta hominis mors laqueo pependerit: aut uulneratis pedibus calcata: & qđ circũciſis uinaceis profluxerit: aut ſuperne deciduo immundiore lapſu aliquo polluta. Itẽ græca: quoniam aquam habeat. Vitis ipſa quoq; manditur decoctis caulibus ſummis q & cõdiunt ĩ aceto ac muria. Vex & de apparatu uini dixiſſe conueniat: cũ græci priuatim ea p̃cepta tradiderit: artemq; fecerit ſicut Euphron & Ariſtomachus & Coniades & hiceſius. Africa gypſo mitigat aſperitatem: necnon aliqbus ſui partibus calce. Græcia argilla aut marmore: aut ſale: aut mari lenitatem excitat. Italiæ in parte aliqua rabulana pice ac reſina condire muſta uulgare eſt ei: prouintiiſq; finitimis. Anni: prioris uina nonnuſq̃ fæce
Vel radulana
acetoue condiunt. Necnon & ex ipſo muſto fiunt medicamina. Decoquitur ut dulceſcat portione uirium. Nec durare ultra annuum ſpatium tale proditur. Aliquibus in locis decoquunt ad ſapas muſta: infuſiſq;

ūs ferociam frangunt. Et in hoc tamen genere & in omni alio ſubminiſtrant uaſa ipſa condimentis picis. Cuius faciendæ ratio proximo dicetur uolumine.

De picis generibus: & reſinis: & muſtis cōdiēdis: & de aceto & fæce. CA. XX.

ARborum ſucco mannantiū picē reſināq; alia ortæ in oriēte: aliæ in europa ferunt. Quæ inter eſt aſia utrinq; quaſdā hēt. In oriente optimam tenuiſſimamq; terebinthi fundunt. Deinde lentiſci quam & maſticē uocāt. Poſtea cupreſſi acerrimā ſapor. Liqdā oēs & tātum reſinam. Craſſiorem uero & ad pices faciēdas cædrus. Arabica reſina alba ē: acri odore difficilis coquēti. Iudaica callo ſior: & terebinthi quoq; odoratior. Syriaca attici mellis ſimilitudinē hēt. Cypria antecedit oēs. Eſt āt melleo colore carnoſa. Colophonia p̄ter cæteras fulua: ſi teraſ alba fit: grauior odore. Et ob id nō utunt̄ ea unguentarii. In aſia q̄ fit e picea admodū cādida: ſpargas uocatur. Reſina omnis diſſoluitur oleo. Quidam & creta figulina: hoc fieri arbitrant̄. Pudetq; cōfiteri: maximū iā honorē eius eē ī euellēdis a uiroꝝ corporibus pilis. Ratio aūt cōdiēdi muſta i prio feruore q nouē diebus cū plurimū pagit̄: aſperſu picis: ut odor uino cōtingat: & ſaporis q̄dā acumina. Vehemētius id fieri arbitrāt̄ crudo flore reſinæ: excitariq; lēitatē. E diuerſo crapulā cōpeſci: & feritatē nimiā: frāgiq; uirus. Aut ubi pigra lenitas torpeat: uirus addi. Liguriæ maxime circūpadaniſq; muſtis utilitas diſcernit̄ hoc mō pugnacibus muſtis crapulæ plūs indit̄: lenibus parcius. Sūt q & ex utroq; cōdiri uelint. Necnō alia q̄ multiplici natura. Vitiūq; muſto qbuſdā i locis iteꝝ ſpōte feruere: qua calamitate cū deferbuit depit ſapor: uappæq; accipit nomē. Probroſum ēt hoium cū degenerauit aīus. Aceti. n. nequiciæ ineſt uirtus magnos ad uſus: & ſine qs uita mitior degi nō poſſit. Cætero uinoꝝ medicaminis tāta cura eſt: ut cinere apud quoſdā ceu gypſo alibi qbus diximus modis inſtaurent̄. Sed cinerē e uitis ſermentis aut quercu p̄ferūt. Quin & marinā aquā eiuſdē rei gr̄a ex alto peti iubent: ſeruariq; ab equinoctio uerno: aut certe nocte ſolſtitio & aqlone flante hauriri: uel circa uindemiā ſi hariat̄ decoqui. Pix in italia ad uaſa uino cōdēdo maxime p̄bat̄ brutia. Fit e picea reſina. In hiſpāia aūt e piceaſtris minime laudata. Eſt. n. reſina haꝝ amara & arida & graui odore. Differentiā rōnemq; faciendi proximo uolumine demonſtrabimus inter arbores feras. Vitia p̄ter ſupradicta acor: aut fumidū uirus: aut picis aduſtio. Experimentum uero ſi fragmenta ſubluceant: ac ſub dente lenteſcat acore iucundo. Aſia picem idicam maxime p̄bat: græcia piericam. Virgi. naritiam. Diligentiores admiſcēt nigra maſticem: quæ in ponto bituminis ſimilis gignitur: & iris radicem oleumq;. Nam cæram accipientibus uaſis compertum eſt uina aceſcere. Sed tranſferre in ea uaſa in qbus acetū fuerit: utilius q̄ in ea in quibus dulce: aut mulſum. Cato iubet uina concinnari: hoc. n. utitur uerbo: cinaris lexiui cum defructo cocti parte quadrageſima pulegii uel ſalis ſeſquilibra. Interim & tuſo marmore. Facit & ſulphuris mentionem. Reſinæ uero in nouiſſimis. Super omnia addi matureſcente iam uino iubet muſtum: qđ ille tortinū appellat. Nos intelligimus nouiſſime expreſſum. Et adiici muſtis tingendi gratia coloris: ut pigmentum aliqđ uini. Atq; ita pinguius fieri. Tot ueneficiis placere cogitur. Et miramur noxia eſſe: in uitium inclinantis experimentum eſt laminæ plumbeæ mutatus in eo colos. Proprium aūt inter reliquos liquores uino muceſcere: aut in acetum uerti. Extantq; medicinæ uolumina. Et fæx uini ſiccata recipit ignes: ac ſine alimento per ſe flagrat. Cinis eius nitri naturā habet: eaſdēq; habet uires. Hoc amplius quo pinguius ſentitur.

De cellis uinariis. CA. XXI.

MAgna & collecto iā uino differētia ī cella. Circa alpes ligneis uaſis cōdūt: circuliſq; cigunt: atq; ēt hyeme gelida ignibus rigorē arcēt. Mirꝝ dictu: Sed aliquādo uiſum: ruptis uaſis ſtetere glaciatæ moles p̄digii mō: quoniā uini natura nō gelaſcit: alias ad frigus ſtupēs tātū. Mitiores plagæ doliis cōdūt: ſodiūtq; terræ tota: aut ad portionē ſitus. Iteꝝ cælū p̄bēt. Alii uero ipoſitis tectis arcēt. Tradūturq; ad hæc p̄cepta. Latus cellæ uinariæ aut certe feneſtras obuerti ī aqlonē oportere: uel uſq; ī exortū æquinoctialē. Sterqllinia & arboꝝ radices p̄cul abeſſe: oiaq; odoris euitādi: facillimo ī uina tranſitu. Ficos utiq; & caprificos. Doliis ēt iterualla dari: ne iter ſeſe uitia ſerpāt: cōtagiōe uini ſp ociſſima. Quin & figuras referre. Vētroſa ac patula minus utilia. Picari oportere p̄tinus a cāis ortu: poſtea pfūdi maria aq̄ aut ſalſa: ac leui cinere ſarmēti ea aſpgi: uel argilla aſpera myrrha ſuffiri: ipſaſq; ſæpius cellas. Imbecilla uina demiſſis ī terrā doliis ſeruāda. Valida expoſitis: Nūq; ipleda: Et quo ſupſit: paſſo aut de fruto pungēdū: admixto croco: pice ueteri: cū ſapa: Sic coopcula dolioꝝ medicāda addita maſtice ac pice. Bruma aperiri uetant: niſi ſereno die. Vetāt auſtro flāre: lunaue plena. Flos uini cādidus p̄bat̄: rubēs triſte ſignū ē: ſi nō iis uini colos ſit. Iteꝝ uaſis in caleſcētibus: opculiſue ſudātibus. Qđ celeriter florere cœperit: odoremq; trahere: nō fore diutinū ipſa quoq; defruta ac ſapa cū ſit cælū ſine luna: hoc eſt in ſyderis eius coitu neq; alio die coq iubent. Præterea plūbeis uaſis: non æreis: nucibus iugladibus additis. Eas. n. fumū excipere. Cāpaniæ nobiliſſima expoſita ſub diuo in cadiis uerberari ſole luna imbre ac uentis aptiſſimum uidetur.

De uitanda ebrietate. CA. XXII.

ACſi qs diligentius reputet: in nulla p̄te operoſior uita eſt: ceu nō ſaluberrimum ad potū aquæ liquoré natura dederit: quo cætera oīa animantia utunt̄. Ad nos uinū bibere & iumēta cogimus: tantoq; opere: tanto labore: & impendio cōſtat: qđ hois mētē mutet: ac furorem gignat: milibus ſcelerū huic deditis tanta dulcedine: ut magna ps nō aliud uitæ p̄miū itelligat. Qui imo ut plus capiamus: ſocco frāgunt̄ uires. Et alia irritamēta excogitant̄. Ac bibēdi cā ēt uenena cōficiunt̄. Aliis cicuta præſumentibus: ut bibere mors cogat. Aliis pumicis farinā: & q̄ referendo putet docere. Cautiſſimos ex iis balineis quoq; coqui uidemus: exanimeſq; efferri. Iam uero alios lectum expectare non poſſe: immo uero nec tunicam. Nudoſq; ibi protinus & anhelos ingentia uaſa corripere: uelut ad oſtentationem uirium: ac plene infundere ut ſtatim euomant: rurſuſq; hauriant. Idq; iterum tertioq;: tanquam ad perdenda uina

genitū:& tanq̄ effundi illa non poſſint:niſi p humanum corpus. Ad hæc pertinent peregrinæ exercitatio/
Vel re/ nes:& uolutatio in cœno:ac pectoroſa ceruicis repādæ oſtētatio. Per oīa hæc p̄dicat ſitis q̄ri. Iam uero q̄ ua/
parādæ ſa adulteriis celata:tanq̄ per ſe pag̃ doceat libidines temulentia. Ita uina ex libidine hariunt atq; ēt p̄mio iui
tat ebrietas. Et ſi diis placet:emit alius ut uel q̄tū biberit tātū edat:& p̄ciū uiolētiæ lege accipit. Alius q̄tum
alea q̄ſierit:tātū bibit. Tūc auidi matronā oculi licent. Tūc graui ꝓdunt marito. Tūc ai ſecreta ꝓferūt. Alii
teſtamenta ſua nuncupant. Alii mortifera loquūt:redituraſq; per iugulum uoces non continent:q̄ multis
ita interemptis. Vulgoq; ueritas iam attributa uino eſt. Interea ut optime cadat:ſolem orientem non uidēt
ac minus diu uiuūt. Hinc pallor: & gēnæ pendulæ:oculorum ulcera tremulæ manus effundentes plena
uaſa:& quæ ſit pœna præſens furiales ſomni:& inquies nocturna. Premiumq; ſummum ebrietatis libido
portentoſa:ac iucundum nefas. poſtera die ex ore halitus fetidi:ac fere rerum omnium obliuio:morſq; me
moriæ. Rapere ſe ita uitam prædicant:cum priorem diem quotidie perdant:illi uero & uenientem. Tibe/
rio Claudio principe ante hos. xl. annos inſtitutum ut ieiuni biberent:potuſq; uini antecederēt cibos:exter
nis & hoc artibus:ac medicorum placitis nouitate aliqua ſeſe commendantium. Gloriam hac uirtute par/
thi:quærunt. Famam apud græcos Alcibiades meruit. Apud nos cognomen ēt nouellius Tricongius Me/
diolanenſis:ad proconſulatum uſq; e prætura honoribus geſtis:tribus congiis (unde & cognomē illi fuit)
epotis uno impetu:ſpectante miraculi gratia Tiberio principe inſenecta iam ſeuero:atq; etiam alias ſæuo.
Sed ipſa iuuenta ad merum pronior fuerat. Eademq; commendatione credidere. L. Piſonem urbis Romæ
curatorem ab eo delectum:q; biduo duabuſq; noctibus per potationem continuaſſet apud ipſum iam prin
cipem. Nec alio magis Druſus Cæſar regeneraſſe patrem Tiberium ferebatur. Tricongii rara gloria quan/
do & hæc ars ſuis legibus conſtat:non labaſſe ſermone:nec leuatum uomitione:non altera corporis parte.
Dum biberet matutinas obiſſe uigilias:plurimū hauſiſſe uno potu. Plurimum præterea aliis minoribus
addidiſſe:optima fide:non reſpiraſſe in hauriendo:neq; expuiſſe:nihilq; ad elidendum in pauimentis ſum/
mum ex uino reliquiſſe:diligenti ſcito legum contra bibendi fallacias. Tergilla Ciceronem. M. F. binos con
gios ſimul haurire ſolitum ipſi obiicit. M. q̄. Agrippæ a marcido ac temulento ſyphum impactū. Etenim
hæc ſunt ebrietatis opera. Sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero uoluit interfectori patris ſui. M. An
tonio. Is enim ante eum auidiſſime apprehenderat hanc palmam:edito etiam uolumine de ſua ebrietate:
quo patrocinari ſibi auſus approbauit plane (ut equidem arbitror) quanta pertumulentiam mala terrarū
orbi intuliſſet:exiguo tempote ante prælium actiacum illud uolumen euomuit. Quo facile intelligatur
ebrius iam ſanguine ciuium:& tanto magis eum ſitiens. Nanq; & hæc neceſſitas uitium comitatur: ut bi/
bendi conſuetudo augeat auiditatem. Scitumq; eſt ſcytharum legati:quanto plus biberint:tanto magis ſi/
tire parthos. Eſt & occidentis populis ſua ebrietas:fruge madida. Pluribuſq; modis per gallias hiſpaniaſq;
noſtros aliis:ſed ratione eadem. Hiſpani iam & uetuſtatem ferre ea genera doluerunt. Aegyptus quoque e
fruge ſibi potus ſimiles excogitauit. Nullaq; in parte mundi ceſſat ebrietas. Meros quippe hauriunt tales:
ſuccos:nec diluendo ut uina mitigant. At hercule illic tellus fruges parere uidebatur. Heu mira uitiorum
ſolertia inuentum eſt quemadmodum aqua quoq; inebriaret. Duo ſunt liquores corporibus hūanis gra/
tiſſimi:ītus uini:foris olei:arboꝝ e genere ambo p̄cipui. Sed olei neceſſarius. Nec ſegniter uita in eo elabo/
rauit. Quāto tñ i potu ingenioſior apparebat ad bibēdū generibus cētū nonagitaq;q;. Si ſpes uero æſtimet:
pene duplici numero excogitatis:tantoq; paucioribus olei. De quo in ſequenti uolumine dicemus.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XV.

Naturæ Frugiferarum Arborum. CA. I.

LEAM THEOPhraſtus: celeberrimus e græcorum auctoribus urbis Romæ anno circiter quadringētesimoquadrageſimo negauit: niſi intra. xl. mil. paſ. a mari naſci. Feneſtella uero oino nō fuiſſe i italia hiſpania atq; africa. Tarquinio Priſco regnāte: ab annis populi Ro. clxxxiii. Quæ nunc peruenit trās alpes quoq; & in gallias hiſpaniaſq; medias. Vrbis quidem āno qngēteſimoqnto: Appio Claudio Cæci nepote. L. Iunio cōſſ. olei libræ duodenis aſſibus ueniere. Et mox anno. dc. octogeſimo. M. Seruius. T. F. ædilis currulis olei dēas libras ſingulis aſſibus præſtitit populo Ro. per totum annum. Minus ea
miret qui ſciat poſt annos. xxii. Cn. Pōpei. iiii. cōſulatu oleū ꝓuintiis italiā miſiſſe. Heſiodus quoq; i primis

cultū agroꝝ docendā arbitratus uitā:negauit oleæ satorē fructū ex ea ꝓcepisse quēq̄.Tā tarda tunc res erat. At nūc ēt ī plātariis ferūt:trāslatarūq̄ altero ānō decerpūt baccæ.Fabianus negat ꝓuēire ifrigidissimis oleā neq̄ ī calidissimis.Genera eaꝝ tria dixit Virg.orchites:& radios:& pausias.Nec desiderare rastros:aut fallacē ullā:aut curā.Sine dubio & in iis solū maxīe cælūq̄ referre.Verūtamē attūdent sicut & uites atq̄ ēt in terradi gaudēt. Cōsequēs eaꝝ uīdemia ē:arsq̄ uel maior oleo q̄ musta tēperādi.Ex eadem qppe oliua differūt succi primū oīum cruda atq̄ nōdū ichoatæ maturitatis:hæc sapore p̄stātissimo.Quin & ex ea pria unda p̄li laudatissima:ac deīde ꝑ diminutiōes:siue(ut nuper īuentū est)exilibus regulis pede incluso. Quāto maturior bacca:tāto pinguior succus:minusq̄ gratus.Optima āt ætas ad decerpēdū:inter copiā bōitatēq̄ incipiēte bacca nigrescere.Nostri uocant drupas:græci uero drypetas.Cætero distat an maturitas illa ī torcularibus fiat:an ramis.Irrigua fuerit arbor:an suo tantū bacca succo.Nihilq̄ aliud q̄ rores cæli biberit.

De Oleo. CA. II.

VEtustas oleo tediū affert:nō itē ut uino:plurimūq̄ ætatis ānuo ē,puida si libeat itelligēr natura. Quippe temulentiæ nascētibus uinis uti necesse nō ē.Quinimo īuitat ad seruādū blāda īueterati caries.Oleo uoluit parci:fecitq̄ ueteratū ea necessitate,pmiscuū.Et uulgo pricipatū ī hoc quoque bono obtinuit italia toto orbe:maxīe agroue nafrano:eiusq̄ parte q̄ licinianū fundit oleum unde & liciniæ gloria p̄cipua oliuæ.Vnguēta hāc palmā dedere accomodato ipsis odore.Dedit & palatum delicatiore snia.Cætero baccas liciniæ nulla auis appetit.Reliquum certamen inter istriæ terram & beticæ par est.Vicina bonitas ,puintiis:excepto africæ frugifero solo.Cereris totum id natura concessit.Oleum ac uinum inuidit tantum:satisq̄ gloriæ in messibus fecit.Reliqua erroris plena:quem in nulla parte uitæ numerosiorem esse docebimus.

De natura oliuæ:& oleæ incipientis. CA. III.

OLiuæ cōstāt nucleo:oleo carne:amurca.Sanies ē hæc eius amara.Fit ex aqs.Ideo siccitatibus minima:riguis copiosa.Suus qdē oliuæ succus ē oleū:idq̄ p̄cipue ex imaturis intelligimus:sicut de omphacio docuimus.Augēt oleū ab arcturi exortu ad.xvi.calen.octob.postea nuclei īcrescūt:& caro cū sitienti ībres copiosi accessere:uitiāt oleū in amurcā.Huius color oliuā cogit nigrescēr. Ideoq̄ incipiente nigricia minimum amurcæ:ante eā nihil.Et error hoīum falsus existimantium maturitatis initiū:qd est uitio ꝓximum.Deinde ꝙ oleū crescere oliuæ carne arbitrant:cum succus oīs in corpus abeat:lignumq̄ intus gransdescat.Ergo tū maxime rigant.Quod ubi cura multa sine imbribus accidit: oleū absumit:nisi secuta serenitate:q̄ corpus extenuet.Oīno.n.ut Theophrasto placet:ē olei cā color.Quare & i torcularibus ēt ī cellis multo igni quærit.Tertia est culpa in parsimonia:qm̄ ꝓp ipēdiū decerpēdi expectat:ut decidat oliua.Qui mediū temperamentum in hoc seruant:perticis decutiunt:cum iniuria arborum sequentis anni dāno.Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit.Oleam ne stringito: neue uerberato. Qui cautissime agunt:harundine leui ictu:nec aduersos percutiunt ramos.Sic quoq̄ alternare fructus cogitur decussis germinibus.Nec minus si expectat ut cadat.Herēdo.n.ultra suum tps:absumunt uenientibus alimentum:& detinent locum.Argumentum est:q̄ nisi ante fauonium colectæ:nouas uires resumūt: & difficilius cadunt.Primū ergo ab autūni colligitur initio opere non natura pausia:cui plurimum carnis mox orchites:quibus olei:post radios.Has.n.otissime occupat æstas:quia sunt tenerrimæ : & amurca cogit decidere.Differunt uero ēt in martium mensem callosæ contra humorem pugnaces:ob idq̄ minime: licinia:cominia.Contra sergia:quam sabini regiam uocant:non ante fauonii flatum nigrescentes:hoc ē ad .vi.idus febr.Tunc arbitrantur eas matureſcere:& quoniam probatissimum fiat ex iis oleum. Accedere ēt ratio prauitati uidetur.Feruntq̄ frigore sterilitatem fieri:sicut copiam maturitate:cum sit illa bonitas non ꝑpis sed generis tarde putrescentis in amurcam.Similis error collectam seruandi in tabulatis:nec priusq̄ sudet premendi:cum omni hora oleum decrescat:amurca augeatur.Itaq̄ uulgo non amplius senas libras singulis modis exprimi dicunt.Amurcæ mensuram nemo agit quanto eo copiosior reperiatur in eodem genere diebus adiectis.Oīno in uita error publicus.Tumore oliuæ crescere oleum existimātium: præsertim cum magnitudine copiā olei non constare:indicio sint quæ regiæ uocantur:ab aliis maiorinæ: & ab aliis phauliæ grandissimæ:alioquin minimo succo.Et in ægypto carnosissimis olei exiguum. Decapoli uero syriæ perq̄ paruæ:nec cappari maiores:carne tamen cōmēdant.Quā ob cām italicis transmarinæ præferūtur in cibis cum oleo uincantur.Et in ipsa italia cæteris picenæ:& sidicinæ.Sale ille priuatim condiunt:ut & reliquæ amurca sapaue.Necnō aliquæ oleo suo sine accersita cōmendatione puræ inatant.Colymbades frangunt eædemq̄ herbarum uiridium sapore condiuntur.Fiunt & præcoces feruenti aqua perfusæ:quā libet imaturæ.Mirūq̄ dulcē succū oliuas bibere:& alieno sapore infici.Purpureæ sunt & in iis & ī uuis ī nigrum colorem transeuntibus pausiæ.Sunt & superbe præter iam dicta genera. Sunt & prædulces per se tantum siccatæ:uuisq̄ passis dulciores.Admodū raræ in affrica:& circa emeritam lusitāiæ.Oleum ipsum sale uindicatur a pinguitudinis uitio.Cortice oleæ conciso odorem accipit medicati:alias ut uino palati gratia nulla est.Nec tā numerosa differentia.Tribus ut plurimum bonitatibus distat.Odor intenui argutior: & is tamen etiam in optima breuis.

Vel succi

De natura olei. CA. IIII.

OLeo natura tepefacere corpus:& cōtra algores munire.Eidē feruores capitis refrigerare. Vsum eius ad luxuriā uertere græci uitioꝝ oīum genitores in gymnasiis publicādo.Notū ē magistratus honoris eius octogenis sestertiis strigmenta olei uendidisse.Oleæ honorem romana maiestas magnum præbuit. Turmas equitum idibus iuliis ex ea coronando.Item minoribus triumphis ouantes.Athene quoq̄ uictores olea coronant:græci uero oleastro olympiæ.

De cultura oliuarum. CA. V.

NVnc dicemus Catonis placita de oliuis. In calido & pingui ſolo radiũ maiorem: ſalentinam: orchitem: pauſiam: ſergianam: cominianam: albiferam ſeri iubet. Adiicitq; ſingulari prudentia q̃ earum in iis locis optimam eſſe dicant. In frigido autem & macro liciniam. Pingui. n. aut ferue ti uiciari eius oleũ: arboremq; ipſam fertilitate conſumi. Muſco præterea & rubro infeſtari. Spectare oliueta in fauonium loco expoſita ſolibus cenſet.

Vel in ſingulis

De ſeruandis oliuis: & quõ faciendũ oleum. CA. VI.

NEc alio ullo mõ laudat condi oliuas optime orchites & pauſitas q̃ uel uirides i muria: uel fractas in lentiſco. Oleũ q̃ acerbiſſima diu optimũ fieri. Cætero q̃ primũ e terra colligẽdã. Si ignata ſit: lauãdã. Siccari triduo ſatis eẽ. Si gelẽt frigora: quarto die p̃mẽdã. Hãc & ſale eſpgi. Oleũ i tabula to minui: deteriuſq; fieri. Itẽ in amurcã: & fracibus. Eæ ſunt carnes: & inde feces. Quare ſæpius die decapulandũ. Præterea cõchas & plũbeas cortinas ere uiciari. Feruentibus oĩa ea fieri clauſiſq; torcularibus: & q̃ minime uẽtilatis. Ideo nec ligna ibi cædi oportere. Qua de cauſa e nucleis ipſaq; ignis aptiſſimus & e cortinis in labra fundẽdũ: ut fraces & amurca liquent. Ob id crebrius uaſa muntãda. Fiſcinas ſpongia tegẽdas: ut q̃ maxime pura ſinceritas cõſtet. Poſtea inuentũ ut lauarent: utiq; feruenti aqua. Protinus prælo ſubiicerent ſolidæ. Ita. n. amurca exprimit. Mox trapetis fractæ p̃merent. Iteraq; premi pluſq̃ centenos modios non ꝓbant. Factus uocat. Qd uero poſt molam primum excuſſum eſt flos factus. Tres geminiforos a quaternis hominibus nocte ac die premi iuſtum eſt.

Vel fraces

De oleo factitio. CA. VII.

NOn erat tũ factitiũ oleũ. Ideoq; arbitror nihil a catone dictũ. Nũc eius genera plura. Primũ ſequimur ea: q̃ ex arboribus fiũt: & iter illas ante oẽs ex oleaſtro. Tenue id: multoq; amarius q̃ oleæ: tã tũ ad medicamẽtũ utile. Simillimũ huic ineſt ex chamælea frutice ſaxoſo nõ altiore palmo: foliis oleaſtri: bacciſq;. Proximũ fit & e tyci arbore in ægypto copioſe. Alii crotonem: alii rhibin: alii ſiſamũ ſilueſtre appellãt. Ibiq; nõ pridẽ. Et in hiſpania repẽte ꝓuenit: altitudine oleæ: caule ferulaceo: folio uitiũ: ſemine uuaq; graciliũ: pallidarũq;. Noſtri eã uocãt rhicinũ a ſimilitudine ſeminis. Coqt id i aqua: innataſq; oleũ tollit. At i ægypto ubi abũdat ſine igni & aq̃ ſale aſpſũ exprimit: cibis fœdũ lucernis exile. Amygdalinũ qd aliq netopũ uocãt: ex amaris nucibus arefactis: & i offã cõtuſis aſperſum aq̃: & iteraq; tuſis exprimitur. Fit & lauro admixto drupaq; oleo. Quidãq; e baccis exprimũt tãtũ. Alii foliis mõ. Alii folio & cortice baccaq;. Necnon ſtyracẽ addũt: alioſq; odores. Optima laurus ad id latifolia: ſilueſtris: nigra baccis. Simile eſt e myrto nigra: & hæc latifolia melior. Tundunt baccæ aſperſæ calida aqua: mox decoquũt. Alii folioq; molliſſima decoquũt in oleo: & exprimũt. Alii deiecta ea in oleũ prius ſole matãt. Eadẽ rõ & in ſatiuo myrto: ſed p̃ferẽt ſilueſtris: minore ſemine: quã qdã oxymyrſinen uocant: alii chamæmyrſinen: alii acoron a ſimilidine. Hæc eſt. n. breuis: fruticoſa: Fit & ex citro: cupreſſo: nucibuſq; iuglãdibus: qd caryinõ uocãt. Malis cædri qd cædreleon. Ex grano quoq; gnidio purgato ſemine & tuſo. Itẽ lentiſco. Nã & cyprinũ ẽt: e glãde ægyptia: ut fieret odoraq; cã dictum eſt. Indi etiam ex caſtaneis & ſiſamo atq; oriza facere dicunt. Icthyophagi e piſcibus. Inopia cogit aliquãdo luminũ cã & e platani baccis fieri aqua & ſale maceratis. Et oenanthinũ fit de ipſa oenãthe: ut dictũ ẽ in unguentis. Gleucino muſtũ incoquit uapore lento. Ab aliis ſine igne circundatis uinaceis diebus. xxii. bis ſingulis p̃mixtum. Conſumiturq; muſtũq; oleo. Alii non ſanſucũ tantum admiſcent: ſed etiam præcioſiora odoramenta. Et in gymnaſiis quoq; conditur odoribus: ſed uiliſſimis. Fit & de aſpalatho: calamo: balſamo: yri: cardamomo: meliloto: nardo: gallico: panace: ſanſuco: helẽio: cinami: radice: omnium ſuccis in oleo maceratis expreſſiſq;. Sic & rhodinũ e roſis: iuncinum e iunco: quod eũ roſaceo ſimillimum. Item hyoſcyamo: lupinis: & narciſſo. Plurimum autem i ægypto e rhaphani ſemine aut gramine herba qd agroſtinon uocant. Item ſiſamo: & urtica: qd cnicinon appellant. E lilio & alibi fit ſub diuo ſole: luna pruina maceratum. Suis herbis componunt inter cappadociam & ſeleuciam: qd ſeleuti cum appellant: neruis admodum utile. Sicut in italia e gummi. E pice fit qd picinum appellant: cum concoquitur ueleribus ſupra halitum eius expãſis: atq; expreſſis. Probatũ maxime e brutia. Eſt enim pinguiſſima & reſinoſiſſima. Color oleo ſuluus. Spõte naſcitur in ſyriæ palmyris: qd eleomeli uocãt. Manat ex arboribus pingue: craſſius melle: reſina tenuius: ſapore dulci: & hoc medicis. Veteri quoq; oleo uſus eſt ad q̃dam genera morborum. Exiſtimatur & ebori uindicãdo a carie utile eſſe. Certe ſimulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum eſt.

De Amurca. CA. VIII.

SVper omnia ãt celebrauit amurcã laudibus Cato. Dolia olearia cadoſq; illa ibui: ne bibãt oleũ. Amurca ſubigi areas terendis meſſibus ut formicæ rimæq; abſint. Quin & lutũ parietũ & tectoria & pauimenta horreorum frumenti. Veſtiarium etiam contra teredines: ac noxia animalia amurca aſpergi. Semina frugũ perfũdi. Morbis q̃drupedũ arboraq; quoq; mederi illa: efficaci ad ulcera: iteriora hũani: quoq; oris. Lora ẽt ac coria oĩa & calceamina: axeſq; decocta ungi atq; æramenta cõtra eruginẽ. Coloriſq; gratia elegãtioris & totã ſuppellectilẽ ligneã: ac uaſa fictilia in quis ficum aridam libeat aſſeruare. Aut ſi folia baccaſque & uirgas myrti alitudue id genus ſimile. Poſtremo ligna macerata amurca nullius fumi tedio ardere. Oleã ſi lãbendo capra lingua cõtigerit: depaueritq;: primo germinatu ſterileſcere auctor eſt. M. Varro. Et hactenus de olea atq; oleo.

Pomoraq; oĩum genera & naturæ. CA. IX.

RElIqui arborum fructus uix ſpecie figuraue non mõ ſaporibus ſucciſq; totiens permixtis atq; inſitis enumerari queunt.

Nucum pinearum genera quattuor. CA. X.

GRandissimis pineis nucibus altissimeq; a terra suspensis: intus exiles nucleos lacunatis includitho ris uestitos alia ferruginis tūica. Mira naturæ cura molliter semina collocādi. Hanc genus alterū tarentinū digitis fragili putamine auiūq; expositū furto in arbore. Et tertiū sapineū e picea satiua: nucleorum cute uerius quam putamine adeo molli: ut simul mandantur. Quartū pityda uocāt e pinastris: singularis remedii aduersum tussim. In melle decoctos nucleos taurini aquicelos uocant. Pinea corona uictores apud isthmum coronantur. Vel laciniatis Vel e pinea

De malo cotoneo. CA. XI.

HIs proxima amplitudine mala: q̄ uocamus cotonea: & græci cydonea ex creta īsula aduecta. In curuatos trahūt ramos: phibētq; crescere parētē. Plura eorū genera. Chrysomella incisuris distincta colore ad aurū icliato. Quæ cādidiora nostratia cognomīata odoris p̄stātissimi. Est & neapolitāis suus honor. Minora ex eodē genere strutea odoratius uibrāt: serotino p̄uētu. Præcotia uero niustea. Struteis āt cotonea insita suū genus fecere muluianū: q̄ sola ex iis uel cruda mandūt̄. Omnia iam & utroq; salutatoriis cubilibus inclusa simulacris noctiū conscriis imposita. Sunt præterea silueſtria parua e struteis odoratissima in sepibus nascētia. Mala appellamus q̄q̄ diuersim persica & granata: quæ in punicis arboribus nouem generum dicta sūt. His acinus sub cortice intus. Lignū illis in corpore. Necnon & q̄dam e pyris libralia appellata amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.

De persico genera quattuor. CA. XII.

SEd persicorum palma duracinis. Nationum habent cognomen gallica: & asiatica. Post autūnū matureſcūt: æstate p̄cocia: intra. xxx. annos reperta: & primo denariis singula uenundata. Supernatia e sabinis ueniunt: popularia undiq;. Pomū innocuū expetit̄ ægris. Præciūq; singulis iam triceni nūmi fuere: nullius maiore. Quod miremur quia non aliud fugacius. Longissima nāq; decerpto bidui mora est: cogitq; se uenundari.

De pruno genera. xi. CA. XIII.

INgēs postea turba prunoq; uersicolor: nigra: cādicās. Hordearia appellata a comitatu frugis eius. Alia eodē colore seriora maioraq;: asinina cognominata a uillitate. Sūt & nigra ac laudatiora cærina atq; purpurea. Necnō ab externa gēte armēiaca: q̄ sola & odore cōmēdant̄. Peculiaris īpudētia nucibus est insitorum q̄ facies parentis: succumq; adoptionis exhibent appellata ab utroq; nucipruna. Et hæc autem & persica & cærina: ac siluestria ut uuæ autumno cadis condita usq; ad alia nascentia ætatē sibi progant. Reliquorum uelocitas cito mitescentiū transuolat. Nuper in betica malina appellari cœperūt malis insita: & alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdalæ ē. Nec aliud pomū ingeniosius geminatum est. In peregrinis arboribus dicta sunt damascena a syriæ damasco cognominata: iampridem in italia nascentia grandiore quamquam ligno: & exiliore carne: nec unquā in ruga siccata quā do sores sui desunt. Simul dici possunt populares eorū myxæ: quæ & ipsæ nūc cœpere. Romæ nasci insitæ sorbis. In totū q̄dē p̄sica peregrina etiam asiæ græciæq; esse ex nomine ipso apparet: atq; ex perside aduecta. Sed pruna siluestria ubiq; nasci certum est. Quo magis miror huius pomi mentionem a Catone non habitam: præsertim cum condenda demonstraret quædam etiam siluestria. Nam persicæ arbores sero & cū difficultate transiere: ut quæ in rhodo nihil ferant: quod primum ab ægypto earum fuerat hospitium. Falsum est uenenata cum cruciatu in persicis gigni: & pœnarum causa a regibus translata: & in ægyptum terra mitigata. Id enim de persea diligentiores tradunt: quæ in totum alia est: myxis rubescentibus similis: nec extra orientem nasci uoluit. Eam quoque eruditiores negauerunt ex perside propter supplicia translatam: sed a Perseo memphisatam: Et ob id alexandrum illa coronari uictores ibi instituisse in honorem attaui sui. Semper autem folia habet & poma subnascentibus aliis: Sed pruna quoq; omnia post Catonem cœpisse manifestum est. Vel nucescētiū

De diuersis generibus malorum: genera. xxix. CA. XIIII.

MAlorū plura sūt genera. De citreis cū sua arbore dixius. Medicā āt græci uocāt patriæ noīe. Aeq; peregrina sūt zizipha & tuberes: q̄ & ipsa nō pridē uenere i italiā. Hæc ex africa: illa ex syria. Sex. Papinius quē cōsulē uidimus: primus utraq; attulit Diui Augusti nouissimis tēporibus i castrorū aggeribus sata baccis similiora q̄ malis. Sed aggeribus p̄cipue decora: quoniā & i tecta iā siluæ scādūt. Tuberū duo genera. Candidū: & a colore sericū dictū pene peregrina. Sūt & in uno italiæ agro uerones si nascentia: quæ lanata appellant̄. Lanugo ea obducit. Struteis qdem persicis: quæ plurima tantum peculiare nomen dedit nulla alia cōmendatione insignibus. Reliqua cur pigeat noīatim indicare? cum conditoribus suis æternam propagauerint memoriam: tanq̄ ob egregiū aliqd in uita factū? Ni fallor apparebit ex eo ingenium inserendi: nihilq; tam paruum esse quod non gloriam parere possit. Ergo habent originē a Matio Gægioq; & mālio: item Claudio a quibus cotoneo insito Ab Appio e claudia gente appiana sunt cognominata. Odor est his cotoneorum: magnitudoq;. Sed claudianis color rubens. Ac ne quis id ambitu ualuisse claritatis & familiæ putet: sunt & septiana ab inuentore libertino insignia rotunditate. Cato adiicit quiriana: & quæ tradit in doliis condi scantiana. Omnium autem nuperrime adoptata sunt parua gratissimi saporis quæ petisia nominatur. Patrias nobilitauere camerina & Græcula. Cætera e causis traxere nomen. Germanitatis cohærentia & gemellam nunquam singula in fœtu. A colore serica: cognatione melappia: mustea a celeritate mitescēdi. Quæ nunc melimela dicuntur a sapore melleo. Orbiculata ex figura orbis in rotūditatem circūacti. Hæc in epyro primū pueniſſe argumēto sunt græci: q̄ epyrotica uocāt. Māmaq; effigie orthomastica. A cōditione castrati seminis: q̄ spadona appellant. Belgemella: a foliis. Fo- Vel Scātio

lium.n.unū aliquando & geminū erūpit e latere medio.Celerrime in rugas marceſcūt pānucea.Stolide tument pulmonea.Sunt quibus ſanguineus eſt color:origine ex mori inſitu tracta.Cunctis uero quæ fuerūt a ſole partes:rubent.Sunt & parua grati ſaporis:atq; etiam acutiora odore:ſilueſtria.Id peculiare improbitatis;& acerbitatis conuitium:& uis tanta ut aciem gladii perſtringat.Dacis ferme uiliſſimis nomē:q̄q̄ primis aduentu decerpiq; properantibus.

De pyris & inſitorum uarietate. CA. XV.

EAdem cā ī pyris taxat:ſupba cognomīe.Parua hæ:ſed ociſſima.Cūctis aūt cruſtumina gratiſſima.Proxīa iis falerna a potu:qm̄ tāta uis ſucci abūdat.Lactea hæc uocant in his:q̄ alii colore nigro donant ſyriæ.Reliquoq; noīa aliter ī aliis atq; aliis locis appellant.Sed cōfeſſis urbis uocabulis auctores ſuos nobilitauere.Decumiana:& ex eo tractū:qā pſeudo decimianū uocant.Dolobelliana lōgiſſimi pediculi.Pōpōiana cognomīe mām oſa:liceriana:ſeueriana:& q̄ ex iis nata ſūt tyrānia.na lōgitudīe pediculi diſtātia.Fauoniana rubra.Paulo ſupbis maiora Lateriana:anitiana.poſt autūnalia acidulo ſapore iucūda.Tiberiana appellant:q̄ maxīe Tiberio prīcipi placuer.Colorāt magis ſole:grādeſcūtq; alioq; eadē eēnt:q̄ liceriana.Prīæ noīa habēt ſeriſſima oīum amerina:picētina:numātina:alexandrina:nūidiana græca:& ī iis tarētina:ſignia:q̄ alii a colore teſtacea appellāt:ſicut onychina purpurea.Ab odore myrrappia:laurea:nardina.A tpe hordearia.A collo āpulacea & coriolana.Brutæ gētilitatis cucurbitana. Acidula ſucci.In certa noīum cā ē barbaricis ueneriiſq;:q̄ colorata dicūt.Regiiſq;:q̄ miniō pediculo.Seſſilia patriciis uoconiis uiridibus oblōgiſq;.Præterea dixit uolema Virg.a Catōe ſūpta:q & ſemētina & muſtea nominat.Pras hæc uitæ iāpridē puenit ad columē:expertis cūcta hoībus.Quippe cū Virg.iſitā nucibus arbutū:malis platanū:ceraſis ulmū dicat.Nec qcq̄ amplius excogitari pōt:nullū certe pomū nouū diu iā iuenit.Neq; oīa inſita miſceri fas ē:ſicut nec ſpinas inſeri:quādo fulgura expiari nō queūt facile quotq; genera inſita fuerūt:tot fulgura uno ictu ,pnūtiant.Turbinatior pyris figura.In iis ſerotina ad hyemē uſq; ad matrē pendent gelu matureſcētia.Græca:ampulacea:laurea:ſicut in malis amerina:ſcantiana.Conduntur uero pyra ut uuæ:ac totidē modis:nō aliter q̄ in cadis.Prætera quæ pomis proprietas pyris quoq; uini.Similiter iis ægris medentia calentia in eſcam dant:ac uino & aqua coquuntur:atq; pulmentarii uicem implent: quod non alia præter cotonea & ſtrutea.

De pomis ſeruandis & uuis. CA. XVI.

uel peculiarius

IN uniuerſum uero de pomis ſeruandis præcipitur.Pomaria in loco frigido ac ſicco cōtabulari. Septētrionalibus feneſtris ſereno die patere.Auſtros ſpecularibus arcere.Aquilonis quoq; affla tu poma deturpāte rugis.Colligi mala poſt æquinoctium autūnale:neq; ante.xvi.lunam : neq; ante primam horam.Cadiua ſeparari ſtramētis:ſtoreis:paleiſue ſuſterni.Rara componi:ut limites parui ſpiritum æqualem accipiant.Amerina maxime durare:melimela minime.

De cotoneis pyris & ſorbis. CA. XVII.

COtoneis interclūſis ſpiramētū oē adimēdū:aut incoqui melle ea:īmergiue oportere.Punica aq̄ marina feruente indurari:mox triduo ſole ſiccata:ita ne nocturno rore cōtingant:ſuſpēdi. Cū libeat uti:aqua dulci plui.M.Varro & in doliis harenæ ſeruari iubet:& īmatura obrui terra in ollis fundo effracto:ſed ſpiritu excluſo:ac ſurculo pice illito.Sic ēt creſcere amplitudine maiore q̄ poſſint in arbore.Cætera mala foliis ficulneis p̄terq̄ cadiuis ſingula cōuolui: ciſtiſq; uitilibus condi : uel creta figulina& illini.Pyra in uaſis fictilibus picatis inuerſis obrui inter ſcrobes. Tarentina ſeriſſime legi. Anitiana ſeruari & in paſſo.Sorba uero & in ſcrobibus gypſato operculo duū pedū terra ſuperinducta ī loco aprico inuerſis uaſis:& in doliis ut uuas cū ramis ſuſpendi.E ,pximis auctoribus qdā altius curā petūt: putariq; ſtatim poma ac uites ad hūc uſum p̄cipiūt decreſcēte luna poſt horā diei tertiā cælo ſereno aut ſiccis a uentis.Similiter delegi & ex locis ſiccis:& ante pfectā maturitatē:addito ut luna infra terrā ſit:uuas cū malleolo ſarmēti duro demptis forcipe curruptioribus acinis in dolio picato recenti ſuſpēdi:excluſa oī aura operculo & gypſo.Sic & ſorba & pyra illitis oīum ſurculis pice.Dolia procul ab aqua eſſe. Quidā ſic cū palmitē ī gypſo condūt:capitibus eius ſcyllæ infixis utriq;.Alii ēt uina habētibus doliis:dū ne cōtingant ea uuæ.Aliqui mala in patinis fictilibus fluitantia:quo genere & uino odorem acquiri putāt.Aliq oīa hæc in milio ſeruare malunt.Pleriq; uero in ſcrobe duū pedū altitudinis harena ſubſtrata : & fictili operculo: dein terra operto.Creta quidā ēt figulina uuas illinunt: ſiccataſq; ſole ſuſpendunt:in uſu diluētes cretam. Eandem pomis in uino ſubigunt.Mala uero generoſiſſima eadem ratione cruſtant gypſo uel cæra . Quæ niſi maturauerint:incremento calicem rumpunt.Semper autem in pediculos collocant ea.Alii decerpunt cum ſurculis:eoſq; in medullam ſambuci abditos obruunt:ut ſupra ſcriptum eſt.Aliis ſingulis malis pyriſq; ſingula uaſa fictilia aſſignant:& opercula eorum picata dolio iterum includunt.Necnō aliq in floccis capſiſq; quas luto paleato illinunt.Alli hoc idē in patinis fictilibus.Aliqui & ī ſcrobe ſubiecta harena.ita ſica operiunt mox terra.Sunt qui cotonea cæra pontica illita melle demergant.Columella auctor in puteos ciſternaſue in fictilibus uaſis pice diligenti cura illitis mergi . Liguria maritima alpibus proxima uuas ſole ſiccatas iunci faſciis inuoluit:cadiſq; conditas gypſo includit . Hoc idem græci platani foliis:aut uitis ipſius:aut fici uno die in umbra ſiccatis:atque in cado uinaceis interpoſitis.Quo genere coa uua & berritia ſeruantur nullius ſuauitati poſtferendæ.Quidam ut has faciant in cinere leſiuio tingunt protinus quam detraxere uitibus . Mox in ſole ſiccant . Tum foliis ut ſupra dictum eſt inuolutas uinaceis ſtipant. Sūt qui malunt uuas in ſcrobe ramentiſue abietis:populi:fraxini ſeruare.Sunt qui ſuſpendi procul malis:protinuſq; in granariis iubeant:quoniam optime ſit operimento puluis penſilibus.Contra ueſpas remedio eſt oleo aſpergi ex ore:de palmis diximus.

Vel ſic cū palmite

Vel faſcis

De ficis genera. xxix. CA. XVIII.

EReliquo genere pomoꝝ ficus ampliſſima eſt. Quædāꝙ & pyris magnitudine æmula. De ægyptiæ cypriæꝙ miraculis rettulimus inter externas. Idæa rubet oliuæ magnitudine rotūdior tā tū ſapore melpili. Alexandriam hāc ibi uocāt craſſitudine cubitali ramoſam: materia ualidā: lentā: ſine lacte: cortice uiridi: folio tiliæ: ſed molli. Oneſicritus tradit in hyrcania multum noſtris eē dulciores: fertilioreſqꝙ: utꝙ modios: cclxx. ſingulæ ferāt. Ad nos ex aliis traſiere gētibus chalcidicæ: quarū plura genera. Siquidē & lydiæ: quæ ſunt purpureæ: & mamillanæ ſimilitudinem māmaꝝ habent. Et calliſtrutiæ paꝝ ſapore p̄ſtātiores: ficoꝝ oīum frigidiſſimæ. Nam de africanis quas multi præferunt cunctis magna quæſtio eſt: cū id genus in africā nuperrime trāſierit: patriæ nomen optinent. Nā alexādriæ enixiores. Candicās terina cognomine. Delicata nigra & rhodia eſt: & tyburtina de præcocibus. Sunt & auctorum nomina iis. Liuiæ Pompeiæ: ficcatæ hæ ſolo in annuos uſus aptiſſime cum mariſcis & quas harundinei folii macula uariat. Eſt & herculanea: & albicerata: & aratia alba: pediculo: minimo latiſſima. Primo autem prouenit porphyritis longiſſimo pediculo. Comitat eā e minimis & uiliſſimis popularis dicta. Cōtra nouiſſima ſub hyeme maturatur chelidonia. Sunt præterea eædem ſerotinæ & præcoces biferæ alba ac nigra cū meſſe uindemiaꝙ matureſcētes. Serotinæ: & a corio appellatæ duræ. Ex chalcidicis quarundā triſero prouentu. Tarenti tantum prædulces naſcuntur: quas uocāt onias. Cato de ficis ſerendis ita memorat. Ficus mariſcas in loco cretoſo aut aperto ſerito. In loco autem craſſiore aut ſtercorato africanas: ſed & herculaneas: ſagontinas: hybernas: teliānas atras pediculo longo. Poſtea tot ſubiere nomina atꝙ genera: ut uel hoc ſolum æſtimantibus appareat mutatam eſſe uitam. Sunt & hybernæ quibuſdam prouintiis: ſicuti meſiæ: ſed arte non natura. Paruaꝝ genus arboꝝ poſt autumnum fimo contegunt: deprehenſaſqꝙ in his hyeme groſos: quæ mitiore cælo reſoſſæ cum arbore: atꝙ in lucem: remiſſæ nouos ſoles: alioſqꝙ: q̄ quibus uixere: auidæ tanquam iterum naturæ accipiunt: & cum uenientium flore matureſcunt: alieno præcoces anno: in tractu uel gelidiſſimo. Sed a Catone appellata iam tum africana: ammonet: & africæ ad ingens documētum uſo eo pomo. Nāꝙ perniciali odio chartaginis flagrans: nepotumꝙ ſecuritatis anxius: cum clamaret in omni ſenatu chartaginem delendam: attulit quodam die in curia præcocē ex ea prouincia ficū. Oſtēdenſqꝙ patribus. Interrogo uos inquit quando hoc pomum demptum putatis ex arbore? Cum inter omnes recens eſſe conſtaret. Atqui tertium inquit ante diem ſcitote decerptum chartagine: tam prope a muris habemus hoſtem. Statimꝙ ſumptum eſt punicum tertium bellum: quo chartago deleta eſt. Quanq̄ Catone anno ſequente rapto. Quid primum in eo miremur? curam ingenii: an occaſionem fortuitam? celeritatemꝙ curſus: an uehementia uiri? Super oīa equidem eſt quo nihil equidem duco mirabilius: tantam illam urbem & de terrarum orbe per. cxx. annos urbis æmulam unius pomi arguméto euerſam. Quod nō trebia: aut trāſimenus: nō cannæ buſto inſignes romani nominis perficere potuere. Non caſtra punica ad tertiū lapidem uallata. Portæꝙ colinæ adequitans ipſe Hannibal. Tanto propius carthaginem pomo Cato adiri monuit. Colitur ficus arbor in foro ipſo ac comitio romæ nata ſacra fulguribus ibi conditis. Magiſqꝙ ob memoriam eius quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniā ſub ea inuenta eſt lupa īfantibus præbens rumen: Ita. n. uocabāt māmā. Miraculo ex ære iuxta dicato tanq̄ in comitium ſponte trāſiſſet. Adacto nauigio ilico areſcit. Rurſuſqꝙ cura ſacerdotū ſeritur. Fuit & ante Saturni ædem urbis anno ducenteſimo ſexageſimo ſublata ſacro a ueſtalibus facto cum Siluani & Iſidis ſimulacrum ſubuerteretur. Eadem autem fortuito ſatu adiuuit in medio foro: qua fidentia imperii fundamenta oſtēto fatali Curtius maximis bonis hoc eſt uirtute ac pietate ac morte præclara expleuerat. Aeque fortuita eodem loco eſt uitis atꝙ olea umbræ gratia: ſedulitate plebeia ſatæ. Arainde ſublata gladiatorio munere Diui Iulii: quod nouiſſime pugnauit in foro. Admirabilis eſt pomi huiuſce feſtinatio unius in cunctis ad maturitatem properantis arte naturæ.

Vel enixæ gliſcēdi cā cāteriæ

Vel renuiſſe

Vel natæ.

Vel admouemur

Vel uiuit

De caprifico & caprificatione. CA. XIX.

APrificus e ſilueſtri genere ficus nunquam matureſcens: ſed quod ipſa non habet aliis tribuens quoniam eſt naturalis cauſarum tranſitus: atꝙ e putreſcentibus identidem generatur aliquid. Ergo culices parti fraudati alimento in matre: hoc eſt putri eius tabe ex qua nati ad cognatā uolant: morſuꝙ ficorum crebro hoc eſt auidiore paſtu aperientes ora earum: atꝙ ita penetrantes intus ſolem primo ſecum inducunt: cerealeſqꝙ auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem: hoc eſt infantiam pomi abſumunt: quod fit & ſponte. Ideoꝙ ficetis caprificus permittitur ad rationem uēti: ut flatus euolantes in ficos ferat. Inde repertum ut illatæ quoꝙ aliunde & inter ſe colligatæ: iniicerentur fico. Quod in macroſo & aquilonio ſitu non deſideratur: quoniam ſpōte areſcunt loci ſitu: rimiſqꝙ eadem quæ culicum opera cauſa perficit. Nec non ubi multus puluis: quod euenit maxime frequenti uia appoſita. Nanꝙ & puluери uis ſiccandi: ſuccumꝙ lactis abſorbendi: quæ ratio puluere & caprificatione hoc quoꝙ præſtat: ne decidant abſumpto humore tenero: & cum quadam fragilitate ponderoſo. Ficis mollis omnibus tactus. Maturis frumenta intus. Succus matureſcentibus lactis: percoctis mellis. Seneſcunt in arbore. Anuſque diſtillat. Gummi lachrymam ſiccat. Honos laudatas ſeruat in capſis. Sebuſo inſula præſtantiſſimas ampliſſimaſque: & mox in marrucinis. At ubi copia abundat implentur arcæ: in aſia cadi: aut in ruſpina africæ urbe: paniſque ſimul & obſonii uicem ſiccatæ implent: utpote cum Cato cibaria ruris operariis iuſta ceu lege ſantiens minui iubet perfici maturitatem: cum & obſonii uicem habeant recentes ficus. Sale ſiccatis & caſei loco ueſci nuper excogitatum eſt. Ex hoc genere ſunt ut diximus coctana & caricæ quæque conſcendenti nauim aduerſus parthos omen fecere Marco Craſſo uenales prædicātis uoce caunææ. Omnia hæc in albenſe rus e ſyria intulit. L. Vitellius q poſtea cenſor fuit cū ligatus in ea

Vel ī gūmi lachryma ſiccatur

Vel cū nimiū ſiccat lachryma

Vel caūææ

prouintia esset nouissimis Tiberii Cæsaris temporibus.

De mespilis & eorum generibus tribus. CA. XX.

MAlorꝫ pyrorūqꝫ generi adnumerētur iure mespila atqꝫ sorba. Mespilis tria genera: anthedō: setania. Tertiū degenerat. Anthedone tametsi similius est: qđ gallicum uocāt: setaniæ tamen maius pomum. Candidi usqꝫ acini molliore ligno cæteris minus pomū: sed odore p̄stantius: & quod diutius seruetur. Arbor ipsa de amplissimis. Folia anteq̄ decidāt rubescunt. Radices multæ atqꝫ altæ: & ideo inextirpabiles. Non fuit hæc arbor in italia Catonis æuo.

De sorbis genera quattuor. CA. XXI.

SOrbis quadruplex differētia. Aliis.n. eorꝫ rotūditas mali. Aliis turbinatio pyri. Aliis ouata spēs ceu malorꝫ aliquibus. Hæc obnoxia acri odore: & suauitate iucūda. Cæteris uini sapor. Genetosissima quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant: remedio tātū probabile: assiduum ꝑuētu: minimumqꝫ pomo: arbore: dissimili: foliis pene platani. Nō ferūt ante trimatum ex ullo genere. Cato & sorba sapacondi iubet.

De nuce iuglande. CA. XXII.

AB iis locū amplitudine uindicauerunt: q̄ cessere auctoritati: nuces iuglādes: q̄q̄ & ipsæ nuptialiū fescēninorꝫ comites: multū pineis minores uniuersitate. Eædēqꝫ portiōe ampliores nucleo. Nec nō & honor his naturæ peculiaris: gēino ꝓtectis operimēto: puluinati primū calicis: mox lignei putaminis. Quæ cā eas nuptiis fecit religiosas tot modis fœtu munito qđ ē uerisimilius: q̄ qa cadēdo tripudiū sonūue faciāt. Et has e p̄side a regibus trāslatas īdicio sunt græca noīa. Optimū q̄ppe eaꝫ genus p̄sicū atqꝫ basilicō uocāt. Et hæc fuere pria noīa. Caryon a capitis grauedine pp odoris grauitatē conuenit dictū. Tingūt cortice eaꝫ lanæ: & ruffat capillus primū ꝓdeūtibus nucleis. Id cōpertū infectis tractatu manibus. Pinguescūt uetustate. Sola dria genꝫ ī putamīe duro fragilisue & tenui ac crasso loculoso & simplici. Solū hoc pomū natura cōpactili operimēto clausit. Nāqꝫ sūt bifidæ putaminū carinæ. Nucleorūqꝫ illis quadripartita distinctio lignea ītercursante mēbrana Cæteris q̄q̄d est solidū est. Vt in auellanis & ipso nucū genere quas antea abellinas patrio noīe uocabāt. In asiā græciamqꝫ e pōto genere: & ideo ponticæ nuces uocātur. Has quoqꝫ mollis ꝓtegit barba. Sed putamini nucleisqꝫ solida rotūditas īest. Eæ & torrent. Vmbilicus illis intus in uētre medio. Tercia ab iis natura amygdalis: tenuiore sed simili iuglandiū summo operimēto. Itē secundo putaminis. Nucleus dissimilis latitudine: & acriore callo. Hæc arbor an fuerit in italia Catonis ætate dubitat: quoniā græcas noīat: quas qdā & in iuglandium genere seruant. Adiicit p̄terea auellanas. & galbas: p̄nestinas: quas maxime laudat: & cōditas ollis in terra seruari uirides tradit. Nūc thasiæ & albenses celebrant: & tarentinaꝫ duo genera fragili putamine: ac duro. Quæ sunt amplissimæ: & minime rotundæ. Præterea molluscæ putamē rūpentes. Sunt qui honori nomen interpretentur: & Iouis glandem esse dicunt. Nuper consularem uirum audiui biferas & iuglandes nuces se habere profitentem. De pistaciis & ipsi rettulimus. Et hæc aūt idem Vitellius in italiam primus intulit eodem tēpore. Simulqꝫ in hispaniam Flaccus Pompeius eques romanus: qui cum eo militabat.

De castaneis genera octo. CA. XXIII.

NVces uocamus & castaneas: q̄q̄ accōmodatiores glādiū generi. Armatū iis echinato calice uallū: qđ inchoatū glandibus. Mirūqꝫ uilissima eē: q̄ tāta occultauerit cura naturæ. Trini qbusdā partus ex uno calice: cortexqꝫ lentus. Proxia uero corpori mēbrana: & in iis & in nucibus saporē ni detrahat infestat. Torrere has in cibis gratius modulantū: laturas præstanti ieiunio fœminaꝫ quādā imagine panis. Sardibus eæ ꝓuenere primū. Ideo apud græcos sardianos balanos appellant. Nā Diuus Tiberius postea balanū nomen īposuit excellētioribus satu factis. Nūc plura eaꝫ genera. Tarētinæ faciles: nec opposo sunt cibo: planæ figura. Rotundior quæ balanitis uocatur: purgabilis maxime: & sponte prosiliens. Pura & plana est ex eis & salariana. Tarentina minus tractabilis. Laudatior corelliana & ex ea facta: qđ dicemus in insitis meterana: quam rubens cortex præfert triangulis & popularibus nigris: quæ coctiuæ uocantur. Patria laudatissimis tarentum: & in campania neapolis. Cæteræ suum pabulo gignuntur: scrupulosæ corticis: intra nucleos quoqꝫ ruminatione.

Vel molitura p̄stari

Vel rūinosæ

De siliquis & carnosis pomis: & moris: & de acinis & baccis. CA. XXIIII.

HAud procul abesse uidentꝫ & prædulces siliquæ: nisi qꝫ in his cortex ipsæ manditur. Digitorum hominis longitudo illis: & interim falcata pollicari latitudine. Glandes inter poma numerari nō possunt. Quamobrem in sua natura dicentur. Reliqua carnosi sunt generis: eaqꝫ baccis atqꝫ carnibus distant. Alia acinis caro: alia moris: alia unedonibus: & alia acinis inter cutem succumqꝫ: alia mixis: alia baccis: ut oliuis. Moris succus in carne uinosus: trini colores: candidus primo: mox rubens: maturis niger. In nouissimis florent. Inter prima matureſcunt. Tingunt manus succo matura luunt acerbæ. Minimum in hac arbore ingenia profecerunt: nec nominibus: nec insitis: nec alio modo quam pomi magnitudine. Differunt mora ostiensia: & tusculana. Romæ nascuntur & in rubis: multum differente callo. Aliud corpus est e terrestribus fragis. Aliud congeneri eorum unedoni: quod solum pomum simile frutui terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa. Fructus anno matureſcit: pariterqꝫ floret subnascens: & prior coquit. Mas sit an fœmina sterilis inter auctores nō constat. Pomum inhonorum: ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant græci comaron & memecylon. Ex quo apparet totidē esse genera & apud nos. Alio noīe arbutus uocat Iuba auctor est: quinquagenum cubitorum altitudine in arabia eē eas. Acinoꝫ quoqꝫ magna est differentia. Primum inter uuas ipsas callo: teneritate: crassitudine: interiore ligno aliis paruo: & aliis etiam gemino: qui minime feraces

Vel chamæmecylon

muſti. Plurimum uero differunt hederæ ſambuciq; acini. In figura ẽt punici anguloſi quippe ſoli: nec cutis ulla ſingulis: p̃ter communem quæ eſt candida: totiſq; ſuccus & caro ẽ iis p̃cipue q̃bus paruulũ ineſt ligni. Magna & baccis differentia. Aliæ nanq; ſunt oliuis lauris: & alio mõ loto: cornis: alia myrtis: lentiſco: Aqui folio enim ac ſpinæ ſine ſucco. Medioq; etiamnum genere inter baccas accinoſq; ceraſis. Pomum iis primo candidum: & ferẽ omnibus baccis: mox aliis uireſcit: ut oliuis: lauris. Rubet uero moris: ceraſis: cornis. Deinde nigreſcit moris: ceraſis: oliuis.

De ceraſis genera octo. CA. XXV.

CEraſi ante uictoriam mithridaticam. L. Luculli non fuere in italia: At urbis anno ſexcenteſimo octogeſimo is primum uexit e ponto: anniſq; .cxx. trans oceanum in britaniã uſq; puenere. Eadem (ut diximus) in ægypto nulla cura potuere gigni. Ceraſoq; aproniana maxime rubent. Nigerrima ſunt ut actia. Cæciliana uero & rotũda. Iulianis gratus ſapor: ſed pene tantum ſub arbore ſua adeo teneris: ut geſtatum nõ tolerent. Principatus duracinis: quæ campania pliniana appellat. In belgica uero luſitanis. In ripis etiam rheni. Tertius is colos e nigro ac rubenti uiridiq; ſimilis matureſcẽtibus ſp. Minus quinquennio eſt: q; prodiere quæ uocant laurea: non ingratæ amaritudinis inſitæ in lauro. Sunt & macedonica paruæ arboris: raroq; tria cubita excedentis: & minore etiam nunc frutice chamæceraſi. Inter prima hoc e pomis colono gratiam annuam refert. Septentrione frigidiſq; gaudet. Siccatur etiam ſole: conditurq; ut oliua cadis.

De corno & lentiſco. CA. XXVI.

QVæ cura & cornis atq; lentiſco adhibeat: ne qd non hoïs uentri natũ eẽ uideatur. Miſcent ſapores: & alio alius placere cogit. Miſcent uero & terræ cæliq; tractus. Inq; alio cibi genere india aduocatur: in alio ægyptus: cretæ: cyrenæ: ſingulæq; terræ. Nec ceſſat in ueneficiis uita: dummodo oïa deuoret. Planius hoc fiet in herbarum natura.

De generibus ſuccorum & de odore. CA. XXVII.

INteri q̃ ſunt cõia & pomis: oïbuſq; ſuccis ſaporũ genera treſdecim reperiunt: dulcis: ſuauis: pinguis: amarus: auſterus: acer: acutus: acerbus: acidus: ſalſus. Præter hæc tria genera ſũt mirabili maxie natura. Vnũ ĩ quo plures pariter ſentiunt ſapores: ut uinis. Nãq; in iis & auſterus & acutus & dulcis & ſuauis: oẽs alieni. Alteq; eſt genus in quo ſit & alienus qdẽ: ſed & ſuus qdã & peculiaris ut in lacte. Siquidẽ ineſt ei qd tamen iure dici nõ põt dulce & pingue & ſuaue: obtinente lenitate: q̃ ipſa ſuccedit in ſaporis uicẽ. Nullus hic aqs: ne ſuccus qdẽ: ut tamẽ eo ipſo fiat aliqs: ac ſuum genus faciat. Sentiri qdem aquæ ſaporem ullum: ſuccumue uitium eſt. Magnũ his oïbus in odore momentum & magna cognatio: qui & ipſe nullus eſt aquis: aut ſi ſentitur omnino uitium eſt. Mirum tria naturæ præcipua elementa ſine ſapore: ſine odore: ſine ſucco: aqua: aer: ignis.

De ſuccis fructuum & arborum: & coloribus: & odoribus: & natura pomorum: & de commendatione fructuum. CA. XXVIII.

ERgo ſuccoq; uinoſus pyro: moro: myrto: minime qd miremur uuis. At pinguis oliuæ: lauro: nuci: iugládi: amygdalis. Dulcis uuis: ficis: palmis. Aquoſus prunis. Magna eſt & in colore ſuccidria. Sanguineus moris: ceraſis: cornis: uuis nigris. Idẽ albis cãdidus. Lacteus ĩ capite ficis: i corpore nõ ité ſpumeus malis. Nullus p̃ficis: cũ p̃ſerti duracia abũdẽt ſucco. Sed qs eius ullũ dixerit color? ſua & in odore miracula. Malis acutus: Perſicis dilutus. Dulcibus nullus. Nã & uinũ tale ſine odore. Tenue odoratius. Multoq; celerius italia ad uſũ ueniũt q̃ piguia. Quæ odorata: nõ eodẽ ĩ guſtu tenera: qa nõ ſũt pariter odor & ſapor. Quãobrẽ citreis odor acerrimus: Sapor aſperimus: quadãtenus & cotõeis. Nulluſq; odor ficis. Et hactenus ſint ſpẽs ac genera pomoq;. Naturas arctius colligi par eſt. Alia ſiliquis gignunt: ipſis dulcibus: ſemẽq; cõplexis amaq;. Cũ in pluribus ſemina placeãt: in ſiliqua dãnent. Alia baccis: quaq; intus lignũ: & extra caro: ut oliuis: ceraſis. Aliquaq; ĩtus baccæ: foris lignũ: ut in his quæ in ægypto diximus gigni. Quæ baccis natura eadẽ & pomis. Alioq; intus corpus & foris lignũ: ut nucũ. Aliis foris corpus intus lignũ: ut perſicis & prunis: uitiũq; cinctũ fructu: cũ fructus alibi muniat uitio. Putamine claudũtur nuces: Corio caſtaneæ. Detrahit hoc iis. At in meſpilis mandit. Cruſta tegunt glandes: Cute uuæ. Corio & mẽbrana punica. Carne & ſucco mora cõſtãt: Cute & ſucco ceraſi. Quædã ſtati a ligno recedũt ut nuces & palmæ. Quædã adhærẽt: ut oliuæ lauroq;. Quorũdã generi utraq; eſt natura: ut p̃ficis. Eteni duracinis adhæret: corpus: e lignoq; auelli nequit: cũ in cæteris facile ſeparet. Quibuſdã nec intus nec extra lignũ ut in palmaq; genere. Aliquoq; lignũ ipſum in uſum & pomi uicem ut genera myxis: quas in ægypto gigni diximus. Quorũdam extra gemina geminant uitia: ut in caſtaneis: amygdalis: nucibuſq; iuglandibus. Quorũdã natura trigeminã eſt: corpus: deinde lignũ: rurſuſq; ſemen in ligno ut perſicis. Quædã inter ſe denſa: ut uuæ: ſorba: q̃ ramos circũdata ex oï parte uuaq; mõ degrauant. Alia rara ut in perſicis. Quædam aluo cõtinent: ut granata. Dependẽt alia pediculis ut pyra: Alia racemis ut uuæ: palmæ. Alia & pediculis & racemis: ut hederæ ſambuci. Alia ramo adhærent: ut in lauro. Quædã utroq; mõ: ut oliuæ. Nã & breues pediculi & longi. Quædã uaſculis conſtant: ut punica: & meſpila: lotoſq; in ægypto: & euphrate. Iã uero diuerſa gratia & cõmendatio. Carne palmæ placẽt. Cruſta thebaicæ. Succo uuæ & caricæ. Callo pyra ac mala. Corpore melimela. Mora chartilagine. Nuclei grano. Quædã in ægypto cute caricæ. Detrahitur hæc ficis uirentibus: ut putamen. Eadem in ſiccis maxime placet. In papyris & ferulis ſpinaq; alba. caulis ipſe pomũ eſt. Sunt & ficulnei caules in fruticoſo genere cũ caule capparis. In ſiliqs uero qd manditur: qd niſi lignum eſt? Non omittenda ſeminis earum proprietas. Nam neque corpus: neque lignum: nec chartilago dici poteſt: neque aliud nomen inuenit.

Vel qui eſt tẽuis

Vel carioræ

De myrto genera eius.xxix. CA. XXIX.

Vel in liba

Vel illā

Vel citeriore

Vel celtei

Vel circeis

Vel flaueſcēte

Vel uigens

Vel euiruit

Vel flaueſcēte uel emacuit

SVccorum natura p̄cipuā admiratione in myrto hēt. Quādo ex una omniū olei uinicꝫ bina genera fiūt. Itē myrtidanum ut diximus. Et alius uſus baccæ fuit apud antiquos: anteq̄ piper reperiret: libæ optinēs uicē. Quodā ēt generoſi obſonii noīe inde tracto: qđ ēt nūc myrtatū uocāt. Eadēcꝫ origine aprox ſapor cōmendat: plerūcꝫ ad intinctus additis myrtis. Arbor ipſa ī europa tetriore cælo: qđ e ceraunis montibus incipit primum celcei in Elpenoris tumulo uiſa tradit: græcūcꝫ ei nomen remanet: quo peregrinā ee apparet. Fuit ubi nūc roma eſt: iā tū cū cunderetur. Quippe ita tradit myrtea uerbena romanos ſabinoſcꝫ cū pp raptas uirgines dimicare uoluiſſent: depoſitis armis pacificatos in eo loco: q nūc ſigna Veneris Cluacinæ hēt. Cluere. n. antiqui pugnare dicebāt. Et in ea quocꝫ arbore ſuffimenti genus habet. Ideo tū electa: quoniā cōiunctioni & huic arbori p̄eſt Venus. Haud ſcio an primæua etiā oīum in locis publicis romæ ſata ſit: fatidico: qđē & memorabili augurio. Inter antiquiſſima nācꝫ delubra habet. Quirini hoc eſt ipſius Romuli. In eo ſacræ myrti fuere duæ ante ædem ipſam p longū tp̄s. Altera patricia appellata: altera plebeia. Patricia multis annis p̄ualuit. Flacceſcente plebeia: exuberās ac læta q̄diu ſenatus quocꝫ floruit illa ingens. Plebeia torrida ac ſqualida. Quæ poſtq̄ eualuit flaceſcente patricia marſico bello: languida auctoritas patrū facta eſt: ac paulatim in ſterilitatē emarcuit maieſtas. Quin & ara uetus fuit Veneri myrteæ: q̄ murtiam uocant. Cato tria genera myrti p̄didit. Candidā: nigram: coniugalē fortaſſis a coniugiis: ex illo cluacinæ genere. Nunc & alia diſtinctio ſatiuæ: aut ſilueſtris: & in utracꝫ latifoliæ. In ſilueſtri propria oxymyrſine. Satiuaxꝫ genera torpiarii faciūt. Tarētinā folio miuto: noſtratem patulo: exoticam denſiſſimo: ſenis foliox uerſibus. Hæc non eſt in uſu. Ramoſa utracꝫ alia. Coniugalem exiſtimo nunc noſtratem dici. Myrtus odoratiſſima eſt in ægypto. Cato docuit uinū fieri e nigra: ſiccata uſcꝫ in ariditatem in umbra: atcꝫ ita mulſo indita. Si non ſiccentur baccæ oleum gigni. Poſtea compertū & ex alba uinū fieri album: Duobus ſextariis myrti tuſæ in uini tribus heminis maceratæ expreſſæcꝫ. Folia & per ſe ſiccantur in farina ad ulcexꝫ remedia: in corpore humano leniter mordaci puluere: ac refrigerandis ſudoribus. Quinimo oleo quocꝫ mixꝫ dictu ineſt quidā uini ſapor: ſimulcꝫ pinguis liquor p̄cipua ui ad corrigenda uina: ſaccis ante perfuſis. Retinet quippe fæcem: nec p̄ter puxꝫ liquorem tranſit patit: datcꝫ ſe comitem præcipua cōmendatione liquato. Virgæ quocꝫ eius geſtatæ mō uiatori p̄ſunt in longo itinere pediti. Quī & uirgæ annuli expertes ferri inguinū tumori medent. Bellicis quocꝫ ſe rebus inſeruit: triumphanſcꝫ de ſabinis Poſtumius libertus in conſulatu: qui primus oīum ouans ingreſſus urbem eſt: quoniam rē leuiter ſine cruore geſſerat. Myrto Veneris uictricis coronatus iceſſit: optabilemcꝫ arborem ēt hoſtibus fecit. Hæc poſtea ouātiū fuit corona: excepto. M. Craſſo q de fugitiuis & Spartaco laurea coronatus iceſſit. Maſſurius auctor eſt: curru quocꝫ triūphātes myrtea corōa uſos. L. Piſo tradit Papyriū Maſonē: q prius ī mōte albāo triumphauit de corſis myrto coronatū ludos circenſes ſpectare ſolitū. Auus maternus Africani ſequentis hic fuit. M. Valerius duabus coronis utebatur laurea & myrtea: qui & hoc uouerat.

De lauro genera.xiii. CA. XXX.

Vel danaen

Vel daphnoides

Vel litteris

LAurus triumphis proprie dicat: uel gratiſſima domibus: lanitrix Cæſarx p̄tificūcꝫ: q̄ ſola & domos exornat: & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato: delphicam & cypriā. Pōpeius Leneus adiecit q̄ muſtacē appellauit: quoniā muſtaceis ſubiiceret. Hāc ee folio maxio: flaccidocꝫ & albicāte. Delphicā æquali colore uiridioré: maximis baccis: atcꝫ e uiridi rubētibus. Hac uictores delphis coronari: & triūphantes romæ. Cypriam ee folio breui: nigro p margines imbricato criſpā. Et poſtea acceſſere genera Cinus hanc ſilueſtrem lauxꝫ aliq intelligunt: nonnulli ſui generis arboré. Differt color. Eſt. n. cærulea bacca. Acceſſit & regia: q̄ cœpit Auguſta appellari ampliſſima & arbore & folio: baccis guſtatu quocꝫ nō aſpero. Aliq negant eandē ee: & ſuū genus regiæ faciunt longioribus foliis latioribuſcꝫ. Iidē in alio genere baccaliā appellāt hāc q̄ uulgatiſſima ē: baccarūcꝫ fertiliſſima. Sterilē uero eax (qđ maxie miror) triūphalē: eacꝫ dicunt triumphantes uti niſi id a Diuo Auguſto cœperit: ut docebimus: ex ea lauro quæ ei miſſa e cœlo minima eſt altitudine: folio criſpo: ac breui: q̄ iuenitur rara. Accedit in topiario opere taxa excreſcente ī medio folio: paruulo ueluti lacinia folii: Et ſine ea ſpadonia mira opacitatis patiētia. Itacꝫ quātalibeat ſub umbra ſolū implet. Eſt & camedaphne ſilueſtris frutex: eſt & alexādrina: q̄ aliqui idæā: alii hippoglotthion: alii daphnen: alii carpophylon: alii hypelaten uocāt. Ramos ſpargit a radice dodrātales topiarii: ac coronarii operis: folio acutiore q̄ myrti: molliore & candidiore. Maiore ſemine inter folia rubro. Plurima in inda: & circa heracleam ponti: nec niſi in montoſis. Id quocꝫ qđ danaides uocat genus in nouū ambitu eſt. Alii. n. pelaſgum: alii eupetalon: alii ſtephanon Alexandri uocāt. Et hic frutex eſt ramoſus: craſſiore ac molliore q̄ laurus folio. Ex cuius guſtatu accendatur os baccis e nigro ruffis. Notatū antiqs nullum genus lauri in corſica fuiſſe: qđ núc ſatū & ibi p̄uenit. Ipſa pacifera: ut q̄ p̄tendi ēt inter armatos hoſtes: quietis ſit indicium. Romanis p̄cipue lætitiæ uictoriarūcꝫ nuntia addit lituis: & militū lanceis: piliſcꝫ faſces imperatorum decorat. Ex iis in gremio louis optimi maximi deponitur: quotiens læticiam uictoria nouam attulit. Idcꝫ non quia perpetuo uiret: nec quia pacifera eſt: præferenda utiq̄ myrto & oleæ eſt: ſed qa ſpectatiſſima in mōte p̄naſo. Ideocꝫ ēt grata Apollini: aſſuetis eo dona mittere iā & regibus romāis: teſte. L. Bruto. Fortaſſis ēt in argumentū: quoniā ibi libertatē publicā is meruiſſet: lauriferā tellurem illam obſculatus ex reſponſo. Et quia manu ſatax receptarūcꝫ in domos fulmine ſola non icitur. Ob has cās eqdem crediderim honorem eis habitū in triumphis potius: q̄ qa ſuffimentum ſit cædis hoſtiū & purgatio: ut tradit Maſſurius. Adeocꝫ in p̄fanis uſibus pollui lauxꝫ & oleā fas nō eſt: ut ne propiciandis quidē numinibus accendi ex iis altaria aræue debeant. Laurus quidem manifeſto abdicat ignes crepitu: & quadā detestatione. Interaneorum etiam uitia & neruorum ligno torquente. Tiberium principem tonāte cælo coro-

nari ea ſolitum ferunt contra fulminum metus. Sed & circa Diuum Auguſtum euenta eius digna memoratu. Nāq; Liuiæ Druſillæ quæ poſtea Auguſta matrimonii nomen accepit: cum pacta eſſet illa Cæſari: gallinam conſpicui candoris ſedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæſam. Intrepideq; miráti acceſſit miraculum: quoniam teneret roſtro laureum ramum omuſtum ſuis baccis. Conſeruari alitem & ſobolē iuſſere aruſpices: ramumq; eum ſeri: ac rite cuſtodiri. Qđq; factum eſt in uilla. Cæſarum fluuio tiberini impoſita: iuxta nonum lapidem flaminia uia: quæ ob id uocatur ad gallinas. Mireq; ſilua prouenit. Ex ea triumphans poſtea Cæſar laurū in manu tenuit: coronāq; in capite geſſit. Ac deinde ĩperatores Cæſares cũcti. Traditumq; mos eſt ramos quos tenuerunt ferendi. Et durāt ſiluæ noĩbus ſuis diſcretæ. Fortaſſis ideo mutatis triũphalibus. Vnius arboris latina lingua nomē ĩponit uiris. Vnius folia diſtinguñt appellatione: Laurea enim uocamus. Durat & in urbe impoſitum loco: quando lauretum in auentino uocatur: ubi ſilua lauri fuit. Eadem purificationibus adhibetur: teſtatumq; ſit obiter & ramo eam ſeri: quoniam dubitauere. Democritus & Theophraſtus. Nunc dicemus ſilueſtrium naturas.

CAI PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XVI. PROOEMIVM.

Silueſtrium Arborum Naturæ. CA. I.

OMIFERAE ARborēs: quæq; mitioribus ſuccis uoluptatē primæ cibis attulerūt & neceſſario alimēto delicias imiſcerē docuerūt. Siue ille ultro ſiue ab hoīe didicerē bládos ſapores adoptiõe & cõnubio. Idq; munus ēt feris uolucribuſq; dedimus intra p̄dictas cõſtant. Primū erat narrare glandiferas quoque: quæ primo uictum mortalium aluerunt nutrices iopis ac feræ ſortis: ni præuerti cogeret admiratio uſu cõperta: quenā qualiſq; eſſet uita ſine arbore ulla ſine frutice uiuentium.

Gentes ſine arbore: & miracula in ſeptentrionalis regionis arboribus. CA. II.

DIximus & ĩ oriēte qdem iuxta oceanum cõplures ea neceſſitate gentes. Sunt uero & in ſeptētrione niſæ nobis caucoq;: qui maiores minoreſq; appellant. Vaſto ibi meatu ꝑpetuis bis dierum noctiũque ſingulaq; interuallis effuſus in immenſum agit oceanus æternam operiens regq; naturæ cõtrouerſiam: dubiumq; terræ ſit: an pars maris. Illic miſera gens tumulos optinet altos: aut tribunalia ſtructa manibus ad experimenta altiſſimi æſtus: caſis ita impoſitis: nauigantibus ſimiles: cũ integāt aq̄ circũdatæ naufragiis. Cũ uero receſſerint: fugientes cũ mari piſces circa tuguria uenantur. Nõ pecudes hos hēre: nõ lacte ali: ut finitimos. Ne cũ feris q̄dē dimicare cõtingit oĩ ꝑcul abacto frutice. Vlua & paluſtri iunco funes nectũt ad p̄texēda piſcibus retia. Captūq; manibus lutū uētis magis q̄ ſole ſiccātes. Terra cibos & rigētia ſeptētriõe uiſcera ſua urũt. Potus non niſi ex imbre ſeruato ſcrobibus in ueſtibulo domus. Et eæ gentes certe ſi uincañt hodie: po. ro. ſeruire ſe dicunt. Ita ē ꝑfecto: multis fortũa ꝑcit ĩ pœnā. Aliud e ſiluis miraculū totā reliquā germaniā replét: addũtq; frigori umbras: altiſſimæ tamen. Haud ꝑcul ſupradictis caucis circa duos p̄cipue lacus. Littora ipſa optinent q̄rcus maxima auiditate naſcēdi: ſuffoſſæq; fluctibus aut ꝑpulſæ flatibus uaſtas cõplexu radicũ inſulas ſecũ auferũt. Atq; ita libratæ ſtātes nauigant ingentium ramorum armamentis. Sæpe territi claſſibus noſtris: cũ uelũt de induſtria fluctibus agerentur: ut in ꝑſpectu ſtātes noctu: inopeſq; remedii illæ prælium nauale aduerſus arbores inirent.

De hyrciniæ ſiluæ magnitudine. CA. III.

IN eadē ſeptētrionali plaga hyrciniæ ſiluæ roboq; uaſtitas intacta & cõgenita mũdo: prope ĩmortali ſorte: miracula excedit. Vt alia omittañt: fide caritura. Cõſtat attoli colles occurſantiũ ĩter ſe radicum repercuſſu. Aut ubi ſecuta tellus non ſit: arcus ad ramos uſq;: & ipſos inter ſe rixantes curuari portarum patentium modo: ut turmas equitum tranſmittant.

De glandiferis: ciuica corona: & q̄ frōdea corona donati. CA. IIII.

GLandiferi maxime generis oēs: qbus honos apud romanos ꝑpetuus. Hinc ciuicæ coronæ militū uirtutis inſigne clariſſimū. Iampridē uero & clæmētiæ ĩpatoq;: poſtq̄ ciuiliū bellorq; ꝑfanatione meritū cœpit uideri: ciuē nō occidere. Cedũt iis murales: uallareſq;: & aureæ: q̄q̄ pcio antecedētes. Cedũt & roſtratæ: q̄uis ĩ duobus maxie ad hoc æui celebres. M. Varrone e piraticis bellis dante magno Põpeio. Itēq;. M. Agrippa tribuēte Cæſare e ſiculis: q̄ & ipſa piratica fuere. Antea roſtra nauiũ tribunali p̄fixa foro decus erāt: ueluti Po. Ro. ipſa corona impoſita. Poſtq̄ uero tribunitiis ſeditionibus calcari ac

pollui cœpere: postq̃ uires ex publico in priuatũ magis singulisq; ciuiũ q̃ri: & sacrosancta oĩa ꝓfana facere: tũ a pedibus eorũ subiere ĩ capita ciuiũ rostra. Dedit hanc Augustus coronã Agrippæ. Sed ciuicã a genere hũano accepit ꝯse. Antiqtus qdẽ nulla nisi deo dabaf. Ob id Hõerus cælo tãtũ eas & ꝑlio uniuerso tribuit. Viritĩ uero ne in certamine qdẽ ulli. Ferũtq; primũ oĩum. Libeꝝ patrẽ ipositiisse capiti suo ex hedera. Postea deoꝝ honori sacrificãtes sũpsef uictimis simul corõatis. Nouissime & ĩ sacris certamib9 usurpatæ ĩ qb9 hodieq; nõ uictori dãt: sed patriã ab eo corõari ꝓnũciaf. Inde natũ: ut ẽt triũphaturis conferentur in templis dicandæ. Mox ut & ludis darenf. Lõgũ est nec ex institutione operis differere qsq̃ romanorum prius acceperit. Neq;.n. alias nouerant q̃ bellicas. Qd certũ est: uni gẽtiũ huic plura sunt genera q̃ cũctis. Romulus frõdea coronauit Hostũ Hostiliũ: q; fidenã primus irrupisset. Auus hic Tulli Holii regis fuit. P. Detiũ patrẽ tribunũ militũ frõdea donauit exercitus ab eo seruatus: ĩperatore Cor. Cosso cõsule sannitiũ bello. Ciuica iligna prio fuit: postea magis placuit ex æsculo Iouĩ sacrũ. Variataq; in hoc cũ quercu ẽ: ac data ubiq; q̃ fuerat: custodito tamẽ honore glãdis. Additæ leges arctæ: & ideo supbæ: quasq; cõferre libeat cũ illa græcoꝝ sũma q̃ sub ipso ioue datur. Quiq; patriæ muros primus scandens audentẽ irrũpere occidit. Quiq; ciuẽ maluit seruare q̃ hostẽ occidere. Vtq; eũ locũ ĩ quo sit actũ obtineret hostis eo die. Vtq; seruatus fateaf: alias testes nil ꝓsunt. Vt ciuis fuerit. Auxiliis q̃is rege seruato decus id nõ dãt. Nec crescit honos idẽ ĩperatore cõseruato: quoniã cõditores ĩ quocũq; ciuẽ sũmũ eẽ uoluerunt. Accepta licet uti: ppe tuo ludos ineũti sp assurgi ẽt ab senatu in more est. Sedendi ius in ꝓximo senatui. Vacatio munerũ oĩum ipsi: patriq; & auo paterno. xiiii. eas accepit Sicinius Dentatus ut rettulimus suo loco. Sex. Capitolinus. Is quidẽ & de duce Seruilio. Africanus de patre accipere noluit apud trebiã. O mores æternos: qui tanta opa honore solo donauerunt. Et cum reliquas coronas auro cõmẽdarẽt: ſalutẽ ciuis iis in precio esse noluerũt clara professione: seruari quidem hominem nefas esse lucri causa.

De glande genera tredecim. CA. V.

GLandes opes eẽ nũc quoq; multaꝝ gẽtiũ ẽt pace gaudẽtiũ cõstat. Necnon & inopia frugũ arefactis molit farina: spissaturq; in panis usum. Quin & hodieq; ꝑ hispanias secũdis mensis glans ĩ serif. Dulcior eadẽ in cinere tosta. Cautũ est ꝓterea lege. xii. tabulaꝝ: ut glãdẽ ĩ alienũ fundũ ꝓcidẽtẽ liceret colligere. Genera eaꝝ multa. Distant fructu: situ: sexu: sapore. Náq; alia fageæ glandi figura: alia quernæ: & alia ilignæ. Atq; inter se quoq; generũ singulorũ differentiæ. Præterea sunt aliæ silueſtres: aliæ placidiores: q̃ culta obtinẽt. Iã ẽt ĩ montosis planisq; distãt. Sicut & sexu mares ac fœminæ. Itẽ sapore. Dulcissima oĩum fagi: ut qua obsessos ẽt hoies durasse in oppido chio tradit Cor. Alexãder. Genera distinguere non datur noĩbus: q̃ sũt alia alibi. Quippe cũ robur q̃rcũq; uulgo nasci uideamus: sed æsculũ nõ ubiq;. Quartã uero generis eiusdẽ q̃ cerrus uocaf: ne italiæ qdẽ maiori ex ꝑte notã eẽ. Distinguens ergo ꝓprietate naturaq;: & ubi res coget: etiam græcis nominibus utendum.

De fagina glãde: & reliqs glãdibus: & carbõe: & pastu porcoꝝ. CA. VI.

QVæ pingues eẽ ſentiuntur:ex iis præcipue alba.Plura eius genera.Mordaciſſimum qđ ſupra diximus.Alteꝝ genus albæ cretæ argentaria eſt.Petiſ ex alto in centenos pedes actis plerũq; putеis ore anguſtatis intus ut in metallis ſpaciante uena.Hac maxime britãnia utitur.Durant annis. lxxx.Neq; eſt exẽplũ ullius:q bis ĩ uita hãc eidem iniecerit.Tertiũ genus cãdidæ gliſchromargõ uocant.Eſt ãt creta ſullonia mixta pingui terra:pabuli q̃ frugũ fertilioris:ita ut meſſe ſublata ante ſementem alterã lætiſſimũ ſeceſ.Dũ in fruge eſt:nullũ aliud gramẽ emittit.Durat.xxx.annis denſior iuſto. Cymini modo ſtrãgulat ſolũ.Colũbinam gallia ſuo noĩe glauco:pelam appellat:glebis excitaſ lapidũ mõ.Sola gelatione ita ſoluiſ:ut tenuiſſimas bratteas faciat.Hæc ex æquo fertilis.Harenacea utunſ ſi alia non ſit in uligi noſis uerticibus:& ſi alia ſit:ubi hos gẽtiũ ſolos nouimus:qui fertiliſſimũ agꝝ colentes:quacũq; terra ifra tres pedes effoſſa & pedali craſſitudine iniecta lætificent.Sed ea nõ diutius annis.x.prodeſt.Hedui & pictones calce uberrimos ſecere agros q̃ ſane & oleis & uitibus utiliſſima reperiſ. Omnis autem marga aratro iniicienda eſt:ut medicamentum rapiatur: & fimi deſiderat aliquãtulum.Quæ primo plus aſpera:& quæ in herbas non effunditur:alioquin nouitate quæcũq; fuerit:ſolũ lædet.Ne ſic quidem primo anno fertilis. Intereſt & quali ſolo quæratur.Sicca enim humido melior:arido pinguis.Temperato alterutra creta uel columbina conuenit.

Vele græco Vel harena

De cineris uſu:& de fimo:& q̃ ſata uberiorẽ terrã faciãt:& q̃ urãt. CA. IX.

TRanſpadanis cineris uſus adeo placet:ut anteponant fimo iumẽtoꝝ:qđ qa leuiſſimũ eſt:ob id exurunt.Vtroq; tamen pariter non utuntur in eodem aruo:nec ĩ arbuſtis cinere:nec quaſdam ad fruges ut diximus.Sunt qui puluere quoq; uuas ali iudicent:pubeſcenteſq; puluerent:& uitiũ arborumq; radicibus aſpergant.Quod certum eſt narbonenſi prouinciæ & uindemias certius ſic eo coqui:quia plus puluis ibi q̃ ſol confert.Fimi plures differentiæ.Ipſa res antiqua.Iam apud Homerum regius ſenex agrum ita ſuis manibus lætificans reperitur.Augeas rex in græcia excogitaſſe traditur. Diuulgaſſe uero Hercules in italia:quæ regi ſuo Stercuto Fauni filio ob hoc inuentum immortalitatem tribuit Mar.Varro principatum dat turdorum fimo ex auiariis.Quod etiam pabulo boum ſuumq; magnificat. Neq; alio cibo celerius pingueſcere aſſeuerat.De noſtris moribus bene ſperare eſt:ſi tãta apud maiores fuere auiaria:ut ex iis agri ſtercorarentur.Proximum Columella calumbariis:mox gallinariis facit: natantiũ alitum damnato.Cæteri auctores conſenſu humanas dapes ad hoc in primis aduocant. Alii ex iis præferunt hominum potus in coriorum officinis pilo madefacto.Alii per ſeſe aqua iterum largiuſq; etiam q̃ cũ bibitur admixta.Quippe plus iam ibi male domandum eſt:cum ad uirus illud uini homo acceſſerit.Hæc ſunt certamina quibus inuicem ad tellurem quoq; alendam utuntur homines. Proxime ſpurcitias ſuum laudãt.Columella ſolus dãnat.Alii cuiuſcũq; quadrupedis exitioſum.Aliqui colũbaꝝ ꝓferũt.Proximum

deinde caprarũ eſt. Ab hoc ouiũ. Deinde boũ. Nouiſſimus iumẽtoꝝ. Hæ fuere apud priſcos dꝛiæ. Simulq; præcepta ut inuenio re tali utendi: quando & hic uetuſtas utilior: uiſumq; iam eſt apud quoſdam prouincialiũ in tantũ abũdãte geniali copia pecudum farinæ uice cribris ſupiniici fœtore aſpectuq; tpis uiribus in quãdã ẽt gratiã mutato. Nup repertũ oleas gaudere maxime cinere e calcariis fornacibus. Var. pceptis adiicit equino: qđ fit leuiſſimũ ſegetes alendas. Prata uero grauiore: & qđ ex hordeo fiat: multaſq; gignit herbas. Quidã ẽt bubulo iumentoꝝ præferũt: ouillũq; caprino. Oĩbus uero aſininũ: quoniam lentiſſime mãdant. Ẽ contrario uſus aduerſus utrũq; ꝓnũciat. Inter oẽs aũt cõſtat: nihil eſſe utilius lupini ſegete: priuſq; ſiliquetur aratro: uel bidentibus uerſa: manipuliſue circa radices arboꝝ uel uitiũ obrutis. Etiã ubi nõ ſit pecus culmo ipſo uel ẽt filice ſtercorare arbitrant. Cato: ſtercus unde fiat: ſtramenta: lupinũ: paleas: ſabalia: ac frondes iligneas: quernaſq; e ſegete euellito. Ebulũ: cicutã: & circũ ſalicta herbã auctã: uluãq; ea ſuſternito ouibus: frondemq; putridam. Vinea ſi macruerit: ſarmenta ſua cõburito: & itidẽ inarato. Itemq; ubi ſaturus eris frumentũ: oues ibi delectato. Necnõ & ſatis qbuſdã ipſis paſci terrã dicit. Segetẽ ſtercorant: fruges: lupinũ: faba: uitia. Sicut ecõtrario cicer: quia uellitur: & qa ſalſum eſt: hordeũ: fœnugræcũ: eruũ. Hæc oĩa ſegetem exurũt: & omnia quæ uelluntur. Nucleos in ſegetem ne indideris. Virgilius & lino ſegetẽ exuri: & auena & papauere arbitrat. Fimeta ſub diuo cencauo loco & qui humorem colligat: ſtramento intecta ne ĩ ſole areſcant. Palo e robore depacto fieri iubet. Ita fore ne innaſcantur iis ſerpentes. Fimum miſcere terræ: plurimum refert fauonio flante ac luna ſitiente. Id pleriq; praue intelligunt a fauonii ortu faciendum: ac februario menſe tantum: cum id pleraq; ſata aliis poſtulent menſibus. Quocũq; tempore fiat: curandũ: ut ab occaſu æquinoctiali flante uento fiat: luna decreſcente: ac ſicca. Miꝝ in modũ augetur ubertas affectuſq; eius obſeruatione tali.

De ſatione arboꝝ: & q̃ auulſione naſcuntur arbores. CA. X.

ABunde prædicta ratione cæli ac terræ. Nunc de his arboribus dicemus: q̃ cura hominũ atq; arte ꝓueniũt. Nec pauciora prope ſunt genera: tam benigne naturæ gratiam rettulimus. Aut. n. ſemine proueniũt: aut plantis radicis: aut propagine: aut auulſione: aut ſurculo: aut inſito & conſecto arboris trunco. Nã folia palmaꝝ apud babylonios ſeri: atq; ita arborem prouenire. Trogũ credidiſſe demiror. Quædam pluribus generibus ſerũt: q̃dam oĩbus. At pleraq; ex iis natura ipſa docuit: & in primis ſemen ſerere cũ decidẽs exceptũq; terra uiuiſceret. Sed q̃dã non aliter ꝓueniunt: ut caſtaneæ: iuglãdes: cæduis dũtaxat exceptis. Ex ſemine aũt q̃q̃ diſſimili ea quoq; q̃ & aliis modis ſerunt: ut uites & mala atq; pyra. Nanq; iis pro ſemine nucleus: nõ ut ſupradictis fructus ipſe. Et meſpila ſemine naſci poſſunt. Omnia hæc tarda prouentu ac degenerantia & inſito reſtituenda. Interdũ ẽt caſtaneæ. Quibuſdam natura contra oĩno non degenerandi quoquo modo ſerantur: ut cupreſſis: palmis: lauris. Nãq; & laurus pluribus modis ſeritur. Genera eius diximus. Ex iis auguſta & bacalis & pinus ſimili modo ſeruntur. Baccæ menſe ianuario aquilonis afflatu ſiccante legunt: expanduntur q; raræ: ne caleſiant aceruo. Poſtea quidam fimo ad ſerẽdum paratas urina madefaciũt. Alii in qualo pedibus in ꝓfluente deculcãt: donec auferat cutis. Alioqn uligo infeſtat: nec patitur naſci. Inſulco repaſtinato palmi altitudine uicenæ fere aceruatim menſe martio. Eædem & propagine ſeruntur. Triumphaliſq; talea tantum. Myrti genera omnia in campania baccis ſerunt. Romæ ꝓpagine tarentina. Democritus & alio modo ſeri docet: grandiſſimis baccaꝝ tuſis leuiter ne grana frangantur: eaq; intrita reſte circũligari: atq; ita ſeri: parietem fore dẽſitatis: ex quo uirgulæ differãt. Sic & ſpinas ſæpis cã ſerũt tomice moris ſpinaꝝ circumlita. Pilas autem laurus & myrti inopia a trimatu tempeſtiuũ eſt tranſferre. Inter ea: q̃ ſemine ſerunt. Mago in nucibus operoſus eſt. Amygdalæ in argilla molli meridiem ſpectanti ſeri iubentur. Gaudere eas in dura calidaq; terra. In pingui & humida mori ac ſterileſcere. Serendas q̃ maxime falcatas & e nouella: fimoq; diluto maceratas per triduũ: aut pridie q̃ ſerantur aq̃ mulſa. Mucrone defigi aciem lateris. In aquilonem ſpectare: ternas ſimul ſerendas: trianguli ratione: palmo inter ſe diſtantes: denis diebus adaquari donec grandeſcant. Iuglandes nuces porrectæ ſeruntur commiſſuris iacentibus. Pineæ nucleis ſeptenis fere in ollas perforatas additis: aut ut laurus quæ baccis ſeritur: Citrea grano & propagine. Sorba ſemine & a radice planta & auulſione prouenĩunt. Sed illa in calidis. Sorba & in frigidis & humidis. Natura & plantaria demonſtrauit: multarum radicibus pululante ſobolẽ denſa & pariente matre quas enecet. Eius quippe umbra turba indigeſta premitur: ut. in lauris: punicis: platanis: ceraſis: prunis. Paucorum in hoc genere rami parcunt ſoboli; ut ulmorum palmarumq;. Nullis uero tales pulluli prouenĩunt: niſi quarum radices amore ſolis atque imbris in ſua tellure ſpaciantur. Omnia ea non ſtatim moris eſt in ſua locari: ſed prius nutrici dari: atq; in ſeminariis adoleſcere: iterumq; migrare. Qui tranſitus mirum immodum mitigat etiam ſilueſtres: ſiue arborum quoq; ut hominum natura nouitatis: ac peregrinationis auide eſt: ſiue diſcedentes uirus relinquunt: manſueſcuntq; tractatu ceu feredum radici auellitur planta. Et aliud genus ſimile natura præmonſtrauit. Auulſiq; arboribus ſtollones uixere. Quo in genere & cum parui ſunt: auelluntur: partemq; aliquam e matris quoq; corpore auferunt ſecum fimbriato corpore. Hoc modo plantantur punicæ: coryli: maii: ſorbi: meſpili: fraxini: fici. In primiſq; uites. Cotoneũ ita ſatum degenerat. Ex eodem inuentu eſt: ſurculos abſciſos ſerere hoc primo ſæpis cauſa factũ ſambucis: cotoneo: & rubis de pactis. Mox & culturæ: ut populis: alnis: ſalici: quæ uel inuerſo ſurculo ſeriũt. Iam eæ ibi diſponunt: ubi libeat eſſe eas. Quãobrem ſeminarii curã ante conuenit dici: q̃ tranſeatur ĩ alia genera. Nãq; & huic principio eligi ſolũ refert: quoniã nutricẽ ĩdulgẽtioꝛẽ cẽ: q̃ matrẽ ſæpe cõuenit. Sic ergo ſiccũ ſuccoſumq; bipalio ſubactũ: aduẽis hoſpitale: & q̃ ſimillimũ terræ ĩ q̃ tráſſerẽdũ ſit. Ante oĩa elapidatũ munitũq; ad incurſum ẽt gallinecei generis. Quamminime rimoſum ne penetrans ſol exurat fibras. Interuallo ſexquipedum ſeri ne ſe inter ſe contingant: & noceant. Præter alia uitia etiã uermioſa

fiunt:ideo ſarriri conuenit ſæpius:herbaſq; auelli. Præterea ſemina ipſa fruticantia ſupputare:ac falcem pati cõſueſcere. Cato & furcis crates imponi iubet altitudine hominis ad ſolem recipiendũ atq; integi culmo ad frigora arcenda. Sic pyrorum malorumq; ſemina nutriri. Sic pineas nuces. Sic cupreſſos ſemine ſatas & ipſas. Minimis id granis conſtat:ut uix perſpici quædam poſſint. Non omittendũ naturæ miraculũ. Ex tã paruo gigni arbores:tanto maiore tritici & hordei grano:ne quis fabam reputet. Quid ſimile originis ſuæ habent malorũq; pyrorumq; ſemina? His principiis reſpuentem ſecures materiem naſci indomitam ponderibus immenſis præla:arbores uelis turribus:muriſq; impellendis arietes. Hæc eſt natura eius. Hæc potentia. Super omnia erit e lachryma naſci aliquid:ut ſuo loco dicemus. Ergo e cupreſſo fœmina (mas enim ut diximus non gignit) pilulæ collectæ:quibus docui menſibus ſiccant̃ ſole:ruptæq; emittũt ſemen formicis mire expetitum:ampliato etiam miraculo tantuli animalis cibo abſumi natalem tantarum arborum. Seritur menſe aprili area æquata cylindris:aut uolgiolis denſum:terraq; cribris ſupercernit̃ pollicis craſſitudine. Contra immane pondus attollere ſe non ualet:retorqueturq; ſub terra. Ob hoc parcitur ueſtigiis. Leniter rigatur a ſolis occaſu in trinis diebus:ut æqualiter bibat:donec erumpant. Differũt poſt annum dodrantali filo:cuſtodita temperie:ut uiridi cælo ſerantur ac ſine aura. Mirumque dictu periculum tantum eo die eſt:ſi rorauerit quamtulumcunque imbrem:aut ſi afflauerit. De reliquo tutæ ſunt perpetua ſecuritate. Aquaſque poſtea odere. Et zizipha grano ſeruntur menſe aprili. Tuberes melius inſerũtur in pruno ſilueſtri & malo cotoneo. Et in calabria ea eſt ſpina ſilueſtris:quæcunque optime & myxas recipit:uti liter & ſorbos.

De tranſferendis ſeminariis:& ulmis ſerẽdis & ſcrobibus. CA. XI.

PLantas ex ſeminario tranſferre in aliud prius q̃ ſuo loco ponantur:operoſe præcipi arbitror: licet tranſlatione folia latiora fieri ſpondeant. Vlmorum prius q̃ folio ueſtiantur. Samara colligẽda eſt circa martias calen. cũ flaueſcere incipit. Deinde biduo in umbra ſiccata ſerenda denſa in refracto terra ſuper minutati cribrata craſſitudine quæ in cupreſſis. Pluuiæ ſi non adiuuent:rigandam. Deferendæ ex area q̃ uenis poſt annũ in ulmaria interuallo pedali in unamquamq; partem. Maritas ulmos autumno ſerere utilius:quia carent ſemine. Nam eæ e plantis ſerunt̃. In arbuſtũ quinquennes ſub urbe tranſferunt̃:aut (ut quibuſdam placet) quæ uicenũ pedum eſſe cœperunt. Sulco qui nouenarius dicit̃:altitudine pedũ triũ:pari latitudine:& eo amplius circa poſitas pedes terni undiq; e ſolido adaggerãtur. Arulas id uocant in campania. Interualla ex loci natura ſummunt̃. Aridiores ſerendas in cãpeſtribus conuenit populos & fraxinos qa feſtinantius germinant:diſponi quoq; maturius conuenit. Hoc eſt ab idibus feb. plantis & ipſas naſcentes. In diſponendis arboribus arbuſtiſq; ac uineis quincuncialis ordinum ratio uulgata & neceſſaria: non perflatu modo utilis:ue q̃ & aſpectu grata quocũq; modo intueare in ordinem ſe porrigente uerſu. Populis eadem ratio ſemine qua ulmos ſerendi:trãſferendi quoq; e ſeminariis eadem & ſiluis. Ante omnia igit̃ in ſimilem tranſferri terram aut meliorem oportet. Nec e tepidis:aut præcocibus in frigidos:aut ſerotinos ſitus:ut neq; ex iis in illos. Præfodere ſcrobes ante (ſi fieri poſſet) tanto:donec pingui ceſpite obducantur. Mago ante annum fieri iubet:ut ſolem pluuiaſq; combibant: aut ſi conditio largita non ſit:ignes in medio fieri ante menſes duos:nec niſi poſt imbres in his ſeri. Altitudinem earũ in argilloſo:aut duro ſolo trium cubitorũ eſſe in quamq; partem. In prunis palmo amplius:& ubiq; caminata foſſura ore compreſſiore ſint. Nigra uero terra duo cubita & palmũ quadratis angulis. Eadem menſura græci auctores conſentiũt:non altiores qno ſemipede eſſe debere:nec latiores duobus pedibus. Nuſq; uero ſeſquipede minus altos:quoniam in humido ſolo ad uicina aquæ perueniat. Cato ſi locus aquoſus ſit inqt:latas pedes ternos. In faucibus imiſq; palmum & pedem:altitudinem quattuor pedum:eas lapide conſterni:aut ſi non ſit perticis ſalignis uiridibus. Si neq; eæ ſint:ſarmentis:ita ut ĩ altitudinem ſemipedẽ trahant̃. Nobis adiiciendũ uidet̃ ex prædicta arborũ natura:ut altius dimittant̃ eæ:q̃ ſumma tellure gaudẽt:tãq; fraxinus:olea. Hæc & ſimilia q̃ternos pedes oportet demitti. Cæteris ſatẽ:ſi altitudĩs pedes ternos effecerit. Excide inqt radicẽ iſtã Papyrius curſor ĩperator ad terrorẽ p̃neſtinorũ p̃toris. Deſtrĩgi ſecurius ſe|te ſte:ĩnoxiũ abradi p̃tes:q̃ ſe nudauerint terra. Aliq lapides rotũdos ſubiici malũt:q & cõtineãt hũorẽ:& trãſmittãt. Nõ itẽ planos facer̃:& a terreno arcere radicẽ exiſtimãtes. Glarea ſubſtrata lter utrãq; ſniam fuerit. Arborẽ nec minorẽ bima trãſferri qdã p̃cipiũt. Alii cũ annũ ĩpleat. Cato craſſioré qnq; digitis non omiſit. Idẽ ait attinere:meredianã cæli ptẽ ſignare in cortice:ut trãſlata iiſdẽ & aſſuetis ſtatuerer̃ oris: ne aqloniæ meridianis oppoſitæ ſolibus finderẽt̃:& algerẽt meridianæ aqlonibus. Qd̃ e diuerſo affectãt ẽt qdã in uite ficoq; permutantes incõtrariũ. Denſiora.n. folia ita fieri:magiſq; ,ptegere fructũ & minus amittere: ficũq; ſic ẽt ſcãſilẽ fieri. Pleriq; id demũ cauẽt:ut plaga deputati cacuminis meridiem ſpectet:ignari fiſſuris nimii uaporis opponi. Id qdẽ ĩ horã diei qntã uel octauã ſpectare maluerim. Aeq; latet nõ negligendũ:ne radices mora ĩhareſcãt:ne ue a ſeptentrionibus:aut ab ea pte cæli uſq; ad exortũ brumalẽ uento flãte offodiant̃ arbores:aut certe nõ aduerſæ iis uentis radices p̃beant̃. Propter qd̃ emoriuntur ignaris cauſæ agricolis. Cato oẽs uẽtos & ibrẽ quoq; in tota trãſlatione dãnat. Et hoc ,pderit q̃ plurimũ terræ in qua uixerint radicibus cohærere:ac tota ceſpite circũligari. Cũ ob id Cato in corbibus trãſferri iubeat. Procul dubio utiliſſime qdem ſũmã terrã cõtentus eſt ſubdi. Quidã pũicis malis ſubſtrato lapide nõ rũpi pomũ ĩ arboribus tradũt. Radices inflexas poni melius. Arborem ita locari:ut media ſit totius ſcrobis neceſſariũ. Ficus ſi in ſcylla: bulboq; hoc genus ẽ:ferit̃: ociſſime ferre tradit̃ pomũ:neq; uermiculationi obnoxiũ. Quo uitio nõ carẽt reliqua poma ſimiliter ſata. Radicũ eius magnã adhibẽdã curã ut exẽptas appareat:nõ auulſas:qs dubitet? Qua rõne & reliqua confeſſa omittimus. Sicuti terrã circa radices feſtucato ſpiſſandã. Quod cato primũ in ea re eſſe cenſet. Plagam quoq; a trunco oblimi fimo:& foliis præligari præcipiens.

De interuallis plantandaꝝ arboꝝ:& umbris:& ſtillicidiis:& ubi plantari debeant. CA. XII.

HVius loci pars eſt ad interualla pertinens. Quidam pũicas:& myrtos:& lauros denſiores ſeri iuſſerunt. In pedibus tamen nouenis. Malos amplius paulo:uel magis etiam pyros:magiſq; amygdalas:& ficus. Qđ optime diiudicabit ramoꝝ amplitudinis ratio:locorũq;:& umbræ cuiuſq; arboris:quoniam has quoq; obſeruari oportet. Breues ſunt quãuis magnaꝝ arboꝝ: q; in orbem ramos circinent:ut in malis pyriſq;. Eædẽ enormes ceraſis:lauris. Iam quædam umbraꝝ ꝓprietas. Iuglans diũ grauis & noxia:ẽt capiti humano:omnibuſq; iuxta ſatis. Necat germina & pinus:ſed uentis utraq; reſiſtit:quoniam & protecta uineaꝝ rõne egent. Stillicidia pinus:quercus:ilicis ponderoſiſſima. Nullũ cupreſſi:umbra minima:& in ſe circumuoluta. Ficoꝝ leuis:quãuis ſpãrſa:ideoq; inter uineas ſeri non uetant. Vlmoꝝ leuis:ẽt nutriens quæcunq; opacat. Sed Attico hæc quoq; uidẽt e grauiſſimis:nec dubito ſi emittantur in ramos. Conſtrictæ quidem ulmi noxiam eſſe non arbitror. Iucunda & platani quamquam craſſa. Licet gramini credere non ſoli:haud alia lætius operiẽte toros. Populo nulla ludentibus foliis. Pinguis alno:ſed paſcens ſata. Vitis ſibi ſufficit:mobili folio:iactatuq; crebro ſolem umbra temperans. Eodem graui ꝓtegens in imbre. Omnium fere leuis umbra:quoꝝ pediculi longi. Non faſtidienda hæc quoq; ſcientia:atq; non in ultimis ponenda:quando quibuſq; ſatis umbra:aut nutrix aut nouerca eſt. Iuglandium qdem pinorumq; & piceaꝝ:& abietis quæcũq; attigere:non dubie uenenum eſt. Stillicidii breuis diffinitio ẽ. Omnium:quæ profectu frondis ita diffundunt:ut per ipſas non defluant imbres:ſtilla ſæua ẽ. Ergo plurimũ intererit hac in quæſtione terra in qua ſeremus:in quantum arbores quaſq; alat. Iam per ſe colles minora quærunt interualla. Ventoſis locis crebriores ſeri conducit. Olea tamen maximo interuallo:de qua Catonis in italia ſnĩa eſt. In.xxv. pedibus minimum:plurimum.xxx. ſeri. Sed hoc uariatur locoꝝ natura. Non alia maior in betica arbor. In africa uero fides penes auctores erit. Miliarias uocari multas narrata pondere olei qđ ferant annuo prouentu. Ideo.lxxv. pedes Mago interuallo dedit undiq;:etiam in macro ſolo: ac duro:atq; uentoſo. Cũ minimũ.xlv. Betica quidem uberrimas meſſes inter oleas metit. Illam inſcitiam pudẽ dam eſſe conueniet:& adultas inter ſeſe luctari iuſto plus:& in ſenectam præcipitare:aut plerũq; ipſis: qui poſuere coarguentibus imperitiam ſuam totas excidere. Nihil eſt fœdius agricolis:quam geſtæ rei pœnitẽtia:multo iam ut preſtet laxitate delinquere.

Quæ arbores tarde creſcãt:& quæ celeriter:& de ſabina. CA. XIII.

QVædam aũt natura tarde creſcunt:& in primis ſemine tantum naſcentia:& longo æuo durantia. At q̃ cito occidũt:uelocia ſunt:ut ficus:punica:prunus:malus:pyrus:myrtus:ſalix:& tñ antecedũt diuitiis. In trimatu.n. fere incipiũt oſtendẽtes & ante. Ex iis lentiſſima. Ociſſima oĩum cyprius & ſpeudocyprius frutex. Protinus.n. floret:ſemenq; ꝓfert. Oĩa uero celerius adoleſcunt ſtolonibus ablatis:unamq; in ſtirpẽ redactis alimentis. Eadem natura & ꝓpagines docuit. Rubi nãq; curuati gracilitate & ſimul ꝓceritate nimia defigũt rurſus in terram capita. Iterumq; naſcũtur:ex ſeſe repleturi oĩa:ni reſiſtat cultura prorſus ut poſſint uideri hoies terræ cã geniti: Ita peſſima atq; execranda res ꝓpaginem tamen docuit:atq; radicem acquiri uiridem. Eadem autem natura eſt hederis. Cato ꝓpagari ꝑter uitẽ tradit ficũ: oleã:punicã:maloꝝ genera oĩa. Lauꝝ:prunos:myrtus:nuces auellanas:& ꝑneſtinas:platanum. Propagatio nũ duo genera:ramo ab arbore depreſſo in ſcrobẽ quattor pedũ quoquo:& poſt bienniũ amputato flexu: plantaq; tranſlata poſt trimatũ:quas ſi longius ferre libeat:in qualis ſtatim:aut uaſis fictilibus defodere ꝓpagines aptiſſimũ:ut in iis trãſferant. Alteꝝ genus luxurioſius:radices in ipſa arbore ſollicitando traiectis per uaſa fictilia:uel qualos ramis terraq; circũpactis:atq; hoc blandimẽto ĩpetratis radicibus:iter poma ipſa & cacumina (in ſumma.n. cacumina hoc mõ petunt audaci ingenio) arboré aliã longe a tellure faciendi. Eodẽ quo ſupra biennii ſpacio abſciſſa ꝓpagine:& cũ qualis illis ſata. Sabina herba ꝓpagine ſerit & auulſione. Tradũt fece uini aut e parietibus latere tuſo mire ali. Iſdem modis roſmarinum ſerũt:& ramo: quoniã neutri ſemen. Rhododendron propagine & ſemine. Vel diu tinis Vel homini

De ſatiõe arboꝝ & inſitiõe:& quõ iuẽta ſit tenera inſerẽdi ĩplaſtratio. CA. XIIII.

SEmine quoq; inſerere natura docuit raptim auiũ fame deuorato:ſolidoq; & alui tepore madido cũ fœcundo ſimi medicamine abiecto in mollibus arborum lecticis:& uentis ſæpe tranſlato in aliquas corticũ rimas. Vnde uidimus ceraſum in ſalice:platanum in lauro:laurũ in ceraſo: & baccas ſimul diſcolores. Tradũt & monedullam condentem ſemina in theſauros cauernarum eiuſdem rei ꝑbere cauſas. Hinc nata inoculatio ſutoriæ ſimili fiſtula aperiendi in arbore oculum cortice exciſo:ſemenq; includendi eadem fiſtula ſublatum ex alia. In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio antiq̃. Virgiliana q̃rit ſinũ in nodo germine expulſi corticis:gẽmãq; ex alia arbore includit. Et hactenus natura ipſa docuit. Inſitionem aũt caſus magiſter alius:& pene numeroſior ad hunc modum. Agricola ſedulus caſam ſepis munimento cingẽs:quo minus putreſcerent ſudes:limẽ ſubdidit ex hedera. At illæ uiuaci morſu appræhenſæ ſuam ex alieno fecere uitam:apparuitq; truncum eſſe pro terra. Aufertur ergo ſerra æqualiter ſuperficies:læuigaſ falce truncus. Ratio poſtea duplex. Et prima inter corticem lignumque inſerendi. Timebant priſci truncũ findere. Mox inforare auſi medio. Ipſi que medullæ calamum imprimebant unũ inſerentes. Neque.n. plures cupiebat medulla ſubtilior. Poſtea ratio uel ſenos adiecit mortalitati eoꝝ ex numero ſuccurrere perſuaſa per media trunco leniter fiſſo:cuneoque tenui fiſſurã cuſtodiẽte:donec cuſpis datim deciſus deſcendat in rimam calamus. Multa in hoc ſeruanda. Primum omnium quæ patiatur coitũ talẽ arbor:& cuius arboris calamus. Varie quoque & nõ iiſdẽ ptibus. Subeſt oĩbus ſuccus. Vitibus ficiſq; media ſicciora:& e ſumma parte conceptus: Ideo illinc ſurculi petuntur. Oleis circa medias ſuccus:inde & ſurculi. Cacumina ſitiunt. Facillime coaleſcunt: Quibus eadem corticis natura:quæq; pariter florẽtia eiuſ-

dem horæ gignationem ſuccorũq; ſocietatem habent. Lenta. n. res quotiens humidis repugnãt ſiccis: mollibus corticum duri. Reliqua obſeruatio ne fiſſura in nodo fiat. Repudiat quippe aduenam inhoſpitalis duricia: ut in parte nitidiſſima & longior multo tribus digitis: ne obliqua: ne tranſlucens. Virg. ex cacumine inſeri uetat. Certũq; eſt ab humeris arboꝝ orientẽ æſtiuũ ſpectãtibus ſurculos petẽdos: & e feracibus: & e germine nouello: niſi uetuſtæ arbori inſerant. Ji enim robuſtiores eſſe debent. Præterea ut p̃gnantes: hoc eſt germinatione turgentes: & q̃ parere illo ſperauerint anno. Bimi utiq; nec tenuiores digito minimo. Inſerunt aũt & inuerſi: cum id agit: ut minor altitudo in latitudinem ſe fundat. Ante oĩa gẽmãtes nitere conueniet: nihil uſq; ulceroſum eſſe aut retorridum. Spei fauet medulla calami commiſſuræ: ſi in matre ligni corticiſq; iungat. Id. n. ſatius q̃ foris cortici æquari. Calami exacutio medullã ne nudet: Tenui tamẽ fiſtula detegat: ut faſtigatio leui deſcendat cuneo tribus non amplior digitis. Qđ facillime cõtingit tinctum aqua radentibus: ne excutiat inuento: ne cortex a ligno decidat alterutri. Calamus ad corticem uſq; ſuũ deprimatur. Ne laxet dũ deprimit: ne ue cortex replicet in rugas. Ideo lachrymantes calamos inſeri non oportet. Nõ hercule magis q̃ aridos: qa illo modo labat humore nimio cortex. Hoc uitali defectu nõ humeſcit neq; cõcorporat. Id ẽt religionis ſeruant: ut luna creſcente calamus utraq; deprimat manu. Et alioquin in hoc opere duæ ſimul manus minus nituntur neceſſario temperamento. Validius. n. demiſſi tardius ferũt: fortius durant. Contrariũ ex diuerſo: ne hiſcat nimiũ rima: laxeq; capiat: aut ne paꝝ exprimat: aut compreſſum necet. Hoc maxime p̃cauendũ: ut p̃ualide accipientis trunco in media fiſſura relinquatur. Quidã ueſtigio fiſſuræ falce in truncis facto ſalice præligant marginem ipſum. Poſtea cuneos figunt continente uinculo libertatem dehiſcendi. Quædam in plantario inſita eodem die tranſferuntur. Si craſſior trũcus inſerat: iter corticẽ & lignũ inſeri melius cuneo optime oſſeo: ne cortice rumpatur laxato. Ceraſi libro dempto findun tur. Hæ ſolæ & poſt brumã inſerunt: dempto libro habent ueluti lanuginem: q̃ ſi comprehendit inſitum: putrefacit. Incolumi cuneo adactum utiliſſime aſtringitur. Inſerere aptiſſimũ q̃ proximũ terræ patiat nodoꝝ: trunciq; ratio. Eminere calami ſex digitorum longitudine non amplius debent. Cato argillæ uel cretæ harenã fimũq; bubulũ admiſceri: atq; ita uſq; ad lentorem ſubigi iubet: idq; interponi & circũlini. Ex iis quæ cõmentatus eſt: facile apparet illa ætate inter tignum & corticẽ: nec alio modo inſerere ſolitos: aut ultra latitudinem duũ digitoꝝ calamos demittere. Inſeri autem p̃cipit pyra ac mala per uer: & poſt ſolſtitiũ diebus. l. poſt uindemiã. Oleas aũt & ficos per uer tantũ luna ſitiente: hoc eſt ſicca. Præterea poſt meridiem ac ſine uẽto auſtro. Mirũ q; nõ cõtentus inſitũ muniſſe: ut dictũ ẽ: & ceſpite ab ĩbre: frigoribuſq; ꝓtexiſſe: ac mollibus bifidoꝝ uiminum faſcibus: lingua bubula (herbæ id genus eſt) inſuper obtegi iubet: eamq; illi gari opertã ſtramẽtis. Nũc ãt abunde arbitret paleato luto libro farcire duos digitos inſito extante. Verno inſerentes tp̃s urget: incitantibus ſe gẽmis: p̃ter q̃ in olea: cuius diutiſſime oculi parturiũt: minimumq; ſuci habent ſub cortice: q nimius inſitis nocet. Punicã uero & ficũ q̃q̃ alias ſicca ſint recraſtinare minime utile. Pyrum uel florentem inſerere licet: & in maium quoq; menſem protendere inſitionem. Qđ ſi longius aſferant pomoꝝ calami rapo infixos optime cuſtodire ſuccum arbitrantur: Seruariq; iter duos imbrices iuxta riuos uel piſcinas utrinq; terra obſtructos.

De uite inſerenda. CA. XV.

VItium uero in ſcrobibus ſiccis ſtramẽto opertos: ac deinde terra obrutos: ut cacumine exiſtant. Cato uitem tribus modis inſerit. Præſectam findi iubet per medullam: in eam ſurculos exacutos ut dictũ eſt addi: medullas iungi. Altero ſi ſeſe uites contingant: utriuſq; in obliquũ latere cõtrario adraſo iunctis medullis colligari. Tertiũ genus eſt: terebrare uitẽ in obliquũ ad medullã: calamoſq; addere longos pedes binos: atq; ita ligatum inſitũ intritaq; illitũ operire terra calamis ſubrectis. Noſtra ætas correxit ut gallica uteret terebra: q̃ excauat: nec urit: quoniã aduſtio omnis hebetat: atq; ut gẽmaſcere incipiẽs ligetur calamus. Nec plus q̃ binis ab inſito emineat oculis ulmeo uimine alligatus: binaq; circundaretur acie a duabus partibus: ut inde potius diſtillet humor: qui maxime uites infeſtat. Deinde cũ eualuiſſent flagella pedes binos: uinculum inſiti incideret ubertati craſſitudine permiſſa. Vitibus inſerendis tp̃s dedere ab æquinoctio autũno ab germinationis initia. Satiuæ plantæ ſilueſtriũ radicibus inſerunt natura ſiccioribus. Si enim ſatiuæ ſilueſtribus inſerantur: degenerant inferitatem. Reliqua cælo conſtant. Aptiſſima inſitis ſiccitas. Huius enim remedium appoſitis fictilibus uaſis modicus humor per cinerem diſtillat. Inoculatio rores amat leues.

De Emplaſtratione. CA. XVI.

EMplaſtri ratio & ipſa ex inoculatione nata uideri poteſt. Craſſo autem maxime cortici conuenit ſicut eſt ficis. Ergo amputatis omnibus ramis ne ſuccũ auocent. Nitidiſſima in parte quaq; præcipua cernat hylaritas: exempta ſcutula ita ne deſcendat ultra ferrũ cortici imprimit: ex alia cortex par cũ ſui germinis mãma: ſic cõpage denſata ut cicatrici locus nõ ſit: & ſtatim unitas fiat: nõ humorẽ: nõ afflatũ recipiens: nihilominus tamen & luto mũire & uinculo melius. Hoc genus nõ pridẽ repertũ uolũt: q nouis moribus fauent. Sed id ẽt apud ueteres græcos inuenit: & apud Catonem: q oleam ficũq; ſic inſeri iuſſit menſura ẽt p̃finita ſecũdũ reliquam diligentiã ſuã Cortices ſcalpro excidi q̃ttuor digitoꝝ longitudine: & triũ latitudine: Atq; ita coagmentari & illa ſua intrita oblini. Eadem rõne & in malo. Quidam huic generi miſcuere fiſſuram in uitibus exempta cortice theſſella ſurculo a latere plano adigendo. Tot modis inſitam arborem. Vidimus iuxta tyburtes tyliam omni genere pomoꝝ honuſtam alio ramo nucibus: alio baccis: aliũde uite: ficis: pyris: pũicis: malorumq; generibus. Sed huic fuit breuis uita. Nec tamẽ omnem experimentis aſſequi naturam poſſumus. Quædam enim naſci niſi ſpote nullo modo queunt. Eaq; immitibus & deſertis tantum locis proueniunt. Capaciſſima inſitorum omnium dicitur plata-

nus:poſtea robur.Verū utraq; ſapores corrūpūt.Quædā oī genere inſerunt:ut ficus & pūicæ. Vitis nō recipit emplaſtra:nec qbus tēuis ac caducus rimoſuſq; cortex. Neq; ioculationē ſiccæ aut hūoris exigui ferti liſſima oīum ioculatio:poſtea emplaſtratio.Sed utraq; īfirmiſſima & q̄ cortice nituntᵉ tātum:uel leui aura ociſſime deplātantᵉ:īſerere firmiſſimū & fœcūdius q̄ ſerere.

Exemplū huius rei. CA. XVII.

NOn eſt omittēda raritas unius exempli.Corelius eques Ro.Atteſte gēitus īſeruit caſtāeā ſuomet ipſam ſurculo in neapolitāo agro.Sic facta eſt caſtanea q̄ ab ipſo nomē accepit iter laudatas.poſtea hæres eiuſdē libertus corellianā itez̄ īſeruit.Hæc eſt iter eas differētia:illa copioſior.Hæc corelliana melior.Reliqua genera caſus īgenio ſuo excogitauit:ac defractos ſerere ramos docuit: cū pali deflixi radices cœpiſſent.Multa ſic ſeruntᵉ.In primiſq; ficus:oībus qdē aliis modis naſcēs:p̄terq̄ talea.Optime qdē ſi uaſtiore ramo pali mō exacuto adigatᵉ alte exiguo ſup terrā relicto capite:eoq; ipſo harena coopto. Ramo ſeruntᵉ & punica palis laxato prius meatu:itē myrtus.Oīum hoz̄ lōgitudine triū pedū: craſſitudine minus brachiali.Cortice diligēter ſeruato:trūco exacuto.Myrtus & taleis ſeritᵉ.Morus talea tantū: quoniā in ulmo eā inſeri religio fulguz̄ ꝓhibet.Quapropter de talearum ſatu nunc dicendū eſt. Seruādū in eo ante omnia:ut taleæ ex feracibus fiant arboribus: ne curuæ:ne ſcabræ:aut bifurcæ: ne tenuiores quā ut manū impleant:ne minores pedalibus:ut illibato cortice:atq; ut ſectura inferior ponatᵉ ſemper:& quod erit ab radice:accumuleturq; germinatio terra:donec robur planta capiat. uel ramo

De cultura talearum:& quibus temporibus inſitio fiat. CA. XVIII.

QVæ cuſtodiēda in taleaz̄ cultura Cato iudicauerit:ipſius uerbis optīe p̄cipiemus.Taleas oleagīas: quas in ſcrobe ſaturus eris:trepidaneas facito.Diligēterq; tractato:ne liber laboret: cum dolabis: aut ſecabis.Quas in ſemiario ſaturus eris:pedales facito.Eas ſic īſerito:locus bipalio ſubactus ſit beneq; gluttus.Cū taleā demittis pede taleā opprimito.Si paz̄ deſcēdat:maleo aut mateola adigito:cauetoq; ne librū ſcindas.Cū adigis:palo prius locū feceris quo taleā demittas.Ita melius uiuet talea. Et ubi trimæ ſunt:tū deniq; curæ ſint:ubi liber ſe uertet.Si in ſcrobibus aut in ſulcis ſeras:ternas taleas ponito.Eas diuaricato ſup terrā:ne plus q̄ttuor digitos trāſuerſos emineāt:uel oculos ſerito.Diligēter eximere oleā oportet:& radices q̄ plurimas cū terra ſerre.Vbi radices bene opueris:calcare bñ:ne qd noceat. Si qs q̄rat qd̄ cp̄s oleæ ſerēdæ ſit:agro ſicco p ſemētē:agro læto p uer.Oliuetū diebꝰ.xv.āte ægnoctiū uernū īcipito putare.Ex eo die dies.xl.recte putabis.Id hoc mō putato.Qua locus recte ferax erit:q̄ arida erūt:& ſi qd uētus īterfregerit ea oīa eximito.Qua locus ferax nō erit:id plus cōcidito:aratoq; bene:enodatoq;. Stirpes læues facito:circū oleas autūno ablaq̄ato:& ſtercus adiicito.Qui oliuetū ſæpiſſime & altiſſime miſcebit: is tēuiſſimas radices exarabit.Radices ſi ſurſū abibūt:craſſiores fiēt:& eo in radices uires oleæ abibūt. Quæ genera oleaz̄ uel ī quo genere terræ uiuere & ſeri debeāt:ſpectariq; oliueta:dixīus in rōe olei. Mago ī colle & ſiccis:& argilla:& iter autūnū:& brumā ſeri iuſſit.In craſſo aut hūido aut ſubriguo a meſſe ad brumam. Qd̄ p̄cepiſſe eū africæ itelligiᵉ.Italia qdē nūc uere maxīe ſerit.Sed & autūno ſi libeat.Poſt ægnoctiū.xl.diebus ad uergiliaz̄ occaſū.xiiii.ſoli dies ſunt:qbus ſeri noceat.Africæ peculiare qdē in oleaſtro ē īſerere.Quadā æternitate cōſeneſcūt ꝓxime adoptiōe uirga emiſſa:atq; ita alia arbore ex eadē iuueneſcēte. Iterumq; & quotiēs opus ſit:ut eius eadē oliueta cōſtēt.Inſeritᵉ āt oleaſter calamo & ioculatiōe.Olea ubi q̄rcus effoſſa ſit male ponitᵉ:quoniā uermes:q raucæ uocantᵉ:ī radice q̄rcus naſcuntᵉ & trāſeūt.Nō ihumare taleas aut ſic care:prius q̄ferantᵉ:utilius cōpertū.Vetus oliuetū ab ægnoctio uerno ītra uergiliaz̄ exortū iter radi alternis annis melius iuentū.Itē muſcū circūdare radici.Circūfodi āt oībus annis a ſolſtitio duū cubitoz̄ ſcrobe pedali altitudīe.Stercorari tertio anno.Mago idē amygdalas ab occaſu arcturi ad brumā ſeri iubet. Pyra nō eodē tpe:quoniā nō æq̄ oīa floreāt.Eadē oblōga aut rotūda ab occaſu uergiliaz̄ ad brumā.Reliq̄ genera media hyeme ab occaſu ſagittæ ſubſolanū aut ſeptētrionē ſpectātia.Lauz̄ ab occaſu aq̄læ ad occaſum ſagittæ.Cōfeſſa.n.de tpe ſerēdi æq̄ rō eſt uere & autūno.Id ex magna parte fieri decreuere.Eſt & alia hora circa canis ortus paucioribus nota;quoniā nō oībus locis utilis ꝑiter ītelligiᵉ.Sed haud omittenda nobis: nō tractus alicuius rationē:uerum naturæ potius indagātibus.In cyrenaica regione ſub eteſiarū flatu cōſerunt.Necnon & in græcia oleam:maxime in laconia.Co inſula & uites tunc ſerit:Cæteri apud græcos inoculare & inſerere nō dubitant.Sed arboē non ſerūt.Plurimūq; in eo locorū natura pollet.Nanq; in ægypto omnis erunt menſe:& ubicūq; imbres æſtiui nō ſunt:ut in india & æthiopia.Neceſſario poſt hæc autumno ſerūᵉ arbores.Ergo tria tēpora eadem germinatiōis uer & canis arcturiq; ortus.Neq; enim animalium tantum eſt ad coitum auiditas:ſed multo maior eſt terræ ac ſatorum omnium libido.Qua tempeſtiue uti plurimum intereſt cōceptus.Peculiare utiq; in inſitis:cum ſit mutua cupiditas utringq; coeūdi. Qui uer probant:ab æquinoctio ſtatim admittunt:prædicātes germina parturire;ideo faciles corticū eſſe amplexus.Qui præferunt autumnū:ab arcturi exortu:quoniā ſtatim radicem quandā capiant:& ad uer parata ueniant:atq; non protinus germinatio auferat uires.Quædā tamen ſtatutum tempus anni habēt ubiq; ut ceraſi & amygdalæ circa brumam ſerendi uel inſerendi. De pluribus locorum ſitus optime iudicabit. Frigida & aquoſa uerno conſeri oportet.Sicca & calida autumno.Comunis quidem italiæ ratio tempora ad hunc modum diſtribuit.Mora ab idibus februariis in æquinoctium:pyra in autumnum:ita ut brumā xv.ne minus diebus antecedant.Malis æſtiuis & cotoneis.Item ſorbis:prunis poſt mediam hyemē in idus februarias.Siliquæ græcæ & perſici ante brumam per autumnum.Nucibus iuglandi & pineæ & auellanæ græcæ atq; caſtaneæ a Calen.Martiis ad idus eaſdem.Salici:geniſtæ circa martias Calend.Hanc in ſiccis ſemine:illam inhumidis uirga ſeri diximus. uel ꝓximadoptioni uel idem oīa ea uel adigito

Quæ arbores ſocietate gaudeāt:& de diſciplina ablaqueādi:& accumulādi. CA. XIX.

ESt etiã nũc noua iſerendi ratio:ne qd ſciens qdẽ ptereã:qđ uſquã iuenerim a Columella excogitatu:ut affirmat ipſe. Qua uel diuerſæ iſociabileſq; naturæ arborũ copulent:ut fici:atq; oleæ. Iuxta hãc ſeri ficũ iubet:nõ ampliore iteruallo q̃ ut cõtingi large poſſit:ramo oleæ q̃ maxie ſequaci:atq; obedituro. Eũq; omni interim tpe edomari meditatiõe curuãdi. Poſtea fico adepta uires:qđ euenire trimæ:atq; utiq; quinquẽni ſolet:detrũcata ſuperficie ipſaq; deputata:ut dictũ eſt adraſo cacumine defigi in cruce fici cuſtoditũ uinculis:ne curuatura fugiat. Ita quodã propaginũ inſitorumq; tẽperamẽto triennio cõmuni inter duas matres coaleſcere. Quarto anno abſciſſum totũ adoptãtis eſſe:nondũ uulgata ratione haud mihi certe ſatis cõperta. Cæterum eadem illa de calidis frigidiſq; & humidis & ſiccis ſupradicta ratio & ſcrobes fodere monſtrauit. In aquoſis enim neq; altos neq; amplos facere cõuenit. Altos æſtiuoſo ſolo & ſicco:ut q̃ maxime accipiant aquã:contineãtq;. Hæc & apud ueteres arbores colendi ratio eſt. Feruentibus enim locis accumulant æſtate radices:operiuntq;:ne ſolis ardor adurat. Aliubi ablaqueant:perflatuſq; admittunt. Idem hyeme cumulis a gelu uindicant. Contra illi hyeme aperiunt:humoremq; ſitientibus quærunt. Vbicunq; circunfodiendi arbores ratio in circuitu pedes in orbem ternos:neque id in pratis quando amore ſolis humoriſq; in ſumma tellure oberrant. Et de arboribus hæc quidem fructus gratia ſerendis inſerendiſq; in uniuerſum ſint dicta.

De ſalicto & harundineto:& cæteris cæduis ad perticas:palos. CA. XX.

HInc reſtat ratum ratio:quæ propter alias ſerunt:uineas maxime:cæduo ligno. Principatũ in iis optinent ſalices:quarũ ſatio fit loco madido tamen refoſſo duos pedes & ſemipedẽ:talea ſeſquipedali:uel pertica:quæ utilior quo plenior. Interuallo eſſe pedes ſenos trimæ pedibus binis a terra:putatione coercentur:ut ſic ſe in latitudinem fundãt:ac ſine ſcalis tondeãtur. Salix enim fœcundior eſt quo terræ propior. Has quoq; omnibus annis cõfodi iubent menſe Aprili. Hæc eſt uiminaliũ cultura. Perticalis & uirga:& talea ſeritur foſſura eadẽ. Perticas ex ea iuſtũ eſt cædi quarto fere anno. Et eæ autẽ ſeneſcentiũ propagine ſarciunt locũ. Pertica imerſa ac poſt annum reciſa. Salicis uiminalis iugera ſingula ſufficiunt, xxv. uineæ iugeribus. Eiuſdẽ rei cauſa populus alba ſeritur bipedaneo paſtinatu: talea ſeſquipedali biduo ſiccata palmipede iteruallo:terra ſuperiniecta duorũ cubitorũ craſſitudine. Harundo etiamnũ dilutiore quã hæ ſolo gaudet. Seritur bulbo radicis:quẽ alii oculum appellãt dodrentali ſcrobe:interuallo duũ pedum & ſemipedis:reficiturq; ex ſeſe uetere harũdineto exſtirpato:quod utilius repertum quam caſtrare ſicut antea. Nãq; inter ſe radices ſerpunt:mutuoq; diſcurſu necantur. Tempus inſerendi prius q̃ oculi harũdinum intumeſcant ante Calen. martias. Creſcit ad brumam uſq;:deſinitq; cum dureſcere incipit. Hoc ſignum quod tempeſtiuam habet cæſuram. Et hanc autem quotiens & uineam fodiendum putãt. Seritur & tranſuerſa non altera condita. Erumpuntq; ſingulis oculis totidem plantæ. Seritur & deplantata pedali ſulco binis obrutis gemmis:ut tertius nodus terrã attingat prono cacumine:ne rores cõcipiat. Cæditur & decreſcente luna. Vineis anno ſiccata utilior q̃ uiridis. Caſtanea pedamentis omnibus præfert facilitate tractatus:perdurãdi peruicacia:regerminatione cædua uel ſalice lætior. Quærit ſolum facile:necnon harenoſum:maximeq; ſabulum humidum aut carbunculũ:uel tofi etiã farinam quãlibet opaco ſeptentrionaliq; & præfrigido ſitu:uel etiã decliui. Recuſat eadem gallicẽ rubricam:cretam:omnemq; terræ fæcunditatem. Seri nuce diximus:ſed niſi ex maximis non prouenit:nec niſi quinis aceruatim ſatis. Perfringi ſolum debet ſupra ex nouembri menſe in februarium:quo ſolutæ ſponte cadunt ex arbore:atq; ſubnaſcuntur. Interualla ſint pedalia undiq; ſulco dodrãtali. Ex hoc ſeminario tranſferuntur in aliud bipedali iteruallo plus biennio. Sunt & propagines nulli quidem faciliores. Nudata enim radice:tota in ſulco proſternitur. Tunc ex cacumine ſuper terram relicto renaſcitur & alia ab radice. Sed tranſlata neſcit hoſpitari: pauetq; nouitatem. Biennio fere poſtea proſilit. Ideo nucibus potiuſquã radice plantaria cædua implentur. Cultura non alia q̃ ſupradictis fodiendis ſupputandiſq; per biennium ſequens. De cætero ipſa ſe colit umbra ſtolones ſuperuacuos enecante. Ceditur intra ſeptimum annum. Sufficiunt pedamẽta iugeri unius uicenis uinearum iugeribus:quando etiam ea bifida ſtirpe fiunt:durantq; ultra alteram ſiluæ ſuæ cæſuram. Aeſculus ſimiliter prouenit cæſura:triennio ſenior:minus moroſa naſci. In quacunq; terra ſeritur:naſcitur e balano ſed nõ niſi æſculi:ſcrobe dodrantali:interuallis duorum pedum ſeritur leuiter quater anno. Hoc pedamentum minime putreſcit:læſumq; maxime fruticat. Præter hæc ſunt cædua quæ diximus:fraxinus: laurus: perſica corylus:malus:ſed tardius naſcuntur. Terram defixã uix tolerant:non modo humorem. Sambucus contra firmiſſima ad palum:taleis ſeritur ut populus. Nam de cupreſſo ſatis diximus.

uel uiui radice

uel amygdalus

De culturis & diſciplina excolendarum uinearum. CA. XXI.

ET prædictis uelut armamentis uinearum:reſtat ipſarum natura præcipua tradenda cura. Vitium ſurculi & quarundam arborum:quibus fungoſior intus natura eſt:geniculatis ramorum nodis interſepiunt medullam. Ferulæ ipſæ breues:& ad ſumma breuiores articulis utiq; duobus internodia includunt. Medulla ſiue illa uitalis anima eſt ante ſe tendit longitudinem impellens quãdiu nodi peruia patet fiſtula. Cum uero concreti ademere trãſitum:repercuſa erumpit: ab ima ſui parte:iuxta priorem nodum alternis laterum ſemper inguinibus:ut dictum eſt in harundine:ac ferula: quorum dextrum ab imo intelligitur articulo:leuum in proximo:atq; ita peruices. Hæc uocatur in uite gemma:cum ibi ceſpitem facit. Ante uero quam faciat in concauo oculos:& in cacumine ipſo germen. Sic palmites:nepotes:uuæ:folia:pampini:gignuntur. Mirumque firmiora eſſe in dextra parte genita. Hos ergo: in ſurculis nodos cum ſeruntur: medios ſecare oportet: ita ne profluat medulla: & in fico quidẽ dodrantales paxilli ſolo patefacto ſeruntur: ſic ut deſcendant: quæ proxima arbori fuerint. Duo oculi extra terram emineant. Oculi autem in arborum ſurculis propriæ uocantur: unde germinant. Hac de

cauſa & in plantariis aliquando eodem anno ferunt quos fuere laturi fructus in arbore: cum ſepeſtiue ſati ꝓgnates inchoatos cōceptus aliubi pariūt. Ita ſatas ficos tertio anno trāſferre facile. Hoc pro ſeneſcendi celeritate attributū huic arbori: ut citiſſime ꝓueniat. Vitiū nūeroſior ſatus. Primū oīum nihil ferīt ex iis niſi inutile & deputatū i ſarmēto. Opputaī āt qcqd ꝓximo tulit fructū. Solebat capitulatus utrinq; eſt duro ſurculus ſeri: eoq; argumento malleolus etiā uocatur nūc. Poſtea auelli cū ſua calce cœptus eſt: ut in fico: neq; aliud eſt uiuacius. Tertiū genus adiectum etianum expeditius ſine calce: quod ſagittæ uocantur: cū intorti pangunt. Id. n. cū deciſi nec intorti trigēmes. Plures aūt ex eodē ſurculo hoc mō fiūt. Serere e pāpinariis ſagittas ſterile eſt: nō niſi fœcūdas oportet. Quæ raros habent nodos: infœcundæ iudicant. At denſitas gemmaꝝ fertilitatis īdiciū ē. Quidā ſeri uetāt niſi eos: q floruerint ſurculos. Sagittas ſerere minus utile: quoniā in trāſſerēdo facile rūpīt qđ intortū fuit. Seruant pedali nō breuiores lōgitudine quinq; ſex ue nodoꝝ. Pauciores tribus gēmis in hac menſura eſſe nō poterūt. Inſeri eodē die quo putant: utiliſſimū. Si multo poſtea neceſſe ſit ſerere cuſtoditos uti ꝑcipimus oportet caueri utiq; ne extra terrā poſiti ſole ſareſcāt: uētoue aut frigore hebetent: qui diutius i ſicco fuerint priuſq; ſerant in aqua pluribus diebus reuiuiſcāt. Solum apricū & q̄ ampliſſimum in ſeminario ſiue in uinea bidēte paſtinari debet ternos pedes bipaleo alte in area reiici quaternoꝝ pedū fermento: ita ut in pedes binos foſſa ꝓcedat. Foſſatū purgari & extēdi ne crudū reliquat. Veꝝ & exigi mēſura. Male paſtinatū deprehēdūt ſcāna inæqualia. Metiēda eſt & ea pars q̄ interiacet puluinis. Surculi ſerunt & in ſcrobe: & in ſulco longiore: ſuper quos tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili ſolo fruſtra: niſi ſubſtrato pinguiore. Nec minus q̄ duos i tegi oportet: & ꝓximā attīgi terrā: & eodē paxilo deprimi & ſpiſſari. Intereſſe i plātario ſeſquipedes inter bina ſemina in latitudinē: in longitudinē ſemiſſes. Ita ſatos malleolos. xxiiii. mēſe recidere ad imū articulū: niſi ipſi parcant. Oculoꝝ inde materia emicat cū aq̄ .xxxvi. mēſe uiuiradix tranſfert. Eſt & luxurioſa rō uites ſerēdi: ut quattuor malleoli uehementi uinculo colligent in parte luxurioſa: atq; ita uel ꝑ oſſa bubuli cruris uel ꝑ colla fictilia traiecti obruant: binis eminentibus gēmis. Humeſcūt hoc mō: reciſiq; palmitē emittūt. Poſtea fiſtula fracta radix libere capit uires: uuāq; fert: & oīum corpoꝝ ſuoꝝ acinos. In alio genere inuentu nouitio findīt malleolus: medullaq; eraſa in ſe colligantur ipſi caules: ita ut gemmis parcatur omnimodo. Tum malleolo in terram fixo mixta ſeritur: & cum ſpargere cœperit caules: decidīt: ſoditurq; ſæpius. Talis uuæ acinos nihil intus ligni habituros. Columella ꝓmittit: cum uiuere ſemina ipſa per quam miꝝ ſit: & medulla adempta naſci. Sirculis etiā quibuſdā ſit articulatio arboris nō omittēdū uī. Nāq; buxi tenuiſſimis qnis ſeniſue colligatis depacti proueniūt. Quondā in obſeruatione erat: ut defringerent ex imputata buxo: aliter uiuere non crediti. Detraxere hæc experimenta ſeminarii curaq;. Sequīt uineaꝝ rō. Quinq; geneꝝ hæ. Sparſis ꝑ terrā palmitibus: aut per ſe uite ſubrecta: uel cū amminiculo ſiue iugo: Aut pedatæ ſimplici iugo. Aut cōpluuiatæ q̄druplici. Quæ pedatæ rō erit: eadē intelligīt eius quoq;: in qua ſine amminiculo uitis per ſe ſtabit. Id. n. nō fit niſi pedamēti inopia. Simplici iugo cōſtat porrecto ordine: quē canterium appellāt. Melioꝝq; ea uino: quā do ſibi ipſa nō obumbrat: aſſiduoq; ſole coquīt: & afflatū magis ſentit: & celerius rorē dimittit. Pāpinatiōi quoq; & occationi oīq; operi facilior. Sup cætera defloreſcit utilius. Iugum fit pertica aut harundine: aut crine funiculoue: ut in hiſpania: brunduſioq;. Compluuiata copioſior uino ē: dicta a cauis ædiū cōpluuiis. Diuiditur in quaternas partes totidē iugis. Huius ſerēdi rō dicetur: eadem ualitura in omni genere: in hoc uero numeroſior tātum. His uero tribus ſeritur modis. Optime in paſtinato: proxime in ſulco: nouiſſime in ſcrobe. De paſtinatione ductum eſt. De ſulco & uineaꝝ putatione. CA. XXII.

SVlco latitudo palæ ſatis eſt. Scrobibus ternoꝝ pedū in quācūq; ꝑtem. Altitudo in quocūq; genere tripedalis: ideo nec uitis minor trāſferri debet. Extatura etiānū duabus gēmis. Ēmoliri terram minutis in ſcrobe ima ſulcis fimoq; miſceri neceſſariū. Cliuoſa altiores poſcūt ſcrobes. Præterea puluinatis a deuexitate labris. Quæ ex iis lōgiores fient: ut uites binas accipiāt. E diuerſo aliæ locabunt. Eſſe uitis radicē i media ſcrobe oportet. Sed ipſam innixā ſolido in oriētē æquinoctialem ſpectare. Adminicula prima e calamo accipere. Vineas limitari decumano. xviii. pedum latitudinis ad contrarios uehiculoꝝ trāſitus: aliiſq; conuerſis limitibus: Denū pedū diſtingui ꝑ media iugera. Aut ſi maior modus ſit: totidē pedum cardine quot decumano limitari. Semper uero qntanis ſemitari: hoc eſt in qnto quoq; palo ſingulæ iugo paginæ includant. Solo ſpiſſo nō niſi repaſtinato: nec niſi uiuiradicē ſeri. Tenero & ſoluto uel malleolū ſulco uel ſcrobe. In colles ſulcos agere trāſuerſos: melius q̄ paſtinare ut defluuia palis eoꝝ cōtineāt. Aquoſo cælo uel ſicco ſolo malleolos ſerere autūno: niſi ſi tractus rō mutauerit: Siccus. n. & callidus autūno poſcit ſeri: humidus frigiduſq; ēt ueris exitu. In arido ſolo uiuiradix quoq; fruſtra ſerīt. Male & in ſiccis malleolus: niſi poſt imbrem. Aut in riguis: uel frondens uitis: & uſque ad ſolſtitium recte: uſque ad uer ut in Hiſpania. Quieſcere uento ſationis die utiliſſimum. Plerique auſtros optant. Cato abdicat. Intereſſe medio temperamento inter binas uites oportet pedes quinos. Minimum autē læto ſolo pedes quaternos tenui plurimum octonos. Vmbri & marſi ad uicenos intermittunt arationis gratia in iis: q̄ uocāt porculeta. Pluuio & caliginoſo tractu rariores poni: ſicco dēſiores cōgruit. Subtilitas ꝑſimoniæ cōpēdia iuenit. Cū uinea in paſtinato ſerat: obiter ſeminatiū faciēdi ut uiuiradix loco ſuo: & malleolus q trāſferatur inter uites ordine ſerat. Quæ rō in iugero circiter. xvi. Millia uiuiradices donat. Intra biennium autem fructus quo tardius in ſato ꝓuenit q̄ in tranſlato. Viuiradix poſita in uinea poſt annum reſecatur uſq; ad terram: ut unus tantum emineat oculus aminiculo iuxta affixo & fimo addito. Simili modo & ſecūdo anno reciditur: uireſq; concipit: & intraſe paſcit ſuffecturas oneri: alias feſtinatione pariēdi gracileſcat: ac emucidani (cohibeatur) caſtigatiōe tali in fœtum exeat tota. Nihil auidius naſcīt: ac niſi ad pariēdum uires ſeruentur: tota fit fœtus. Pedamēta optima quæ diximus: aut radice: robur: oleaq;: aut ſi nō ſint: pali iuni-

pero:cupreſſo:alburno:ſambuco.Reliquoꝝ geneꝝ ſudes oĩbus annis reciduntur. Saluberrima in iugo harũdo cõnexa faſciculis durat quinis annis.Cũ breuiores palmites ſarmẽto iũgũt̃ iter ſe funiũ modo:ex hoc arcus funeta dicũt̃.Tertius uineæ annus palmitem uelocẽ robuſtũqꝫ emittit in quẽ faciat ætas uitem. Hic in iugũ inſilit.Quidam tũc excæcãt eũ ſupina falce auferendo oculos:ut noxia iniuria longius euocẽt. Vtilior.n.conſuetudo pariendi:ſatiuſqꝫ pampinos adiudicatæ detergere:uſqꝫ quo placeat roborari eã.Sũt qui uetant tãgi ꝓximo anno:quo trãſlata ſit:neqꝫ ante.lx.menſem falce curari.Tũc aũt ad tres gẽmas reci di.Alii proximo quidem anno recidũt.Sed ut ternos quaternoſue ſingulis annis adiiciant articulos:quar/ to demũ ꝓducãt ad iugũ:Ideo utriuſqꝫ fructũ tardũ.Præterea retorridũ & nodoſum puluinoſumqꝫ red/ dit incremẽto.Optimũ ãt matrem eẽ firmã:poſtea fœtũ audacẽ.Nec tutũ eſt:qđ cicatricoſum:magno ipe/ ritiæ errore.Quicqd eſt tale:plagis naſcit̃:nõ e matre.Totas.n.hẽt illa uires dũ roborat̃: & annos accipit tota fœtus:cũ ꝓmiſſũ fuerit naſci.Nil natura portionibus parit.Quæ cũ excreuerit: ſatis firma protinus i iugo collocari debebit.Sin etiãnũ infirmior erit:ſub ipſo iugo hoſpitari reciſa:uiribus nõ ætare decernit̃. Temerarium eſt ante craſſitudinem pollicarẽ uiti imperare.Sequenti anno palmites ſalutentur pro uiri/ bus matris:ſinguli aut gemini.Iidẽ & ſecũdo ſi cogit infirmitas:nutriãt̃.Tertioqꝫ demũ ãno duo adiiciãt̃. Nec ſunt plures quaternis unq̃ permittendi.Breuiterqꝫ nõ indulgẽdũ eſt:& ſp inhibenda fœcunditas. In ea ẽ.n.natura:ut parere malit q̃ uiuere.Quicqd materiæ adimit̃:fructui accedit.Illa ſemina mauult q̃ fru ctũ gigni:quoniã fructus caduca res eſt.Sic pernicioſe luxuriat:nec ampliat ſe ſed egerit. Dabit conſilium & ſoli natura.In macro ẽt ſi uires habebit:reciſa intra iugum moretur:ne omnis fœtura ſub eo exeat.Mi/ nimum id eſſe debebit interuallũ:ut attingat iugũ ſuperetqꝫ nõ teneat:adeo nõ recũbat in eo:nec delicate ſe ſpargat.Ita temperet̃ hic modus:ut creſcere ẽt malit q̃ parere:Palmes duas tres ue gẽmas ſub iugo habe re debet ex materiis quibus materia naſcat̃.Tunc per iugum mergi alligariqꝫ ut ſuſtineat̃ iugo nõ pẽdeat. Vinculo moxaſtrictus a tertia gẽma alligari:quoniam & ſic coercet̃ impetus materiæ. Denſioreſqꝫ citra pampini exultãt:cacumẽ religari uetãt.Natura hæc eſt deiecta pars aut præligata fructum dat:,plurimũqꝫ ipſa curuatura.Quod citra eſt materiem mittit:offenſante credo ſpiritu & illa quam diximus medulla. Quæ ita emicuerit materia fructũ dabit anno ſequẽte.Sic duo genera palmitum.Quod e duro exit mate riamqꝫ in ꝓximũ ãnũ ꝓmittit:pampinariũ uocat̃.Aut ubi ſupra cicatricem eſt:fructuarium. Alterum ex amminiculo palmite ſemꝑqꝫ fructuariũ reliquit̃ ſub iugo.Et qui uocatur cuſtos.Hic é nouellus palmes nõ longior tribus gẽmis:proximo anno materiam daturus:ſi uitis luxuria ſe conſumpſerit.Et alius iux/ ta eũ uerucæ magnitudine:qui furũculus appellat̃.Si forte cuſtos fallat.Vitis anteq̃ ſeptimũ ãnum cõpleat a ſurculo euocata ad fructũ ei iuuenescit ac moriẽ.Nec ueterẽ placet palmitem i longũ & ad quartũ uſqꝫ pe damentũ emitti:qđ alii dracones:alii iuniculos:ut faciãt q̃ maſculeta appellãt.Cũ induruit uitis:peſſimũ in uinea traducere.Quito ãno & ipſi palmites intorquent̃:ſingulæqꝫ e ſingulis materiæ emittunt̃:ac deinde e proximis prioreſqꝫ amputant̃.Semꝑ cuſtodẽ relinqui melius.Sed is proximus uiti eſſe debet:nec lõgior q̃ dictũ eſt:Et ſi luxuriauerint:palmites intorq̃ri ut quattuor materias uel duas ſi unijuga erit uinea: emit tat.Si per ſe uitis ordinabitur ſine pedamẽto:qualecũqꝫ tamen initio amminiculũ deſiderabit:dũ ſtare cõ diſcat:& recta ſurgere.Cætera primordea eadẽ.Diuidi aũt putatione pollicis inæquali examine undiqꝫ ne prægrauet fructus parte aliqua:obiter idem deprimens prohibebit inexcelſum emicare. Huic uineæ triũ pedum altitudo excelſior nutat:cæteris a quinto:dum excedat hominis longitudinem iuſtam.Iis quoqꝫ q̃ ſpargunt̃ in terra breuis ad innitendum caueas circundant:ſcrobibus per ambitum actis:ne uagi palmites inter ſe pugnent occurſantes.Maiorqꝫ pars terrarum ita ſupinam in tellure uindemiam metit. Siquidem & in africa & in ægypto ſyriaqꝫ:ac tota aſia & multis locis europæ hic mos ꝑualet.Ibi ergo iuxta terrã cõ/ primi debet uitis.Eodem modo & tempore nutrita radice:quo iniugata uinea:ut ſemper tãtum pollices relinquãtur fertili ſolo cum tribus gemmis:graciliore quinis.Præſtatqꝫ multos eſſe quam longos. Quæ de natura ſoli diximus:tãto potentiora ſentientur:quãto proprior fuerit uua terræ.Genera ſeparari ac ſin gulis conſeri tractibus:utiliſſimum.Mixtura enim generum etiam in uino non modo in muſto diſcors. Aut ſi miſceãtur nõ alia q̃ pariter matureſcẽtia iungi neceſſarium:Iuga altiora quo lætior ager & quo pla nior.Itẽ roſcido:nebuloſo:minuſqꝫ uentoſo conueniũt.Cõtra humiliora gracili:& arido:æſtuoſo:uẽtiſqꝫ expoſito.Iuga ad pedamẽtũ quã arctiſſimo nodo uinciri oportet:uitẽ leui cõtineri.Quæ genera uitium & in quali ſolo cæloqꝫ eſſent coſeréda:cũ enumeraremus naturas eaꝝ & uinoꝝ:notauimus.De reliquo cul/ tu uehemẽter ambigit̃.Pleriqꝫ æſtate tota poſt ſingulos rores confodi iubent uineam. Alii uetãt gẽmãtẽ: decuti enim oculos tactuqꝫ intrãtium deteri.Et ob id arcendum procul omne quidem pecus:ſed maxime lanatũ:quoniã facillime auferat gemmas.Inimicos & pubeſcente uua raſtros.Satiſqꝫ eſſe uineã ter ãno con fodi:ab æquinoctio uerno ad uergiliarum exortum:& canis exortum:& nigreſcente acino. Quidam ita determinant:Veterem ſemel a uindemia ante brumã:cum alii ablaqueare & ſtercorare ſatis putent. Iterũ ab idibus aprilis:anteq̃ concipiat:hoc eſt in.vi.idus maii.Deinde prius q̃ florere incipiat:& cum defloruerit:& uariante ſe uua.Peritiores affirmant ſi iuſto ſæpius fodiatur:in tantum tenereſcere acinos:ut rumpãtur.Quæ fodiuntur:ante feruentes horas diei fodiẽdas cõuenit.Sicuti lutũ neqꝫ araꝝ neqꝫ fodere.Foſſione puluerem excitatum contra ſoles nebulaſque prodeſſe.Pampinatio uerna in confeſſo eſt ab idibus ma/ iis intra dies.x.utique antequam florere incipiat:& eam infra iugum debere fieri. De ſequente uariãt ſen tentiæ. Cum defloruerit:aliqui pampinandum putant.Alii ſub ipſa maturitate.Sed de his Catonis præ/ cepta decernent, Namque & putationum tradenda ratio eſt. Protinus hanc a uindemia ubi cæli tepor indulget adoriuntur. Sed hoc fieri nunquam debet ratione naturæ ante aquilæ exortum : ut in ſyde/ rum cauſis docebimus proximo uolumine. Immo uero fauonio : quoniam anceps culpa ſit præpro

peræ feſtinationis. Si ſautias recenti medicina mordeat quædam hyemis ruminatio: certum ẽ gemmas earum frigore hebetari: plagaſq; findi. Et cæli uitio exuri oculos lachryma diſtillante. Nam gelu fragiles fieri quis neſciat? Operæq; iſta computatio eſt. In latifundis non legitima naturæ feſtinatio quo maturius putantur aptis diebus: eo plus materiæ fundunt: quo ſerius: eo fructũ uberiorem. Quare macras prius conuenit putare: ualidas nouiſſime. Plagã omnem obliquam fieri: ut facile decidant imbres: & ad terram uerti q̃ leuiſſima cicatrice acie falce exacta: plagaq; cõuelata. Recidi autẽ ſemp inter duas gẽmas: ne ſit uulnus oculis in reciſa parte. Nigram eſſe eam exiſtimant: & donec ad ſinceram ueniatur recidendam: quoniam e uitioſa materie utilis non exeat. Si macra uitis idoneos palmites non habeat: ad terram recidi eam: nouoſq; elici utiliſſimum. In pampinatione non hos detrahere pampinos qui cum uua ſint. Id. n. uuas ſupplantat: põterq̃ in nouella uinea. Inutiles iudicantur in latere nati non ab oculo. Quippe ẽt uua q̃ naſcat̃ e duro rigeſcẽte: ut niſi ferro detrahi non poſſit. Pedamentum qdam inter duas uites utilius putant ſtatui: & facilius ablaqueantur ita: meliuſq; eſt uniiugæ oineæ: ſi tamen & ipſi iugo ſint uires: nec flatui infeſta regio. In quadripertita q̃ proximum oneri amminiculum eſſe debet: ne tamen impedimentum ſentiat ablaqueatio cubito abeſſe non amplius. Ablaqueari autem priuſq̃ putari iubent. Cato de omni cultura uitiũ ita præcipit. Quã altiſſimã uineam facito: alligatoq; recte dũ ne nimium conſtringas: hocq; modo eam curato. Capita uitiũ putata circũfodito. Arare incipito. Vltra citraq; ſulcos perpetuos ducito. Vites teneras q̃ primum propagato. Veteres q̃ minimũ caſtrato Potius ſi opus fuerit deiicito: biennioq; poſt põcidito. Vitem nouellam reſecari tum erit tempus: ubi ualebit. Si uinea ab uite caluata erit: ſulcos interponito: ibiq; uiui radicem ſerito. Vmbram a ſulcis remoueto: crebroq; fodito. In uinea ueteri ſerito ocynum. Si macra erit: quod granum capit ne ſerito. Et circũ capita addito ſtercus: paleas uinaceas: aliquid horũce. Vbi uinea frondere cœperit: pãpinato. Vineas nouellas alligato crebro: ne caulis põfringat̃. Et q̃ iã in partic̃ ibit: eius pãpinos teneros alligato leuiter: porrigitoque. Quæ ubi recte ſteterint: ubi uua uaria fieri cœperit: uites ſubligato. Vitis in ſitio una eſt per uer: altera cũ uua floret: ea optima eſt. Vineam ueterem ſi in aliũ locũ tranſferre uoles duntaxat brachium craſſum primũ deputato. Binas gẽmas nec amplius relinqto. Ex radicibus bene effodito. Et caue radices ne ſaucies. Ita uti fuerit: ponito in ſcrobe: aut in ſulco: operitoq;: & bene occultato: Eodemq; mõ uineã ſtatuminato: alligato: laxatoq; uti fuerat: crebroq; fodito. Ocynum qđ in uinea ſeri iubet: antiqui appellabãt pabulum umbræ patiens quod celerrime proueniat.

Ratio Arbuſtorum. CA. XXIII.

Equit̃ arbuſti ratio mirum in modum damnata a Sarſenna patre filioq;: celebrata Scrofæ: uetuſtiſſimis poſt Catonem peritiſſimiſq;: ac ne a Scrofa quidem niſi uni Italiæ conceſſa: cum tam longo iudicetur ævo nobilia uina non niſi in arbuſtis gigni: & in iis quoq; laudatiora ſummis: ſicut uberiora imis: adeo excelſitate proficitur. Hac ratione & arbores eliguntur. Prima omniũ ulmus: excepta propter nimiam frondem atinia. Deinde populus nigra eadem de cauſa minus denſa folio: Non ſpernunt pleriq; & fraxinum ficumq; & etiam oleã: ſi nõ ſit umbroſa ramis. Haq; ſatus cultuſq; abunde tractatus eſt. Ante triceſimũ ſextũ menſem attingi falce uetant̃. Alterna ſeruant̃ brachia. Alternis putantur annis. Sexto anno maritãt̃. Trãſpadana italia põter ſupradicta: cornu: populo: tilia: acere: corno: carpino: quercu arbuſtat agros. Venetia ſalice pp uliginem ſoli. Et ulmus detrũcata a media inter ramoq; ſcãna digeritur: nulla fere. xx. pedum altiore arbore. Tabulata eaq; ab octauo pede altitudinis dilatant̃ ĩ collibus ſiciſq; agris. A duodecimo ĩ cãpeſtribus & humidis. Meridianũ ſolẽ ſpectare palmites debẽt. Rami a pectu digitoq; mõ ſubrigi conſilii in iis tenuium quoq; uirgultoq; barba ne obumbrent. Interuallũ iuſtũ arboq; ſi aret̃ ſolũ quadrageni pedes in terga frontẽq;: in latera uiceni. Si nõ arat̃: hoc ĩ oẽs ptes. Singulis denas ſæpe adnutriũt uites: dãnato agricola minus ternis. Maritãt̃ niſi ualidas inimicũ: enecãte ueloci uitiũ icremẽto. Serere tripedanea ſcrobe neceſſariũ: diſtãtes iter ſeſe: arborẽq; ſingulis pedibus. Nihil ibi malleolis atq; paſtinationi: Nulla fodiẽdi ipendia: utpote cũ arbuſti rõ hac peculari dote põſtet: q; ĩ eodẽ ſolo ſeri fruges & uitibus pdeſt. Superque q; uindicãs ſe altitudo: nõ ut ĩ uinea ad arcẽdas aĩaliũ iniurias pariete uel ſæpe: uel foſſaq; utiq; impendio muniri ſe: cogat in arbuſto. Et prædicta eſt ſola uiui radicis ratio. Item ppaginum: & hæc gemina ut diximus. Qualorum in ipſo tabulato maxime pbata: qm̃ a pecore tutiſſima ẽ. Altera deflexa uite uel palmite iuxta ſuã arborẽ aut circa pximã cælibẽ. Qđ ſupra terrã eſt e matre radi iubet̃: ne fru uel citra ticet. In terra non pautiores gemmæ quattuor obruuntur ad radicem capiendam. Extra in capite binæ relinquuntur. Vitis in arbuſto quattuor pedes in longo conſtat: omni ſulco tres lato: alto duos cum ſemipede. Poſt annum propago inciditur ad medullam: ut paulatim radicibus aſſueſcat ſuis. Caulis a capite ad duas gemmas reciditur. Tertio totus mergus abſciditur: reponiturque altius in terram: ne ex reciſo frondeat. Tolli uiui radix a uindemia protinus debet. Nuper repertum draconem ſerere iuxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum pluribuſque induratum annis. Hunc præciſum quam maxima amplitudine tribus partibus longitudinis deraſo cortice quatenus obruatur: unde & raſilem uocant: deprimere ſulco: reliqua parte ad arborem erecta: ociſſimum ĩ uite. Si gracilis ſit uitis aut terra: uſitatum eſt quam proxime ſolum decidi: donec firmetur radix: ſicut neque roſcidam ſeri: neque ſeptentrionis flatu. Vites aquilonem ſpectare debent ipſæ: palmites autem earundem ad meridiem. Non eſt feſtinandum ad putationem nouellæ: ſed primo in circulos materies colligenda: nec niſi ualidæ putatio admouenda. Seriora fere anno ad fructum arbuſta: quam uitis iugata. Sunt qui omnino putari uetant: priuſquam arborum longitudinem æquauerit. Prima falce ſex pedes a terra recidatur: flagello infra relicto & naſci coacto in curuatione materiæ. Tres ei gemmæ non amplius deputato ſuperſint. Exque iis emiſſi palmites proximo anno imis inferantur ſcannis: ac per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandant: relicto ſemper du-

ramento in ſingulis tabulatis:& emiſſario uno:qui ſubeat uſq; quo placuerit. De cætero putatione omni: flagella quæ proxime tulerint:recidant. Noua circunciſis undiq; capreolis aſpergantur in tabulatis. Verna cula putatio deiectis p ramos uitiũ crinibus circũueſtit arborem:crineſq; ipſos uuis. Gallica intraduces por rigit. Aemylie uiæ in ridicas:atiniaq; ambitu frondem eaq; fugiens. Eſt quorundam imperitia ſub ramo uitem uinculo ſuſpendendi ſuffocantiũ iniuria:quando contineri debet uimine non arctari. Quinimo etiã quibus ſalices ſuperſunt:molliore hoc uinculo facere malunt:herbaq; quam ſiculi uocant ampelodeſmõ. Græcia uero uniuerſa iunco:cypero:ulua. Liberam quoq; uinculo per aliquot dies uagari:& incũditã ſpgi: atq; in terra quã p totũ ánũ ſpectauerit:recũbere. Nãq; ut ueterina a iugo:& canes a curſu uolutatio iuuat: ita tũ & uitiũ porrigi lũbos. Arbor quoq; ipſa gaudet aſſiduo leuata onere ſimilis reſpiranti. Nihil ẽ in ope naturæ:qđ non exẽplo dieq; noctiũq; aliq̃s uices feriaq; uelit:ob id ꝓtinus a uindemia putari:& laſſas etiã num fructu edito improbat:ut putatæ rurſus alligentur alio loco. Nãq; orbita uinculi ſentit uexatione nõ dubia. Traduces gallicæ cultura binis utrĩq; lateribus:ſi ps quadrageno diſtet ſpatio:quaternis. Viceno inter ſe obuii miſcent:alligãturq; uno cõciliati uirgultoq; comitatu obiter ligati qua deficiant:Aut ſi breuitas non patiat ipſoq;:adalligato ꝓtendunt in uiduam arborẽ iũco. Traducem bimũ pcidere ſolebant. Oneratis.n.uetuſtate melius donare tps ut tranſilẽ faciant:ſi largiat craſſitudo. Alias utile toros futuri draconis paſci. Vnũ etiãnũ genus eſt mediũ inter hæc & ꝓpaginẽ. Totas ſupplantãdi in terrã uites:cuneiſq; findẽdi:& in ſulcos plures ſimul ex una ꝓpagãdi gracilitate ſingulaq; firmata circũligatis haſtilibus:nec reciſis q a lateribus excurrũt:pampinis. Nouariẽſis agricola traducũ turba nõ cõtentus:nec copia ramoq;:impoſitis etiãnũ patibulis palmites circũuoluit. Itaq; ꝑter ſoli uitia cultura quoq; torua fiũt uina. Alia culpa iuxta urbẽ uaracinis:q̃ alternis putant annis:nõ qa id uiti cõducat:ſed qa uilitate redituũ ipẽdia exuperẽt. Mediũ tẽperamentum in carſulano ſequuntur:carioſaſq; tantum uitis partes incipientes marceſcere deputando:cæteris ad uuam relictis detracto onere ſuperuacuo ꝓ nutrimento oĩ eſt raritas uulneris. Sed niſi pigni ſolo talis cultura degenerat in labruſcam. Arbuſta arari q̃ altiſſime deſiderant:& ſi tantum frumenti rõ non exigit. Pãpinari ea nõ eſt moris:& hoc cõpendiũ operæ. Deputant cũ uite pariter interlucata denſitate ramorum:q ſint ſuperuacui:& abſumãt alimenta. Plagas ad ſeptentrionem aut ad meridiem ſpectare uetuimus. Melius ſi neq; in occaſus ſolis:Diu.n.dolent talia quoq; ulcera & difficile ſaneſcunt algendo nimis æſtuandoue. Non eadem in uite quæ in arbuſtis libertas:quoniam certa latera & facilius abſcondere:q̃ detorquere quo uelis. Plagas in arboq; tonſura ſupinare uelut calices faciẽdi:ne conſiſtat humor. Viti adminicula addenda quæ ſcandat apprehenſa ſi maiores ſint.

De ſeruandis uuis & morbis arborum. CA. XXIIII.

Vltium generoſarum pergulas quinquatribus putendas: & quarum ſeruare uuas libeat decreſcente luna:tradũt. Quæ uero interlunio ſint putatæ:nullis animalium obnoxias eſſe. Alia rõne plena luna noctu tondendas:cũ ſit ea in leone:ſcorpione:ſagittario: tauro:atq; in totum ferẽdas plena:aut creſcente utiq; cenſent. Sufficiũt in italia cultores deniin centena iugera uinearũ. At abũde de ſatu cultuq; arboq; tractato:quoniã de palmis ac cytiſo peregrinis arboribus affatim diximus: ne quid deſit:indicanda reliqua natura ſit:magnopere pertinens ad omnia ea. Infeſtant nanq; & arbores morbis. Quid.n.gentum caret iis malis? Et ſilueſtrium quidem pernitioſos negant eſſe:uexariq; tantum grandine in germinatione aut flore. Aduri quoq; feruore aut flatu frigidiore præpoſtero die q̃ ſuo. Frigora etiam proſunt:ut diximus. Quid ergo? nõne & uites algore intereunt? Hoc qdẽ eſt quo deprehendatur ſoli uitium:quoniam non euenit niſi infrigido. Itaq; per hyemes cæli rigorem ꝓbamus. Non enim ſolum infirmiſſimæ arbores gelu periclitant:ſed maximæ:uexatiſq; ita prima cacumina inareſcũt:quoniam præſtrictus gelu non potuit eo peruenire humor. Arborum quidam communes morbi:qdam priuati generũ. Communis uermiculatio eſt:Sideratio:& dolor membroq;:unde partiũ adhibita ſocietate nominũ quoq; cũ hominũ miſeriis trũca dicimus certe corpora:& oculos germinũ exuſtos:ac multa ſimili ſorte. itaq; laborãt & fame & cruditate:q̃ fiũt hũoris quantitate. Aliquæ uero & obeſitate:ut oia q̃ ferunt reſinam: nimia pinguedine in tædam mutant:& cũ radices quoq; pingueſcere cœpere:intereunt. Vt animalia nimio adipe:quando & peſtilentia per genera:ſicut inter homines:nũc ſeruitia:nũc plebs urbana uel ruſtica. Vermiculantur magis minuſue quædam:omnes tamen fere. idq; aues caui corticis ſono experiuntur. Iam qdem & in hoc luxuria eſſe cœpit:prægrandeſq; roboq; delicatiores uti in cibo. Coſſos uocant. Atq; etiam in farina ſaginati. Ii quoq; altiles fiũt. Maxime autem arboq; hæc ſentiũt pyri: mali: fici. Minuſq; q̃ amare ſunt & odoratæ. Eoq; qui in ficis exiſtũt:alii naſcunt ex illis:alios parit qui uocatur ceraſtes. Omnes tamen in ceraſtem figurantur:ſonumq; edunt paruuli ſtridoris. Et ſorbus arbor infeſtatur uermiculis rufis piloſis:atq; ita emoritur. Meſpila quoq; in ſenecta obnoxia ei morbo eſt. Sideratio tota e cælo conſtat. Quapropter & grãdo in iis cauſis intelligi debet:& carbũculatio:qđ pruinaq; iniuria euenit. Hæc enim uerno tempore inuitatis & erumpere audentibus ſatis mollibus inſidens adurit lacteſcentes germinum oculos: qđ in flore carbunculum uocant. Pruinæ perniciоſior natura:quoniam lapſa perſidet:gelatq;:ac ne aura quidem ulla depellitur:quia non fit niſi immoto aere & ſereno. Proprium tamen ſiderationis eſt ſub ortu canis ſiccitatum uapor:cum inſitæ ac nouellæ arbores moriuntur:præcipue ficus & uites. Olea præter uermiculationem: quam æque ac ficus ſentit: Clauum etiam patitur:ſiue fungum placet dici uel patellam. Hæc eſt ſolis exuſtio. Nocere tradit Cato & rubrum muſcum. Nocet plerumque uitibus atque oleis & nimia fertilitas. Scabies communis omnium eſt. Impetigo & quæ adnaſci ſolent cochleæ peculiaria ficorum uitia. Nec ubique. Sũt enim quædam ægritudines & locorum. Verum ut homini neruorum cruciatus:ſic & arbori: ac duobus æque modis. Aut enim in pedes hoc eſt radices erumpit uis morbi: aut

in articulos:hoc eſt cacuminũ digitos:qui lõgiſſime a toto corpore exeũt.Inareſcũt ergo & ſunt apud græ cos ſua nomina utriq; uitio.Vndiq; primo dolor:mox & macies earum partium fragilis poſtremo tabes morbuſq; non intrante ſucco:aut non perueniente:maximeq; id fici ſentiunt.Caprificus omnibus immu nis eſt:quæ adhuc diximus.Scabies gignit roribus lentis poſt uirgilias.Nam ſi rariores fuere perfundunt arborem:nõ ſcalpũt ſcabie.Cæteq; ſi cadũt:ſiue imbres nimii fuere.Alio modo ficus laborat radicibus ma didis.Vitibus p̃ter uermiculationem & ſiderationem morbus peculiaris articulatio tribus de cauſis.Vna ui tempeſtatum germinibus ablatis.Altera ut notauit Theophraſtus in ſupinũ exciſis.Tertia culturæ im peritia leſis.Omnes enim earum iniuriæ in articulis ſentiunt.Siderationis genus eſt in his defloreſcẽtibus roratio.Aut cũ acini priuſq; creſcant:decoquunt in callũ.Aegrotant & cum alſere:læſis uredine attonſarũ oculis.Ex calore hoc euenit intempeſtiuo:quoniam omnia modo conſtant:certoq; temperamento fiunt. Et culpa uinitoq; colentium:cũ præſtringunt ut dictũ eſt.Aut circũfoſſor iniurioſo'ictu uerberauit.Vel ẽt ſubarator imprudens laxauit radices:corpuſue deſquammauit.Eſt & quædam contuſio falcis hebetioris. Vel luxauit

Quibus omnibus cauſis difficilius tolerant frigora aut æſtus:quoniam in'ulcus penetrat omnis a foris in iuria.Infirmiſſima uero malus maximeq; quæ dulcis eſt.Quibuſdam debilitas ſterilitatem nõ necem af fert:ut ſi quis pino cacumen auferat uel palmæ.Sterileſcũt enim nec moriuntur.Aegrotant aliquando & poma ipſa per ſe ſine arbore:ſi neceſſariis temporibus imbres aut tepores uel afflatus defuere:aut contra rio abundauere.Decidunt enim aut deteriora fiunt.Peſſimum eſt inter omnia cum defloreſcentem uitem & oleam percutit imber:quoniam ſimul defluit fructus.Sunt eadem cauſa naſcentes & erucæ dirum ani mal:eroduntq; frondem:aliæ florem.Oliuarum quoq; ut in miletoꝛac depaſtam arborem turpi facie re linquunt.Naſcitur hoc malum tempore humido & lento.Fit aliud ex eodem ſi ſol acrior inſecutus inuſſe rit ipſum uitium:ideoq; mutauerit.Eſt etiamnum peculiare oliuis & uitibus:quod araneum uocant:cũ ueluti telæ inuoluũt fructum & abſumunt.Adurũt & flatus quidam eas maxime:ſed & alios fructus.Nã uermiculationem & poma ipſa per ſe quibuſdam annis ſentiunt:mala:pira:meſpila:punica.In oliua antici piti euentu quando ſubeũt nati fructum adimunt.Augent ſi in ipſo nucleo fuere erodentes eum.Gigni il los prohibent pluuiæ quæ fiũt poſt arturum.Eædem ſi auſtrinæ fuere:generant.In drupis quoq; quæ ma tureſcentes tunc ſunt præcipue caducæ:Id riguis magis euenit:etiam ſi non ceciderint:faſtidiendis.Sũt & culicum genera aliquibus moleſta:ut glandibus fico qui uident ex humore naſci tunc dulci ſubdito corti cibus.Et ægrotatio quidem fere in his eſt.Quædam tempoq; cauſæ aut locorum non proprie dicuntur morbi:quoniam protinus necant:ſicut tabes cum inuaſerit arborem:aut uredo.Vel flatus alicuius regiõis ꝓpriꝰ:ut eſt in apulia atabulus:in euboea olympias.Hic enim ſi flauerit circa brumam:exurit frigore are faciens:ut nullis ſolibus poſtea recreari poſſint.Hoc genere conualles & appoſita fluminibus laborant:p̃ cipueq; uitis:olea ficus.Qđ cum euenerit:detegit ſtatim in germinatione.In oliuis tardius.Sed in omni bus ſignũ eſt reuiuiſcendi:ſi folia amiſere:alioquin quas putes præualuiſſe:moriunt.Nonnũquam inare ſcũt folia:eademq; reuiuiſcũt.Aliæ in ſeptentrionalibus:ut in ponto phrygia frigore aut gelu laborant:ſi poſt brumam continuauere.xl.diebus.Ibi autem & in reliquis partibus:ſi protinus editis fructibus gela tio magna conſecuta eſt:etiam paucis diebus necat.Quæ iniuria hominũ conſtant:ſecũdas habent cauſas. Pix:oleũ:adeps inimica p̃cipue nouellis.Cortice in orbe detracto necant:excepto ſubere:qđ ſic etiam iuua tur:craſſeſcens enim præſtringit & ſtrangulat.Nec adrachne offendit:ſi non ſimul incidat & corpus.Alio qn & ceraſus & tilia & uitis corticem mittũt:ſed non uitalem:nec proximũ corpori:uerum eũ q ſubnaſcen te alio expellit.Quarũdam natura timoſus cortex:ut platanis.Tiliæ renaſcit paulominus q̃ totus.Ergo iis quaq; cicatricem trahit:medent luto fimoq;:& aliquando ꝓſunt:ſi non uehemẽtior frigoq; uel calorum uis ſecuta eſt.Quædam tardius ita moriunt:ut robora & quercus.Refert & tempus anni. Abieti enim & pino ſiqs detraxerit ſole taurum uel geminos tranſeũte cũ germinant ſtatim moriunt.Eandem iniuriam hyeme paſſæ diutius tolerant.Similiter ilex & robur & quercus.Qđ ſi anguſta decorticatio fuerit:nil no cet ſupradictis.Infirmiores qdẽ:& in ſolo gracili uel ab una tantũ ꝑte detractus interimit.Similem & deca cuminatio rationem hẽt cupreſſi:piceæ:cædri.Eæ.n.detracto cacumine aut ignibus aduſto:ĩtereũt.Simi lẽ & depaſtio aĩaliũ.Oleã qdẽ ẽt ſi lãbat capra ſterileſcere auctor ẽ Var.ut diximus.Quædã hac iniuria mo riunt.Aliq; deteriora fiũt:ut amygdalæ:ex dulcibus.n.trãſfigurant in amaras.Aliqua uero ẽt utiliora:ut apud chios pyrus q̃ phocida appellãt.Nã detrũcatio diximus qbus ꝓdeſſet.Intereũt pleraq; exciſa ſtirpe:ex ceptis uite:malo:fico:púica.Quædam uel ab ulcere.Ficus hãc iniuriã ſpernit:& oĩa q̃ reſinã gignũt.Radici bus amputatis mori minime miꝛ eſt.Pleræq; tamẽ nõ oĩbus:ſed maximis:aut q̃ ſũt inter illas uitales: ab ſciſſis moriũt.Necat inuicẽ inter ſeſe umbra.Vel denſitate atq; alimenti rapina.Necat & hedera uinciens. Nec uiſcũ ꝓdeſt:& cytiſus:nec aureo qđ halimõ græci uocant.Quorũdam natura nõ necat qdem:ſed læ dit odore:aut ſucci mixtura:ut rhaphanus & laurus uitem.Olfactrix.n.intelligit:& tangi eã odore miꝛ i modũ.Ideoq; cũ iuxta ſit:auerti & recedere:ſaporemq; inimicũ fugere.Hinc ſumpſit.Androcides medici nã contra ebrietates rhaphanũ mandi p̃cipiens.Odit & caulem & omne olus.Odit & corylũ:niſi ꝓcul ab ſint triſtis atq; ægra.Nitrum quidem & alumen marina aqua calida & fabæ putamina uel erui ultima ue nena ſunt inter uitia arborum.

De prodigiis ex mutatione. CA. XXV.

IEſt & ꝓdigiis locus.Inuenimus.n.ſine foliis natas uitem:ficũ:& malũ púicũ ſtirpe fructũ tuliſ ſe:non palmite aut ramis:uitem uuas ſine foliis:oleas quoq; amiſiſſe folia baccis hærẽtibus.Sũt & miracula fortuita.Nam & oliua in totũ ambuſta reuixit.Et in boetia deroſæ a locuſtis ficus iterum germinauere.Mutant arbores & colorẽ.Fiũtq; ex nigris candidæ:nõ ſemp ꝓdigioſæ:&

maxime quæ ex ſemine naſcuntur: ut populus alba in nigram tranſit. Quidã & ſorbum ſi in calidiora loca uenerit: ſterileſcere putãt. Prodigio autem fiunt ex dulcibus acerba poma: aut dulcia ex acerbis. E caprifico fici & contra. Graui oſtento cũ in deteriora mutanť: ex olea in oleaſtrum: Ex candida uua & fico in nigras: ut laodiceæ Xerſis aduentu platano in oleam mutata. Qualibus oſtentis ariſtandri apud græcos uolumen ſcatet: ne in infinitum habeamus. Apud nos uero. C. Epidii cõmentarii: in qbus arbores locutæ reperianť. Subſedit in cumano arbor graui oſtento: pauloante Pompeii magni bella ciuilia: paucis ramis eminẽtibus. Inuentũ ſybillinis libris internitionem hoium fore: tãtoq; eã maiorẽ quãto ꝓpius ab urbe poſtea facta eſſet. Sũt ꝓdigia & cũ alienis locis naſcunť: ut ĩ capitibus ſtatuaꝝ: uel aris: & cũ ĩ arboribus ipſis alienæ. Ficus in lauro nata eſt cyzici ante obſidionẽ. Simili modo trallibus palma in baſi Cæſaris dictatoris circa bella ciuilia eius. Necnõ & Romæ ĩ capitolio ĩ capite bis bello pſei enata palma uictoriã triũphoſq; portẽdit: ac tẽpeſtatibus ꝓſtrata: eodẽ loco ficus enata ẽ. M. Meſſalæ. C. Caſſii cẽſoꝝ luſtro. A quo tpe pudicitiã ſubuerſam Piſo grauis auctor ꝓdidit. Sup oĩa q̃ unq̃ audita ſunt: ẽt ꝓdigiũ in noſtro æuo Nerõis principis ruina factũ in agro marrucino Vectii Marcelli e primis equeſtris ordinis oliueto uniuerſo uiam publicam trãſgreſſo: aruiſq; inde econtrario in locum oliueti profectis.

De remediis morborum arborum. CA. XXVI.

NVnc expoſitis arboꝝ morbis: cõſentaneũ eſt dicere & remedia. Ex iis q̃dã ſunt cõia oĩum: q̃dã propria quarũdã. Cõia: ablaqueatio: accumulatio: afflari radices: aut cooperiri: riguis dato potu uel ablato fimi ſucco reſectis. Putatione leuatis onere. Item ſucco emiſſo qbuſdã ueluti detractio ſanguinis circũraſi corticis: uitiũ extenuatio: & domitura palmitũ. Gẽmaꝝ (ſi frigus retorriuus hirtaſq; fecerit) repumicatio & q̃dam politura. Arboꝝ iis aliæ magis: aliæ minus gaudent: ueluti cupreſſus: & aquã aſpernať & fimũ: & circũfoſſurã: amputationemq; & oĩa remedia odit. Quinetiam necať. Riguis & uites & punicæ ꝑcipue aluntť. Ficus ipſa arbor riguis aliť. Pomum uero eius inareſcit. Amygdalæ ſi colãť: foſſione florem amittũt. Nec inſitas circũfodere oportet: priuſq; ualidæ ferre cœperint poma. Plurimæ autẽ amputari ſibi uolunt oneroſo: ac ſuperuacua: ſicut nos unguẽ & capillũ. Reciduntur ueteres totæ: ac rurſus a ſtolone aliquo reſurgũt: ſed non oẽs: nec niſi quaꝝ naturam pati diximus. Rigua æſtiuis uaporibus utilia: hyeme inimica: autumno uaria. Et hoc eſt ex natura ſoli quippe cum uindemiator hiſpaniaꝝ ſtagnante ſolo uuas demetat. Cæterum maiore in parte orbis etiam pluuia: aut omni aqua ſeri: & arari non conuenit. Circa canis ortum rigua maxime proſunt: ac ne tunc quidem nimia: quoniam inebriatis radicibus nocẽt. Et ætas modum temperat. Nouellæ enim minus ſitiunt. Deſiderant autem maxime rigari: quæ aſſueuere. Contra ſiccis locis genita non expetunt humorem: niſi neceſſarium. Aſperiora uina rigari utiq; cupiũt. In ſulmonẽſi italiæ agro pago fabiano: ubi & arua rigantur: mirum q; herbæ aqua illa necanť: fruges aluntur: & riguus pro ſarculo eſt. In eodem agro bruma: tanto magis ſi niues ſcateant gelent ue: ne frigus uites adurat: circunfundunt riguis: quod ibi tepidare uocant: memorabili natura in amne ſolo. Sed eædẽ in æſte uix tolerandi rigoris.

De caprificatione & ſtercoratione. CA. XXVII.

CArbunculi ac rubiginum remedia demonſtrabimus uolumine proximo. Interim eſt & caprificatio quædam in remediis. Cum macie corticis ex ægritudine aſtringente ſe: iuſto plus uitalia arborum comprimente exactam falcis aciem utraq; manu imprimentes perpetuis inciſuris deducunt: ac ueluti cutem laxant. Salutare id fuiſſe argumento ſunt dilatatæ cicatrices: & interato corpore expletæ. Magnaq; ex parte ſimilis hominum medicina & arborum eſt: quando earum quoq; terebrantur oſſa. Amygdalæ ex amaris dulces fiunt ſi circũfoſſo ſtipite: & ab ima parte circũforato defluẽs pituita aſtergatur. Et ulmis detrahitur ſuccus ſutilis ſupra terram foratis uſq; ad medullam in ſenecta: aut cum alimento nimio abundare ſentiuntur. Idem & ficorum turgido cortice iciſuris in obliquum leuibus emittitur. Ita fit ne decidant fructus. Pomiferis: quæ germinant: nec ferunt fructum: fiſſa radice inditur lapis: fertileſq; fiunt. Hoc idem & amygdalis e robore cuneo adacto. In pyris: ſorbiſq; e tæda: ac cinere: & terra cooperto etiam radices circuncidiſſe prodeſt. Vitium luxuriantium: ficorumq; & circũciſis cinerẽ addidiſſe. Fici ſerotinæ fiunt: ſi primæ groſſi cum fabæ magnitudinem exceſſere: detrahantur. Subnaſcuntur enim quæ ſerius matureſcunt. Eædem cum frondere incipiunt: ſi cacumina rami cuiuſq; detrahantur: firmiores fertilioreſq; fiunt. Nam caprificatione maturata in ea culices naſci e groſſis manifeſtũ eſt: quoniam cum euolauere non inueniuntur intus grana: quæ in eos uerſa apparet. Exeundi tanta eſt auiditas: ut pleri
Vel apparent
que aut pede relicto aut penna pariter erumpant. Eſt & aliud genus culicum: quos uocant centrinas fucis apum ſimiles ignauia: maliciaq; cum pernicie uerorum & utilium. Interimunt enim illos atq; ipſi moriũtur. Vexant & tineæ ſemina ficorum. Contra quas remedium in eadem ſcrobe defodere italicam lentiſcũ inuerſa parte: quæ fuerit a cacumine. Vberrimas autem ficus rubrica amurca diluta: & cum fimo infuſa radicibus frondere incipientium facit. Caprificorum laudantur maxime nigræ: & in petroſis: quoniam frumenta plurima habeat caprificatio ipſa poſt imbrem. In primis autem cauẽdum: ne ex remediis uitia fiãt. Quod euenit nimia aut intempeſtiua medicina. Interlucatio arboribus ꝓdeſt: ſed omnium annorum trucidatio inutiliſſima. Vitis tantum tonſuram annuam quærit: alternam myrtus: punicæ: oleæ: quia celeriter fruticeſcũt. Cæteraæ rarius tondentur. Nulla autumno. Ac ne raduntur quidem niſi uere putatiõe. Plagæ ad uitalia ſunt oĩa q̃cũq; nõ ſuperuacua. Similis ſtercoratio. Gaudent ea: Sed cauendũ eſt: ne in feruore ſolis admoueať: ne ĩmaturius: ne ualidius q̃ opus ſit. Vrit uineas ſuillũ: niſi qnquennio interpoſito: præterq̃ ſi riguis diluať. Et e coriariorũ ſordibus: niſi admixta aqua. Item largius. Iuſtum exiſtimant in denos pedes quadratos tres modios. Id quidem ſoli natura decernit. Columbino ac ſuillo plagis quoque arborum

medentur. Si mala punica acida naſcantur: ablaqueatis radicibus fimũ ſuillum adhibent: eo anno uinolenta: proximo dulcia futura. Alii urina hominis aqua mixta riganda cenſent quater anno ſingulis amphoris: aut cacumina ſpargi uino laſere diluto. Si findantur in arbore: pediculum intorqueri. Ficis utiq; amurcam adfundi. Cæteris arboribus ægris fecem uini: aut lupinũ circa radices eaꝝ ſeri. Aqua quoq; lupini decocti circũfuſa pomis prodeſt. Fici cum uulcanalibus tonuerit: cadent. Remedium eſt: ut ante ſtipula hordeacea areæ ſtringantur. Cæraſos præcoces facit: cogitq; matureſcere calx admota radicibus. Et hæc ante oĩa poma interuelli melius eſt: ut quæ relicta ſunt grandeſcant.

De diuerſis medicamentis arborum contra uenenata animalia: & contra formicas: & contra noxia animalia. CA. XXVIII.

QVædã pœna emendantur: aut morſu excitant: ut palmæ & lentiſci. Salis. n. aqs aliunt. Salis uim & cinis ſed leniorem habet. Ideo ficis aſpergunt: ruraq; ne fiãt uermioſæ: neue radices putreſcãt. Qui & uitiũ radicibus aq̃ ſalſam iubẽt affũdi: ſi ſint lachrymoſæ. Si uero fructus eaꝝ decidant: cinerẽ aceto aſpgi: ipſaſq; illini: aut ſandaraca ſi putreſcat uua. Si uero ſertiles nõ ſunt: acero acri ſub acto cinere rigari atq; oblini. Qd̃ ſi fructum nõ maturẽt: prius inareſcentẽ: p̃ciſaꝝ ad radices plagã fibraſq; aceto acri & urina uetuſta madefacere: atq; eo luto obruere: ſæpe fodere. Oleaꝝ ſi paꝝ p̃miſcere fructus: nudatas radices hyberno frigori opponũt: eaq; caſtigatione p̃ficiunt. Oĩa hæc annua cæli rõne cõſtant. Et aliquãdo ſerius poſcũtur: aliquando celerius. Necnõ ignis aliqd̃ p̃deſt: ut arũdini: Ambuſta náq; dẽſior mitiorq; ſurgit. Cato & medicamẽta q̃dã cõponit: mẽſuræ quoq; diſtinctione: Ad maioꝝ arboꝝ radices amphorã: ad minoꝝ urnã amurcæ & aquæ portionẽ æquam: ablaqueatis prius radicibus paulatĩ affũdi iubẽs. In olea hoc amplius: ſtramẽtis antea circũpoſitis. Itẽ fico. Huius p̃cipue ueterẽ terrã adaggerari radicibus: ita futuꝝ ut nõ decidãt groſſi: maiorq; fœcũditas: nec ſcabra puẽiat. Simili mõ ne cõuoluolus fiat ĩ uinea: amurcæ cõgios duos decoctos ĩ craſſitudinem mellis: rurſuſq; cũ bituminis tertia parte & ſulphuris quarta ſub diuo coquito: ne excãdeſcat ſub tecto. Hoc uites circa capita ſub brachiis ungi. ita non fore conuoluolũ. Quidã contenti ſunt fumo huius mixturæ ſuffire uineas ſecũdo flatu cõtinuo triduo. Plericq; nõ minus auxilii & alimenti arbitrantur in urina: q̃ Cato in amurca addita mõ aquæ pari portiõe: quoniã per ſe noceat. Alii uolucrẽ appellãt aĩal p̃dẽs pubeſcẽtes uuas. Qd̃ ne accidat: falces cũ ſint exacutæ fibrina pelle detergũt: atq; ita putãt. Aut ſanguine urſino liniri uolũt poſt putationẽ eaſdẽ. Sunt arborum peſtes & formicæ. Has abigũt rubrica: ac pice liquida peruncti ſ caudicibus. Necnon & piſce ſuſpenſo iuxta in unũ locum congregant. Aut lupino trito cũ oleo radices linũt. Multi & talpas amurca necãt. Cõtraq; erucas: & ne mala putreſcant: lacertæ uiridis pelle tangi cacumina iubent. Priuatim autem contra erucas ambiri arbores ſingulas a muliere incitati mẽſis nudis pedibus recincta. Item ne quod animal paſtu malefico decerpat frõdem: fimo boum diluto aſpergi folia: quotiens imber interueniat: quoniam ita abluatur uirus medicaminis: mira quædam excogitãte ſolertia humana. Quippe cum auerti carmine grãdines credãt plericq: cuius uerba inſerere non equidem ſerio auſim: quamquam a Catone prodita. Contra luxata membra inungenda harũdinum fiſſuræ. Idẽ arbores religioſas lucoſq; ſuccidi permiſit ſacrificio prius facto: cuius rei rationem notionemq; eodem uolumine tradit.

Vel decoqui

Vel unguigui

Vel unguenda

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XVIII. PROOEMIVM.

Quod Antiqs Maximũ Studiũ Agriculturæ fuit: & de hortoꝝ ſingulari diligentia. CA. I.

EQVITVR NATVra frugũ: hortorúq;: ac florum. Quæque alia: præter arbores: aut frutices, benigna tellure proueniũt: uel per ſe tantum herbarum ĩmenſa contemplatione: ſi quis æſtimet uarietatẽ: numerum. flores: odoreſq;: coloreſq; & ſuccos: ac uires earum: quas ſalutis: aut uoluptatis hominum gratia gignit. Qua in parte primum omnium patrocinari terræ: & adeſſe coniunctorũ parenti iuuat. Quamquam inter initia operis defenſæ. Quoniam tamen ipſa materia intus accendit: ad reputationem eiuſdem parientis & noxia. Noſtris eam criminibus urgemus: culpamque noſtram illi imputamus. Genuit uenena: ſed quis inuenit illa præter hoiem? Cauere ac refugere alitibus: ferique ſatis eſt. Atque cum in arbores exacuãt: limentque cornua elephanti: & duro ſaxo rhinocerotes: & utroq; apri dẽtiũ ſiccas: ſciãtque ad nocẽdum ſe p̃parare animalia. Quod tamen eorum tæla ſua: excepto homine: uenenis tingit? Nos

& ſagittas unguimus:& ferro ipſi nocentius aliquid damus. Nos & flumina inficimus: & rerum naturæ elementa. Ipſum quoq; quo uiuit: aerem in perniciem uertimus. Neq; eſt ut putemus ignorari ea ab animalibus: quæ quidem quæ præpararent contra ſerpentium dimicationem: quæ poſt plium ad medendū excogitarent indicauimus. Nec ab ullo præter hoſtem: ueneno pugnatur alieno. Fateamur ergo culpam: ne iis quidem: quæ naſcuntur: contenti. Etenim quando plura eoꝝ genera humana manu fiunt. Quid? nō & hoſtes qdam ad uenena naſcunt? Atra hominum ceu ſerpentium lingua uibrat: tabeſque animi: cōtrectata adurit culpantium oſa. Ac diraꝝ alitū modo: tenebris quoq; & ipſaꝝ noctium quiti inuidentiū gemitu: q̄ ſola uox eoꝝ eſt: ut inauſpicatarum aīantium uice: obuii quoq; uetent agere: aut prodeſſe uitæ. Nec ullum aliud abhominati ſpiritus præmium nouere: q̄ odiſſe omnia. Veꝝ & in hoc eadem naturæ maieſtas: tanto plures bonos genuit ac frugi: quando fertilior in iis: quæ iuuāt: alūtq;. Quoꝝ æſtimatione & gaudio: nos quoq; relictis: exuſtioni ſuæ iſtis hoium turbis: pergamus excolere uitam: eoq; conſtantius: quo opere nobis maior: q̄ famæ gratia expetitur. Quippe ſermo circa rura eſt: agreſteſq; uſus. Sed quibus uita: honoſq; apud priſcos maximus fuerit.

Vel ut
Vel æſtuatiōi

Quæ corona primo romæ. CA. II.

ARuoꝝ ſacerdotes Rōulus in primis inſtituit: ſeq; duodecimū fratrē appellauit. Inter illos ab Acca Laurētia nutrice ſua: ſpicea corona: q̄ uitta alba colligaret: in ſacerdotio ei pro religioſiſſimo ingni data. Quæ prima apud romāos fuit corōa: honoſq; is nō niſi uita finit: & exules ēt: captoſq; comitat. Bina tūc iugera po. ro. ſatis erāt: nulliq; maiorē modū attribuit: quos ſeruos pauloante pricipis Nerōis cotēpto: huius ſpatii uiridariis piſcinas iuuat hre maiores: gratūq; ſi nō aliquē & culīas. Nūma iſtituit deos fruge colere: & mola ſalſa ſupplicaī. Atq; (ut auctor ē Hemīa) far torrere: qm̄ toſtū cibo ſalubriꝰ eēt. Id uno mō cōſecutū: ſtatuēdo nō eē puꝝ ad rē diuiná: niſi toſtū. Is & fornacalia iſtituit farris torrēdi ferias: & æque religioſas termīs agroꝝ. Hos. n. deos tūc maxīe nouerāt. Seiāq; a ſerēdo: ſegeſtā a ſegetibus appellabāt: quaꝝ ſimulacra in cyrco uidemus. Tertiā ex his noīare ſub tecto ē religio. Ac ne deguſtabāt qdem nouas fruges: aut uina: anteq̄ ſacerdotes primitias libaſſent.

De iugere: & actu: & legibus circa pecora: & quotiens: & qbus tēporibus fuit ſūma utilitas annonæ: & q agri cultura illuſtres. CA. III.

IVgeꝝ uocabat: qd̄ uno iugo boū in die exarari potuiſſet. Actus in quo boues agerent: cū arat uno īpetu iuſto. Hic erat. cxx. pedū: duplicatuſq; in lōgitudinē: iugeꝝ faciebat. Dona āpliſſima īperatoꝝ ac fortium ciuiū q̄tū quis uno die plurimū circūarauiſſet. Item quartarii farris aut heminæ conferente populo. Cognomina ēt prima inde: Pilūni: q pilum piſtrinis inuenerunt. Piſones a piſendo. Iam Fabioꝝ: Lentinoꝝ: Ciceronū: ut qſqs aliqd optime genus ſereret. Iunioꝝ familiæ bubulcū noīarunt q bubus optime utebat. Quin & in ſacris nihil religioſius confarrationis uinculo erat. Nouæq; nuptæ farreū pferebant. Agrum male colere: cenſorium pbrum iudicabat. Atq; (ut refert Cato) quē uiꝝ bonum colonum dixiſſent: ampliſſime laudaſſe exiſtimabant. Hinc & locupletes dicebant: loci hoc ē agri plenos. Pecūia ipſa a pecore appellabatur. Etiam nūc in tabulis cenſoriis paſcua dicunt oſa: ex qbus populus redditus habet: qa diu hoc ſolum uectigal fuerat. Mulctatio quoq; nō niſi ouiū: boūq; impendio dicebat. Nō omittenda priſcaꝝ legū beneuolentia. Cautū quippe eſt: ne bouem priuſq̄ ouem noīaret: q indiceret mulctā. Ludos boū cā celebrātes: bupetios uocabant. Seruius rex ouiū boūq; effigie prīus æs ſignauit. Frugē qdem aratro q̄ſitā furti nocte parauiſſe: ac ſecuiſſe puberi duodeci tabulis capitale erat: ſuſpēſumq; Cereri necari iubebāt grauius: q̄ homicidio cōuictū. Impubē ptoris arbitratu uerberari: noxāue: duplionē ue decerni. Iā diſtinctio honoſq; ciuitatis ipſius nō aliūde erat. Ruſticæ tribus laudatiſſimæ eoꝝ: q rura haberent. Vrbanæ uero in quas transferri ignominiæ eēt deſidiæ pbro. Itaq; quattuor ſolæ erant ex ptibus urbis: i q̄s hitabāt: ſuburrana: palatina: collia: exqlina. Nūdinis urbē reuiſitabāt: & iō comitia nūdinis haberi non licebat: ne plebs ruſtica auocaret. Quies ſomnuſq; in ſtramētis erat. Gloriā deniq; ipſam a farris honore: adoreā appellabāt. Equidē ēt uerba priſcæ ſignificatiōis admiror. Ita. n. eſt in cōmētariis pōtificū. Augurio canario agēdo dies cōſtituāt: priuſq̄ frumēta uaginis exeāt: & ante q̄ in uaginas pueniat. Ergo iis moribus nō mō ſufficiebāt fruges nulla puīciaꝝ paſcēte italiā: uerūetiam annonæ uilitas incredibilis erat. Mānius Martius ædilis plebis primū frumētū populo in modios aſſibus donauit. Minutius Augurinus: q Sp. Heliū coarguerat: farris p̄ciū in trinis nūdinis ad aſſem redegit: undecimus plebei tribunus: q̄ de cā ſtatua ei extra portā trigeminā a populo ſtipe collata ſtatuta eſt. Trebius ī ædilitate aſſibus populo frumentū p̄ſtitit. Quā ob cām & ei ſtatuæ in capitolio & palatio dicatæ ſūt. Ipſe ſupremo die populi humeris portatus in rogū ē. Veꝝ quo āno mater deū aduecta romā eſt: maiorē ea ætate factā eē: q̄ antecedentibus annis decē tradūt. M. Var. auctor ē: cū. L. Metellus ī triūpho plurimos duxit elephātos: aſſibus ſingulis ferris modios fuiſſe. Item uini congios: ficiq; ſiccæ pondo. xxx. olei pondo. x. carnis pondo. xii. Nec e latifundiis ſingulorꝝ cōtingebat arcētiū uicinos. Quippe ēt lege Stolonis Licini incluſo mō qngētorū iugerū: & ipſo ſua lege dānato: cū ſubſtituta fili perſona amplius poſſideret. luxuriātis iam reipu. fuit iſta menſura. Manii qdem Curii poſt triūphos: īmenſumq; terrarū adiectū īperio: nota concio eſt: pnicioſum intelligi ciuem: cui ſeptem iugera nō eēnt ſatis. Hæc aūt mēſura plebi poſt exactos reges aſſignata eſt. Quæ nā ergo tātæ ubertatis cā erat? ipſorū tūc manibus īpatorū colebant agri (ut fas eſt eredere) gaudente terra uomere laureato: & triūphali aratore. Siue illi eadē cura ſemīa tractabāt: qua bella: eadēq; diligētia arua diſpōebāt: q̄ caſtra: ſiue honeſtis manibus oſa lætius pueniūt: quoniā & curioſius fiūt. Serētē inuenerūt dati honores. Serranū: unde cognomē Arāti q̄ttuor ſua iugera in uaticano: q̄ prata quintia appellant: Cincinato uiator attulit dictaturā: & qdē (ut tradit Norbanus) nudo plenoq; puluere is etiam nū ore. Cui uiator: uela corpus ingt: ut pferam

Vel pauiſſe

Vel augendo

Vel eā ætate

Vel lētu lorum

ſenatus populiq; Ro. mãdata. Tales tum ét uiatores erãt: qbus idipſum nomẽ inditũ eſt: ſubinde ex agris ſenatũ duceſq; acceſentibus. At nũc eadẽ illa uincti pedes: dãnatæ mãus: iſcripti uultus exercẽt. Nõ tamẽ ſurda tellure: q̃ parẽs appellaꝫ: coliq; diciꝫ & ipſa: honore hinc aſſumpto: ut nũc imutata ea: & idigne ferẽte credaꝫ id fieri. Sed nos miramur ergaſtulos; nõ eadẽ emoluméta eſſe: q̃ fuerũt iperatos;. Igiꝫ de cultura agri p̃cipere principale fuit & apud exteros. Siqdẽ & reges fecere Hiero: Philometer: Attalus: Archelaus: & duces Xenophon: & penus ét Mago. Cui qdẽ tantũ honorẽ ſenatus noſter attribuit Carthagine capta: ut cũ regulis africæ bibliothecas donaret: unius eius duodetriginta uolumina cẽſeret in latinã linguã tráſferenda: cũ. M. Cato p̃cepta cõdediſſet: pitiſq; linguæ pũicæ dãdũ negociũ, in quo p̃ceſſit oĩs uir tum clariſſimæ familiæ, D. Syllanus ſapientiæ compoſitiſſimæ: quos ſequeremur prætexuimus in hoc uolumine non ingrate nominando, M. Varronem: qui octogeſimum primũ uitæ annum agens de ea re prodendum putauit.

uel ut nõ iuita ea & idigna ta uel ut nõ iuite ea & idigne credaꝫ

Ratio de agricultura. CA. IIII.

APud Romanos multo ſerior uitium cultura eſſe cœpit. Primoq;: ut neceſſe erat: arua tantũ colure. Quorũ nobis ratio nunc tractabiꝫ nõ uulgari modo: ueꝫ ut adhuc fecimus: & uetuſtis: & poſtea iuentis omni cura pquiſitis: cauſaq; reꝫ & ratiõe ſimul eruta. Dicemus & ſydera: ſyderumq; ipſorũ terreſtria ſigna dabimus idubitata. Quãdoquidem q adhuc ea diligentius tractauere: quibuſuis oratoribus potius: q̃ agricolis ſcripſiſſe poſſunt uideri. Ac primũ omnium oraculis maiore ex parte agemus quæ non in alio uitæ genere plura: certioraue ſunt. Cur enim non uideantur oracula a certiſſimo die: maximeq; ueridico uſu profecta? Principium autem a catone ſumemus.

Laus agricolaꝫ: & quæ obſeruanda in agro parando. CA. V.

EOrtiſſimi uiri & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignunt: minimeq; male cogitãtes. Prædiũ ne cupide emas. In re ruſtica: opi ne parcas. In agro emẽdo: minime. Quod male emptũ eſt ſemp pœnitet. Agrũ paturos ante oĩa intueri oportet aquaꝫ uim: & uicinũ. Singula magnas iterpretatiões habẽt: nec dubias. Cato incõterminis hoc amplius æſtimari iubet: quo pacto uiuãt. In bona eſt inquit regiõe bene nitere. Attilius regulus ille punico bello bis cõſul aiebat: neq; fœcũdiſſimis locis in ſalubrẽ agrũ parãdũ: neq; effœtis ſaluberrimũ. Salubritas loci nõ ſemp incolaꝫ colore detegiꝫ: quoniã aſſueti in peſtilẽtibus durãt. Præterea ſunt q̃dã partibus anni ſalubria. Nihil aũt ſalutare eſt: niſi qd̃ toto anno ſalubre. Malus eſt ager: cũ quo dominus luctaꝫ. Cato iter prima ſpectari iubet: nõ ſolũ ſua uirtute ualeat: qua dictũ eſt poſitiõe. Vt operariorũ copia prope ſit. Oppidumq; ualidũ. Vt nauigioꝫ euectus uel itinerum. Vt bene edificatus: & cultus. In quo falli pleroſq; uideo. Segnitiẽ enim prioris domini: pro emptore eſſe arbitranꝫ. Nihil eſt dãnoſius deſerto agro. Itaq; Cato: De bono domino melius emi: nec temere cõtẽnẽdã alienã diſciplinã: agroq; ut hoĩ: quãuis q̃ſtuoſus ſit: ſi tamẽ & ſumptuoſus: nõ multũ ſupeſſe. Ille in agro q̃ſtuoſiſſimã iudicat uitẽ: nõ fruſtra: quoniã ante oĩa de ipenſæ ratiõe cauit. Proxime hortos irriguos: nec id falſo: ſi ſub oppido ſint. Et prata: quæ antiqui parata dixere. Idẽq; Cato iterrogatus: quis eſſet certiſſimus quæſtus: reſpondit: Si bene paſcat. Qui proximus ſi arat bene: ſumma minimo i hoc ſpectãdo fuit: ut fructus is maxime probaretur: qui q̃ minimo impendio cõſtaturus eſſet. Hoc ex locorũ occaſione: aliter alibi decernitur. Eodemq; pertinet: q̃ agricolam uendacem oportere eſſe dixit. Fundum in adoleſcentia conſerendum ſine contatione: ædificandum non niſi conſito agro. Tunc quoq; contanter: optimumq; eſt (ut uulgo dixere) aliena inſania frui: ſed ita: ut uillarum tutela non ſit oneri. Eum tamen: qui bene habitet ſæpius uentitare in agrum. Frontẽq; domini plus prẽdeſſe q̃ occipitium: non mentiuntur.

uel uel pro uecta

De uillarũ poſitiõe: & præcepta antiquorũ de agro colendo. CA. VI.

MOdus hic probaꝫ ut neq; fundus uillã quærat: neq; uilla fundũ. Nõ ut fecerint: iuxta diuerſum: eadẽ ætate exẽplis. L. Lucullus. Q. Scæuola: cũ uilla ſcæuolæ fundus careret: uilla Luculli agro. Quo in genere cẽſoria caſtigatio erat: minus arare: q̃ uerrere. Nec hoc ſine arte quadã eſt. Nouiſſimus uillã in miſinẽſi poſuit. C. Marius. vii. cõſul: ſed peritia caſtramentãdi: ſicut cõparatus ei in cæteris etiã Sylla fœlix. Quos cæcos fuiſſe: dicere cõuenit. Neq; iuxta paludes ponendã eſſe: neq; aduerſo amne. Quãq̃ Homerus omnino e flumine ſemper ante lucanas auras inſalubres ueriſſime tradit. Spectare in æſtuoſis locis ſeptentrionẽ debet: meridiẽ in frigidis. In temperatis exortũ æquinoctialẽ. Agri ipſius bonitas: qbus argumẽtis idicanda ſit: quãq̃ de terræ optimo genere diſſerentes abunde dixiſſe poſſumus uideri: etiãnũ tamẽ traditas notas ſubſignabimus Catonis maxime uerbis. Ebulum: uel prunus ſilueſtris: uel rubus: bulbus minutus: trifoliũ herba pratẽſis: quercus ſilueſtris pyrus: maluſq; frumentarii ſoli notæ. Item nigra terra & cinerei coloris. Omnis creta coquit: niſi pmacra. Sabulũ etiã: niſi id pertenue eſt: & multo cãpeſtribus magis: q̃ cliuoſis reſpõdent eadẽ. Modum agri in primis ſeruandũ antiqui putauere. Quippe ita cenſebant: Satius eſſe minus ſerere: & melius arare. Qua in ſententia & Virgiliũ fuiſſe uideo. Verũq; confitentibus: latifundia prodidere Italiam. Iam uero & prouicias ſex & ſemiſſem domini africæ poſſidebant: cũ iterfecit eos Nero priceps. Non fraudabo magnitudĩe hac quoq; ſua. Cn. pompeiũ: q nunquam agrũ mercatus eſt conterminũ. Agro empto: domũ uendendã iclementer: atq; non ex utilitate publici ſtatus mago cenſuit. Hoc exordio præcepta pandere ĩgreſſus: ut tamẽ appareat aſſiduitatẽ deſideratã ab eo. Dehinc peritia uillicorũ in cura habenda eſt. Multaq; de iis Cato præcepit. Nobis ſatis ſit dixiſſe: q̃ proximũ domino corde eſſe debere: & tamẽ ſibimetipſi non uideri. Coli rura ergaſtulis: peſſimum eſt: ut quicqd agitur a deſperãtibus. Temerariũ uideaꝫ unã uocẽ antiquoꝫ poſuiſſe: & fortaſſis icredibile pẽitus æſtiment. Nihil minus expedire: q̃ agꝫ optime colere. L. Tarius Ruffus ĩfima nataliũ humilitate: conſulatum militari iduſtria meritus antiquæ alias parſimoniæ circiter mille ſextertiũ liberalitate Diui Auguſti congeſtũ uſq; ad detractionẽ hæredis exhauſit agros in piceno coemendo colendoq;: In gloriã ĩtemitionẽ

uel oĩ e

uel pinus

uel ſiclum

ergo famẽq; cenſemus? Immo Hercule iudico modũ regẽq; oium utiliſſimũ. Bene colere neceſſariũ eſt. Optime dãoſum. Præter q̃ ſobole ſua: colono aut paſcendis. Alioqn domĩo aliquas meſſes colligere non expedit: ſi cõputet ĩpendiũ operæ. Nec temere oliuã: nec quaſdã terra: diligenter colere: ſicut ĩ ſicilia tradũt itaq; decipi aduenas. Quo nã igitur modo utiliſſime colũtur agri? ex oraculo. ſ. malis: bonis. Sed defendi æquũ eſt abauos: q̃ præceptis ſuis ꝓſpexere uitæ. Nam cũ dicerent malis: ĩtelligere uoluere uiliſſimos. Sũmum ꝓuidentiæ illoꝝ fuit: ut q̃ minimũ eſſet ĩpendi. Præcipiebant enĩ iſta: q̃ triumphali denas argenti libras ĩ ſuppellectile crimini dabãt: q̃ mortuo uillico relinquere uictorias: & reuerti in ſua rura poſtulabant: quoꝝ prædia colenda ſuſcipiebat reſpubli. exercituſq; ducebant: ſenatu illis uillicãte. Inde illa reliqua oracula. Nequã agricolã eſſe: quiſqs emeret: quod præſtare ei fundus poſſet. Malũ patrẽfamilias: q̃ſquis interdiu faceret: quod noctu poſſet: niſi tẽpeſtate cæli. Peiorẽ q̃ profeſtis diebus ageret: quod feriatis deberet. Peſſimum: qui ſereno die ſub tecto potius operaretur: q̃ in agro. Nequeo mihi tẽperare: quo minus unum exemplũ antiqtatis afferam. Ex quo ĩtelligi poſſit: apud populũ ẽt de culturis agendi morẽ fuiſſe: qualiter defendi ſoliti ſint illi uiri. C. Furius Creſinus e ſeruitute liberatus: cum in paruo admodũ agello largiores multo fructus ꝓciperet: q̃ ex ampliſſimis uicinitas. In ĩuidia magna erat: ceu fruges alienas pelliceret ueneficiis. Quãobrẽ a Sp. Albino curruli die dicta metuẽs dãnationẽ: cũ in ſuffragiũ tribus oporteret ire: inſtrumẽtum ruſticũ omne in forũ attulit: & adduxit filiam ualidã: atq; (ut ait Piſo) bene curatã: ac ueſtitã: ferramenta egregie facta: graues ligones: uomeres ponderoſos: boues ſaturos. Poſtea dixit: Veneficia mea q̃rites hæc ſunt: nec poſſum uobis oſtẽdere: aut ĩ forũ adducere lucubratiões: uigiliaſq;: & ſudores. Oium ſentẽtiis abſolutus itaq; eſt. Profecto opera: nõ ĩpenſa cultura cõſtat. Et ideo maiores fertiliſſimũ in agro oculũ domini eſſe dixerũt. Reliqua ꝓcepta reddẽtur ſuis locis: quæ ꝓpria ſinguloꝝ geneꝝ erunt. Interim cõia quæ ſuccurrũt nõ omittemus. Et in primis Catõis humaniſſimũ: & utiliſſimũ. Id agendũ: ut diligant uicini. Cauſas reddit ille: quas exiſtimamus nulli eſſe dubias. Inter prima idẽ cauet: ne familiæ malæ ſint. Nihil ſero faciendũ ĩ agricultura oẽs cẽſent. Iterũq; ſuo quæq; tpe faciẽda. Et tertio ꝓcepto ꝓtermiſſa fruſtra reuocari. De terra cariоſa execratio Catõis abũde ĩdicata eſt. Quãq; ꝓdicere nõ ceſſat is. Quicqd paſellũ fieri põt utiliſſime cõſtat. Filix biẽnio moriẽ: ſi frondẽ agere nõ patiaris. Id efficaciſſime cõtingit germinãtis ramis baculo decuſſis. Succus. n. ex ipſa defluẽs necat radices. Aiunt & circa ſolſtitiũ auulſas nõ renaſci: nec harũdine ſectas: aut exaratas uomeri harũdĩe ĩpoſita. Similiter & harundinẽ exarari: filice uomeri ĩpoſita ꝓcipiũt. Iuncoſus ager uerti pala debet. At in ſaxoſo bidẽtibus. Fruteta igni optie tollunt. Humidiorẽ agrũ foſſiõe concidi: atq; ſiccari utiliſſimũ eſt. Foſſas aũt retuſis locis apertas relinq. In ſolutiore terra ſepibus firmari. Imbricibus: ac ſupinis lateribus ꝓcumbere: quaſdã occæcari: & in alias dirigi maiores potentioreſq;: ſi ſit occaſio: filice: uel glarea ſterni. Ora utrinq; lapidibus ſtatuminari: & alio ſuperintegi. Siluæ extirpandæ rationem Democritus prodidit: lupini flore in ſucco cicutæ uno die macerato: ſparſiſq; radicibus.

uel male ſit

uel i reprocibꝫ

De frugum generibus & natura. CA. VII.

ET quoniã ꝓparatus eſt ager: natura nunc ĩdicabit frugũ. Sũt aũt duo pria eaꝝ genera. Fruméta: ut triticũ ordeũ. Et legumina: ut faba & cicer. Differẽtia uero notior: q̃ ut ĩdicari deceat. Frumẽti ipſius totidẽ genera: ꝓ tpa ſatu diuiſa. Hyberna: q̃ circa uergiliaꝝ occaſum terra phyemẽ nutriunt: ut triticũ: far: ordeũ. Aeſtiua: quæ æſtate ante uergiliaꝝ exortũ ſerunt: ut miliũ: panicũ: ſiſama: horminũ: irio Italiæ duntaxat ritu. Alioqn in græcia & aſia oĩa uergiliaꝝ occaſu ſerunt. Quædã aũt utroq; tpe in Italia. Ex his quædã & tertio: ueris ſcilicet. Aliq uerna: miliũ: panicũ: lentẽ: cicer: alicã: appellãt. Semẽtica aũt triticũ: hordeũ: fabã: napum: rapã. Et in tritici genere pars aliqua pabuli eſt quadrupedũ cauſa ſati: ut farrago. Et in leguminibus: ut uitia. At cõmunis quadrupedũ: hoĩumq; uſui lupinus. Legumina oĩa: ſingulas habẽt radices præter fabã: eaſq; ſurculoſas: qa nõ in multa diuidunt. Altiſſimas aũt cicer. Frumenta multis radicant fibris ſine ramis. Erumpit a prio ſatu hordeũ die. vii. Legumina quarto: uel cũ tardiſſime. vii. Faba a. xv. ad. xx. Legumina in ægypto tertio die. Ex hordeo alteꝝ caput grani in radicẽ exit: alteꝝ in herbã: quæ & prior floret. Radicẽ craſſior pars grani fundit: tenuior floré. Cæteris ſeminibus eadẽ pars: & radicẽ & floré. Fruméta hyeme in herba ſunt: uerno tpe faſtigant in ſtipulã: quæ ſunt hyberni generis. At miliũ & panicũ in culmẽ geniculatũ & cõcauũ. Siſama uero in ferulaceũ. Oĩum ſatoꝝ fructus aut ſpicis cõtinetur: ut tritici ordei: muniturq; uallo ariſtaꝝ quadrũplici: aut ĩcludit ſiliquis: ut leguminũ: aut uaſculis: ut ſiſamæ: ac papaueris. Miliũ ac panicũ tantũ pro ĩdiuiſo & paruis auibus expoſita ſunt: ĩdefenſa qppe mẽbranis cõtinent. pãnicũ a pãniculis dictũ: cacumine lãguido nutãte: paulatim extenuato culmo: pene in ſurculũ: ꝑdenſis aceruato granis: cũ lõgiſſime pedali obſimili comæ granũ cõplexæ: quæ fimbriato capillo curuat. Sunt & pãnico genera. Mãmoſo: epanno: paruis racemato pãiculis: & cacumine gemino. Quin & colore diſtinguit: cãdido: nigro: ruffo: etiã purpureo. Panis multifarie & e milio fit: e panico rarius. Sed nullũ fruméto põderoſius: aut qđ coquẽdo magis creſcat. Lx. enĩ põdo panis e modio reducũt: modiumq; pultis ex tribus ſextariis madidis. Miliũ ĩtra hos. x. annos ex ĩdia in Italiã inuectum eſt: nigrũ colore: amplũ grano: harundineũ culmo. Adoleſcit ad pedes altitudie ſeptẽ: ꝑgrãdibus culmis. Lobas uocãt: oĩum frugũ fertiliſſimũ. Ex uno grano terni ſextarii gignunt. Seri debet in hũidis. Fruméta quædã: in genu tertio ſpicã ĩcipiũt cõcipere: Quædã in q̃rto: ſed etiãũ occultã. Genicula aũt ſunt tritico q̃terna. Farriſena. Hordeo octona. Sed nõ ante ſupradictũ gẽiculoꝝ numeꝝ cõceptus eſt ſpicæ. Qui ut ſpẽ ſui fecerit: q̃ttuor: aut qnq; tardiſſime diebus florere ĩcipiũt. Totidẽq; aut paulo pluribus defloreſcũt. Hordea uero cũ tardiſſime. vii. Varro quater nouenis diebus fruges abſolui tradit: & mẽſe nono meti. Fabæ in folia exeunt: ac deĩde caulẽ emittũt: nullis diſtinctũ ĩternodiis. Reliqua legumĩa ſurculoſa ſunt. Ex iis ramoſa cicer: eruum: lens. Quorundã caules ſpargunt in terrã: ſi nõ habeant adminiculum: ut piſoꝝ. Quod ſi nõ habuere deteriora fiunt.

Leguminũ unicaulis faba ſola. Vnus & lupinis. Cæteris ramoſus prætenui ſurculo. Omnibus uero fiſtu/loſus. Foliũ quædã a radice mittunt: quædã a cacumine. Frumentũ uero: & hordeũ uitiaq; & quicqd ĩ ſti/pula eſt: in cacumĩe unũ foliũ habet. Sed hordeo ſcabra ſunt: cæteris læuia. Multiplicia cõtra fabæ: ciceri: piſo. Frumẽtis foliũ harundinaceũ. Fabæ rotundũ: & magnæ leguminũ parti. Lõgiora eruiliæ: & piſo. Faſio/lis uenoſa. Siſamæ & irioni ſanguinea. Cadũt folia lupino tantũ: & papaueri. Legumĩa diutius florent: & ex iis eruũ ac cicer: Sed diutiſſime faba. xl. diebus. Nõ aũt ſingulis ſcapi tãdiu: quoniã alio deſinẽte: alius icipit. Nec tota ſeges ſicut frumẽti pariter. Siliquant uero oĩa diuerſis diebus: & ab ima primũ parte paulatim flo re ſubeũte. Frumẽta: cũ defloruere: craſſeſcũt: maturãturq; cũ plurimũ diebus. xl. pficiunt. Itẽ faba: pauciſ/ſimis cicer. Id enim a ſemẽte diebus. xl. perficit. Miliũ: & panicũ: & ſiſama: & oĩa æſtiua. xl. diebus maturan tur a flore. Magna terrã: cæliq; differẽtia. In ægypto. n. hordeũ ſexto a ſatu mẽſe: Frumẽta. vii. metunt. In hellade hordeũ. In pellopõneſo. viii. & frumẽta etiãnũ tardius. Grana in ſtipula crinito textu ſpicant. In fa/ba leguminibuſq; alternis lateribus ſiliquant. Fortiora hyeme frumẽta: legumĩa in cibo. Tunice frumẽto plures. Hordeũ maxime nudũ: & arinca: ſed præcipue auena. Caláus altior frumẽto q̃ hordeo: Ariſta mor dacior hordeo. in area exterunt triticũ: & ſiligo: & hordeũ. Sic & ſerunt pura: qualiter molluntur: qa toſta nõ ſunt. E diuerſo far: miliũ: panicũ purgari: niſi toſta nõ poſſunt. Itaq; hæc cũ ſuis folliculis ſerunt cruda. Et far in uaginulis ſuis ſeruãt ad ſatus: atq; nõ torrent. Leuiſſimũ ex iis hordeũ: raro excedit: xv. libras: & fa ba. xxii. Põderoſius far: magiſq; etiãnum triticũ. Far in ægypto olyra cõficitur. Tertiũ genus ſpicæ hoc ibi eſt. Galliæ quoq; ſuum genus farris dedere: qđ illic brãce uocãt: apud nos ſandalã nitidiſſimi grani. Et alia differẽtia eſt: q; fere quaternis libris plus reddit panis: q̃ far aliud. Populũ Ro. farre tantũ e frumẽto. ccc. an/nis uſum Verrius tradidit. Tritici genera plura quæ fecere gẽtes. italico nullũ equidẽ cõparauerim cãdore: ac põdere: quo maxime decernit. Mõtanis modo cõparetur italiæ agris externũ. in quo prĩcipatum tenuit boœtia: deĩde ſicilia: mox africa. Tertiũ põdus erat thracio ſyrioq;: deĩde ægyptio: athletaq; cũ decreto: quo rũ capacitas iumẽtis ſimilis: quẽ dixius ordiné fecerat. Græcia & põticũ laudauit: qđ in italiã nõ puenit. Ex omni eodẽ genere grani p̃tulit oreũtiũ: & tragũ dignes: & ſelinuntiũ argumẽto craſſiſſimi calami. itaq; pin gui ſolo hæc genera aſſignabat. Leuiſſimũ & maxie mane: ſeu tenuiſſimi calami in hũidis ſeri iubebat: quo niã multo egeret alimẽto. Hæ fuere ſniæ Alex. magno regnãte: cũ clariſſima fuit græcia atq; in toto terraq; orbe potẽtiſſima: ita tamẽ: ut ante mortẽ eius annis fere centũ quadragintaquinq; Sophocles poeta in fabu la Triptolemo frumentum italicum ante cuncta laudauerit: ad uerbum tranſlata ſententia.

uel tra/ conciõ & tragũ & ſelior minum

Et fortunatam Italiam frumento caneſcere candido.

Quæ laus peculiaris hodie italico eſt. Quo magis admiror poſteros græcoq; nullã mentionẽ huius feciſſe frumenti. Núc ex iis generibus: quæ Romã iuehunt leuiſſimũ eſt gallicũ: atq; e cherõneſo aduectũ: quippe nõ excedũt in modiũ uicenas libras: ſi quis granũ ipſum põderet. Adiicit ſardiũ ſex libras: alexãdrinũ & tri/entes. Hoc eſt & ſiculi põdus. Boeticũ totam libram addit: africũ & dodrãtes. In trãſpadana Italia ſcio uicenas quinas libras farris modios pẽdere. Circa cluſium & ſenas. Lex naturæ certa eſt in quocunq; genere: pane militari: tertia portio ad grani põdus accedat. Sicut optimũ eſſe frumentũ: qđ ĩpactũ congiũ aq̃ capiat. Qui buſdã generibus p ſe põdus: ſicut balearico: modio tritici: panis pondo. xxx. reddit. Quibuſdã in pmixtis: ut cyprio: & Alexãdrino. xx. prope libras nõ excedẽtibus. Cypriũ fuſcum eſt: panẽ nigrũ facit. itaq; miſcet alexandrinũ candidũ redduntq;. xxv. põdo. Thebaicũ libras adiicit. Marina aqua ſubigi: qđ pleriq; mariti/mis in locis faciunt occaſiõe lucrãdi ſalis: uiliſſimũ. Nõ alia de cauſa oportuniora morbis corpora exiſtunt. Galliæ & hiſpaniæ frumẽto in potũ reſoluto: q̃bus diximus generibus: ſpuma ita cõcreta pro fermẽto utũ/tur: Qua de cauſa leuior illis: q̃ cæteris panis eſt. Differẽtia eſt & calami. Craſſior q̃ppe melioris eſt generis. Plurimis tunicis thraciũ triticũ ueſtitur ob nimia frigora illi plagæ exquiſitũ. Eadẽ cauſa & trimeſtria iue/nit detinẽtibus terras niuibus: qđ tertio fere ſatum mẽſe: ut in reliquo orbe metit. Totis hoc alpibus notũ: & hyemalibus ꝓuintiis. Nullũ hoc frumẽto lætius. Vnicalamũ p̃terea: nec uſq; capax: ſeritur q; nõ niſi tẽui terra. Eſt & bimeſtre circa thracium ſinum: qđ. xl. die quo ſatũ eſt matureſcit: mirũq; nulli frumento plus eſſe ponderis: & furfuribus carere. Vtitur eo & ſicilia: & achaia: mõtoſis utraq; partibus. Euboea quoq; cir ca cariſtum. In tãtum fallitur Columella: q ne trimeſtris qdem propriũ genus exiſtimauerit eſſe: cũ ſit anti quiſſimũ. Græci trimenõ uocant. Tradunt in bactris grana tantæ magnitudinis fieri: ut ſingula ſpicas no/ſtras æquent. Primũ ex omnibus frumẽtis ſeritur hordeũ. Dabimus & dies ferendi cuiq; generi natura ſin gulos; expoſita. Hordeum indis ſatiuum & ſilueſtre: ex quo panis apud eos præcipuus. Italici quidẽ maxi me oriza gaudent: ex qua ptiſanã conficiunt: quã relinqui mortales ex hordeo. Orizæ qdem folia carnoſa: porro ſimilia: ſed latiora: Altitudo cubitalis: flos purpureus: radix gẽmeæ rotunditatis. Antiquiſſimũ in ci bis hordeũ: ſicut athenienſiũ ritu: Menandro auctore apparet: & gladiatoꝝ cognomine: qui hordearii uo/cabantur. Polentam quoq; græci nõ aliunde præferunt. Pluribus fit hæc modis. Græci perfuſum aqua hor deum ſiccant nocte una: ac poſtero die frigunt: deinde mollis frangunt. Sunt qui uehemẽtius toſtum rur/ſus exigua aqua aſpergãt: ſiccentq; priuſquã molant. Alii uero uirẽtibus ſpicis: decuſſum hordeum recens purgãt: madidumq; in pila tundunt: atq; in corbibus eluunt: ac ſiccatum ſole: rurſus tundunt: & purgatũ molunt: Quocunq; autẽ genere præparato: uicenis hordei libris: ternas ſeminis lini: & coriãdri: ſelibras: ſa liſq; acetabulo: torrentes ante oĩa miſcent in mola. Qui diutius uolunt ſeruare: cũ polline: ac furfuribus ſu is cõdunt nouis fictilibus. Italia ſine perfuſione toſtum in ſubtilẽ formã molit: iiſdem additis: atq; etiã mi/lio. Pane ex hordeo antiquis uſitatum uita dãnauit: quadrupedũq; tradidit refectibus. Ptiſanæ ĩde uſus ua lidiſſimus: ſaluberrimuſq; tantopere probat. Vnum laudibus eius uolumen dicauit Hippocrates clariſſi/mus medicinæ ſcientiæ. Ptiſanæ bonitas præcipua uticẽſi. In ægypto uero ea eſt: quæ fit ex hordeo cui ſunt

uel gra/num he minæ

bini anguli. In boœtia & africa genus: ex quo fiat hordei: glabrum appellat Turranius. Idem olyram & oryzam eandem esse existimat. Ptisanæ cõficiendæ uulgata ratio est. Simili modo ex tritici semine tragũ fit in cãpania tãtũ & ægypto. Amylũ uero ex omni tritico ac siligine. Sed optimũ ex trimestri. Inuẽtio eius chio ĩsulæ debet: & hodie laudatissimũ inde est: appellatũ ab eo q̃ sine mola fiat. Proximũ trimestri: qđ est mini me põderoso tritico. Madescit dulci aqua in ligneis uasis: ita ut integat: q̃nquies in die mutata. Melius si & in nocte: ita ut misceat pariter: emolitũ priusq̃ q̃ acescat. Linteoq̃ aut sportis siccatũ: tegulæ ĩfunditur illitæ fermẽto: atq̃ ita in sole densat. Post chium maxime laudat creticũ: mox ægyptiũ. Probat aũt leuitate: & læuore: atq̃ ut recens sit. Iam & Catõis dictu. Apud nos hordei farina ad medẽdũ utunt. Mirumq̃ in usu lumẽtoq̃: ignibus durato: ac postea emollito: offisq̃ humana manu dimissis in aluũ maiores uires torosq̃ corporis fieri. Spicæ quæ dã binos ordines habẽt: q̃dã plures usq̃ ad senos. Grano ipsi aliquot differẽtiæ: lõgius: leuiusq̃: aut breuius: aut rotundius: cãdidius: nigrius: uel cui purpura est. Vltimo ad polẽtã cõtra tempestates cãdido maxia ĩfirmitas. Hordeum frugũ oium mollissimum est: seri nõ ualet: nisi in sicca & soluta terra: ac nisi læta palea: ex optimis. Stramento uero eius nullũ cõparatur. Hordeũ ex omni frumento minime calamitosum: qa tollitur antequã triticum occupet rubigo. Itaq̃ sapientes agricolæ triticũ cibariis tantum serunt. Hordeum sarculo seri dicunt: ꝓpterea celerrime reddit: fertilissimumq̃. Quod in hispania: & Carthagine Aprili mense collectũ est: hoc seritur eodẽ mense in celtiberia: eodemq̃ anno bis nascitur. Rapitur omne a prima statim maturitate: festinãtius q̃ cætera. Fragili. n. stipula: & tenuissima palea granũ continetur. Meliorem etiam polentam fieri tradunt: si non exacta maturitate tollatur.

Non oĩa fruméti genera ubiq̃ nasci: & de reliquis in oriente generibus. CA. VIII.

FRumenti genera nõ eadẽ ubiq̃: neq̃ ubi eadem sunt iisdem noĩbus. Vulgatissima: far: qđ adoreũ ueteres appellauere: siligo: triticum. Hæc plurimis terris cõmunia. Arinca galliæ propria: copiosa & italiæ est. In ægypto autem: ac syria: ciliciaq̃: & asia: ac græciæ parte: peculiares zea: olyra: typhe. Aegyptus similaginẽ cõficit e tritico suo nequaq̃ italicæ parem. Qui zea utuntur: non habẽt far. Est & hæc italiæ: in campania maxime: semẽq̃ appellatur. Hoc debet nomẽ res præclara ut mox docebimus. Propter quã Homerus ζειὰ ωροσ̃ αροῦρα dixit. Non ut arbitrant aliq̃: quoniã uitã dõaret. Amylum quoq̃ ex ea fit: priore crassius. Hæc sola differẽtia est. Ex omni genere durissimũ far: & cõtra hyemes firmissimũ. Patit frigidissimos locos: & minus subactos: uel æstuosos: sitientesq̃: primus antiqs latio cibus magno argumẽto in adoreæ donis: sicuti diximus. Pulte aũt nõ pane lõgo tpe uixisse Romãos manifestũ. Quoniã ide & pulmẽtaria hodieq̃ dicũt. Et Ennius antiqssimus uates obsidiõis famẽ describẽs offam eripuisse plorãtibus liberis patres cõmemorat. Et hodie sacra prisca: atq̃ nataliũ pulte fritilla cõficiunt: uideturq̃ tam puls ignota græciæ fuisse: q̃ italiæ polenta. Tritici semine auidius nullũ est: nec quo plus alimẽti trahat. Siliginẽ dixerim ꝓprie tritici delicias: cãdor est: & sine uirtute: & sine põdere: cõueniẽs humidis tractibus: quales italiæ sunt: & galliæ comatæ. Sed & transalpes in allobrogũ tantũ aruenorũq̃ agro pertinax. In cæteris ibi ptibus biẽnio: in triticũ transit. Remediũ: ut grauissima quæq̃ grana eius serantur.

uel habet

De pistoriis: & molitura: & farina. CA. IX.

SIligine lautissimus panis: pistrinarumq̃ opera laudatissima. Præcellit in italia: si campana pisis natæ misceatur. Rufior illa: at pisana candidior: ponderosior uero cretacea. Iustum est e grano campanæ: quã uocant castratã: e modio redire sextarios quattuor siliginis. Vel e gregali sine castratura: sextarios quinq̃. Præterea floris semodiũ. Et cibarii: quod secundariũ uocãt: sextarios quattuor. Furfuris sextarios totidẽ. E pisana aũt siliginis sextarios quinq̃. Cætera paria sunt. Clusina arentinaq̃ etiãnum sextarios siliginis assumũt: in reliquis pares. Si uero pollinẽ facere libeat. xvi. pondo panis redeunt. Et cibarii tria. Furfurũ semodiũ. Molæ discrimine hoc cõstat. Nam quæ sicca molunt: plus farĩæ reddũt. Quæ salsa aqua sparsa: cãdidiorẽ medullã: ueꝛ plus retinẽt in furfure. Farinã a farre dictã noie ipo apparet Siligineæ farinæ modius gallicæ. xxii. libras panis reddit. Italicæ duabus: tribus ue amplius: in artoptitio pane. Nam furnaceis binas adiiciunt libras: in quocunq̃ genere.

uel ad sciunt

De similagine & siligine: & de aliis generibus: & de pistura. CA. X.

SImilago ex tritico fit laudatissima. Ex africo iustum ẽ e modiis redire semodios: & pollinis sextarios quinq̃. Ita enim appellant in tritico: quod floꝛẽ in siligine. Hoc ærariæ officinæ chartariæq̃ utuntur. Præterea secundarii sextarios quattuor: Furfurũq̃ tantundem. Panes uero e modio similaginis. cxxii. E floris modio. cxvii. Preciũ huic ãnona media in modio farinæ. xl. asses. Similagini castratæ octonis assibus amplius. Siliginicastratæ duplum. Est & alia distictio. Similago. l. pollin autẽ. xvii. pondo panis reddere uisa tritici. xxx. cum triente: & secundarii panis quinas selibras: totidem cibarii: & furfurum sextarios sex. Siligo nunq̃ matureſcit pariter: nec ulla segetum minus dilationẽ patit propter teneritatẽ. Lisq̃ quæ maturuere protinus granum dimittentibus: sed minus q̃ cætera frumenta in stipula periclitatur: quoniã semper rectam habet spicam: nec rorem cõtinet: qui rubiginẽ faciat. Ex arinca dulcissimus panis: ipsa spissior: q̃ far: & maior: spica eadem: & ponderosior. Raro modius grani non. xvi. libras implet. Exteritur in græcia difficulter. ob id iumentis dari ab Homero dicta. Hæc enim est: quam uocat olyram. Eadem in ægypto facilis: fertilisq̃. far sine arista est. Item siligo excepta ea: quæ laconica appellatur. Adiiciuntur iis genera: bromos: siligo exceptitia: & tragos: externa omnia: ab oriente inuecta: orizæ similia. Tiphe & ipsa eiusdem generis: ex qua fit in nostro orbe oriza. Apud græcos est & ἄηθα Traduntq̃ eã ac triphen: cum sint degeneres: redire ad frumentũ: si pistæ serantur: nec protinus: sed tertio anno. Tritico nihil est fertilius. Hoc enim natura ei tribuit: quoniam eo maxime alat hominem. Vtpote cum e modio si sit aptum solum: quale in bizantio africæ campo: centeni quinquageni modii reddantur. Misit ex eo loco

uel pollinem

Diuo augusto procurator eius ex uno grano uix credibile dictu quadringenta paucis minus germina. Extantq; de ea re epistolæ. Misit & Neroni similiter. cccxl. stipulas ex uno grano. Cum centesimo quidem & leontini siciliæ campi fundunt. Aliiq; & toto betica: & in primis ægyptus. Fertilissima tritici genera: ramosum: aut quod centigranum uocant. Inuentus est iam & scapus unus centum fabis onustus: Aestiua frumenta diximus sisamam: milium: panicum. Sisama ab indis uenit: ex ea & oleum conficiunt. Color eius candidus: Huic simile est in asia græciaq; erisimum: idemq; erat: nisi pinguius esset: quod apud nos uocant irionem: medicaminibus annumerãdum potiusquã frugibus. Eiusdem naturæ & horminum a græcis dictũ: fil. cymino simile: seriturq; cum sisama hoc & irione. Nullum animal uescitur uirentibus. Pistura non omnium facilis. Quippe & hetruria spicam farris tostipisente pilo præferrato: fistula serrata: & stella intus denticulata: ut nisi intenti pisant: concidantur grana: ferroq; frangãtur. Maior pars italiæ ruido utitur pilo: rotis etiam: quas aqua uerset obiter: & molat. De ipsa ratione pisendi Magonis proponetur sententia. Triticũ ante perfundi aqua multa iubet: postea euelli. deinde sole siccatum: pila repeti. Simili modo hordeum. Huius sextarios. xx. spargi duobus sextariis aquæ. Lentem torrere prius: deinde cũ furfuribus leuiter pisi. Aut addito in sextarios. xx. lateris crudi frusto: & harenæ semodio. Eruiliam iisdem modis quibus lentem. Sisamam in calida maceratam exporrigi. Deinde confricari: frigidæ immergi: ut paleæ fluctuẽt: iterumq; exporrigi in sole super lintea. Quod nisi festinato peragatur: lurido colore mucescere. Et ipsa autẽ quæ eualuantur: uariam pisturarum rationem habent. Acus uocatur: cum per se pisitur. Spica tãtum aurificum ad usus. Si uero in area teritur: cum stipula: palea: ut maiore in terrarum parte: ad pabula iumentorum. Milii & panici: & sisamæ: appludam uocant purgamenta: alibi aliis nominibus. Milio campãia gaudet præcipue: pultemq; candidam ex eo facit. Fit & panis prædulcis. Sarmatarum quoq; gentes hac maxime pulte aluntur: & cruda etiam farina equino lacte: uel sanguine e cruris uenis admixto. Aethiopes non aliam frugem quam milii hordeiq; nouere. Panico & galliæ quædam præcipue aquitania utitur. Sed circumpadana italia addita faba: sine qua nihil conficiunt. Ponticæ gentes nullum panico præferunt cibum. Cætero æstiua frumenta riguis magis etiam quã imbribus gaudent. Milium & panicum aquis minime: cum in folia exeunt. Vetant ea inter uites: arboresq; frugiferas seri: terram emacrari hoc satu existimantes.

De fermentis: & panis faciendi ratione: & genera: & quando primum pistores Romæ: & de cribris: & alica. CA. XI.

Milii præcipuus ad fermenta usus e musto subacti in annuum tempus. Simile fit ex tritici ipsius furfuribus minutis & optimis: e musto albo triduo maturato subactis: ac sole siccatis. Inde pastillos in pane faciendo dilutos: cum similagine seminis ferue faciunt: atq; ita farinæ miscent: sic optimũ panẽ fieri arbitrantes. Græci in binos semodios farinæ satis esse besses fermenti constituere. Et hæc quidẽ genera uindemiis tantum fiunt. Quo libeat uero tẽpore ex aqua hordeoq; bilibres offæ feruenti foco: uel fictili patina torrentur cinere: & carbone: usq; dum rubeant. Postea operiũtur in uasis donec acescant: hinc fermentũ diluitur. Cum fieret autem panis hordeaceus eruiliæ: aut cicerulæ farinæ ip uel eruifæ admixtione fermentabantur. Iustumq; erat duæ libræ in quinq; semodios. Nunc fermentum fit ex ipsa uel cicerfarina: quæ subigitur: prius q̃ addatur sal: ad pultis modũ decocta: & relicta donec acescat. Vulgo uero nec culæsufferuere faciunt: sed tantũ pridie asseruata materia utunt. Palãq; natura est acore fermentari: sicut & ualidiora esse corpora: quæ fermẽtato pane aluntur. Quippe cũ apud ueteres põderosissimo cuiq; præcipua tritico salubritas perhibita sit. Panis ipsius uaria genera prosequi superuacuũ uidet. Alias ab obsoniis appellari: ut ostrearii. Alias a delitiis ut artolagani: Alias a festinatione ut spensici. Necnon a coquẽdi ratione ut furuel artonacei: uel artoptesii: aut in clibanis cocti: non pridem etiam e parthis aduecto: quem alii aquaticum uocant: pticii quoniam aqua trahitur a tenui: & spongiosa inanitate: alii parthicum. Summa laus siliginis bõitate: & cribri tenuitate constat. Quidam ex ouis: aut lacte subigũt. Butyro uero gentes etiam pacatæ ad operis pistorii genera transeunte cura. Durat sua piceno in panis inuentione gratia: ex alicæ materia: cum nouẽ diebus macerata: decimo ad speciem tracta: & subacta uuæ passæ succo est. Ibi postea in furnis ollis idita: quæ rumpantur ibi torrent. Neq; est ex eo cibus nisi madefacto: quod fit lacte maxime mulso. Pistores romæ nõ fuerunt ad persicum usq; bellum: annis ab urbe condita super quingẽtos octoginta. Ipsi panes faciebant quirites: mulierumq; id opus erat: sicut etiam nunc in plurimis gentium. Artopten iam plautus appellat in fabuuel artola: quam aululariam scripsit. Magna ob id concertatione eruditorum: an is uersus poetæ sit illius: certumq; ptam sit Attei Capitonis sententia. Tostum panem lautioribus coquere solitos: pistoresq; tantum eos: qui far pisebant: nominatos. Nec cocos uero habebant in seruitiis: eosq; ex macello conducebant Cribrorum genera galliæ setis equorum inuenere: hispaniæ limo excussiora & pollinaria: ægyptus e papyro atq; iunco. Sed inter hæc dicatur prima & alicæ ratio: præstantissimæ saluberrimæq;: quæ palma frugum indubitãter italiam contingit. Fit sine dubio & in ægypto: sed admodũ spernenda. In Italia uero pluribus locis: sicut uero nensi pisanoq; agro. In campania tamen laudatissimus campus est: montibus subiacet nimbosis totis quidem. xl. millia pass. planicie. Gratia terræ eius (ut protinus soli natura dicatur) puluerea summa: inferior bibula: & pumicis fistulans uice. Montium quoq; culpa in bonũ cedit. Crebros. n. imbres percolat: atq; transmittit: nec dilui: aut madere uoluit propter facilitatem culturæ. Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit: sed temperat: & concoquens intra se uice fusi continet. Seritur toto anno: panico semel: bis farre. Et tamen uere: segetes quæ interquieuere: fundunt rosam: odoratiorem satiua: adeo terra non cessat parere. Vnde uulgo dictum: plus apud campanos unguenti: q̃ apud cæteros olei fieri. Quantum autem uniuersas terras campus circũcampanus antecedit: tantum ipsum pars eius: quæ laboriæ uocãtur: quem phlegræum græci appellant. Finiuntur laboriæ uia ab utroq; latere consulari: quæ a puteolis: & quæ a cumis

capuam ducit. Alica fit e zea: quam ſemen appellauimus. Tunditur granum eius in pila lignea. Nam lapidis duricia conteritur. Nobilius: ut notū eſt: pilo uinctorū penali opera. Primori ineſt pyxis ferrea: excuſis inde tunicis. Itęq; iiſdem armamētis nudata concidit medulla. Ita fiunt alicæ tria genera: minimū: ac ſecundarium: grādiſſimū uero apherema appellant. Nondū habent candoré ſuum: quo præcellunt. Iam tamen alexandrinæ præferunt. Poſtea mixę dictu: admiſcet creta: quæ tranſit in corpus: coloréq; & teneritaté affert. Inuenit hæc inter puteolos & neapolí: in colle leucogeo appellato. Extatq; Diui Auguſti decretū: quo anno ad uicena milia neapolitāis pro eo nūc rari iuſſit e fiſco ſuo: coloniā deducēs capuā. Adiecitq; cauſam afferēdi: quoniā negaſſent cāpani alicā cōfici ſine eo metallo poſſe. In eodē reperit & ſulphur. Emicātq; fontes oraxi oculoręq; claritati: & uulneręq; medicinæ: dentiūq; firmitati. Alica adulterina fit maxīe e zea: q̄ in africa degenerat: Latiores eius ſpicæ: nigrioreſq;: & breui ſtipula. piſunt cū harena: & ſic quoq; difficulter cōterunt utriculos: fitq; dimidia modii mēſura. Poſteaq; gypſi pars q̄rta inſpergit: atq; ut cohæſerit: farinario cribro ſubcernūt. Quæ in eo remāſit: exceptitia appellat: & grādiſſima eſt. Rurſus q̄ trāſit: arctiore cernit: & ſecūdaria uocat. Item cribraria: q̄ ſimili modo in tertio remāſit cribro anguſtiſſimo: & tātū haréas trāſmittēte. Alia ratio ubiq; adulterādi. Ex tritico cādidiſſima atq; grādiſſima eligūt grana: & ſemicocta in olis: poſtea arefaciunt ſole ad initium: rurſuſq; leuiter aſperſa molis frangunt. Ex zea pulchrius quā ex tritico fit granum: quāuis id alicæ uitium ſit. Candorem autem ei pro creta: lactis incocti mixtura confert.

uel dentes

De leguminibus. CA. XII.

SEquitur natura leguminū: iter quæ: maximus honos fabæ. Quippe ex qua tentatus ſit ēt pāis. Lomētū appellat farina ea: aggrauaturq; pōdus illa & omni legumīe. Iam uero & papulo uenalis. Fabæ multiplex uſus: oīum quadrupedū generi p̄cipue hoī. Frumēto ēt miſcet apud pleraſq; gētes: & maxīe panico: ſolida: ac delicatius fracta. Quin & priſco ritu fabacia ſuæ religiōis diis in ſacro eſt: p̄ualēs pulmētarii cibo: & hebetare ſenſus exiſtimata: ſomnia quoq; facere. Ob hoc pythagorica ſnia dānata. Vel (ut alii tradidere) quoniā mortuoręq; aīæ ſunt ī ea. Quā de cauſa parētādo utiq; aſſumit. Varro & ob hæc flaminē ea nō ueſci tradit: quoniā & in flore eius litteræ lugubres repiant. In eadē peculiaris religio. Nāq; fabā utiq; e frugibus referre mos eſt: auſpicii cā: q̄ ideo referina appellat. Et auctionibus eā adhiberi lucroſum putāt. Sola certa frugū ēt exeſa replet creſcēte luna. Aqua marina alia ue ſalſa nō percoquit. Serit ante uergiliaręq; occaſum leguminū prīa: ut antecedat hyemē. Virgilius p̄ uer eā ſeri iubet circūpadanæ italiæ ritu. Sed maior pars malūt fabalia maturæ ſatiōis: q̄ trimeſtrē fructū eius. Nāq; ſiliquæ: cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Aquas in flore maxime cōcupiſcit: cū uero defloruit: exiguas deſiderat. Solū in quo ſata eſt lætificat ſtercoris uice. Ideo circa macedoniā: theſſaliāq; cū florere īcepit: uertunt arua. Naſcit & ſua ſpōte pleriſq; in locis: ſicut ſeptētrionalis oceani īſulis: quas ob id noſtri fabarias appellant. Itē in mauritania ſilueſtris paſſim: ſed p̄dura: & quæ percoq nō poſſit. Naſcit & in ægypto ſpinoſo caule. Qua de cauſa crocodilli oculis timētes refugiūt. Lōgitudo ſcapo quattuor cubitoręq; eſt. Ampliſſima craſſitudo digiti: octona genicula habet: moli calamo. Simile caput papaueri: colore roſeo. In eo fabæ nō ſupra tricēas. Folia ampla. Fructus ipſe amarus & odore: ſed radix p̄ quā lauta: incolaręq; cibis: cruda: & oīno decocta. Harūdinū radicibus ſimilis. Naſcit & in ſyria ciliciaq; & in thorone chalcidis lacu. Et leguminibus aūt nouēbri ſerunt lens: & in græcia piſum. Lens amat ſolū tēue magis q̄ pinguæ: cælū utiq; ſiccū. Duo genera eius in ægypto: alteręq; rotūdius: nigriuſq;: alteręq; ſua figura. Vnde uario uſu trāſlatū eſt in lēticulas nomē. Inuenio apud auctores æquanimitatē fieri ueſcētibus ea. Piſum in apricis ſeri debet: frigoręq; ipatientiſſimum. Ideo in italia & in auſteriore cælo: nō niſi uerno tpe: terra facili: ac ſoluta. Ciceris natura eſt gigni cū ſalſilagine: ideo ſolū urit. Nec niſi madefactū pridie ſeri debet. Differētiæ plures: magnitudine: figura: colore: ſapore. Eſt. n. arietino capiti ſimile: unde ita appellat. Albū: nigrúq; eſt: & colūbinū: q̄d alii ueneriū uocāt: candidū: rotundū: leue. Arietino minus: q̄d religio peruigiliis adhibet. Eſt & cicercula minuti ciceris: inæqualis angulos habens ueluti piſum. Dulciſſimū aūt id: q̄d eruo ſimilimū: firmiuſq;: q̄d nigręę: & ruffum: q̄ q̄d albū. Siliquæ rotūdæ ciceri: cæteriſq; leguminū lōgæ: & ad figurā ſeminis latæ. Piſo cilindraciæ. Faſioloręę cū ipſis manduntę granis. Serere eos qua uelis terra licet: ab idibus Octobris in Calē. Nouēbris. Legumina cū matureſcere cœperint rapiēda ſunt: quoniā cito exiliūt: latētq; cū decidere ſicut & lupinum.

De rapis: & napis amiterninis. CA. XIII.

QVāq̄ prius dixiſſe cōueniat de rapis: in tranſcurſu eas attigere noſtri: paulo diligentius græci: & ipſi tamen ītер hortenſia. Si iuſtus ordo fiat: a frumēto protinus: aut certe faba dicēdis: Quādo alii præſtātior uſus ab iis nō eſt. Ante oīa nāq; cunctis animalibus naſcunt: nec in nouiſſimis. Satiant ruris alitū quoq; genera: magiſq; ſi decoquant aqua. Quadrupedes & frōde eoręę gaudēt. Et homini nō minore rapacioręę ſuis horis gratia: q̄ cimaręę. Flaccidoręę quoq;: & in horreis enecatoręę uel maiore q̄ uirentiū. Ipſa uero durāt & in ſua terra ſeruata. Et poſt a paſſo pene ad alium prouētū: famēq; ſentiri prohibent: a uino: atq; meſſe tertius hic tranſpadanis fructus. Terrā nō moroſe eligit: pene ubi nihil aliud ſeri poſſit. Nebulis: & pruinis: ac frigore ultro aluntur: amplitudine mirabili. Vidi. xl. libras excedētia. In cibis quidem noſtris pluribus modis commendantur: durantq; ad alia ſinapis acrimonia domita: etiam coloribus picta: præter ſuū: ſex aliis: purpureo quoq;: neq; aliud in cibis tingui decet. Genera eoręę græci duo prīa fecere: maſculinū fœminumq;: & ea ſerēdi modo: ex eodē ſemine. Denſiore. n. ſatu: maſculeſcere: item ī terra difficili. Semē præſtātius quo ſubtilius. Spēs uero oīum tres. Aut. n. in latitudinē fundi: aut in rotunditatem globari. Tertiā ſpeciē ſilueſtrē appellauere: in longitudinē radice procurrēte: rhaphani ſimilitudine: & folio anguloſo ſcabroq;: ſucco acri. Qui circa meſſē exceptus: oculos purgat: medeturq; caligini: admixto lacte mulieręę. Frigore dulciora fieri exiſtimātur & grandiora. Tepore in folia exeunt. Palma in nurſino

agro naſcentibus. Taxatio in libras: ſeſtertii ſinguli: & in penuria bini. Proxia i algido natis. Napi uero ami ternini: quoꝝ eadem fere natura: gaudent æque frigidis. Seruñ & ante Calend. martias: in iugero ſextarii quattuor. Diligẽtiores gnto ſulco napũ ſeri iubent: rapã quarto: utroꝝ ſtercorato. Rapa letiora fieri: ſi paſlea ſeminentur. Serere nudum uolunt: præcantẽ ſibi & uicinis ſerere ſe. Satus utriꝝ generi iuſtus iter duorum numinum dies feſtos Neptunni atque uulcani. Feruntꝝ ſubtili obſeruatione: quota luna: proceden/te hyeme: nix prima ceciderit: ſi totidem numinum die intra prædictum temporis ſpatium ſerantur: mire prouenire. Seruntur & uere in calidis atꝝ humidis.

De lupino. CA. XIIII.

LVpino eſt uſus proximus: cũ ſit & hoĩ: & quadrupedũ generi ungulas habẽti cõmunis. Remediũ eius ne metentes fugiat exiliendo: ut ab imbre tollaĩ. Nec ullius: quæ ſeruñ: natura aſſenſu terræ mirabilior ex. Primũ oĩum: cũ ſole quotidie circũagiĩ: horaſꝝ agricolis ẽt nubilo demõſtrat. Ter præterea floret: Terrã amat: terraꝝ opiri nõ uult. Et unũ hoc ſeriĩ non aratro: ubi fuerit maxime ſabuloſa: & ſicca: atꝝ ẽt harenoſa. Coli utiꝝ nõ uult. Telluré adeo amat: ut quãuis fruteto ſolo conie ctum iter folia uepreſꝝ: ad terrã tamẽ radice pueniat. Pingueſcere hoc ſatu arua: uineaſꝝ dixius. Itaꝝ adeo nõ eget ſimo: ut optimi uicẽ repreſentet. Nihil aliud nullo ĩpendio cõſtat: ut quod ne ſerendi qdem gratia opus ſit: afferre. protinus ſeriĩ ex aruo. Ac ne ſpargi qdem poſtulat: decidens ſpõte. Primũꝝ oĩum ſeriĩ: noniſſimũ tolliĩ. Vtrunꝝ ſeptẽbri fere menſe: quia ſi nõ anteceſſerit hyemẽ frigoribus obnoxium eſt. impune præterea iacet: uel derelictũ ẽt: ſi nõ protinus ſecuti obruãt imbres: ab oĩbus animalibus amaritudie ſua tutum. Plerũꝝ tamen leui ſulco ĩtegunt. Ex dẽſiore terra: rubricam maxime amat. Ad hãc alendã poſt tertium florẽ uerti debet: in ſabulo poſt ſecũdum. Cretoſa tantum limoſaꝝ odit: & in iis nõ ꝓuenit. Macera/tum calida aqua: homini in cibo eſt. Nam bouẽ unũ modii ſinguli ſatiãt: ualidũꝝ ꝓſtant. Quãdo ẽt ĩpoſitũ pueroꝝ uentribus pro remedio eſt. Condi in fumo maxime cõuenit: quoniã in humido uermiculi umbili cum eius in ſterilitatẽ caſtrãt. Si depaſtũ ſit in fronde: inarari ꝓtinus ſolum opus eſt.

De uitia & eruo. CA. XV.

ET uitia pingueſcũt arua: nec ipſa agricolis operoſa: uno ſulco ſata: nõ ſarriĩ: non ſtercoratur: nec aliud q̃ deoccaĩ. Satiõis eius tria tpa. Circa occaſum arcturi: ut decembri menſe paſcat. Tunc optime ſeritur in ſemen. Aeꝝ namꝝ fert depaſta. Secunda ſatio mẽſe Ianuarii eſt: nouiſſima martio: ac tum ad frondem utiliſſima. Siccitatem ex omnibus: quæ ſeruntur: maxime amat: nõ aſpnatur etiam umbroſa. Ex ſemĩe eius ſi lecta matura eſt palea: cæteris præfertur. Vitibus præripit ſuccum: langueſcuntꝝ ſi in arbuſtiis ſeratur. Nec erui operoſa cura eſt. Hoc amplius: quam uitia rũcatur: & ipſum medicaminis uim obtinens. Quippe per eruum Diuum Auguſtum curatum: epiſtolis ipſius memoria extat. Sufficiunt ſingulis boum iugis modii quini ſati. Martio menſe ſatum: noxium eſſe bubus aiunt. Item autumno grauedinoſum. Innoxium autem fieri primo uere ſatum.

De fœnogræco: & farragine: & de ocino: & medica: & cytiſo. CA. XVI.

ET ſicilia hoc eſt fœnogræcum ſcarificatiõe ſeritur: nõ altiore quattuor digitoꝝ ſulco: quantoꝝpeius tractatur: tanto ꝓuenit melius. Ratum dictu: eſſe aliquid: cui proſit negligẽtia. Id autem: quod ſecale atꝝ farrago appellatur: occari tantum deſiderat. Secale taurini ſub alpibus aſiã uocant teterrimum: & tantum ad arcendam famem utile. fœcunda ſed gracili ſtipula: nigritia triſte: ſed pondere præcipuum. Admiſcetur huic far: ut mitiget amaritudinem eius: & tamen ſic quoꝝ ingratiſſimum uentri eſt. Naſcitur qualicunꝝ ſolo: cum centeſimo grano. Ipſumꝝ pro letamine eſt. Farrago ex recrementis farris prædenſa ſeritur: admixta aliquando & uitia. Eadem aliquando in africa fit ex hordeo. Omnia hæc pabularia. Degenerantꝝ ex leguminibus: quæ uocatur cracca: in tantum columbis grata: ut paſtas ea negent illius loci fugitiuas fieri. Apud antiquos erat pabuli genus: quod Cato ocinum uocat: quo ſiſtebant aluum bubus. Id erat e pabulis ſegete uiridi deſecta: antequam gelaret. Sura Manulius id aliter interpretatur: & tradit fabæ modios. x. uitiæ duos: tãtundem & eruilæ in iugero: autumno miſceri & ſeri ſolitos. Melius & auena græca: cui non cadit ſemen: admixta. Hoc uocitatum ocinum: boumꝝ cauſa ſeri ſolitum. Varro appellatum a celeritate proueniendi. Medica externa etiam græciæ ut a medis aduecta per bella perſarum: quæ Darius intulit. Sed uel in primis dicenda tanta dos eius: ut cum uno ſatu: amplius quam tricenis annis duret. Similis eſt trifolio caule: foliiſꝝ: geniculata: quicquid in caule aſſurgit in folia contrahitur. Vnum de ea & cytiſo uolumen Amphilochus fecit confuſum. Solum in quo ſeratur: elapidatũ purgatumꝝ. Subigitur autumno: mox aratum & occatum integitur crate iterum & tertio: quinis diebus interpoſitis & ſimo addito. Poſcit autem ſiccum: ſuccoſum: uel riguum: ita præparatum ſeritur menſe Maio: alias pruinis obnoxia. Opus eſt denſitate ſeminis omnia occupari: internaſcenteſque herbas excludi. Id præſtant in iugera modia uicena: immouendum ne adurat: terraꝝ protinus integi debet. Si ſit humidum ſolum: herboſum ue uincitur: & deſciſcit in pratum. Ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus libe uel i arranda eſt: manu potius quam ſarculo. Secatur incipiens florere: & quotiens refloruit. Id ſexies euenit per uis annos: cum minimum quater. In ſemen matureſcere prohibendum eſt: quia pabulum utilius eſt uſqꝝ ad uel in trimatum. Verno ſeri debet: liberariꝝ cæteris herbis: ad trimatum marris a ſolo radi. Itaꝝ reliquæ herbæ aris intereũt ſine ipſius damno: propter altitudinem radicum. Si euicerint herbæ: remedium unicum eſt: ara/uel radi tio: ſæpius uertendo: donec omnes aliæ radices intereant. Dari nõ ad ſatietatem debet: ne repellere ſangui/cis nem neceſſe ſit: & uiridis utilior eſt. Areſcit ſurculoſe: ac poſtremo in puluerem inutilem extenuatur. De uel re/cytiſo: cui & ipſi principatus datur in pabulis: affatim diximus inter frutices. Et nunc frugum omnium na plere tura peragenda eſt: cuius in parte de uitiis quoꝝ dicatur. ſanguiſe

De uitiis frugũ:& remediis:& qd in quoq; terræ genere debeat ſeri. CA. XVII.

PRimũ oĩum frumẽti uitiũ auena eſt:& hordeũ in eã degenerat:ſicut ipſa frumẽti fit iſtar. Quippe cũ germãiæ populi edãt eã:neq; alia pulte uiuãt. Soli maxie cæliq; humore hoc euẽit uitiũ. Sequẽtẽ cãm habet ibecillitas ſeminis:cũ diutius retẽtũ eſt terra:prius q̃ erũpat. Eadẽ eſt ratio ſi carioſum fuit:cũ ſereret. Prima aũt ſtatim eruptiõe agnoſcit:ex quo apparet in radice eſſe cãm. Eſt & aliud ex uicino auenæ uitiũ:cũ amplitudie ĩchoata granũ:ſed nõdũ matura:priuſq; roboret corpus affla tu noxio caſſum:& inane a ſpica euaneſcit quodã abortiuo. Venti aũt tribus tpibus nocẽt frumẽto: & hordeo. In flore:aut ꝓtinus cũ defloruere:uel matureſcere ĩcipiẽtibus. Tũc.n. exinaniũt grana. Prioribus cauſis naſci ꝓhibẽt. Nocet & ſol creber e nube. Naſcunt & uermiculi in radice:cũ ſemẽtẽ ĩbribus ſecutis inclu ſerit repẽtinus calor humorẽ. Gignunt & in grano:cum ſpicæ in pluuiis calor ĩferueſcit. Eſt & cãtharis dictus ſcarabeus puus frumẽta erodẽs. Oĩa ea aĩalia cũ cibo deficiũt. Oleũ:pix:adeps cõtraria ſeminibus. Cauendũq; ne cõtacta eis tũc ſerant. Imber in herba uitilis tantũ. Florẽribus aũt frumẽto & hordeo nocet. Leguminibus ĩnocuus:ꝓterq̃ ciceri. Matureſcẽtia frumẽta ĩbre lædunt:& hordeũ magis. Naſcit & herba alba:panico ſimilis:occupãs arua:pecori quoq; mortifera. Nã loliũ:& tribulũ & carduũ: lappãq; nõ minus q̃ rubũ:ĩter frugũ morbos potius q̃ ĩter ipſius terræ peſtes numeraueri. Cæleſte frugũ:uinearũq; malũ nullo minus noxiũ eſt rubigo. Frequẽtiſſima hæc in roſcido tractu:cõuallibuſq;:ac ꝑflatũ nõ habẽtibus. E diuerſo carẽt ea uẽtoſa:& excelſa. Inter uitia ſegetũ & luxuria eſt:cũ onerata fertilitate ꝓcumbũt. Cõmune autẽ oĩum ſatoꝝ uitiũ urica:etiã ciceris:cũ ſalſilaginẽ eius abluẽdo imber dulcius id facit. Eſt herba q̃ cicer enecat:& eruũ circũligando ſe:uocatur orobãche. Triticum ſimili modo herba. Hordeum feſtuca quæ uocatur ægilops. Lentem herba ſecuridaca:quam græci a ſimilitudine pelecinon uocant. Et hæ quidẽ complexu necant. Circa Philippos autẽ ateramnum nominant in pingui ſolo herbam:qua faba necat: ea non nunquã in macro:cum udam quidam uentus afflauerit. Eræ granum minimum eſt in cortice aculeato. Cum eſt in pane:celerrime uertigines facit. Aiuntq; in aſia & græcia balneatores:cũ uelint turbam pellere: carbonibus id ſemen iniicere. Naſcitur & phalangius in eruo beſtiola aranei generis:ſi hyems aquoſa fit. Limaces naſcuntur in uitia:aliquando e terra cochleæ minutæ mirum immodum erodentes eam. Et morbi quidẽ hi ſunt. Remedia eorum:quæcũq; pertinent ad herbas:in ſarculo:& cũ ſemẽ iactatur cinere. Quæ uero i ſemine & circa radicẽ conſiſtũt:præcedente cura cauent. Vino aũt ſemina perfuſa minus ægrotare exiſtimãt. Virgilius nitro & amurca perfundi iubet fabã:ſic etiã grandeſcere ꝓmittit. Quidam uero ſi triduo ante ſatum urina & aqua macereꝝ:præcipue adoleſcere putãt. Ter qdem ſartã modiũ fractæ e modio ſolidæ reddere. Reliqua ſemina cupreſſi foliis tuſis ſi miſceant:non eſſe uermiculis obnoxia:nec ſi ĩterlunio ſerant. Multi ad milii remedia:rubetã noctu aruo circunferri iubent:priuſquã ſarriant:defodiq; in medio icluſam uaſe fictili. Ita nec paſſerem nec uermem nocere:ſed eruendã priuſq̃ metant:alioquin amarum fieri. Quin & armo talpæ cõtacta ſemina uberiora eſſe. Democritus ſucco herbæ quæ appellatur aizoõ in tegulis naſcens tabuliſeſſum latine ſedũ:aut digitellũ medicata ſeri iubet oĩa ſemina. Vulgo uero ſi dulcedo noceat:& uermes radicibus ĩhæreãt:remediũ eſt amurca pura:ac ſine ſale ſpargere:deinde ſarrire. Si in articulum ſeges ire cœperit:runcare:ne herbæ uincãt. Peſtem a milio:atq; panico:ſturnoꝝ paſerũ ue agmina ſcio abigi herba:cuius nomẽ eſt ignotum:in quattuor angulis ſegetis defoſſa:mirũ dictu:ut oĩno nulla auis intret. Mures abigunt cinere muſtellæ:uel fellis diluto:& ſemine ſparſo:uel decoctarũ aqua. Sed re dolet uirus aĩalium eorũ etiam in pane. Ob id felle bubulo ſemina attingi utilius putant. Rubigo quidem maxima ſegetũ peſtis:lauri ramis in aruo defixis:tranſit in eaꝝ folia ex aruis. Luxuria ſegetũ caſtigat dente pecoris in herba dunta xat:& depaſtæ quidẽ uel ſæpius nullã in ſpica iniuriã ſentiunt. Retonſaꝝ uero etiã ſemel omnino:certũ eſt granum longius fieri:ſed inane caſſumq; ac ſatum non naſci. Babylone tamen bis ſecant:tertio depaſcunt: Alioquin folia tantum fierẽt: Sic quoq; cum quintodecimo fœnore meſſes reddit exilitas ſoli Verum diligentioribus cũ centeſimo quinquageſimo. Neq; eſt cura difficilis. Quã diutiſſime aquari gaudẽt:ut præpinguis & denſa ubertas diluatur. Limum autem non inuehũt euphrates:tigriſq;:ſicut in ægypto nilus. Nec terra ipſa herbas gignit. Vbertatis tamen tantæ ſunt:ut ſequente anno:ſpõte reſtibilis fiat ſeges:impreſſis ueſtigio ſeminibus. Quæ tanta ſoli differentia ammõet terræ genera in fruges deſcribere? Igitur Catonis hæc ſentẽtia eſt. In agro craſſo & læto frumentũ ſeri. Si uero nebuloſus ſit: idem: rhaphanũ:miliũ:panicũ in frigido & aquoſo prius ſerẽdũ:poſtea in calido. In ſolo ãt rubricoſo: uel pullo: uel harẽoſo:ſi nõ ſit aquoſum:lupinũ. In cretoſo & rubicoſo & aquoſiore agro:adoreũ. In ſicco & nõ herboſo:nec umbroſo triticũ. In ſolo ualido fabã. Vitiã uero:q̃ minĩe aquoſo herbidoq;. Siliginẽ & triticũ ĩ apto loco edito:q ſole q̃ diutiſſime torreat. Lentẽ in fruteto:& rubicoſo:q nõ ſit herbidus. Hordeũ in nouali: & in agro qd reſtibile poſſit fieri:trimeſte:ubi ſemẽtẽ maturã facere nõ poſſit:& cuius craſſitudo ſit reſtibilis. Subtilis & illa ſnĩa. Seréda eſſe ea in tenuiore terra:q̃ nõ multo ĩdigent ſucco:ut cytiſus & cicer: exceptis leguminibus q̃ uelunt e terra:nõ ſubſecant. Vnde & legumina appellata:qa ita legunt. In pingui aũt q̃ cibi ſunt maioris:ut olus:triticũ:ſiligo:linum. Sic ergo tenue ſolũ hordeo dabit: Minus enim aliméti radix poſcit. Leuior terra:denſiorq; tritico. In loco humili far:adoreũ potius:q̃ triticũ ſeret. Temperato & triticũ & hordeũ. Colles robuſtius:ſed minus reddũt triticũ. Far:& ſiligo:& cretoſum:& uliginoſum ſolũ ſortiunt.

De prodigiis frugũ:& arandi diſciplina:& uomerũ generibus. CA. XVIII.

ESt & in frugibus oſtẽtũ. Semel (qd eqdẽ ĩuenerim) accedit. P. Elio. Gn. Cornelio coſſ. quo anno ſuperatus eſt Hánibal. In arboribus.n. tũc nata produnt frumenta. Et quoniã de frugũ terræq; generibus abunde diximus:nũc de arandi ratiõe dicemus:ante oĩa ægypti fœlicitate cõmemorata. Nilus ibi coloni uice fungẽs euagari ĩcipit (ut dixímus) a ſolſtitio:aut noua luna: ac primo

lente:deinde uehemẽtius:q̃diu i leone ſol eſt.Mox pigreſcit:in uirginẽ trãſgreſſo:atq; i libra reſidet. Si.xii. cubitos nõ exceſſerit:fames certa ẽ:Nec mius ſi.xvi.exupauerit. Tãto.n.tardius decedit:quãto abũdãtius creuit:& ſemẽtẽ arcet.Vulgo credebaẽ ab eius deceſſu ſerere ſolitos:mox ſues ipelleẽ ueſtigiis ſemia depri mẽtes:& in madido ſolo credo antiqtus factitatum.Nũc quoq; nõ multo grauiore opera:ſed tamen inara ri certũ ẽ:abiecta prius ſemia i limo digreſſi amnis:hoc ẽ nouẽbri mẽſe icipiẽte. poſtea pauci rũcãt:qđ bo taniſmõ uocãr.Reliqua ps:nõ niſi cũ falce arua uiſit pauloante Calẽ.aprilis. Peragiẽ ãt meſſis mẽſe maio: ſtipula nũq̃ cubitali.Quippe ſabulũ ſubeſt:granũq; limo tãtũ cõtineẽ.Excellẽtius i thebaidis regionibus frumẽtũ:q̃ paluſtribus ægyptiis.Similis rõ:ſed fœlicitas maior:babyloniæ:ſeleuciæ euphrate:atq; tigri re ſtagnãtibus:quoniã ibi modus mãu tẽperaẽ.Syria quoq; tenui ſulco arat:cũ multifariã i italia octõi boues ad ſingulos uomeres anhelent.In oĩ quidem parte culturæ:ſed in hac quidem maxime ualet oraculum il lud.Quid quæq; regio patiaẽ.Vomerum plura genera.Culter uocatur prædenſam prius:quam præſcin datur:terram ſecans:ſuturiſq; ſulcis ueſtigia præſcribens inciſuris:quas reſupinus in arando mordeat uo mer.Alterum genus eſt uulgare roſtratũ uti uectis.Tertiũ:in ſolo facili:nec toto porrectum dentali:ſed ex gua cuſpide:in roſtro latior.Hæc quarto generi:ſed exacutior in mucronem faſtigata:eodẽq; gladio ſcin dens ſolum:& acie lateq; radices herbaq; ſecãs:non pridem inuentum in rhetia.Galliæ uero duas addide runt rotulas:quod genus uocant plãmorati.Cuſpis effigiem palæ habet.Serunt ita non niſi culta terra: & fere noua.Latitudo uomeris ceſpites uerſat.Semen ꝓtinus iniiciũt.Crateſq; dentatas ſuptrahũt. Nec ſar rienda ſunt hoc modo ſata:ſed porcellis binis terniſq; ſicarant.Vno iugo boũ cẽſeri anno:facili ſoli quadra gena iugera:difficilis tricena:iuſtum eſt.

Vel excutit

uel faſtigiata

uel plaumorati

Vel protellis

Vel prosellis

De temporibus arãdi:& iunctione boum. CA. XIX.

IN arando magnopere ſeruandũ eſt Catonis oraculum.Quid ẽ primũ? Agẽ bene colere. Quid ecundum? Bene arare.Quid tertiũ? ſtercorare.Sulco ne ares.Tẽpeſtiue ares.Tepidioribus lo cis a bruma proſcindi arua oportet:at frigidioribus ab æquinoctio uerno.Et maturius ſicca re q̃ humida:Maturius denſa terra q̃ ſoluta:pingui q̃ macra.Vbi ſiccæ & graues æſtates:terra creto ſa:aut gracilis:Vtilius inter ſolſtitiũ & autumni æquoctium araẽ.Vbi leues æſtus frequẽtes imbres pingue herboſumq; ſolũ:ibi melius caloribus.Altum & graue ſolũ ẽt hyeme moueri placet.Tenue ualde & aridũ pauloante ſationis tps.Sũt & hic ſuæ leges.Lutoſam terram ne tangito.Vi omni arato.Prius q̃ ares: ꝓſcin dito.Hoc utilitatem hẽt:q; in uerſo ceſpite herbæ races necanẽ.Quidã utiq; ab æquinoctio uerno ꝓcindi uolunt:quodq; uere ſemel aratũ eſt:a tpis argumẽto:ueꝛ actum uocaẽ.Hoc i nouali atq; requieto neceſſa riũ eſt.Nouale eſt:qđ alternis annis ſeritur.Araturos boues q̃ arctiſſime iungi oportet:ut capitibus ſubla tis arent.Sic minime colla contũdũt.Si inter arbores uiteſq; aretur:fiſcellis capiſtrari:ne germinum tenera præcerpant.Securiculam inſitiuam pendere:qua intercidantur radices.Hoc melius:q̃ conuelli aratro:bo ueſq; luctari. In arando uerſum peragi:nec ſtrigare in actu ſpiritus.Iuſtum eſt proſcidi ſulco dodrãtali:uge rum uno die:iterari ſeſquiugeꝛ:ſi ſit facilitas ſoli.Si minus proſcindi ſemiſſem:iterari aſſem.Quando & animalium labori natura leges ſtatuit. Omne aruum rectis ſulcis: mox & obliquis ſubigi debet.In colli bus:tranſuerſo tantum monte aratur:ſed mõ in ſuperiora:modo in inferiora roſtrante uomere.Tantũq; ẽ laboris homini:ut etiam boum uice fungatur.Certe ſine hoc animali montanæ gentes ſarculis arant.Ara tor niſi incuruus:præuaricatur.Inde tranſlatum hoc crimen in forum.Ibi itaq; caueaẽ:ubi inuentum eſt. Purget uomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla.Scamna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur: gle bæ ne exultent.Male aratur aruum:quod ſatis frugibus occandum eſt.Id demum recte ſubactum erit:ubi non intelligetur utro uomer ierit.In uſu eſt:& collicias interponere:ſi ita locus poſcaẽ:amplio re ſulco:quæ in foſſas aquam deducant.

Vel rallo uel eruda uel frugalius Vel uomeri erit Vel colliquias

De occãdo:& quodã arationis genere:& iteratione:& reſectiõe. CA. XX.

ARatione per tranſuerſum iterata:occatio ſequitur:ubi res poſcit:crate uel raſtro:& ſato ſemie: iteratio.Hoc quoq;:ubi conſuetudo patitur crate dentata:uel tabula aratro adnexa:qđ uocãt lerare: operientes ſemina.Vnde primũ appellata deliratio ẽ.Quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimatur uo luiſſe:cũ dixit optimã eſſe ſegetẽ:q̃ bis ſolẽ bis frigora ſenſiſſet.Spiſſius ſolum ſicut plerumq; in italia quinto ſulco ſeri melius eſt:in thuſis uero nono.At fabam:& uiciam non proſciſſo ſerere ſine dãno: compendiũ operæ eſt.Non omittemus unam etiamnum arandi rationem:in tranſpadana italia bellorum iniuria excogitatam.Salaſſi cum ſubiectos alpibus depopularenẽ agros:pannicũ miliũq; iã excreſcẽs tenta uere.Poſtq̃ reſpuebat natura inatarunt.At illæ meſſes duplicatæ docuere:qđ nunc uocant artrare:ideſt ara trare(ut credo)tunc dictũ.Hoc fit uel incipiente culmo:uel tum ſi iã aut bina ternaue emiſerit folia.Nec re cẽs ſubtrahemus exẽplum.In treuerio agro tertico ante hũc annum compertum.Nam cum hyeme præ gellida captæ ſegetes eſſent:reſeuerũt:reſarriẽtes cãpos menſe martio:uberrimaſq; meſſes habuerunt.Nũc reliqua cultura tradetur per genera frugum.

Vel fæpius

De cultura terræ. CA. XXI.

SIliginẽ:far:triticũ:ſemẽ:hordeũ occato:ſarrito:runcato:quibus dictũ erit diebus.Singulæ ope ræ cuiuſq; generi in iugero ſufficiẽt.Sarculatio induratam hyberno rigore ſoli triſtitiã laxat tẽ poribus uernis:nouoſq; ſoles admittit.Qui ſarriet:caueat ne fruməti radices ſuffodiat.Triticũ hordeũ:ſemẽ:fabã bis ſarrire:melius.Rũcatio cũ ſeges i articulo ẽ:euulſus iutilibus herbis fru gũ radicẽ uidicat:ſegetẽq; diſcernit a ceſpite.Legũinũ cicer eadẽ:q̃ far deſiderat.Faba rũcari nõ geſtit:quo niã euincit herbas.Lupinũ rũcaẽ tãtũ.Miliũ pãicũ occaẽ:& ſarriẽ:nõ iteratur:nõ runcaẽ:ſicilia:& faſioli oc cantur tantum.Sunt genera terræ:quaꝝ ubertas pectinari ſegetẽ in herba cogat.Cratis & hoc genus den

tatis ſtilis ferreis. Eademq; nihilominus & depaſcuntur. Quæ depaſta ſunt: ſarculo iterū excitari neceſſarium. At in bactris: africa cyrene: omnia hæc ſuperflua: Quæ fecit indulgentia cæli: & a ſemente non niſi nonis menſibus in areā redeūt: quia ſiccitas coercet herbas fruges nocturno tactas rore nutriens. Virgilius alternis ceſſare arua ſuadet: & hoc (ſi patiantur ruris ſpatia) utiliſſimum ꝓculdubio eſt. Quod ſi neget conditio: far ſerendum: unde lupinū: aut uitia: aut faba ſublata ſint: & quæ terram faciāt lætiorē. In primiſq; & hoc notandū: quædā ꝓp alia ſeri obiter: ſed paꝛ ꝓuenire priori diximus uolumine: ne eadem ſæpius dicā tur. Plurimum enim refert ſoli cuiuſq; ratio.

Exēpla diuerſaꝝ: & de ſumma fertilitate: & bifera uite: & aquaꝝ dria. CA. XXII.

Iuitas africæ in mediis ſita harenis: ſyrtis petentibus leptin: quæ magna uocatur. Tacape fœlici ſuper oē miraculū riguo ſolo: ternis fere milibus paſ. in oēm ptē. Fons abundat largus quidam: ſed certis horaꝝ ſpatiis diſpenſatus inter incolas. Palmæ ibi p̄grādi ſubdit olea: huic ficus: fico punica: illi uitis: ſub uite ſerit frumentum: mox legumē: demum olus: oīa eodē anno: oīaq; aliena umbra alūt. Quaterna cubita eius ſoli in q̄dratū: nec ut a porrectis metiant digitis: ſed i pugnū cōtractis: q̄ternis denariis uenūdant. Sup oīa eſt: biferā uitem bis anno uindemiare. Et niſi multiplici partu exinaniatur ubertas: pareant luxuria ſinguli fructus. Nūc uero toto anno metit aliqd: cōſtatq; fertilitati non occurrere hoies. Aequaꝝ quoq; dria magna riguis eſt. In narbonēſi ꝓuintia nobilis fons orge noie ē. In eo herbæ naſcūt i tātū expetitæ bubus: ut menſis capitibus totis eas q̄rāt uiribus. Sed illas in aqua naſcētes: certū eſt nō niſi imbribus ali. Ergo quiſq; ſuam terram aquamq; nouerit.

Vel pereant

De qualitate terræ: & ſtercoratione. CA. XXIII.

Si fuerit illa terra quā appellauimus tenera: poterit ſublato hordeo: miliū ſeri: eo cōdito rhapanus: iis ſublatis hordeū: uel triticū: ſicut in cāpania. Satiſq; talis terra araꝛ: cū ſerit. Alius ordo: ut ubi adoreū fuerit: ceſſet quattuor mēſibus hybernis: & uernā fabā recipiat: aut ante hyemalem ne ceſſet. Necnō minus pinguis alternari poteſt ita: ſi frumento ſublato legumē tertio ſeratur. Gracilior & i annū tertiū ceſſet. Frumētū q̄dā ſeri uetant: niſi in ea: quæ proximo anno ꝓueuerit. Maximā huius loci partē ſtercoratiōis obtinet rō: de qua & priore diximus uolumine. Hoc tātū unū in cōfeſſo ē: niſi ſtercorato ſeri non oportere: q̄q & hic leges ſint ꝓpriæ. Miliū: panicum: rapa: napus niſi i ſtercoratione non ſeranſ. Nō ſtercorato frumētū: potius q̄ hordeū ſerito. Item in noualibus tametſi in illis fabā ſeri nolūt: eam dē ubicūq; q̄ recētiſſime ſtercorato ſolo. Autūno aliqd ſaturus ſeptēbri menſe fimū inaret poſt ībrē. Vtiq; ſi uerno erit ſaturus: ꝓ hyemē fimū diſponat. Iuſtū eſt ueh. xviii. iugero tribui. Diſpergere autē prius q̄ areſcat: aut iactato ſemine. Si hæc omiſſa ſit ſtercoratio: ſequēs eſt prius q̄ ſerat: ante puluerē. Quod ut hāc quoq; curā determinemus: iuſtum ē ſingulas ueh. fimi dēario ire: in ſingulas pecudes minores: i maiores dēas: niſi hic male ſubſtrauiſſe pecori colonū appareat. Sūt q optime ſtercorari putent ſub diuo retibus in cluſa pecoꝝ māſiōe. Ager ſi nō ſtercoraſ: alget. Si nimium ſtercoratus ē: adurit. Satiuſq; eſt id ſæpe: q̄ ſupra modū facere. Quo calidius ſolum eſt: eo minus addi ſtercoris: ratio eſt.

De bonitate ſeminum: & diſciplina ſeminandi: & quantum ex quoq; genere frumenti in iugero ſerēdū: & temporibus ſerendi. CA. XXIIII.

Semen optimū anniculū: bimū deterius: trimū peſſimū: ultra ſterile. Et i imo oīum definita genere rō eſt: Quod in ima areæ ſubſedit: ad ſemē reſeruādū eſt. Id. n. optimū quoniā grauiſſimū. Neq; alio mō utilius diſpergit. Quæ ſpica ꝓ iterualla ſemia habebit: abiicief. Optimū ē granū: quod rubet: & dētibus fractū eundē hēt colorē. Deterius: cui plus intus albi ē. Certū terras alias plus ſeminis recipere: alias minus. Religioſumq; ide primū colonis auguriū: cū auidius accipiat eſurire creditur: & comeſſe ſemē. Satōnē locis numidis celerius fieri rō eſt: ne ſemē imbre putreſcat. Siccis ſerius: ut pluuiæ ſequantur: ne diu iacēs atq; nō concipiens euaneſcat. Itēq; feſtinata ſatione denſum ſpargi ſemē: ga tarde concipiat: ſerotina rarū: quia denſitate nimia neceſ. Artis quoq; cuiuſdā eſt æqualiter ſpargere. Manus utiq; cōgruere debet cū gradu: ſempq; cū dextro pede. Fit quoq; quorūdā occulta rōe: ꝙ ſors genialis atq; fœcunda eſt. Nō tranſferendum eſt ex frigidis locis ſemē in calida: neq; ex præcocibus in ſerotina: nihilq; in cōtrariū p̄ripere quadā falſa diligētia. Serere in iugero tēperati ſoli: iuſtū eſt tritici: aut ſiliginis modios. v. farris: aut ſeminis: quod frumenti genus ita appellamus. x. hordei. vi. fabæ quintam partem amplius: q̄ tritici. Viciæ. xii. Ciceris & cicerculæ: & piſi. iii. Lupini. x. Lentis. iii. Sed hāc cum fimo arido ſeri uolūt. Erui. vi. Siciliæ. vi. faſioloꝝ. iiii. babuli. xx. milii panici ſextarios quattuor. Pingui ſolo plus: gracili minus. Eſt & alia diſtinctio. In denſo aut cretoſo: aut uliginoſo ſolo tritici: aut ſiliginis modios. vi. In ſoluta terra: & nuda: & ſicca: & læta quattuor. Macies enim ſoli maior: niſi raꝛ culmū habeat: ſpicam minutam facit: & inanem. Pinguia arua ex una ſeminis radice: fruticem numeroſum fundunt: denſamque ſegetem e raro ſemine emittunt. Ergo inter quattuor & ſex modios: pro natura ſoli: alii quinque non minus ſeri: plureſue præcipiunt. Item in cōſito: aut cliuoſo: aut macro. Huc pertinet oraculū illud magnopere cupiendū ſegetē ne defruges. Adiecit his Accius in praxidico: ut ſereretur: cum luna eſſet in ariete: geminis: leone: libra: aquario. Zoroaſtres ſole. xii. partes ſcorpionis tranſgreſſo: cum luna eſſet in tauro. Sequitur huc dilata: & maxima indigens cura: de tempore fruges ſerendi quæſtio: magnaque ex parte ratione ſyderum connexa. Quamobrem ſententias omnium in primis ad id pertinentes exponemus. Heſiodus: qui princeps omnium de agricultua præcepit: unū tempus ſerendi tradidit: ad uergiliarum occaſum. Scribebat n. in boœtia helladis: ubi ita ſeri diximus. Inter diligentiſſimos conuenit: ut in alitum quadrupedumq; genitura: eſſe quoſdam ad cōceptū ipetus terræ. Hos græci ita definiūt: cum ſit calida & humida. Virgilius triticum & far ad uergiliaꝝ occaſum ſeri iubet: hordeum inter ægnoctium autūni & brumam. Vitiam

uero:faſiolos:& lentem boote occidente. Quo fit:ut horum ſyderum: aliorumq; exortus: & occaſus dirigendi ſint in ſuos dies. Sunt qui & ante uergiliaꝝ occaſum ſeri iubeãt:dũtaxat ī arida terra:& calictiſq; ꝓ uintiis. Cuſtodiri.n.ſemẽ:corrũpente humore:& a ꝓximo ĩbre uno die erũpere. Alii ſtatim ab occaſu uergiliaꝝ ſeq imbres a ſeptimo fere die. Aliq in frigidis ab equinoctio autũni:in calidis ſerius ne ante hyemẽ luxurient. Inter oẽs aũt cõuenit circa brumã ſerendũ nõ eẽ magno argumẽto:quoniã hyberna ſemina cum ante brumã ſata ſint:ſeptimo die erũpãt:ſi poſt brumã:uix.xl. Sunt q ꝓperent:atq; ita ꝓnũcient: feſtinatã ſemẽtẽ ſæpe decipere:ſerotinã ſp. E cõtrario alii uel uere potius ſerẽdũ q̃ male in autũno. Atq; ubi fuerit ne ceſſe inter fauonium & uernũ æquinoctiũ. Quidã omiſſa cæleſti cura:ut inutili tpibus definiũt. Vere linũ & auena:& papauer:atq; uti nũc ẽt trãſpadani ſeruãt:uſq; ī qnquatribus fabã. Siliginẽ nouẽbri mẽſe:far ſeptẽbri extremo:uſq; in idus octobris. Alii poſt hũc diẽ in calẽ. nouẽbris. ita his nulla naturæ cura eſt:illis nimia. Et iõ cæca ſubtilitas:cũ res iter ruſticos geraẽ litterarũq; expertes nõ mõ ſydeꝝ. Et cõfitendũ eſt cælo maxie cõſtare ea. Quippe. Virgi. iubẽte ꝑdiſci uẽtos ante oĩa:ac ſydeꝝ mores:neq; aliter q̃ nauigãtibus ſeruari. Spes ardua & ĩmẽſa:miſceri poſſe cæleſtẽ diuinitatẽ ĩperitiæ. Sed cõtẽpl̃ada tamẽ grãdi uitæ emolumẽto. Prius tamẽ ſyderalis difficultas:quã ſenſere ẽt periti:ſubiciẽda contẽplationi eſt. Quo deinde lætior mẽs diſcedat a cælo:& facta ſentiat:q̃ futura ꝓnoſci non poſſunt.

Digeſtio ſydeꝝ ī noctes & dies. CA. XXV.

PRimũ oĩum dieꝝ ipſoq; anni:ſoliſq; motus: ꝓpe inexplicabilis rõ ẽ. Ad. ccclxvi. adiiciũt etiãnũ ī tercalarios diei noctiſq; quadrantes. Ita fit ut tradi nõ poſſint certa ſydeꝝ tpa. Accedit cõfeſſa reꝝ obſcuritas:nũc ꝓcurrẽte:nec paucis dieb⁹:tẽpeſtatũ ſignificatiõe:qđ ꝓchemaſin græci uocãt nũc poſt ueniente:qđ epichemaſin. Et plerũq; alias citius:alias tardius cæli effectu ad terrã deciduo. Vnde uulgo:ſerenitate reddita:cõfectũ ſydus audimus. Præterea cũ oĩa hæc ſtatis ſyderibus:cæloq; affixis cõſtẽt:interueniũt motus ſtellaꝝ grandines:imbres:& ipſi non leui effectu ut docuimus turbãtq; cõceptæ ſpei ordinẽ. Idq; ne nobis tãtũ putemus accidere:& reliqua fallit aialia:ſagaciora circa hoc:ut uita eoꝝ conſtet:æſtiuaſq; alites ꝓpoſtere: aut ꝓpropere rigore:nec ante hybernos æſtus. Ideo Virgilius errantiũ quoq; ſydeꝝ rõnem ediſcẽdã ꝓcepit ammonẽs obſeruãdũ frigidæ Saturni ſtellæ trãſitũ. Sunt q certiſſimũ ueris indiciũ arbitrẽtur ob infirmitatẽ aialis:papilionis ꝓuẽtũ. Ideo ipſo anno cũ cõmẽtaremur hæc notatũ ẽ:ꝓuẽtũ eoꝝ ter repetito frigore extinctũ:aduenaſq; uolucres ad. vi. calen. februarii ſpẽ ueris attuliſſe:mox ſæuiſſima hyeme cõflictatas. Res anceps:primum omnium a cælo peti legem. Deinde eã argumẽtis eẽ quærendã. Super oĩa eſt mũdi cõuexitas:terrarũq; globi differentia:eodẽ ſydere alio tpe aliis aperiẽte ſe gentibus. Quo fit:ut cã eius non iiſdẽ diebus ubiq; ualeat. Addidere difficultatẽ & auctores:diuerſis in locis obſeruando:mox ẽt in iiſdẽ diuerſa ꝓdendo. Tres autẽ fuere ſectæ:chaldæa:ægyptia:græca. His addit apud nos quartã Cæſar dictator:annos ad ſolis curſum redigẽs ſingulos:Soſigene perito ſcientiæ eius adhibito. Et ea ipſa rõ poſtea cõperto errore:correcta eſt. Ita ut. xii. amnis cõtinuis nõ intercalareẽ:quia cœperat ſydera annus morari:qui prius antecedebat. Et Soſigenes ipſe tribus cõmẽtationibus (quãq; diligẽtior eẽt cæteris) non ceſſauit tamẽ addubitare ipſe ſemet corrigẽdo. Auctores ꝓdidere ea:q̃ ꝓtexuimus uolumini huic raro illius ſnia cũ alio congruẽte. Minus hoc in reliqs mirũ:quos diuerſi excuſauere tractus. Eoꝝ q in eadẽ regiõe diſſidere unã diſcordiã ponemus:exempli gratia. Occaſum uergiliaꝝ matutinũ Heſiodus (nã huius quoq; noĩe extat aſtrologia) tradidit fieri:cũ equinoctiũ autũni conficeret. Thales. xxv. die ab æquinoctio: Anaximander. xxix. Eudemõ. xlviii. Nos ſequemur obſeruationem Cæſaris:maximeq; hæc erit italiæ rõ. Dicemus tamẽ & alioꝝ placita. Id quoniã non uniũs terræ:ſed totius naturæ interpretes ſumus:nõ auctoribus poſitis:id.n. uerboſum eſt:ſed regionibus. ut legẽtes tantũ meminerint:breuitatis gratia. Cum attica noiata fuerit ſimul ĩtelligere cycladas inſulas:Cũ macedõia magneſiã:thraciã. Cũ ægyptus phœnicẽ:cyprũ: ciliciã. Cũ boœtia locridẽ:phocidẽ:& finitimos ſp tractus. Cũ helleſpontus:cherſonneſum:& cõtinẽtia uſq; athomõtẽ. Cũ iõia:aſiã:& ĩſulas aſiæ. Cũ pelopõneſus:achaiã:& ad heſpeꝝ iacẽtes terras. Chaldæi: aſſyriã & babyloniã demõſtrabũt. Africã hiſpaniã:galias ſileri nõ erit miꝝ. Nemo enim obſeruauit in iis: q ſydeꝝ ꝓderet exortus non tã difficili rõne dinoſcent in illis quoq; terris digeſtiõe circuloꝝ:q̃ in. vi. uolumine fecimus:qua cognitio cæli non gentium modo:uerum uerbium quoque ſingularum intelligitur: nota ex iis terris quas nominauimus:ſumpta conuexitate circuli pertinentis ad quas quiſque quæret: & terras ad earum ſyderum exortus:per omnium circulorum pares umbras. Indicandum & illud tempeſtates ipſas ardores ſuos habere quædrinis annis. Et eaſdem non magna differentia reuerti ratione ſolis:octonis uero augeri eaſdem:centeſima reuoluente ſe luna. Omnis autem ratio obſeruata eſt tribus modis:exortu ſyderum:occaſuq; & ipſorum temporum cardinibus. Exortus occaſuſq; binis modis intelligũtur. Aut enim aduentu ſolis occultantur ſtellæ:& conſpici deſinũt:aut eiuſdem abſceſſu proferunt ſe in emerſum. Hoc melius:q̃ exortum conſuetudo dixiſſet:& illud occultationem potius q̃ occaſum. Alio mõ quo die incipiunt appare re:uel deſinunt oriente ſole:uel occidente:matutini ueſpertiniue cognominati:prout alterutris eorum mane uel crepuſculo contingit. Dodrantes horarum:cum minimum:ĩterualla ea deſiderãt ante ſolis ortum:uel poſt occaſum:ut aſpici poſſint. Præterea bis quædam exoriuntur:& occidunt. Omniſq; ſermo de his eſt ſtellis:quas adhærere cælo diximus. Cardo temporum:quadripartita anni diſtinctione conſtat. Per incremẽta lucis augetur hoc a bruma:& æquatur noctibus:uerno æquinoctio in diebus. xc. tribus horis. Deinde ſuperat noctes ad ſolſtitium diebus. xciiii. horis. xii. uſq; ad æquinoctium autumni. Et cum æquata die procedit ex eo ad brumam diebus. lxxxix. horis tribus. Horæ nunc in omni acceſſione æquinoctiales:non cuiuſcunque diei ſignificantur: omneſque eæ differentiæ finiunt in octauis partibus ſingulorum. Bruma capricorni ad octauo Calend. ianuarii fere. Aequinoctium uernum: arietis:

Solſtitiũ:cancri:Alterumq; æquinoctiũ libræ.Qui & ipſi dies raro nõ aliquos tẽpeſtatũ ſignificatus habẽt. Rurſus hi cardines ſingulis etiamnum articulis tẽporȝ diuidunt:p media oẽs dieȝ ſpacia. Quoniam ĩter ſolſtitiũ & æquinoctiũ autumni:fidiculæ occaſus qui autumnũ ĩchoat dies.xlvi. At ab æquinoctio eo ad bruma uergiliaȝ matutinus occaſus hyemẽ:dies.xliii.ĩter brumã & æqnoctiũ dies.xlv.Flatus fauonii uernũ tps. Ab æqnoctio uerno initiũ æſtatis dies.xlviii.uergiliaȝ exortus matutinus.Nos incipiemus a ſemẽtibus frumenti:hoc eſt uergiliaȝ occaſu matutino.Nec deinde paruoȝ ſydeȝ mentione:concidenda rõ ẽt & difficultas reȝ augenda:cũ ſydus uehemens orionis iiſdem diebus longo decedat ſpacio.Semẽtibus tpa pleriq; præſumunt:& ab.xi.die autũnalis æquinoctii fruges ſeruntadueniẽte coronæ exortu cõtinuis diebus certo ꝓpe imbrium promiſſu.Xonophon non ante q̃ deus ſignũ dederit.Hoc Cicero nouembris imbre fieri interpretatus eſt:cũ ſit uera rõ nõ prius ſerendi:q̃ folia cœperint decidere.Hoc ipſo uergiliaȝ occaſu fieri putant.Aliqui ad.xii.idus nouẽbris:ut diximus ſeruãt:quoniã id ſydus ẽt ueſtis iſtitoris eſt:& eſt in cælo notatu facillimũ.Ergo ex occaſu eius de hyeme auguranť:quibus eſt cura negociatoris inſidiãdi auaritiæ.Nubilo occaſu pluuioſam hyemẽ denunciat:ſtatimq; augent lacernaȝ precia.Sereno aſperam:& reliquaȝ ueſtium accendunt.Sed ille indocilis cæli agricola hoc ſignum habeat inter ſuos uepres: humũq; ſuam aſpiciẽs:cum folia uiderit decidua.Sic indicať annĩ temperies:alibi tardius:alibi maturius.Ita.n.ſentitur:ut cæli lociq; efficit natura.idq; in hac ratione præcellit:quod eadem & ĩ mũdo publica eſt:& unicuique loco peculiaris.Miretur hoc qui non meminerit ipſo brumali die pulegium in carnariis florere: adeo nihil eſſe occultum natura uoluit.Et ſerendi igitur hoc ſignum dedit.Hæc eſt uera interpretatio argumẽtum naturæ ſecum afferens.Quippe ſe & terra peti ſuadet:promittitque quandam ſtercoris uicem:& contra rigores terram:ſatuſque operiri a ſe nunciat:& monet feſtinari.Varro in fabæ utique ſatu: hanc obſeruationem cuſtodiri præcipit.Alii plena luna ſerendam.Lentem uero a.xxv.ad.xxx.Vitiam quoq; eiiſdem lunæ diebus. Ita demum ſine limacibus fore.Quidam pabuli cauſa ſic ſeri iubent: ſeminis autem uere. Eſt & alia manifeſtior ratio:mirabiliore naturæ prouidentia.In qua Ciceronis ſentẽtiam ipſius uerbis ſubſignabimus.

Vel Seruãtq; id ſydus ẽt ueſtis ĩſtitores uel. qm̃ id ſydꝰ ẽt ueſtis inſtitutor:eſt Vel coronariis

Iam uero ſemper uiridis:ſemperq; grauata.
Lentiſcus triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu:
Ter fruges fondens:tria tempora monſtrat arandi.

Ex his unũ hoc erit idẽ & lino:& papaueri ſerẽdo.Cato de papauere ita tradit.Virgas & ſarmẽta:q̃ tibi ĩ ſatione ſuperãt:in ſegete cõburito.Vbi eas cõbuſſeris:ibi papauer ſerito ſilueſtre:quod in miro uſu eſt melle decoctũ ad faucium remedia.Viſq; ſomnifera ẽt ſatiuo.Et hactenus de hyberna ſemente.

Replicatio totius culturæ:& qd quoq; mẽſe ĩ agro fieri oporteat. CA. XXVI.

Vel iugero

VErum ut pariter oĩs culturæ:quoddã breuiariũ peragať:eodẽ tpe cõuenit & arbores ſtercorať: accumulare itẽ uineas.Sufficit ĩ iugeȝ opa:& ubi patietur loci rõ:arbuſta ac uineas putare:ſeminariis ſolũ bipalio ꝓparare:foueas apire:aquã de agro pellere:torcular lauare:& recõdere. A Calen.nouẽbris gallinis oua ſupponere nolito:donec bruma cõficiať.In eũ diẽ terna dena ſubiicito æſtate tota:hyeme pauciora:nõ tamẽ infra nouena.Democritos talem futurã hyemem arbitrať: qualis fuerit brumæ dies:& circa eũ terni:item ſolſtitio æſtatem.Circa brumã pleriq; biſſeptem halcyonum fœtura uentoȝ qetem mollius cælum:ſed & in his & in aliis omnibus ex euentu ſignificationum intelligi ſydera debebũt:nõ ad dies utiq; ꝑfinitos ſpectari tẽpeſtatum uadimonia.Per brumam uitem ne colito.Vinatum defæcari:etiam diffundi.Higinus ſuadet a confecta ea ſeptimo die:utiq; ſi ſeptima luna competat.Ceraſa circa brumam ſeri.Bubus glandem tunc aſpergi conuenit in iuga ſingula modios.Largior ualitudinẽ infeſtat:& quocũq; tpe detur ſi minus.xxx.diebus cõtinuis data ſit:narrãt uerna ſcabie pœnitere. Materiei cædendæ tps hoc dedimus.Reliqua opera nocturna maxime uirgilia conſtant:cum ſint noctes tanto ãplio res.Qualos:crates fiſcinas texere:Faces incidere.Ridicas præparare interdiu.xxx.palos.lx.In lucubratione ueſpertina ridicas.v.palos.x.Totidem antelucano.A bruma in fauonium Cæſari nobilia:ſydera ſignificãt. iii.calẽ.ianuarii matutĩo:canis occidẽs.Quo die atticæ finitimis regiõibus agla ueſperi occidere tradiť:Pridie nonas ianuarii Cæſari delphinus matutĩo exoriť:& poſtero die fidicula. Quo ægypto ſagitta ueſperi occidit.itẽ ad.vi.idus iãuarii eiuſdẽ delphini ueſpertĩo occaſu:cõtĩui dies hyemãt italiæ:& cũ ſol ĩ aquariũ ſẽtiať tráſire:qđ fere.xvi.Calẽ.feb.euenit.viii.calẽ.ſtella regia appellata Tuberõi:ĩ pectore leõis occidit matutĩo.Et pridie nonas februarii:fidicula ueſperĩ.Huius tpis nouiſſimis diebus: ubicũq; patieť cæli rõ terrã ad roſaȝ:& uineæ ſatũ uertere bipalio oportet.Iugero opæ.lx.ſufficiũt.Foſſas purgare: aut nouas facere. Antelucãis ferramẽta acuere:mãubria aptare.Dolia q̃ſſa ſarcire:ipſorũq; lanas ſcabẽdo purgare:aut nouas facere.Antelucãis a fauõio ĩ æqnoctiũ uernũ Cæſari ſignificat.xvii.calẽ.Martii triduũ uarie.Et.viii.calẽ.hirũdinis uiſu:& poſtero die arcturi exortu ueſptĩo.Itẽ.iii.nonas Martii Cæſar cãcri exortu id fieri obſeruauit.Maior ps auctoȝ uindemitoris emerſu.viii.idus aqlõii piſcis exortu:& poſtero die oriõis.In attica miliũ appeť obſeruaťCæſar & idus martias ferales ſibi ãnotauit ſcorpiõis occaſu.xv.uero calẽ.apri.italiæ miluũ oſtẽdit.xii.Calen.equũ occidere matutĩo.Hoc interuallũ tpis uegetiſſimũ agricolis:maximeq; operoſum ẽ.In quo ꝓcipue falluntť:Neq;.n.illo die uocanť ad munia:quo fauonius flare debeat: ſed quo cœpit. Hoc acri ĩtẽtione ſeruãdũ eſt.Hoc illo mẽſe ſignũ deus hẽt:obſeruatione minime fallaci:aut dubia.Si quis attendat:unde ſpiret is uentus:quaq; parte ueniat:diximus ſecũdo uolumĩe:& dicemus mox paulo operioſius.Interim eo die(quiſquis ille fuerit)quo flare cœperit:non utiq;.vi.idus februarii: ſed ſiue ante q̃uer ꝓ uenerit:ſiue poſtq̃ hyemarit:poſt eã diem inquam innumera ruſticos cura diſtrĩgat:& prima quæq; peragantur quæ differri nequeunt.Trimeſtria ſerantur. Vites putentur qua diximus ratione. Oleæ curen-

tur.Poma ſerantur:inſeranturq;.Vineæ paſtinentur.Semina digerantur.Inſtaurentur alia.Harundines:ſalices geniſtæ ſerantur cædanturq;.Serantur uero ulmi:populi:platani:uti dictum eſt.Tum & ſegetes conuenit purgare.Sarire hybernas fruges:maximeq; far.Lex certa in eo cum quattuor fibrarum eſſe cœperit.Faba uero non anteq̃ trium foliorum tunc quoq; leui ſarculo purgar̃ uerius q̃ fodere.Florentem utiq;.xv.primis diebus non attingere.Hordeum niſi ſit ſiccum:ne ſerito.Putationem æquinoctio peractam habeto.Vineæ iugerum quaternæ operæ putant:alligantq;.In arbuſto ſingulæ operæ.xv.arbores.Eodem hoc tempore hortorum roſariorumq; cura:eſt quæ ſeparatim proximis uoluminibus dicentur:eodem & topiariorum.Tunc optime ſcrobes fiunt.Terra in futurum proſcinditur.Virgilio maxime auctore: ut glebas ſol coquat.Vtilior ſententia:quæ non niſi temperatum ſolum in medio uere arari iubet: quoniam in pingui ſtatim ſulcos occupant herbæ.In gracili inſecuti æſtus exſiccant:certumq; ſuccum futuris ſeminibus auferunt.Talia autumno melius arari certum eſt.Cato uerna opera ſic diffinit:ſcrobes fieri: ſeminaria propagari i locis craſſis:& humidis:ulmos:ficos:poma:oleas:prata ſtercorari luna fitiente.Quæ rigua nõ erũt ab afflatu ſauõii defendit:purgari:herbas:malas radicitus erui:ficus interpurgari:ſeminaria fieri & uetera ſarciri.Hæc anteq̃ uinea florere incipiat.Itemq; pyro florente:arare incipiat macra:harenoſaq;.Poſtea utiq; grauiſſima & aquoſiſſima. Ita poſtremo arato.Ergo hæc aratio has habebit notas lentiſci primũ fructum oſtendentis:ac pyri florentis.Erit & tertio in bulborum ſatu ſcyllæ.Item in coronamentorum narciſſi.Nanq; & hæc ter florent.Primoq; flore primam arationem oſtendunt:medio ſecũdam:tertio nouiſſimam:quando inter ſeſe alia:alias notas prebent.Ac non in nouiſſimis cauetur:neſabis florentibus attingatur hedera.Id.n.noxiũ & exitiale eſt ei tps.Quædam uero & ſuas habent notas ſicuti ficus.Cum folia pauca in cacumine acetabuli modo germinent:tunc maxime ſerendas ficus. Aequinoctium uernum ad.viii.Calen.aprilis peragi uidetur.Ab eo ad uirgiliarum exortum matutinum:Cæſari ſignificãt Calẽ.aprilis.iii.nonas aprilis.In attica uergiliæ ueſperi occultantur.Eædem poſtridie in boœtia. Cæſari autem & chaldæis nonis:ægypto orion & gladius eius incipiunt abſcondi.Cæſari.vi.idus ſignificaṫ imber libræ occaſu.xiiii.Calen.maii.Aegypto ſuculæ: occidunt ueſperi:ſydus uehemẽs:& terra mariq; turbidum.xvi.atticæ.xv.Cæſari continuoq; triduo ſignificant. Aſſyriæ aũt.xii.Calen.hoc eſt uulgo appellatum ſydus pallicium:quoniam.xi.Calen.maii urbis romæ natalis:quo fere ſerenitas redditur.Claritatem obſeruationi dedit.nimborum argumento:hyadas appellãtibus græcis has ſtellas:Quod noſtri a ſimilitudine cognominis:græci pp ſues impoſitũ arbitrantes: imperitia appellauere ſuculas.Cæſari ad.viii.Calen.notaṫ dies.vii.Calen.Aegypto hædi exoriuntur.vi. Calen. Boœtiæ & atticæ canis ueſperi occultaṫ.Fidicula mãe oritur.v.Calen.aſſyriæ oriõ totus abſcõdiṫ.Tertio ãt canis.vi.nonas maii Cæſari ſuculæ matutino exoriunṫ. Et.viii.idus capella pluuialis.Aegypto ãt eodẽ die canis ueſperi occultatur.Sic fere in.vi.idus maii: q̃ uergiliaq; exortus decurrunt ſydera.In hoc tpis interuallo.xv.diebus primis agricolæ rapienda ſunt ea: qbus peragendis ante eqnoctium nõ ſuffecerit.Dũ ſciat inde natam exprobrationẽ fœdã putantiũ uites p imitationẽ cãtus alitis tẽporarii:quẽ cuculũ uocãt.Dedecus.n.habeṫ:obprobriũq; meritũ:falcẽ ab illa uolucre iuite deprehendi:ut ob id petulantiæ ſales ẽt cum primo uere ludanṫ. Auſpicio tamẽ deteſtabiles uidenṫ. Adeo minima quoq; in agro naturalibus trahũṫ argumentis.Extremo ãt panici miliiq; ſatio eſt. Iuſtum eſt hoc ſeri maturato hordeo:atq; ẽt in eodem aruo.Eſtq; ſignum illius maturitatis:& horum ſatiõis cõe: Lucentes ueſpere per arua cicidelæ.Ita appellant ruſtici ſtellantes uolatus.Græci uero lampyridas: incredibili benignitate naturæ.

Vel tẽporarii

Vel tẽporarii

De agricolæ aſpiciant ſtellas:ſed magis tpa ſerendæ frugis:& ortus occaſuſq; ſyderis in qbuſdam herbis:& de ſtellarum ortu:& occaſu. CA. XXVII.

Am uergilias in cælo notabiles natura fecerat:non tamen iis contenta:terreſtres fecit alias uelu ti uociferans:Cur cælum intueris agricola? Cur ſydera quæris ruſtice? iam te breuiora ſomno feſſum premunt noctes.Ecce tibi inter herbas tuas ſpargo peculiares ſtellas:eaſq; ueſpere:& ab opere diſurgenti oſtendo.Ac ne poſſis preterire:miraculo ſollicito.Vides ne ut fulgor igni ſimilis:alaq; compreſſu tegaṫ? ſecum lucẽ habeat & noctẽ? Dedi ecce tibi herbas horaq; ĩdices:& ut ne ſic qdẽ oculos tuos a terra reuoces.Heliotropiũ:ac lupinũ circũagũtur cum ſole.Cur ẽt nũc altius ſpectas? ipſumq; cælum ſcrutaris? Habes ante pedes tuos ecce uergilias.In certis eæ diebus proueniunt:durantq; fœdere ſyderis huiuſce.Partũq; eas illius eſſe certũ eſt.Proinde quiſquis æſtiuos fructus ante illas ſeuerit: ipſe fruſtrabiṫ ſeſe.Hoc interuallo & apicula procedens fabam florere indicat:fabaq; floreſcẽs eã euocat. Dabitur & aliud finiti frigoris indiciũ.Cũ germinare uideris mox: iniuriã poſtea frigoris timere nolito ergo operator.Taleas uliuaq; ponere.Ipſaſq; oleas interradere.Rigare prata æqnoctii diebus primis.Cũ herba creuerit in feſtucã:arcere aquas.Vineas pampinare.Et huic lex ſua cum pãpini quattuor digitos longitudine expleuerit.Pãpinat una opa iugeq;.Segetes iterare.Seriṫ uero diebus.xx.Ab æquinoctio ſartura nocere:& uineæ:& ſegeti exiſtimaṫ.Et oues lauãdi hoc idẽ tps ẽ. A uergiliaq; exortu ſignificant Cæſari poſtridie:arcturi occaſus matutini.iii.idus maii.Fidiculæ exortus.xii.Calen.iunii capella ueſpere occidẽs.Et i attica canis.xi.Calen.Cæſari orionis gladius occidere incipit.ii.nonas iunii.Cæſari & aſſyriæ aquila ueſpi oriṫ.viii. idus.Arcturus matutino occidit italiæ.viii.&.iiii.idus.Delphinus ueſperi exoriṫ.xvii.Calen. iulii.gladius orionis exoriṫ. Quod in ægypto poſt quatriduũ.xi.Calen.eiuſdem orionis gladius Cæſari occidere incipit.viii.Calendas iulii.uero longiſſima dies totius anni & nox breuiſſima ſolſtitium conficiunt. In hoc temporis interuallo uineæ pampinantur: curaturque ut uinea uetus ſemel foſſa ſit:bis nouella. Oues tondentur:Lupinum ſtercorandi cauſa uertitur.Terra proſcinditur.Vitia in pabulum ſecatur.Faba metitur:deinde concutitur.

De pratis:& reparatiõe prati:& cotibus:& falcibus:& descriptio frugũ:& syderũ. CA. XXVIII.

PRata circa calen.iunii cæduntur:quoꝝ facillima agricolis cura:ac minimi ĩpẽdii:hæc de se postulat dici.Relinqui debent in læto solo uel humido:uel riguo:eaq; aqua pluuia rigari uia publica. Vtilissimũ simul & herbæ arare:deinde cratire:serere floré ex fœnilibus:atq; ex præsepibus fœno dilapsum spargere:priusq̃ cratiantur.Nec prío anno rigari:nec pasci ante secũda fœnisecia:nec herbæ uelant̃:obtritusq; hebetent̃.Senescũt prata:restituiq; debẽt:faba in iis sata:uel ripis:uel milio. Mox in sequente anno frumento:rursusq; in prata tertio relinq.Præterea quotiẽs secta sint sicilire:hoc é q̃ fœniseces ꝓtereũt secari.Est.n.in primis iutile enasci herbas sementaturas.Herba optía ĩ prato trifolii: ꝓxima graminis:pessima mimmuli.Siliqua ẽt dira ferẽdis:inuisa & equi selis est:a similitudine equinæ setæ. Secádi tps cum spica defloresc̃ere cœperit:atq; roborari:secádũq; anteq̃ inaresc̃at.Cato fœnum inquit non seces:priusq̃ semen matuꝝ sit.Quidam pridie rigant ubi sunt rigua.Noctibus roscidis secari melius.Quædã partes italiæ post messem secãt.Fuit hoc quoq; maioris ĩpẽdii apud priores:creticis tantũ:trãsmariniscq; cotibus notis:ne nisi oleo falcis acié excitantibus.Igitur cornu pp oleũ ad crus ligato:fœnisex incedebat.Italia aq̃rias cotes dedit:limæ uice ĩperãtes ferro.Sed aquaria ꝓtinus uiret.Falciũ duo genera.Italicũ breuius ac uel inter uepres quoq; tractabile.Galliaꝝ latifundia maioris compendii:quippe medias cædũt herbas breuioresq; ꝓtereũt.Itali fœnũ ex dextera una manu secant.Iustum est una opa iugeꝝ in die desecari:alligariq; mãipulos tria mil.cc.quaternoꝝ pondo.Sectũ uerti ad solẽ:nec nisi siccũ cõstrui oportet.Ni fuerit hoc obseruatũ diligenter:exhalare matutino nebulã quãdã:metasq; mox sole accendi:& cõflagrari certũ ẽ.Rursus rigari desecta oportet:ut fecer̃ autũnale fœnũ:qđ uocãt cordũ. Interannæ in umbria quater anno:secãtur ẽt nõ rigua.Ter uero pleriscq; in locis:& postea in ipso pabulo nõ minus emolumenti est:q̃ a fœno.Armẽtoꝝ id cura:iumẽtorũq; ꝓgeneratio suũ cuiq; cõsiliũ dabit.Optimũ maxime quadrigaꝝ quæstus.Solstitiũ peragi in.viii.parte cancri &.viii.calen.iulii diximus.Magnus hic anni cardo:magna res mundi. Ex hoc usq; ad brumam decrescũt dies:q creuerunt sex mẽsibus.At sol ipse ad aqlonẽ scãdẽs asper ardua emensus:ab ea meta incipit flecti:& digredi ad austrum:aucturus noctes aliis sex mensibus:ablaturusq; diei mẽsuram.Ex hoc deinde conuehendi:rapiendiq; fructus alio:atq; alios:tempus.& præparandi se contra sæuã feráq; hyemẽ:decebatq; hoc discrimẽ indubitatis notis signasse naturam.Quamobrem eas manibus ipsis agricolaꝝ ingessit:uertiq; iussit ipsa die folia:& esse confecti syderis signũ.Nec siluestriũ tantũ arboꝝ:remotarũq;:ne in saltus deuios:montescq; eundẽ esset q̃rentibus signa.Non rursus ꝓximaꝝ:urbanarũq;: & quæ topiario tantũ usu colunt̃:q̃q̃ & in iis illa uisant̃.Vertit oleæ áte pedes satæ.Vertit tiliæ:ad mille usus petẽdæ.Vertit populi albæ:ẽt uitibus nuptæ.Adhuc paꝝ est inquit:ulmũ uitæ dotatá habes.Et huius ue terinoꝝ pabulo uersa folia stringis.Stringẽs át deputas.Aspice & tenebris sydus.Alia ꝓte cælũ respiciũt:q̃ quas spectauere pridie.Salice oĩa alligas.Humillima arboꝝ:ipse toto capite altior:& huius folia circũagunt̃:quid te rusticũ quereris?Non stat per me:quo minus cælum intelligas:& cælestia scias. Dabo & auribus signũ.Palumbiũ utiq; exaudi gemitus.Trãsisse solstitiũ cantu ne putes:nisi cũ incũbãtem uideriscq; palumbẽ.A solstitio usq; ad fidiculæ occasum.vi.Calẽd.iulii Cæsari orion oxorit̃.zona autẽ eius.iiii.nonas assyriæ.Agypto uero ꝓcyon matutino æstuosus:quod sydus apud romanos non habet nomen: nisi caniculam hancuelimus intelligi:hoc est minorẽ canẽ.Sane ut in astris pingitur.Est aũt magnopere ꝓtinens sicut paulo mox docebimus.iii.nonas chaldæis corona occidit matutino.Atticæ orion totus eo die exorit̃. Pridie idus iulii:& ægyptiis orion desinit exoriri.xvi.Calen.Augusti assyriæ procyon exoritur.Deinde postridie fere ubiq; confessum inter oẽs sydus indicabis:qđ canis ortum uocamus:sole primã partem leonis ingresso hoc fit post solstitium.xxiii.dies.Sentiunt id maria & terræ:multæ uero & feræ:ut suis locis diximus.Neq; est ei minor ueneratio:q̃ descriptis in deos stellis.Accenditq; solem:& magnã æstus optinet causam.xviii.calen.Augusti ægypto aquila occidit matutino:eteſiarumq; ꝓdromi flatus ĩcipiũt:qđ Cæsar.x. calen.sentire italiã existimauit. Aqla atticæ matutino occidit.iii.calen.regia in pectore leonis stella matutino Cæsari ĩmergit̃.viii.idus augusti. Arcturus medius occidit.iii.idus fidicula occasu suo autumnum incohat:uti is adnotat.Sed & uera ratio id fieri inuenit.vi.idus eiusdem. In hoc tpis ĩteruallo res sũma uitiũ agit̃ decretorio uuis syderę illo:qđ caniculã appellauimus:Vnde carbũculare dicũt̃:ut quodã uredinis carbõe exustæ:nõ cõparãt̃ huic malo grãdinis ꝓcellæ:nec q̃q̃ unq̃ ánonæ itulere charitatẽ.Agroꝝ qppe mala sũt illa.Carbũculus át regionũ latepatétiũ:nõ difficili remedio:nisi calũniari magis naturá reꝝ hoies:q̃ sibi ꝓdesse mallẽt.Ferũt Democritũ:q prius itellexit:ostẽditq; cũ terris cæli societatẽ: spernẽtibus hãc curá ei9 opulẽtissimis ciuibus.puisa olei charitate ex futuro uergiliaꝝ ortu:q̃ dixius rõne:ostẽdemusq; iã pleni us:magna utilitate tũc pp spẽ oliuæ:coemisse i toto tractu omne oleũ: mirantibus q paupertatẽ & qetẽ doctrinaꝝ ei sciebãt:i primis cordi eẽ.Atq; ut apparuit cã:& ingens diuitiaꝝ cursus:restituisse mercedẽ áxiæ & auidæ dominoꝝ pœnitẽtiæ:cõtẽtus ita ꝓbasse opes sibi(cũ uallet)i facili fore.Hos Sestius postea e romanis sapiẽtiæ sectatoribus athẽis fecit eadẽ rõne.Tãta lrãꝝ occasio ẽ.Quas eqdẽ miscebo agrestibus negociis:q̃ potero dilucide:atq; pspicue.Plericq; dixere:roré iustũ sole acri frugibus rubiginis cãm eẽ:& carbũculi uitibus.Qđ ex pte falsum eẽ arbitror:omnẽq; uredinẽ frigore tãtũ inoxio cõstare sole.Id manifestũ fiet attẽdẽtibus.Ná primũ oĩum hoc nõ euenire nisi noctibus:& ante solis ardorem: deprehẽditurq; : totũq; lunari rõne cõstat:qm̃ talis iniuria nõ fit nisi ĩterlunio:plena ue luna:hoc é ꝑualére:utroq;.n.hitu plẽa é:ut sæpius diximus.Sed ĩterlúio oc̃ lumẽ qđ a sole accipit cælo regerit.Differẽtia utriusq; habitus magna: sed mãifesta.Náq; interlunio æstate calidissima est:hyeme gelida.Ecõtrario in plenilunio æstate gelidas facit noctes:Hyeme tepidas.Cã euidẽs.Sed alia reddit̃ a Fabiano græcisq; auctoribus: Aestate enim interlunio necesse est:ut cum sole nobis proximo circulo currat: igne eius cominus recepto candens: eadem inter-

Vel nũmuli

Vel serẽdis

Vel ĩdicans

Vel ꝑuisa

Vel uilitate

lunio abſit hyeme: quando abſcedit & ſol. Item plenilunio æſtiuo procul abeat auerſa ſoli. Hyeme autem ad nos per æſtiuum circulum accedat. Ergo per ſe roſcida: quotiens alget: infinitum quantum illo tpe cadẽtes pruinas cõgelat. Ante oĩa ãt duo genera cæleſtis iniuriæ meminiſſe debemus. Vnum: quod tempeſtates uocamus: ĩ qbus grãdines: procellæ cæteraq; ſimilia itelliguntur. Quæ cũ acciderint: uis maior appellatur. Hæc ab horridis ſyderibus exunt: ut ſæpius diximus: ueluti arcturo: orione: hædis. Alia ſunt illa: q̃ ſilente cælo: ſereniſq; noctibus fiũt: nullo ſentiente: niſi cũ facta ſunt. Publica hæc & magnæ differentiæ a prioribus: aliis rubiginem: aliis uredinẽ: aliis carbunculũ appellantibus. Oibus uero ſterilitatem. De his nunc dicemus: a nullo ante nos prodita: & priuſq; cauſas reddemus.

De tẽpeſtatibus utriuſq; tpis: & remediis ſterilitatem. CA. XXIX.

QVæ ſunt p̃ter lunarẽ: pauciſq; cæli locis eſſe conſtat. Namq; uergiliæ priuatim attinent ad fructiſ ctus: ut quaꝝ exortu æſtas ĩcipiat: occaſu hyems: ſemeſtri ſpacio: intra ſe meſſes: uindemiaſq; & oĩum maturitatem complexæ. Eſt præterea in cælo qui uocatur lacteus circulus: etiam uiſu facilis. Huius defluuio: uelut ex ubere aliquo fata cuncta lacteſcunt: duorum ſyderum obſeruatione: aquilæ in ſeptentrionali parte: & in auſtrina caniculæ: Cuius mentionẽ ſuo loco fecimus. Ipſe circulus fertur per ſagittarium & geminos: ſolis centrum infra æquinoctialem circulum ſecans: commiſſuras eorum obtinente hinc aquila: illinc canicula. Ideo effectus utriuſq; ad omnes frugiferas pertinent terras. Quoniã in iis tantum locis ſolis terræq; centra congruunt. Igitur horum ſyderum diebus: ſi purus atq; mitis aer genitalem illum: lacteumq; ſuccum tranſmiſerit in terras: læta adoleſcunt fata. Si luna: qua dictum eſt rõne roſcidum frigus aſperſerit: admixta amaritudo: ut in lacte: puerperium necat. Modus in terris huius iniuriæ quam fecit in quacunq; conuexitate comitatus utriuſq; cauſæ. Et ideo non pariter in toto orbe ſentitur: ut nec dies. Aquilam diximus ĩ italia exoriri ad. xiii. calen. ianuarii. Nec patitur rõ naturæ quicquam in ſatis ante eum diem ſpei eſſe certæ. Si uero interlunium ĩcidat: omnes hybernos fructus: & p̃coces lædi neceſſe eſt. Rudis fuit priſcorum uita: atq; ſine litteris. Non minus tamen ingenioſam fuiſſe in illis obſeruationem apparebit: q̃ nunc eſſe rationem. Tria nanque tempora fructibus metuebant: propter quod inſtituerunt ferias: dieſq; feſtos: rubigalia: floralia: uinalia. Rubigalia Numa conſtituit anno regni ſui. xi. q̃ nunc aguntur ad. vii. calen. maii: Quoniam tunc fere ſegetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat ſole tauri partem decimam obtinente: ſicut tunc ferebat rõ. Sed uera cã eſt: q; poſt dies undeuiginti ab æquinoctio uerno: per id quatriduum: uaria gentium obſeruatione. in. iiii. calen. maii: canis occidit: ſydus & per ſe uehemens: & cui p̃occidere caniculam neceſſe ſit. Idem itaq; floralia. iiii. calen. eaſdem inſtituerũt urbis anno quingenteſimo ſextodecimo: ex oraculis ſybillæ: ut omnia bene defloreſcerent. Hunc diẽ Var. determinat: ſole tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo ſi in hoc quatriduum inciderit plenilunium: fruges & omnia: quæ florebunt: læde neceſſe erit. Vinalia priora: quæ ante hos dies ſunt. ix. Calen. Martii deguſtandis uinis inſtituta nihil ad fructus attinent. Nec quæ adhuc diximus ad uites: oleaſq; quoniam earum conceptus exortu uergiliarum incipit ad. vi. idus maii: ut docuimus. Aliud hoc quatriduum eſt quod neq; rore ſordere uelint. Exhorrent enim frigidum ſydus arcturi poſtridie occidens: & multo minus plenilunium incidere. iiii. nonas iunii iterum acquila exoritur ueſperi: decretorio die florentibus oleis uitibuſq; ſi plenilunium in eum incidat. Equidẽ & ſolſtitium. viii. Calen. iunii: ĩ ſimili caſu dixerim: & canis ortum: poſt dies a ſolſtitio. xxiii. Sed iterlunio accidẽte: quoniã uapore conſtat culpa: aciniq; præcoquũtur in callum. Rurſus plenilunium nocet ad. iiii. nonas iulii cum ægypto canicula exoritur. Vel certe. xvi. Calen. auguſti cum italiæ. Item. iiii. calen. auguſti cum aqla occiditq; uſq; ĩ. x. calen. eiuſdem. Extra has cauſas ſunt uinalia altera: quæ aguntur ad. xiii. calen. ſeptẽbris. Et Varro a fidicula ĩcipiente occidere mane determinat: q; uult initium autũni eſſe. Et hunc diem feſtum tempeſtatibus leniendis eſſe inſtitutũ. Nũc fidiculã occidere ad. vi. idus Auguſti ſeruat. Intra hæc conſtat cæleſtis ſterilitas: Neq; negauerim poſſe eã pmutari arbitrio legentiũ: locoꝝ æſtimantium naturas. Sed a nobis rõnem demonſtratã eſſe ſatis eſt. Reliqua obſeruatione cuiuſq; conſtabunt. Alterutrum quidem fore in cã: hoc eſt plenium: aut iterluniũ: non erit dubiũ. Et ĩ hoc mirabilẽ admirari benignitatem naturæ ſuccurrit. Iam primum hãc iniuriã oĩbus annis accidere non poſſe: pp ſtatos ſyderum curſus. Nec niſi paucis noctibus anni. Idq; quando futuꝝ ſit: facile noſci. Ac ne per oẽs mẽſes timeret eaꝝ quoq; lege diuiſum: Aeſtate interlunia præterq̃ biduo ſecura eẽ. Hyeme plenilunia. Nec niſi æſtiuis: breuiſſimiſq; noctibus metui. Nõ diebus itẽ ualere. Præterea tã facile ĩ telligi: ut formica minimum aĩal iterlunio geſcat. Plenilunio ãt noctibus operet. Auem param oriente Syrio ipſo die non apparere: donec & occidat. Ẽ diuerſo uirionem prodire ipſo ſolſtitii die. Neutrum uero lunæ ſtatum noxiũ eſſe nec noctibus quidẽ: niſi ſerenis: & oĩ aura quieſcente: qm̃ neq; ĩ nube: neq; ĩ flatu cadunt rores. Sic quoq; non ſine remedio. Sarmenta: aut paleaꝝ aceruos: & euulſas herbas fruticeſq; per uineas: cãpoſq; cũ timebis: incendito. Fumus medebit. Hic e paleis: & contra nebulas auxiliatur: ubi nebulæ nocent. Quidam tres cancros uiuos cremari iubent in arbuſtis: ut carbunculi non noceant. Alii ſiluri carnem leuiter uria uento: & per totam uineam fumus diſpergatur. Varro auctor eſt: q; ſi fidiculæ occaſu: qd eſt initium autũni: uua picta conſecretur inter uites minus nocere tempeſtates. Archibius ad Antiochum Syriæ regem ſcripſit: Si fictili nouo obſerata: obruatur rubeta rana in media ſegete: non eſſe noxias tempeſtates. Opera ruſtica huius interualli. Terram iterare. Arbores circũfodere. Vbi æſtiuoſa regio poſcat: accumulare. Germinantia: niſi in ſolo luxurioſo: fodienda non ſunt. Seminaria purgari ſarculo. Meſſem hordeaceam facere. Aream ad meſſem creta præparare Catonis ſententia: amurca temperata: Virgilii ope roſius. Maiore ex parte æquant tantum: & fimo bubulo dilutiore illinunt. Id ſatis ad pulueris remedium uidetur.

uel puã

De meſſe:& tritico:& palea:& frumento ſeruando. CA. XXX.

MEſſis ipſius ratio uaria:Galliarum latifundiis ualli pregrandes:dentibus in margine infeſtis: duabus rotis per ſegetem impelluntur:iumento in contrarium iuncto.Ita direptæ in uallum cadunt ſpicæ.Stipulæ alibi media falce præciduntur:atq; inter duas mergites ſpica deſtrígitur. Alibi ab radice euellũt.Quod qui faciunt:pſcindi ab ſe obiter agrum interpretantur: cũ extrahant ſuccum.Differentia hæc.Vbi ſtipula domos contegũt:q̃ longiſſimam ſeruant.Vbi fœni inopia é:ſtramento paleam quærunt.Panici culmo non tegũt.Milii culmum fere inurũt.Hordei ſtipulam bubus gratiſſimam ſeruant.Panicum & milium pectine manuali ſigillatim legunt galliæ.Meſſis ipſa alibi tribulis i area:alibi equorum greſſibus exteritur:alibi perticis flagellaſ.Triticũ quo ſerius metitur: copioſius inuenitur.Quo celerius uero eo pecioſius:& robuſtius.Lex aptiſſima anteq̃ granum indureſcat:& cum iam traxerit colorem.Oraculum uero biduo celerius meſſem facere:potius q̃ triduo ſerius.Siliginis & tritici etiã ratio in area horreoq;.Far (quia difficulter excutitur) conuenit cum palea ſua condi & ſtipula tantum: & ariſtis liberatur.Palea plures gentiũ pro fœno utuntur.Melior ea quæ tenuior:minutiorq;:& pulueri ꝓpior.Ideo optima:e milio.Proxima hordeo.Peſſima ex tritico:præterq̃ iumentis opere laborantibus.Culmũ ſaxoſis locis cum inaruerit:baculo frãgũt:ſubſtratu aĩaliũ.Si palea deficit:& culmus teriť.Rõ hæc: maturius deſectus:muria diu aſpergiť.Dehinc in manipulos ſiccatus cõuoluiť:atq; ita ꝓ fœno bubus datur. Sunt qui accẽdũt in aruo & ſtipulas:magno Virgilii preconio.Summa aũt ratio:ut herbarum ſemen exurant.Ritus diuerſitatẽ:magnitudo facit meſſium:& raritas operariorũ.Cõnexa eſt ratio frumenti ſeruãdi. Horrea operoſa.tripedali craſſitudine:pariete lateritio:exædificari iubent aliqui.Præterea ſuperne impleri:nec afflatus admittere:aut feneſtras habere ullas.Alii ab exortu tantum æctiuo:aut ſeptentrione: eaq; ſine calce conſtrui:quoniam ſit frumento inimiciſſima.Nam quæ de amurca p̃ceperint:indicauimus.Alibi contra: ſuſpendũt:granaria lignea columnis:& perflari undique malunt: atque etiam a fundo. Alii omnino pendunt & ab afflatu extenuari granum arbitrantur:& ſi tegulis ſubiaceat:conſerueſcere.Multi uẽtilare quoq; uetant.Gurgulionem enim non deſcendere ĩfra quattuor digitos:nec amplius periclitari.Columella & fauoniũ uentum conferre frumento prædicit:quod miror quidem ſicciſſimum alioquin.Sunt qui rubetam ranam in limine horrei pede e longioribus ſuſpenſam inuehere iubeant.Nobis referre plurimum tempeſtiuitas condendi uidebitur.Nam ſi parum toſtum:atq; robuſtũ collectũ ſit:aut calidũ conditum:inimica innaſci neceſſe eſt.Diuturnitatis cauſæ plures: Aut in ipſius grani corio:cum é numeroſius. ut milio:aut ſucci pinguedine:qui pro humore ſufficit tantũ:ut ſiſamæ:aut amaritudíe: ut lupino:& cicerulæ.In tritico maxime creſcunt aĩalia:quoniam ſpiſſitate ſua cõcaleſcit:& furfure craſſo ueſtitur. Tẽuior ordeo palea:exilis & legumini.ideo non generat.Faba craſſioribus tunicis operitur: Ob hoc efferueſcit. Quidam ipſum triticum diuturnitatis gratia aſpergunt amurca:mille modios quadrantali.Alii chalcidica:aut carica creta:aut ét abſinthio.Eſt & olinthi:ac cerinthi:euboeæ terra:quæ corrumpi non ſinat. Nec fere condita in ſpica lædunť.Vtiliſſime tamẽ ſeruantur in ſcrobibus:quos ſyros uocant:ut in cappadocia: & thracia & hiſpania.Africa ante omnia ut ſicco ſolo fiant curant:mox ut palea ſubſternãtur:præterea cũ ſpica ſua condunť.Ita frumenta ſi nullus ſpiritus penetret:certum eſt nihil maleficum naſci.Varro auctor eſt ſic conditum triticum durare annis quinquaginta:millium uero centum.Fabam:& legumina in oleariis cadis oblita cinere:longo tempore ſeruari.Idem fabam a pyrrhi regis ætate in quodã ſpecu ambraciæ uſq; ad pyraticum pompei magni bellum duraſſe:annis circiter.cxx.Ciceri tantum nullæ beſtiolæ in horreis innaſcũť.Sunt qui urceis cinere ſubſtratis & illitis:acetũ habẽtibus:leguminum aceruos ſuperingerãt ita non naſci maleficia credentes.Alii qui in ſalſamentariis cadis gypſo illinant.Alii qui lentem aceto laſerpitiato reſpergant:ſiccatamque oleo inungant.Sed breuiſſima obſeruatio:quod uitiis carere uelis: interluino lẽgere.Quare plurimũ refert:condere qs malit:an uendere.Creſcente.n.luna frumenta grãdeſcũt.

De uindemia:& autumni temporibus. CA. XXXI.

SEquitur ex diuiſione tempoꝝ.Autumnus a fidiculæ occaſu ad æquinoctium:ac deinde uergiliaꝝ occaſum:initiumq; hyemis iis interuallis ſignificatur:Pridie idus auguſti atticæ equus oriens.Veſpera ægypto & cæſari delphinus occidens.xi.Calen.ſeptembris Cæſari & aſſyriæ ſtella: quæ uindemiator appellatur:exoriri mane incipit:uindemiæ maturitatem promittens.Eius argumentum erunt acini colore mutati.Aſſyriæ.v.calen.& ſagitta occidit:eteſiæ deſinũt.Vindemiator ægypto non exoritur.Atticæ arcturus matutio:& ſagitta occidit mane.v.idus ſeptembris Cæſari capella oriť ueſperi.Arcturus uero medis pridie idus:uehementiſſimo ſignificatu terra:mariq; per dies quinq;.ratio eius hæc traditur.Si delphino occidente ĩbres fuerit:non futuros per arctuꝝ.Signum oriẽtis eius ſyderis ſeruetur hirundinum abitus.nanq; deprehenſe ĩtereũt.xvi.Calend.Octobris ægypto ſpica: quam tenet uirgo:exoritur matutino eteſiæq; deſinunt.Hoc idem Cæſari.xiiii.Calend.xiii.aſſyriæ ſignificant:&.xi. calen.Cæſari commiſſura piſcium occidens.ipſumq; ægnoctii ſydus.viii.Calen.octob.Deide conſentiunt (quod eſt ratum) Philippus:Calippus:Doſitheus:Parmeniſtus:Conõ:Criton:Democritus:Exodus:Ion. iiii.Calen.Octobris capellam matutio exoriri.Et.iii.Calen.hædos.vi.nonas octobris atticæ corona exoritur.Mane aſiæ & cæſari.v.Calen.heniochus occidit matutio.iii.Calen.Cæſari.corona exoriri ĩcipit.Et poſtridie occidunt:abditi ueſperi.viii.idus octobris Cæſari fulgens ĩ corona ſtella oritur.Et.iii.idus uergiliæ ueſperi.Idibus corona tota.vi.calen.Nouembris ſuculæ ueſperi exoriuntur.Pridie calend.Cæſari arcturus occidit:& ſuculæ exoriuntur cum ſole.iiii.nonas arcturus occidit ueſperi.v.idus nouembris gladius orionis occidere ĩcipit.Deide tertio idus uergiliæ occidũt.In his tempoꝝ interuallis opera ruſtica:napos: rhaphanos ſerere:quibus diebus diximus.Vulgus agreſte & rapam poſt cicõiæ diſceſſum male ſeri putat.

Nos omnino poſt uulcanalia:& præcocia cum panico. A fidiculæ autem occaſu uiciam:faſiolos.pabulum. Et hoc ſilente luna ſeri iubent. Et frondis præparandæ tempus hoc eſt. Vnus frondator quattuor frondarias ſiſciuas complere in die iuſtum habet. Si decreſcente luna præparetur nõ putreſcit. Aridam colligi nõ oportet. Vindemiam antiqui nũquam exiſtimauere maturam. Ante æquinoctium iam paſſim rapi cerno. Quamobrem & huius tempora notis:argumentiſq; ſignentur. Leges ita ſe habent. Vuam calidam ne legito:hoc eſt in eius ſiccitate. Ac niſi imber interuenerit. Hanc ne legito rorulentam:hoc eſt ſi ros nocturnus fuerit:Nec priuſquam ſole diſcutiatur: Vindemiare incipito:cum ad palmitem pampinus procũbere cœperit:aut cum exempto acino ex denſitate interuallum non compleri apparuerit acinum non augeri. Acino plurimum refert:ſi contingat creſcente luna uindemiare. Preſſura una culeos.xx.implere debet. Hic eſt pes iuſtus. Ad totidem culeos:& lacus.xx.iugeribus unum ſufficit torculum. Premuntq; aliqui ſingulis. Vtilius binis:licet magna ſit uaſtitas ſingulis. Longitudo in iis refert:non craſſitudo. Spatioſa melius præmunt. Antiqui funibus uittiſq; loreis ea detrahebãt:& uectibus. Intra.c.annos:inuẽta græcanica: mali rugis per cochleas bullantibus palis:affixa arbori ſellata palis arcas lapidum attollente ſecum arbore: quod maxime probatur. Intra.xxii.hos annos inuentum paruis præliis:& minori torculari: ædificio breuiore. & malo in medio decreto:tympana impoſita uinaceis:ſuperne toto põdere urgere:& ſuper præla cõſtruere congeriem. Hoc & poma colligendi tempus:& obſeruatio:cum aliquod maturitate non tempeſtate deciderit. Hoc & fæces exprimendi. Hoc & defrutum coquendi:ſilente luna noctu:aut ſi interdiu plena. Cæteris diebus:aut ante exortum lunæ.aut poſt occaſum. Nec de nouella uite:aut paluſtri. Nec niſi e matura uua. Nec niſi e foliis deſpumandum. Quia ſi ligno contingatur uas:aduſtum ac fumoſum fieri putant. Iuſtum uindemiæ tempus ab æquinoctio ad uergiliarum occaſum dies.xliiii. Ab eo die oraculum occurrit: frigidum picari pro nihilo ducentium. Sed iam & Calendas Ianuarii defectu uaſorum:uindemiantes uidi piſciniſq; muſta condi:aut uina effundi priora:ut dubia reciperentur. Hoc non tam ſæpe prouentu nimio euenit:quam ſegnitia inſidiantium charitati ciuili. Sed æqui patriſſamilias modus eſt annonæ:cuiuſq; anni utilitate. Id per æque lucroſiſſimum. Reliqua de uinis affatim dicta ſunt. Item uindemia facta oliuã eſſe rapiendam:& quæ ad oleum pertinent:quæq; a uergiliarum occaſu agi debent.

De lunari ratione. CA. XXXII.

His quæ ſunt neceſſaria:adiicientur de luna uentiſque:& præſagiis:ut ſit tota ſyderalis ratio perfecta. Namq; Virgilius etiam in numeros lunæ quædã digerenda putauit:Democriti ſecutus oſtẽtationem. Nos legum utilitas quæ in toto opere:in hac quoq; mouet parte. Omnia quæ cædun tur:carpuntur:tonduntur: Innocentius decreſcente luna:quam creſcente fiunt. Stercus niſi decreſcente luna:ne tangito. Maxime autem inter menſtrua:dimidiaq; ſtercorato. Verres:iuuencos:arietes:hædos:decreſcente luna caſtrato. Oua luna noua ſupponito. Scrobes luna plena noctu facito. Arborum radices luna plena operito. Humidis locis interlunio ſerito:& circa interlunium quatriduo. Ventilari quoque frumenta:ac legumina:& condi circa extremam lunam iubent. Seminaria cum luna ſupra terram ſit:fieri. Calcari muſta cum luna ſub terra. Item materies cædi:quæq; alia locis ſuis diximus:neq; facilior eſt obſeruatio:ac iam dicta a nobis ſecundo uolumine:ſed quod intelligere uel ruſtici poſſint. Quotiens ab occidente ſole cernitur:prioribuſq; noctis horis lucebit:creſcẽs erit. Et oculis dimidiata iudicabitur. Cum uero occidente ſole orietur ex aduerſo:ita ut pariter aſpiciantur:tunc erit plenilunium. Quotiens ab ortu ſolis oritur:prioribuſq; noctis horis detrahet lumen:& in diurnas extendet:decreſcens erit. Iterumq; dimidia. In coitu uero:quod interlunium uocant:cum apparere deſierit. Supra terras autem erit:quandiu & ſol. Interlunio:& prima tota die:ſecunda hora noctis unius dextante ſicilico:ac deinde tertia: uſq; ad quintamdeci- uel ſecũ
mam multiplicatis horarum iiſdem portionibus:quintadecima tota ſupra terras noctu erit: eademq; ſub dæ
terris tota die.xvi.ad primæ horæ nocturne dextantem ſicilicum ſub terra aget:eaſdemq; portiones horarum per ſingulos dies adiicit:uſq; ad interlunium. Et quantum primis partibus noctis detraxerit: qđ ſub terris agat:tantundem nouiſſimis ex die adiiciet ſuper terram. Alternis autem menſibus.xxx.implebit numeros. Alterius uero detrahet ſingulos. Hæc erit ratio lunaris.

De uentorum ratione. CA. XXXIII.

Ventorum Paulo ſcrupuloſior obſeruatio. Solis ortu:quocunq; libeat die:ſtantibus hora diei ſexta:ſic ut ortum eum a ſiniſtro humero habeant: Contra mediã faciem meridies:a uertice ſeptẽtrio erit:qui ita limes per agrum currit:cardo appellatur. Circumagi deinde melius eſt: ut umbram ſuam quiſq; cernat:alioquin poſt hominem erit. Ergo permutatis lateribus: ut ortus illius diei a dextro humeró fiat:occaſus a ſiniſtro:tunc erit hora ſexta:cum minima umbra contra mediũ fiat hominem. Per huius mediam longitudinem duci ſarculo ſucum:uel cinere lineam:uerbi gratia pedũ. xx. conueniet:mediamq; menſuram:hoc eſt in.x.pede circũſcribi circulo paruo:qui uocetur umbilicus. Quæ pars fuerit a uertice umbræ:hæc erit uentus ſeptentrionalis. Illo tibi putator arborum plagæ ne ſpectant: ne ue arbuſta:uineæ ue niſi in africa:cyrenis:ægypto. Illinc flante ne arato: quæq; alia præcepimus. Quæ pars lineæ fuerit a pedibus umbræ meridiem ſpectans:hæc uẽtum auſtrum dabit: quem a græcis notum diximus uocari. Illinc flatu ueniente materiam:uineamq; agricola ne tractes. Humidus aut æſtuoſus italiæ eſt. Africæ quidem incendia cum ſerenitate affert. In hunc italiæ palmites ſpectent:ſed non plagæ arborum uitiumue. Hunc oliueti metator:uergiliarum quatriduo. Hunc caueat inſitor calamis: gemmiſq; inoculator. De ipſa regionis eius ora præmoniſſe conueniet. Frondem medio die arborator ne cædito. Cũ meridiem adeſſe ſentiet paſtor:æſtate contrahente ſe umbra:pecudem a ſole in opaca cogito. Cum æſtate paſces:in occidentem ſpecta ante meridiem:poſt meridiem in orientem. Aliter noxium:ſicut hyeme:& ue

re in rorulentũ duceres. Nec cõtra septentrionẽ paueris supra dictũ. Clodũt ita: lippiũt uẽ ab afflatu: & aluo cita pereũt. Qui fœminas cõcipi uoles: in hũc uentum spectantes iniri cogito.

De limitatione agrorum. CA. XXXIIII.

DIximus: ut in media linea designaretur umbilicus. Per hunc medium transuersa currat alia. Hæc erit ab exortu æquinoctialia: ad occasum æquinoctialem. Et limes qui ita secabit agrum: decumanus uocabitur. Ducantur deinde aliæ duæ lineæ in decussis obliquæ: ita ut a septentrionis dextra leuaq; ad austri dextram: leuamq; descendat. Omnes per eundem currant umbilicum. Omnes inter se pares sint: Omnium interualla paria. Quæ ratio semel in quoq; agro ineunda erit: uel sæpius: si libet: ita uite: ligno facienda: regulis paribus in tympanũ exiguum: sed circinnatũ adactis. Ratione qua doceo occurrendũ igenijs quoq; imperitoq; est. Meridiem excuti placet: quoniã semper est idem. Sol autem quotidie ex alio cæli momẽto q̃ pridie oritur. Ne quis forte ad exortũ capiendam putet lineam. Ita cæli exacta parte: quod fuerit lineæ caput septentriõi proximũ: a parte exortiua solstitialem habebit exortũ: hoc est longissimi diei: uẽtumq; aquilonem: boreã a græcis dictũ: In hũc ponito arbores uitesq;. Sed hoc flante nec arato. Frugem nec serito. Semen nec iacito. Præstringit enim atq; præcellit hic radices arborũ: quas positurus asseres. Præmonitus esto. Alia robustis prosunt: alia infantibus. Nec sum oblitus in hac parte uentum a græcis poni: quem cæciam uocant. Sed idem Aristoteles uir imensæ subtilitatis qui idipsum fecit: rationẽ conuexitatis mundi reddit: quia cõtrarius aliquo africo flat. Nec tamen eũ toto anno in prædictis timet agrico la. Mollit sydera æstate media: mutatq; nomen: & etesias uocatur. Ergo cũ frigidũ senties: caueto. Ac quacunq; aquilo dicitur: tanto pernitiosior septentrionẽ. In hũc asiæ: græciæ: hispaniæ: maritimæ italiæ: campaniæ: apuliæ arbusta: uineæq; spectent. Qui mares concipi uoles: in hũc pascito: ut sic in eundem ineãt. Ex aduerso aquilonis ab occasu brumali africus: quem græci lyba uocãt. In hũc a coitu: cum se pecus circũegerit: fœminas cõceptas esse scito. Tertia a septẽtriõe linea: quam per latitudinẽ umbræ duximus: & decumanam uocamus: exortum habebit æquinoctialem: uentumq; subsolanum a græcis apeliotem dictũ. In hũc salubribus locis uillæ: uineæq; spectent. Ipse leniter pluuius: tamen est siccior fauonio. Ex aduerso eius ab æquinoctiali occasu: zephyrus a græcis noĩt. In hũc spectare oliueta Cato iussit. Hic uer ichoat: apitq; terras: tenui frigore saluber. Hic uites putandi: fruges q; curãdi: arbores serẽdi: poma inserẽdi: oleas tractãdi ius dabit: afflatuq; nutricũ exercebit. Quarta a septẽtriõe linea: eadem austro ab exortiua parte proxima: brumalem habebit exortum uentumq; uulturnũ: eurum: græcis dictum: siciorem & ipsum: tepidioremq;. In hũc apiaria: & uineæ italiæ: galliarumq; spectare debent. Ex aduerso uulturni flabit chorus: ab occasu solstitiali: & occidentali latere septentriõis: a græcis dictus argestes: ex frigidissimis & ipse: sicut omnes: qui a septẽtrionis parte spirant. Hic & grãdines infert: cauẽdus & ipse: nõ secus ac septentrio. Vulturnus si a serena cæli parte cœperit flare non durabit in noctem. At ubi subsolanus in maioré partem noctis extẽditur: quisq; erit uentus: si feruidus sentietur: pluribus diebus permanebit. Aquilonem prænuntiat terra siccescẽs. sed rorescens repente: austrum immiscet humescens in rore occulto.

vel percellit

vel percellar

uel mollitur sydere

vel nutricium

Prognostica tempestatum. CA. XXXV.

TEnim prædicta rõne uentorũ: ne sæpius eadẽ dicant: transi re cõuenit ad reliqua tẽpestatũ præsagia. quoniã & hoc placuisse Virgilio magnopere uideo. Siquidẽ in ipsam messem sæpe cõcurrere plia uentorũ dánosa iperitis refert. Tradunt enim eundẽ Democritũ: metẽte fratrem eius Damasoardentissimo a stu: orasse ut: reliquæ segeti pceret: raperetq; delecta sub tectũ: paucis mox horis sæuo imbre uaticinatiõe approbata. Quinimmo & harundinẽ nõ nisi ipendẽte pluuia seri iubent: & fruges in secuturo imbre. Quãobrẽ & hæc breuiter cõtingemus: scrutati maxime pertinẽtia. Primũq; a sole capiemus præsagia. Purus oriens: atq; nõ feruens: serenũ diem nunciat. At hybernã pallidus grãdinẽ. Si & occidit pridie serenus: & oritur: tãto certior fides serenitatis. Cõcauus oriens pluuias pdicit. Item uentos cũ ante exorientem eũ nubes rubescũt. Quod si & nigræ rubẽtibus iteruenerint: & pluuias. Cũ oriẽtis atq; occidentis radii rubent: coite pluuias. Si circa occidentem rubescunt nubes: serenitatẽ futuræ diei spõdent. Si in exortu spargentur: partim ad austrũ: partim ad aquilonem: pura circa eum serenitas sit licet: pluuiam tamen uentosq; significabunt. Si in ortu: aut in occasu contracti cernentur radii imbrẽ. Si in occasu eius pluet: aut radii in se nubem trahent: asperam in proximum diem significabunt tempestatem. Cum oriente radii non illustres eminebũt: quãuis circundati nube nõ sint: pluuiã portendẽt. Si ante exortum nubes globabunt: hyemẽ asperam denunciabũt. Si ab exortu repellent: & ad occasum abibunt: serenitatẽ. Si nubes solẽ circũcludent: quãto minus luminis relinquẽt: tanto turbidior tẽpestas erit. Si uero etiã duplex orbis fuerit eo atrocior. Quod si in exortu fiet ita ut rubescãt nubes: maxima ostendet tẽpestas. Si nõ abibunt: sed incũbent: a quocunq; uento fuerint: eum portendẽt. Si a meridie: & imbrem. Si oriens cinget orbe: ex qua parte is se aperit: expectetur uentus. Si totus defluxerit: æqualiter serenitatẽ dabit. Si in exortu lõge radios per nubes porriget: & medius erit inanis: pluuiam significabit. Si ante ortum radii se ostendent: aquam & uentum. Si circa occidentem candidus circulus erit: noctis leuem tempestatem. Si nebula: uehementiorem. Si candente sole: entum. Si ater circulus fuerit: ex qua regiõe is eruperit: uentũ magnũ. Proxima sunt iure lunæ præsagia. Quartam eam maxime obseruat ægyptus. Si splendẽs exorta puro nitore fulserit: serenitatẽ. Si rubicunda: uentos. Si nigria: pluuias portẽdere creditur. In quinta cornua eius obtusa: pluuiam. Erecta & infesta: uentos semper significãt. Quarta tamen maxime. Cornu eius septentriõale acuminatũ: atq; rigidum: illum præsagit uentum. Inferius austrum. Vtraq; recta: noctem uẽtosam. Si quartã orbis rutilus cinget: uentos & imbres præmõebit. Apud Var. ita est. Si quarto die luna erit directa: magnam tempestatem in mari præsagiet: nisi si coronam circa se habebit: & eam sinceram: quoniam illo modo non ante plenam

lunam hyemandum oſtendit. Si plenilunio per dimidium pura erit: dies ſerenos ſignificabit. Si rutila: uentos. Nigreſcens: imbres. Si caligo orbis nubem incluſerit: uentos qua ſe ruperint. Si gemini orbes cinxerint maiorem tempeſtatem. Et magis ſi tres erunt: aut nigri: aut interrupti: atq; diſtracti. Naſcēs luna ſi cornu ſuperiores obatro ſurget: pluuias decreſcens dabit. Si inferiore: ante plenilunium. Si in media nigricia illa fuerit: imbrem in plenilunio. Si plena circa ſe habebit orbem: ex qua parte is maxime ſplendebit: ex ea uentum oſtendet. Si in ortum cornua craſſiora fuerint: horridam tempeſtatem. Si ante quartam non apparuerit uento fauonio flante: hyemalis toto menſe erit. Si .xvi. uehementius flammea apparuerit: aſperas tempeſtates præſagiet. Sunt & ipſius lunæ octo articuli: quotiens in angulos ſolis incipit: pleriſq; inter eos tantum obſeruantibus præſagia eius: hoc eſt .iii. vii. xi. xv. xix. xxiii. xxvii. & interlunium. Tertio loco ſtellarū obſeruationem eſſe oportet. Diſcurrere eæ uidentur interdum: uentiq; protinus ſequuntur: In quarū parte ita præſagauere. Cælum cum æqualiter totum erit ſplendidum articulus temporū quos propoſuimus: autumnum ſerenum præſagabunt: & frigidum. Si uer & æſtas non ſine riguo aliquo trāſierint: autumnū ſerenum & denſum: minuſq; uentoſum facient. Autumni ſerenitas uentoſam hyemem facit. Cum repente ſtellarum fulgor obumbratur: uti neq; nubilo: neq; caligine fluitans: graues denuntiantur tempeſtates. Si uolitare plures ſtellæ uidebuntur: quo feruntur albeſcentes: uentos ex iis partibus nuntiāt. At ſi circa puræ ſtabunt: certos. Si id in partibus pluribus fiet: inconſtantes uentos effundent. Si ſtellarum errantium aliquam orbes incluſerint: imbres. Sunt in ſigno cancri duæ ſtellæ paruæ aſelli appellatæ: exiguum inter illa ſpacium obtinente nubecula: quā præſepia appellant. Hæc cum cælo ſereno apparere deſierit: atrox hyems ſequitur. Si alteram earum aquiloniam caligo abſtulerit: auſter ſæuit. Si auſtrinam: aquilo. Arquus cum ſunt duplices: pluuias nunciant. A pluuiis ſerenitatem nō perinde certam. Circuli noui circa ſydera aliqua: pluuiam. Cum æſtate uehementius tonuerit: quam fulſerit: uentos ea parte denunciat. Contra ſi minus tonuerit: imbrem. Cum ſereno cælo fulget: pluuiæ erunt. & tonitura: & hyemabit. Atrociſſime autem cum ex omnibus quattuor partibus cæli fulgurabit. Cum ab aquilone tantum: in poſterum diem aquam portendit. Cum a ſeptentrione: uentum. Cum ab auſtro: uel choro: aut fauonio: nocte ſerena fulgurauerit: uentum & imbrem ex iiſdem regionibus demonſtrabit. Tonitrua matutina uentum ſignificant. Imbrem meridiana. Nubes cum ſereno cælo feruntur: a quacunq; parte id fiet: expectentur uenti. Si eodem loco globabuntur: appropinquante ſole diſcutientur. Et hoc ſi ab aquilone fiat: uentos: ſi ab auſtro: imbres portēdēt. Sole occidente: ſi ex utraq; parte eius cælum patet: tempeſtatem ſignificabunt. Vehementius atræ ab oriente in noctem aquam minantur. Ab occidente in poſterum diem. Si nubes ut uellera lanæ: ſpargentur mulæ ab oriente: aquam in triduum præſagient. Cum in cacuminibus montium nubes conſident hyemabit. Si cacumina pura fient: deſſerenabit. Nube grauida candicante: quod uocant tempeſtatem albam: grando imminebit. Cælo quamuis ſereno nubecula: quamuis parua uentum procelloſum dabit. Nebulæ e montibus deſcendentes: aut cælo cadentes: uel in uallibus ſedentes: ſerenitatē promittunt. Ab his terreni ignes proxime ſignificant. Pallidi nanq; murmuranteſq; tempeſtatum nuntii ſentiuntur. Pluuiæ etiam: ſi in lucernis fungi. Si flexuoſe uolitet flamma: uentum. Et lumina cum præ ſe flammas eliduntur: aut uix accēduntur. Item cum in eo pendentes coaceruantur ſintillæ: uel cum tollentibus ollas carbo adhæreſcit: aut cum contentus ignis e ſe fauillam diſcutit: ſintillam ue emittit: uel cum cinis in foco concreſcit: & cum carbo uehementer perlucet. Eſt & aquarum ſignificatio. Mare ſi in tranquillo portu a curſu ſtabit: & murmuraue/rit intra ſe: uentum prædicit. Si identidem: & hyemem & imbrem. Littoris ripæq; ſi reſonabunt tranquilla: aſperam tempeſtatem. Item maris ipſius tranquillus ſonitus: ſpumæ ue diſperſæ: aut aquæ bullātes. Pulmones marini in pelago: plurium dierum hyemem portendunt. Sæpe & ſilentio intumeſcit: flatuq; altius ſolito iam intra ſe eſſe uentos fatetur. Equidem & montium ſonitus: nemorumq; mugitus prædicunt. Et ſine aura quæ ſentiatur: folia ludentia. Lanugo populi: aut ſpinæ uolitans. Aquiſq; pluma innatans. Atque etiam in campis tempeſtatem uenturam præcedens ſuus fragor: & cæli quidem murmur: non dubiam habet ſignificationem. Præſagiunt & animalia. Delphini tranquillo mari laſciuientes: flatum ex qua ueniunt parte. Item ſpergentes aquam. Item tubantes tranquillitatē. Loligo uolitans. Conchæ adhæreſcentes. Echini affigentes ſeſe: aut harena ſaburrantes: tempeſtatis ſigna ſunt. Ranæ quoq; ultra ſolitum uocales. Et fulicæ matutino clangore. Item mergi: anateſq; pennas roſtro purgantes: uentum. Cæteræq; aquaticæ aues cō curſantes. Grues in mediterranea feſtinantes. Mergi maria: aut ſtagna fugiētes. Grues ſilentio per ſublime uolantes: ſerenitatem: ſic noctua in imbre garrula: at ſereno tempeſtatem. Coruiq; ſingultu quodam latrā uel aut tes: ſeq; concutientes: ſi continuabunt: uentos: ſi uero carptim uocem reſorbebunt: uentoſum imbrē. Graculiſero a pabulis recedentes: hyemem. Et albæ aues cum congregabuntur. Et cum terreſtres uolucres cō tra aquam clangores dabunt: perfundentes ſeſe: ſed maxime cornis. Hirundo tam iuxta aquam uolitās: ut penna ſæpe percutiat. Quæq; in arboribus habitant: fugitantes in nidis ſuis. Et anſeres continuo clangore intempeſtiui. Ardea in mediis harenis triſtis. Nec mirum aquaticas: aut in totum uolucres præſagia aeris ſentire. Pecora exultantia: & indecora laſciuia ludentia: eandem ſignificationem habent. Et boues cælū olfactantes: ſeq; lambentes contra pluuiam. Turpeſq; porci alienos ſibi manipulos fœni lacerantes. Segniterque & contra induſtriam ſuam formicæ abſconditæ concurſantes: aut progerentes oua. Item uermes terreni erumpentes. Trifolium quoq; inhorreſcere: & folia contra tempeſtatem ſubrigere certum eſt. Necnō & in conuiuiis: menſiſq; noſtris uaſa: quibus eſculentum additur: ſudorem repoſitoriis linquentia diras tempeſtates prænunciant.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XIX.

¶ In Quo Lini natura continetur & Mirabilia.

PROOEMIVM.

YDERVM Quoque tempeſtatumq; ratio: uel iperitis facili: atq; indubitato monſtrata eſt. Verũ quia itelligẽtibus nõ minus confe runt rura depræhẽdẽdo cælo: q̃ ſyderalis ſcientia. Agro colẽdo ꝓximam multi hortoꝝ curã fecere. Nobis nõ protinus trãſire ad iſta tempeſtiuũ uidetur. Miramurq; quoſdã ſcientiæ gratia eruditiõis ſuæ gloriã ex his petẽtes tam multa præteriſſe: nulla mentiõe habita tot rerũ ſponte cura ueꝓuenientiũ: præſertim cũ pleriſq; earũ precio: uſuq; uitæ maior ẽt q̃ frugibus perhiebaſ auctoritas. Atq; ut a cõfeſſis ordiamur utilitatibus: quæq; nõ ſolũ terras omnes: uerũ etiã maria repleuere: ſeritur: ac dici neq; inter fruges: neq; inter hortẽſia põt linũ. ſed in qua nõ occurrere uitæ partæ? Quod ue miraculum maius? Herbã eſſe q̃ admoueat ægyptũ italiæ: in tantũ ut Galerius a freto ſiciliæ Alexandriã ſeptima die puenerit. Babillus ſexta: ambo põſecti. Aeſtate uero ꝓxima Valerius Mariáus ex prætoriis ſenatoribus a puteolis nono die leniſſimo flatu. Herbã eſſe quæ gadis Herculis colũnas ſeptimo die hoſtiã afferat: & citerioꝛẽ hiſpaniam quarto prouinciam narbonenſem tertio: africam altero. Quod etiam moliſſimo flatu contingit. C. Flacco legato Vibii Criſpi proconſulis. Audax uita: ſcelerum plena: aliquid ſeri: ut uentos procellaſq; recipiat: Et parum eſſe fluctibus ſolis uehi. Iam uero nec uela ſatis eſſe maiora nauigiis. Sed quamuis amplitudini antennarum ſingulæ arbores ſufficiant: ſuper eas tamen addi uelorum alia uela. Prætereq; alia in proris & alia in pupibus pandi: ac tot modis prouocari mortem. Deniq; tam paruo ſemine naſci: quod orbem terrarũ ultro citroq; portet: tam gracili auena: tam non alte a terra tolli: neq; id uiribus ſuis necti: ſed paſſum: tuſumq;: & in molliciem lanæ coactum iniuria naturæ: ac ſumma audacia: & quo peruenire nulla execratio ſufficit contra inuentorem dictum ſuo loco a nobis: cui ſatis non fuit hominem in terra mori: niſi periret & inſepultus. At nos priore libro imbres: & flatus cauendos frugum cauſa: uictuſq; præmonebamus. Ecce ſeritur hominis manu: metitur eiuſdem hominis igenio: quod uentos in mari optet. Præterea ut ſciamus ſauiſſe pœnas: nihil gignĩ facilius. Vt ſentiamus noléte id fieri natura: urit agrũ: deteriorẽq; ipſum facit.

De lini ſatione: & generibus eius: & quomodo perficiatur. & de mappis: & lino non ardente; & quando primum in theatris uela. CA. I.

SEritur fabuloſis locis maxime: unoq; ſulco: nec magis feſtinat aliud. Vere ſatum æſtate uellitur & hanc quoq; terræ iniuriam facit. Ignoſcat tamen aliquis ægypto ſerenti: ut arabiæ indiæque merces apportet. Ita ne & galliæ cenſentur hoc reditu? Monteſq; mari oppoſitos eſſe non eſt ſatis: & a latere oceani obſtare ipſum quod uocãt inane. Cadurci: caleti: ruteni: bituriges: ultimiq; hominum exiſtimati morini: immo uero galliæ uniuerſæ uela texunt. Iam quidem & trãſrhenani hoſtes. Nec pulchriorem aliam ueſtem eorum fœminæ: nouere. Qua ammonitiõe ſuccurrit: quod. M. Varro tradit in ſeruanorum familia gentilium eſſe: fœminas linea ueſte non uti. In germania autẽ defoſſi: & ſub terra id opus agunt. Similiter in italia ratione alia. Nam inter padum ticinumq; annes: ſubiacent abiterna. In europa lino palma ſecunda. In uicino enim halionis capeſſunt retouina. Et in æmilia uia fauentina candore. Halionis ſemper crudis fauentina præferuntur. Retouinis tenuitas ſumma denſitaſq;. Cãdor æque ut fauentinis: ſed lanugo nulla. Quod apud alios gratiam: apud alios offenſionẽ habet. Neruoſitas filo æqualior pene quam coroneis: tinnituſq; cum dente libeat experiri. Ideo duplex quam cæteris precium: & hiſpania citerior habet ſplendorem lini præcipuum torrentis: in quo pollitur natura: qui alluit terraconem. Et tenuitas mira ibi primum carbaſis reperris. Nam dudum ex eadem hiſpania zoelicum uenit in italiam plagis utiliſſimum. Ciuitas ea gallaciæ & oceano propinqua. Eſt ſua gloria & cumano in campania ad piſciũ: & alitum capturam. Eadem & plagis materia. Neq; enim minores cunctis animalibus iſidias: quam nobiſmetipſis lino tendimus: ſed cumanæ plagæ concidunt apros: & hæ caſſes ue aſperi ferri aciem conuincunt. Vidimuſq; iam tantæ tenuitatis: ut annulum hominis cum epidromibus tranſirent: uno portante multitudinem qua ſaltus cingerentur. Nec id maxime mirum: ſed ſingula earum ſtamina centeno quinquageno filo conſtare: ſicut pauloante Iulio Luppo: qui in præfectura ægypti obiit. Mirentur hoc ignorantes in ægyptii quondam regis quem Amaſyn uocant: thorace. In rhodiorum inſula oſtẽdi in templo Mineruæ

uel ſubiace

uel araneis

uel q̃ corõæ: his

.cccIxv.filis ſingula fila conſtare.Quod exemplum per ſe expertum nuper Romæ prodidit Mutianus ter conſul:paruaſq; iam reliquias eius ſupereſſe:hac experientium iniuria.Italia ex pelignis etiamnum linis ho norem habet:ſed fullonum tantum in uſu.Nullum eſt candidius lanæ ue ſimilius:ſicut in culcitris præci puam gloriam cadurci optinẽt.Galliarum hoc ad tomẽta pariter inuentum.Italiæ quidẽ mos etiam nũc durat in appellatiõe ſtramenti.Aegyptio lino minimũ firmitatis:plurimũ lucri.Quattuor ibi genera.Ta nicum;ac peluſiacũ:buticum:tentiriticum:cum regionũ noĩbus:in quibus naſcuntur.Superior pars ægy ti in arabiã uergens gignit fruticem:quẽ aliqui goſſipion uocant.Plures xylon': & ideo lina inde facta xyli na.Paruulus eſt:ſimilemq; barbatæ nucis defert fructũ.Cuius inexteriore bombice lanugo nẽtur. Nec ul la ſunt eis in candore mollicia ue præferenda.Veſtes inde ſacerdotibus ægypti gratiſſimæ.Quartũ genus orthominũ appellant.Fit e paluſtri uelut harũdine dumtaxat pãnicula eius.Aſia egeniſta facit lina ad retia præcipua:in piſcando durantia frutice madefacto.x.diebus.Aethiopes indiq; e malis.Arabes cucurbitis in arboribus(ut diximus)de geniſtis.Apud nos maturitas eius duobus argumentis intelligitur:intumeſcen te ſemine:aut colore flaueſcente.Tunc euulſum:& in faſciculos manuales colligatũ ſiccatur in ſole pendens cõuerſis ſuperne radicibus uno die:mox quinq; aliis in cõtrarium inter ſe uerſis faſciũ cacuminibus: ut ſe men in mediũ cadat.Inter medicamina huic uis:& in quodã ruſtico:ac prædulci italiæ tranſpadanæ cibo: ſed iam pridem ſacrorũ tãtum gratia.Deinde poſt meſſem triticeam:uirgæ ipſæ merguntur in aquam ſo libus tepefactam:põdere aliquo depreſſæ.Nulli.n.leuitas maior.Maceratas indicio eſt mẽbrana laxatior. Iterũq; uniuerſæ:ut prius ſole ſiccantur.Mox arefactæ in ſaxo tundunt ſtippario malleo.Quod proximũ cortici fuit:ſtuppa appellatur:deterioris lini:lucernarum fere luminibus aptior.Et ipſa tamẽ pectitur fer reis ahenis:donec omnis membrana decorticet.Medullæ numeroſior diſtinctio:cãdore:mollicia.Linũq; nere & uiris decorũ ẽ: Cortices quoq; decuſſi clibanis:& furnis põbẽt uſũ.Ars depectẽdi digerẽdiq;.iuſtũ ẽ e quinquagenis faſcium libris quinas denas carminari.Iterum deinde in filo ponitur illiſum crebro in ſili ce ex aqua.Tectũq; rurſus tunditur clauis:ſemper iniuria melius.Inuentũ iam eſt etiã quod ignibus nõ ab ſumeret.Viuum id uocãt:ardenteſq; in focis cõuiuiorũ ex eo uidimus mappas ſordibus exuſtis ſplẽdeſcẽ tes igni magis:quã poſſent aquis.Regũ inde funebres tunicæ corporis fauillam ab reliquo ſeparãt cineri. Naſcitur in deſertis:aduſtiſq; ſole indiæ:ubi nõ cadunt imbres:inter diras ſerpẽtes:aſſueſcitq; uiuere ardẽ do.Rarum inuentu:difficile textu:propter breuitatẽ.Ruſſus de cætero colos ſplendeſcit igni. Cum inuen tum eſt:æquat precia excellentium margaritarum.Vocatur autem a græcis aſueſtinum ex argumẽto natu ræ.Anaxilaus auctor eſt:lintheo eo circundatam arborem ſurdis ictibus:& qui nõ exaudiantur;cædi. Er go huic lino principatus in toto orbe:Proximus byſſino:mulierũ maxime deliciis circa elim in achaĩa ge nito:quaternis denariis ſtipula eius permutata quondam ut auri. Repertaque lintheorum lanugo e uillis nauium maritimarum maxime in magno uſu medicinæ eſt: & cinis ſpodii uim habet. Eſt & inter papa uera genus quoddam: quo candorem linthea præcipuum trahunt.Tentatum eſt tingi linum quoq; & ue ſtium inſaniam accipere in Alexandri magni primum claſſibus indo amne nauigantis:cum duces eius: ac præfecti in certamine quodã uariaſſent inſignia nauiũ.Stupueruntq; littora flatu uerſicolaria implẽte. Ve lo purpureo ad acciũ cum Marco Antonio Cleopatra uenit:eodemq; effugit.Hoc fuit ĩperatoriæ nauis in ſigne.Poſtea in theatris tantum umbrã fecere.Quod primus omniũ inuenit. Qu. Catulus cum capitoliũ dedicaret.Carbaſina deinde uela primus in theatro duxiſſe traditur Lẽtulus Spinter apollinaribus ludis. Mox cæſar dictator totum forum Romanũ intexit:Viamq; ſacram ab domo ſua ac cliuum uſq; capitoli num:quod munere ipſo gladiatorio mirabilius uiſum tradunt.Deinde & ſine ludis Marcellus:Octauia ſo rore Auguſti genitus in ædilitate ſua auunculo.xi.Conſule Calen.Auguſti uelis forum inumbrauit:ut ſa lubrius litigantes cõſiſterent.Quantũ mutatis moribus Catonis Cenſorii:qui ſternẽdũ quoq; forum mu ricibus cenſuerat.Vela nuper colore cæli ſtellata per rudentes terræ etiam in amphiteatris principis Nero nis rubent in cauis ædium & muſcum ac ſolem defendunt.Cætero manſit candori pertinax gratia.Honor etiam & Troiano bello.Cur enim non & prœliis interſit:ut naufragiis.Thoracibus lineis:paucos tamẽ pu gnaſſe teſtis eſt Homerus.Hinc fuiſſe & nauium armamenta apud eundem interpretati ſunt eruditiores: quoniam cum ſparta dixit:ſignificauerit ſata.

Vel tani cium

Vel ue luti bõbicis

Vel or tholinõ

Vel ge nitis

Vel ha mis

uel ferri

De ſparti natura:& quando primum uſus eius:& quomodo perficiatur:& quæ ſine radice naſcantur:& uiuant. CA. II.

Parti quidem uſus multa poſt ſæcula cœptus eſt.Nec ante pœnorum arma: quæ primũ hiſpa niæ intulerunt.Herba & hæc ſponte naſcens:& quæ non queat ſeri: iuncuſq; proprie aridi ſoli uni terræ dato uitio.Nãq; id malũ telluris eſt:nec aliud ibi ſeri:aut naſci poteſt.In africa exiguũ: & inutile gignitur:carthaginenſis hiſpaniæ citerioris portio.Nec hæc tota: ſed quatenus parit montes quoq; ſparto operit.Hinc ſtrata ruſticis eorum:hinc ignes faſceſq;.Hinc calceamina:& paſtorum ueſtis:animalibus noxium:præterquã cacumĩum teneritate.Ad reliquos uſus laborioſe euellitur. Ocrea tis cruribus:manibuſq; tectis manicis cõuolutum oſſeis ligneis ue conamẽtis.Nunc iam in hyemem uix: Facillime tamen ab idibus maiis in iunias:hoc maturitatis tempus. Vulſum faſcibus in aceruo adunatum biduo tertio reſolutum.Spargitur in ſole ſiccaturq;:& rurſus in faſcibus redit ſub tecta.Poſtea maceratur aqua marina optime:ſed & dulci ſi marina deſit.Siccatumq; ſole iterum rigatur:ſi repente urgeat:deſide rium:perfuſum calida in folio:ac ſiccatum ſtans compendium operæ fatetur.Hoc autem tonditur: ut fiat utiſe præcipue in aquis:mariq; inuictum.In ſicco præferunt e canabi funes.Et ſpartum alitur etiã demeſſum:ueluti natalium ſit impenſa.Eſt quidem eius natura interpolis. Rurſuſq; quã libeat uetuſtum nouo miſcetur.Verũtamen complectetur animo:qui uolet miraculũ æſtimare:quanto ſit in uſu omnibus terris

Vel ſo lio

nauium armamentis:machinis ædificationū:aliisq; desideriis uitæ. Ad hos omnes usus quæ sufficiant:mi nus.xxx.M.passuum in latitudinem. A littore carthaginis nouæ minusq; in longitudine esse reperiantur. Longius enim uehi impendia prohibent. Iūco græcos ad funes usus nomini credamus οχοινοσ quo herbam eam appellant. Postea Palmarum foliis Phyllyraq; manifestum est. Et inde translatum a pœnis sparti usum per quam simile est ueri. Theophrastus auctor est:esse bulbi genus circa ripas amnium nascens:cuius inter summū corticem:eamq; partē qua uescuntur esse laneam naturam:ex qua mapalia:uestesq; quō dam conficiebantur. Sed neq; regionem in qua id fiat:neq; quicquā diligentius: præterquā eriophoron id appellari in exemplaribus:quæ equidem inuenerim:tradit cuncta cura magna persecutus.cccxc.annis ante nos:ut alio iam loco diximus. Quo apparet post id temporis spacium in usum uenisse spartum. Et quoniam a miraculis rerum cœpimus:sequemur eorū ordinem:in quibus uel maximum est aliquid nasci:aut uiuere sine ulla radice. Tubera uocantur hæc undiq; terra circundata:nulliq; fibris nixa aut saltem capillamentis:nec utiq; extuberante loco in quo gignuntur:aut rimam agente. Neq; ipsa terræ cohærent. Cortice etiam includūtur:ut plane nec terram esse possimus dicere:neq; aliud quā terræ calum. Siccis hæc fere: & sabulosis locis:frutetosisq; nascuntur. Excedunt sæpe magnitudinē mali coronei:etiam librali pōdere. Duo eorum genera:harenosa dentibus inimica:& altera sincæra. Distinguntur & colore rufo nigroq;: & intus candido. Laudatissima quæ africæ crescunt. Anne uitium id terræ? Neq; enim aliud intelligi potest: malū ne id ea ꝓtinus globet magnitudine qua futurū est. Et uiuat ne:an nō:haud facile arbitror intelligi posse. Putrescēdi.n.ratio cōmunis est iis cū ligno. Lartio licinio ꝓtorio uiro iura reddēte in hispania carthagine paucis his annis scimus accidisse:mordēti tuber:ut deprehēsus inde denarius primos dētes iflecteret. Quo manifestum erit terræ naturam in se globari:Quod certū est ex iis quæ nascuntur & seri nō possunt.

Vel the littoribus

Vel uesteſq; quā dā conficiantur

Vel farina

De misy:& tuberibus:de fungis pezicis:laserpitio:& magyderi:& rubia:& radicula. CA. III.

Similе est quod in cyrenaica prouincia uocant misy præcipuū suauitate:odore:ac sapore: sed carnosius. Et quod in thracia cerauniū. De tuberibus hæc tradūtur peculiariter. Cum fuerint imbres autūnales:ac tonitrua crebra:tunc nasci:& maxime e tōitribus:nec ultra annū durare:tenerrima autem uerno esse. Quibusdam locis acceptantur riguis & seruntur sicut mytilenis. Negāt nasci nisi exundatiōe fluminū inuecto semine ab Tiaris. Est autem his locus in quo plurima nascunt. Asiæ nobilissima circa lampsacū:& alopeconesum:græciæ uero circa elin:Sunt & in fungorū genere a græcis dicti pezicæ:qui sine radice aut pediculo nascuntur. Ab his proximū dicetur auctoritate clarissimū laserpitiū quod græci silphion uocant:in cyrenaica prouincia repertū:cuius succū uocant laser:magnificū in usu: medicamentisq;:& ad pondus argenti denarii pensum. Multis iam annis in ea terra non inuenitur: quoniā publicani qui pascua conducūt:maius ita lucrum sentientes depopulantur pecorū pabulo. Vnus autem caulis nostra repertus memoria Neroni principi missus est. Si quando incidit pecus in spem nascentis:hoc deprehenditur signo:oue cū comederit dormiente protinus:capra sternutante. Diuq; iam non aliud ad nos inuehitur:quā quod in perside:aut media & armenia nascitur laser:multo infra cyrenaicum. Id quoq; adulterantur gummi:aut sacopenio:aut faba fracta. Quo minus omittendū uidetur. C. Valerio. M. Herennio coss. cyrenis aduecta Romam publice laserpitii pondo.xxx. Cæsarem uero dictatorem initio belli ciuilis inter aurum argentumq; protulisse ex ærario laserpitū pondo.cxi. Id apud auctores græciæ euidentissimos inuenimus. Natum imbre piceo repente madefacta tellure circa hesperidū hortos syrtinq; maiorem.vii. annis ante oppidum cyrenarū:quod conditum est urbis nostræ anno.cxliii. Vim autem illam per quattuor stadiorum spatium in africa ualuisse. In ea laserpitium gigni solitum rem feram:ac contumacem: & si colere tur:in deserta fugientem. Radice multa crassaq;:caule ferulaceo:haud simili crassitudine. Huius folia maspetum uocabant:apio maxime similia. Semen erat foliaceum. Folium ipsum uero deciduum. Vesci pecora solita:primoq; purgari:mox pingueſcere:carne mirabilem in modū iucunda. Post folia amissa caule ipso & homines uescebantur decocto:asso:elixoq;. Eorum quoq; corpora.xl.primis diebus purgāte a uitiis. Ex iis omnibus succus duobus modis capiebatur:e radice:atq; caule. Et hæc duo erant nomina rhizias:atque caulias. Vilior ille:ac putrescens radice:cortex niger:& ad mercis adulteria. Succum ipsum in uasa coniectū admixto fursure subinde concutiendo ad maturitatem perducebant:ni ita fecissent putrescentē. Argumentum erat maturitatis color:siccitasq;:sudore finito. Alii tradunt laserpitii radicem fuisse maiorem cubitali: tuberq; in ea super terram. Hoc in cisso profluere solitum succum ceu lactis supernato caule:quem magydarin uocarunt. Folia aurei coloris pro semine fuisse:cadentia a canis ortu:austro flante. Ex iis laserpitium nasci solicum annuo spatio:& radice & caule consumentibus sese. Hoc & circunfodi solitum prodidere. Nec purgari pecora:sed ægra sanari:aut protius mori:quod in paucis accidere. Persico Silphio prior opinio cō gruit. Alterum genus est quod magydaris uocatur tenerius & minus uehemens:sine succo. Quod circa syriam nascitur:non prouenіens in cyrenaica regione. Gignitur & in pernaso monte copiosius: quibusdā laserpitiū uocantibus:perq; omnia adulteratur rei saluberrimæ utilissimæq; auctoritas. Probatio sinceri prima in colore modice rufo:& cum frangitur:candido intus. Mox transluceте:gutta aquæ saliuaq; liqueſcit. Vsus in multis medicaminibus. Sunt etiamnū duo genera non nisi sordido nota uulgo:cum quæstu nullo polleant. In primis rubia tinguendis lanis & coriis necessaria. Laudatissima italica:& maxime suburbana:& omnes pene prouinciæ scatent ea. Sponte prouenit:seriturq; similitudine eruilіæ. Verum spinosus ei caulis & geniculatus hic est quinis circa articulos in orbe foliis. Semen eius rubrū est. Quot in medicina usus habeat suo dicemus loco. At quæ uocatur radicula lauādis demū lanis succū habet:mirū quantū cōferens candore:molliciaq;. Aeque nasciť satiua ubiq; sed spōte ꝑcipua in asia:syriaq; saxosis & asperis locis. Trans euphratem tamen laudatissima caule ferulaceo:tenui:& ipsis cibis indigenarum expetito:& tingentі quic-

quid ſit:cū quo decoquatur:folio oleæ.Struthion græci uocāt:floret æſtate:grata aſpectu:uerum ſine odore:ſpinoſa:& caule lanuginoſo.Semen ei nullū:radix magna:quæ cōciditur ad quem dictum eſt uſum.

De hortorū cura:& digeſtio terræ naſcentiū:præter fruges:& frutices. CA. IIII.

AB his ſupereſt reuerti ad hortorū curam:& ſuapte natura memorandā.Et quoniā antiquitas nihil prius mirata eſt:q̄ & heſperidū horros:ac regum Adonis:& Alcinoi.Item q̄ penſiles: ſiue illos Semiramis:ſiue aſſyriæ rex Cyrus fecerit:de quorū opere alio uolumine dicemus. Romani quidē reges ipſi coluere.Quippe etiā Superbus Tarquinius nunciū illum ſæuū atq̄ ſanguinariū filio remiſit ex horto.In.xii.tabulis legum noſtrarū:nuſquā nominat uilla:ſemper in ſignificatione ea ortus.In horti uero hæreditū.Quā rem comitata eſt & religio quædā:hortoſq̄ & fores tantum cōtra inuidētium faſcinationes dicari uidemus.In remedio ſaturnica ſigna quāquam hortos tutelæ. Veneris aſſignāte Plauto.Iam quidē hortorū nomine in ipſa urbe delicias:agros:uillaſq̄ poſſident.Primus hoc inſtituit athenis Epicurus hortoꝝ magiſter.Vſq̄ ad eū moris non fuerat in oppidis haberi rura.Romæ quidem per ſe hortus:ager pauperis erat.Ex horto plebei macellū:quāto innocentiore uictu.Mergi enim credo in pfunda ſatius eſt:& oſtrearū genera naufragio exquiri.Aues ultra phaſidem amnē peti:& fabuloſo quidē terrore tutas:immo ſic precioſiores.Alias in numidia atq̄ æthyopia in ſepulchris aucupari:aut pugnari cū feris mandi ab eo cupientē:quod mandat alius.At herculem quā uilia hæc q̄ parata uoluptati ſatietatiq̄: niſi eadem quæ ubiq̄ indignatio occurreret? Ferendū ſane fuerit exquiſita naſci poma:alia ſapore:alia magnitudine:alia mōſtro:pauperibus interdicta.Inueterari uina:ſacciſq̄ caſtrari.Nec cuiquā adeo longā eſſe uitā ut nō ante ſegenita potet.E frugibus quoq̄ quoddam alimentū excogitaſſe luxuriam:ac medullam tantū earum:ſuperq̄ piſtrinarū operibus & cælaturis uiuere alios pane procerū:alios uulgi:tot generibus uſque ad infimam plebem deſcendēte anima.Et iam ne in herbis diſcrimen inuentū eſt? Oluſq̄ differentiā facere in cibo:etiam uno eſſe uenali? Et in his aliqua quoq̄ ſibi naſci tribus negant.Caule in tantū ſignato:ut pauperis menſa nō capiat.Silueſtres fecerat natura horridos:ut quiſq̄ demeteret paſſim.Ecce altiles ſpectātur aſparagi.Et rauēna ternis libris rependit.Heu prodigia uentris:mirū eſſet non licere carduis pecori ueſci: nō licet plebei. Aquæ quoq̄ ſeparantur.Et ipſa naturæ elemēta ui pecuniæ diſcreta ſunt.Hi niues: illi glaciem potant:pœnaſq̄ montiū in uoluptatem gulæ uertūt.Seruatur algor æſtibus:excogitaturq̄ ut alienis menſibus nix algeat.Decoquūt alias quas mox & illas hyemant.Nihil itaq̄ homini ſic quomodo rerū naturæ placet:Etiam ne herba aliqua diuitiis tantum paſcitur? Nemo ſacros auentinoſq̄ montes:& iratæ plebis ſeceſſus circūſpexerit? Mors enim certe æquabit:quos pecunia ſeperauerit: Itaq̄ hercule nullū macelli uectigal maius fuit romæ clamore plebis incuſantis apud omnes principes: donec remiſſum eſt portoriū mercis huius:compertumq̄ non aliter quæſtuoſius cenſum haberi:aut tutius:ac minore fortunæ iure:cū credatur penſio ea pauperū.Is in ſolo ſponſor eſt:& ſub die redditus: ſuperficieſq̄ cælo quocūq̄ gaudens. Hortorū Cato prædicat caules.Hinc primū agricolæ exiſtimabantur priſci:& ſic ſtatim faciebant iudicium: nunquæ eſſet in domo materfamilias.Etenim hæc cura fœminæ dicebatur: ubi intelligens eſſet hortus. Quippe e carnario:aut macello uiuendū eſt.Nec caules ut nunc maxime probabāt: damnantes pulmentaria:quæ egerent alio pulmentario.Id erat oleo parcere:Nam carnis deſideria etiam erant in exprobratione. Horti maxime placebāt:quia nō egerent igni pcerētq̄ ligno expedita res & parata ſemper:unde & acetaria appellabantur.Facilia concoqui:nec oneratura ſenſum cibo:& quæ minime accenderēt ad deſideriū panis. Pars eorū ad cōdimenta pertinens:fatetur domi uerſurā fieri ſolitam.Atq̄ nō indicū piper queſitū: quæq̄ tranſmaria petimus.Iam quoq̄ in feneſtris ſui plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant:antequā præfigi proſpectus omnis coegit multitudinis innumeræ ſæua latrocinatio. Quamobrē ſit aliquis & his honos:ne ue auctoritatē rebus uilitas adimat.Cum præſertim etiā cognomina procerum inde nata uideamus.Lactucinoſq̄ in ualeria familia non puduiſſe appellari:& contingat aliqua gratia operi:curæq̄ noſtræ:Virgilio quoq̄ cōfeſſo q̄ ſit difficile uerborū honorem tam paruis peribere. Hortos uillæ iungendos nō eſt dubiū:riguoſq̄ maxime habēdos: ſi cōtingat:profluo amne:Si minus:e puteo per tica organis ue pneumaticis tollendo:nō hauſtu rigando.Solū proſcindendū a fauonio:in autumnū præparandū eſt poſt.xiiii.dies: iterādūq̄ ante brumā.Octo iugerū operis palari iuſtū eſt. Fimū tres pedes alte cū terra miſceri.Areis diſtingui:easq̄ reſupinis puluinorū toris ambiri ſingulis tramitū ſulcis: qua deſ acceſſus hominiſcatebriſq̄ decurſus.In hortis naſcentiū alia bulbo cōmendant:alia capite:alia caule:alia folio:alia utroq̄:alia ſemine:alia cortice:alia cute:aut chartilagine:alia carne:alia punicis carnoſis.Aliorū fructus in terra eſt:alioꝝ & extra:alioꝝ nō niſi extra.Quædā iacēt:creſcūtq̄:ut curcurbitæ:& cucumis. Eadē & pendēt:q̄q̄ grauiora multo etiā iis:quæ in arboribus gignuntur.Sed cucumis chartilagine.Cortex huic uni maturitate tranſit in lignū.Terra cōdunt rhaphani:napiq̄:& rapa:atq̄ alio modo inulæ:cicer: paſtinacæ.Quædam uocauimus ferulacea ut anetū:maluas:Nāq̄ tradunt auctores in arabia maluas.vii. menſe arboreſcere:baculorū uſum præbere extēplo.Sed & arbor eſt malua in mauritania lixi oppidi æſtuario: ubi heſperidū horti fuiſſe ꝓduntur.cc.paſſibus ab oceano iuxta delubrū Herculis antiquius gaditāo ut ferūt. Ipſa altitudinis pedes.xx.craſſitudinis quā circūplecti nemo poſſit.In ſimili genere habebitur & canabis. Necnon & carnoſa aliqua appellabimus:ut ſpongias in humore pratorum enaſcentes.

Natura & genera:& hiſtoria naſcentium in hortis rerum. CA. V.

LVngorum enim callum in ligni aborūq̄ natura diximus:& alio genere tuberū pauloante: Chartilaginei generis extraq̄ terrā eſt cucumis:mira uoluptate Tiberio principi expetitus. Nullo qp̄pe nō die cōtigit ei:pēſiles eorū hortos ꝓmouētibus in ſoles rotis olitoribus.Rurſuſq̄ hybernis diebus intra ſpecularīū munimēta reuocātibus.Quin & lacte muſſo ſemine eoꝝ biduo macera-

Vel in horto uero hæredū Vel ſatyrica

Vel plebi

uſ mox

Vel neq̄ eſſe matrem

to:apud antiquos græciæ auctores ſcriptū eſt ſeri oportere:ut dulciores fiant.Creſcunt qua coguntᷣ forma. In italia uirides & q̄ minimi.In prouinciis q̄ maximi & citrini aut nigri.Placēt copioſiſſimi africæ: grādiſſimi Mœſiæ.Aſt cū magnitudine exceſſere:pepones uocantᷣ.Viuunt hauſti in ſtomacho in poſteꝝ diē: nec perfici queūt.In cibis nō i ſalubres:tamē plurimū natant.Oleū odere mire.Nec minus aquas diligūt.Deſecti quoq; ad eas modice diſtantes adrepūt.Cōtra oleū refugiūt.Aut ſi quid obeſt:uel ſi pendeāt:curuantur. Idq; uel una nocte deprehēdit.Si uas cū aqua ſubiiciat a quattuor digitoꝝ iteruallo deſcēdētibus ante poſterū diē.At ſi oleū eodē modo ſit in hamos curuatis.Iidē in fiſtula flore dimiſſo mira lōgitudine creſcūt. Ecce cū maxime noua forma eoꝝ in cāpania ꝓuenit mali cotonei effigie.Forte primo natū ita audio unū mox ſemine ex illo genus factū:melopeponas uocāt.Nō pendēt hi:ſed humi rotūdantᷣ. Miꝝ in his præter figurā:colorēq;:& odorē:q; maturitate adepti q̄q̄ nō pendētes:ſtatim a pediculo recedūt.Columella tradit ſuum cōmentū:ut toto anno cōtingant.Fruticē rubi q̄ualiſſimū in apricū locū tranſferre:& recidere duū digitoꝝ relicta ſtirpe circa æquinoctiū uernum.Ita in medulla rubi ſemine cucumeris inſito terra minuta ſimoq; circūaggeratas reſiſtere frigori radices.cucumeꝝ græci tria genera fecere.Laconicū:ſcitalicū:bocēri cum.Ex iis tātum laconitū aqua gaudere.Sunt qui herba quæ uocatᷣ culix noie trita ſemen eoꝝ maceratū ſeri iubeant:ut ſine ſemine naſcantᷣ.Similis & cucurbitis natura duntaxat in naſcendo.Aeq; hyemē odore. Amant rigua:ac fimū.Seruntᷣ ambo ſemine in terra ſeſquipedali:foſſura inter æquinoctiū uernū & ſolſtitium.Paribus tamē aptiſſime: Aliqui malunt ex Calend.martii cucurbitas:& nonis cucumeres:& ꝑ quin quatros ſerere ſimili modo reptātibus flagellis ſcādētes parietū aſpera in tectū uſq; natura ſubmilitatis auida.Vires ſine adminiculo ſtandi nō ſunt:uelocitas ꝓnix:leui umbra cameras:ac ꝑgulas operiētes. Inde hæc duo pria genera.Camerariū & plebeiū:qđ humi creditᷣ.In priore mire tenui pediculo libratᷣ pōdus imobile auræ.Cucurbita quoq; oī mō faſtigat:uaginis maxie utilibus:cōiecta in eas poſtq̄ defloruit: creſcit qua cogitᷣ forma.Plerūq; & draconis itorti figura.Libertate ueropēſili cōceſſa:iam uiſa eſt nouē pedū lōgitudinis.Particulatim: cucumis floret:ſibi ipſe ſupfloreſcēs:& ſicciores locos patitᷣ:cādida lanugīe obductus: magiſq; cū creſcit.Cucurbitaꝝ numeroſior uſus.Et prius caulis in cibo.Atq; ex eo in totū natura diuerſa.Nuper in balneaꝝ uſum uenere urceoꝝ uice.iam pridē uero ēt cadoꝝ ad uina cōdēda.Cortex uiridi tener. Deraditᷣ nihilominus cibis.Cibos ſalubres ac leues pluribus modis exiſtimāt:q ꝑfici humāo uētre nō queant: ſed nō itumeſcāt.Semina quæ ꝓxima collo fuerint:ꝓceras pariūt.Ité ab imis:ſed nō cōparādas ſupradictis q̄ in medio rotūdas:q̄ lateribus craſſas:breuioreſq;.Siccantᷣ in umbra:& cū libeat ſerere:i aq̄ macerantᷣ.Cibis quo lōgiores tenuioreſq;:eo gratiores.Et ob id ſalubriores:q̄ pendēdo creuere:minimūq; ſeminis tales habēt:duricia eius in cibis gratiā terminātē.Eas q̄ ſemini ſeruantᷣ:ante hyemē ꝓdici nō ē mos.Poſtea fumo ſiccantᷣ cōdēdis hortēſioꝝ ſeminibus ruſticæ ſuppellectili.Inuēta eſt ratio:q̄ cibis quoq; ſeruarentᷣ.Eodēq; modo cucumis uſq; ad alios pene ꝓuentus:& id qdē Muria fit.Sed & ſcrobe opaco in loco harena ſubſtrato fœnoq; ſicco optos:ac deinde terra:uirides ſeruari tradūt.ſunt & ſilueſtres in utroq; genere & oībus fere hortēſibus.Sed & his medica tantū natura eſt.Quāobrē differentᷣ in ſua uolumia.Reliqua chartilaginū naturæ terra occultantᷣ oīa.In qbus de rapis abunde dixiſſe poteramus uideri: niſi medici maſculini ſexus facerent in his rotunda.Latiora uero & cōcaua fœmini:ꝑſtantiora ſuauitate:& ad cōdiendū faciliora: q̄ ſæpius ſata trāſeunt in marē.Idē napoꝝ quinq; genera fecere:Corintheū cleonæū:liothaſſiū boœticū: & qđ per ſe uiride dixerunt.Ex iis in amplitudinē adoleſcit corinthiū nuda fere radice.Solum.n.hoc genus ſupne tendit:non ut cætera in terrā.Liothaſſium qdā thraciū appellāt:frigoꝝ patientiſſimum.Ab eo boœticū dulce eſt:rotunditate etiā breui notabile.Neq; ut cleonæum ꝓlongum in totum qdē.Quoꝝ tenuiora folia ipſi quoq; dulciores.Quorum ſcabra & angulоſa & horrida amariores.Eſt præterea genus ſilueſtre:cuius folia ſunt erucæ ſimilia.Palma Romæ amiterninis datur:īde nurſiis:tertia noſtratibus.Cætera de ſatu eorum in rapis dicta ſunt.Cortice & chartilagine conſtant rhaphani.Multiſq; eorum cortex craſſior etiā quā quibuſdam arborum.Amaritudo plurima illi eſt:& pro craſſitudine corticis.Cætera quoq; aliquando lignoſa.Et uix mira colligendi ſpiritum laxandiq; ructum.Ob id cibus illiberalis utiq; ſi proxime olus mādatur.Si uero cum oliuis drupis rarior ructus fit:minuſq; fœtibus.Aegypto mire celebratur propter olei fertilitatem:quod de ſemine eius faciunt.Hoc maxime cupiunt ſerere:ſi liceat:quoniam & quæſtus plus q̄ e frumento & minus tributi eſt nullumq; copioſius oleum.Genera rhaphani græci fecere tria foliorū differentia:criſpi:atq; lenis:& tertium ſilueſtre: Atq; huic læuia qdē folia:ſed breuiora:ac rotunda: copioſaq; atq; fruticoſa.Sapor autem aſper:& medicamenti inſtar ad eliciendas aluos.Et in prioribus tamen differētia ſeminis eſt:quoniam aliqua admodum exiguum ferunt.Hæc uitia non cadunt niſi in criſpa folia.Noſtri alia fecere genera: Algidē ſe a loco longum atq; tranſlucidum.Alterum rapi figura:quod uocant ſyria cum:ſuauiſſimū fere ac tenerrimū:hyemiſq; patiens.Præcipuū tamē eſt:quod e ſyria nō pridē aduectū apparet:quoniā apud auctores nō reperitᷣ.Id āt tota hyeme durat.Etiānū ūnū ſilueſtre græci cheriā uocāt pōtici armon:alii leucē:noſtri armoratiā frōde copioſis q̄ corpore.In oībus aūt ꝓbandis maxie ſpectantᷣ cau les:in initio.n.rotundiores craſſioreſq;:ac lōgis canalibus.Folia ipſa triſtiora:& angulis horrida. ſeri uult rhaphanus terra ſoluta:humida.Fimū odit:palea cōtentus.Frigore adeo gaudet:ut in germania iſantium pueroꝝ magnitudinē æquet.Seritur poſt idus febru.ut uernus ſit.iterūq; circa uulcanalia: quæ ſatio melior.Multi & martio:& aprili ſerunt & ſeptēbri.Incipiente incremento confert alterna folia circumobruere:ipſos uero accumulare.Nā qui extra terrā emerſerit durus fit atq; fūgoſus. Ariſtomachus detrahi folia per hyemem iubet:& ne lacunæ ſtagnent accumulare.Ita in æſtate grandeſcere.Quidam prodidere:ſi palo adacto cauerna palea iſternatᷣ in ſex digitoꝝ altitudine:deinde ſemen fimūq;:& terra congeratur ad magnitudinē ſcrobis creſcere.Præcipue tamen ſalſis aluntur.Itaq; etiam talibus aquis irrigantur.Et in ægyp-

Vel de fecti

Vel con dēdum

Vel liothalaſſium

to nitro ſparguntur: ubi ſunt ſuauitate præcipui. In totū quoq; ſalſugine amaritudo eorum eximit fiūtq; coctis ſimiles. Nanq; & cocti dulceſcūt: & in napoꝝ uicem trāſeunt. Crudos medici ſuadent: ad colligenda acria uiſceꝝ: dandos cum ſale ieiunis eſſe: atq; ita uomitionibus præparant meatum. Tradunt & p̄cordiis neceſſarium hunc ſuccum: quādo phthiſin cordi intus inhærentē nō alio potu poſſe depelli cōpertum ſit: in ægypto regibus corpora mortuoꝝ ad ſcrutandos morbos inſecantibus. Atq; ut eſt græca uanitas: ferē ī tē plo Apollinis delphis adeo cæteris cibis prælatus rhaphanus: ut ex auro dicaretur rhaphanus: beta ex ar gento rapum e plumbo. Scires non ibi genitum Manniū Curium imperatorem: quem in hoſpitio liga tis aurum repudiaturo afferentibus rapum torrentem in foco inuentū annales noſtri ꝓdidere. Scripſit & Morchion græcus de rhaphano unum uolumē. Vtiliſſimi in cibis hyberno tpe exiſtimant. Iidēq; dētibus ſemp inimici: quoniā atterant. Ebora certe poliūt. Odiū iis cum uite maximū: refugitq; iuxta ſatos. Ligno ſiora ſunt reliqua in chartilaginum genere a nobis poſita. Mirūq; oībus uehemētiam ſaporis ineſſe. Ex iis paſtinacæ unū genus egreſſe ſpōte ꝓuenit: ſtaphylinos græce dicitur. Alteꝝ ſeriē radice uel ſemine primo uere uel autumno. Vt Hygino placet: februario: auguſto: ſeptēbri: octobri: ſolo q̄ altiſſime refoſſo. Annicu la utilis eſſe incipit: bima utilior: gracior autumno: patiniſq; maxime. Et ſic quoq; uirus illi ītractabile eſt. Hibiſcum a paſtinaca gracilitate diſtat: Dānatum cibis: ſed medicinæ utile. Eſt & q̄rtum genus in eadem ſi militudine paſtinacæ: quā noſtri gallicā uocant: græci uero daucon. Cuius genera etiā quattuor fecere inter medica dicendum. Siſer & ipſum Tyberius princeps nobilitauit: flagitans oībus annis a germania. Geldu ba appellatur caſtellū rheno impoſitū: ubi generoſitas p̄cipua. Ex quo apparet frigidis locis cōuenire. Ineſt longitudine neruus: qui in decoctis extrahitur: amaritudinis tamen magna parte relicta: quæ mulſo in ci bis temperata ēt in gratiam uertitur. Neruus idem: & paſtinacæ maiori dūtaxat annicule. Siſer his ſeritur menſibus februario: martio: aprili: auguſto: ſeptēbri: octobri. Breuior his eſt: ſed toroſior: amariorq; Inu la per ſe ſtomacho inimiciſſima. Eadē dulcibus mixtis ſaluberrima. Plurimis modis auſteritate uicta gra tiam inuenit. Nāq; & in pollinem tundit arida: liqdoq; dulci tēperatur: & decocta poſtea aut aſſeruata: uel macerata pluribus modis: & tunc mixta defruto: aut ſubacta melle uuiſque paſſis: aut pinguibus cariotis. Alio rurſus modo cotoneis: malis: uel ſorbis: aut prunis. Aliquando pipere aut thymo uariata defectus p̄ci pue ſtomachi excitat. Illuſtrata maxime Iuliæ Auguſtæ quotidiano cibo. Supuacuū eius ſemē: quoniā ocu lis ex radice exciſis: ut harūdo ſeritur. Et hæc aūt ſeritur: & ſiſer: & paſtinaca: utroq; tpe ueꝛ & autumno magnis ſeminum interuallis. Nulla ue minus quaternoꝝ pedum: quoniā ſpatioſe fruticat. Siſer āt trāſferre meli us. Proxima his bulboꝝ natura: quos Cato in primis ſerendos præcipit: celebrans megaricos. Verum nobi liſſima eſt ſcylla: q̄q̄ medicamini nata aceroq; exacuendo. Nec ulli amplitudo maior: ſicut nec uis aſperior. Duo genera medicæ: Maſculus albis foliis. fœmina nigris. Et tertiū genus eſt cibis gratum. Epimenidium uocat: anguſtius folio: ac minus aſpero. Seminis plurimum oībus. Celerius tamen ꝓueniunt ſatæ bulbis circa latera natis. Et ut creſcant: folia q̄ ſunt in his ampla: deflexa circa obruuntur. Ita ſuccū omnem in ſe tra hunt capita. Sponte naſcunt copioſiſſime in balearibus ebuſoq; inſulis: ac per hiſpanias. Vnum de iis uolu men condit Pythagoras philoſophus: colligens medicas uires: quas ꝓximo reddemus libro. Reliqua bul borum genera differunt colore: magnitudine: ſuauitate. Quippe cum quidam crudi mandātur: ut in cher roneſo taurica. Poſt hos in africa nati maxime laudantur. Mox apuli: Genera græci hæc fecere Bulbinen: ſitaniō: pithyon: acrocorion: ægylops: iſorynchion. In hoc miꝝ: imas eius radices creſcere hyeme. Verno autem cū apparuerit uiola: minuit: ac contrahit: tum deide bulbū pingueſcere. Eſt inter genera quod in ægy pto aron uocant: ſcyllæ proximum amplitudine: foliis lapati: caule recto: dum cubitorum baculi craſſitudi ne: radice mollioris naturæ: quæ edatur & cruda: Effodiuntur bulbi ante uer. At deteriores ilico fiunt: ſi fin duntur. Signum maturitatis: folia inareſcentia ab imo. Vetuſtiores improbant. Item paruos & longos. Cō tra rubicundis rotundioribuſq; laus & grandiſſimis. Amaritudo pleriſq; in uertice eſt. Media eorum dul cia. Bulbos non naſci niſi ex ſemine priores tradiderunt. Sed & in preneſtinis campis ſponte naſcuntur: ac ſine modo: etiam in remorum aruis.

De hortēſiū herbaꝝ radicibus foliis: floribus: coloribus. CA. VI.

HOrtēſibus oībus fere ſingulæ radices: ut rhaphano: betæ: apio: maluæ. Ampliſſima āt lapato: ut q̄ deſcēdat ad tria cubita. Silueſtri minores: tūidæ. Effoſſa quoq; diu uiuit. Quibuſdā tamē capilla tæ: ut apio: maluæ. Quibuſdā ſurculoſæ: ut ocimo. Aliis carnoſæ: ut betæ: aut magis etiānū croco Aliqbus ex cortice: & carne cōſtāt: ut rhaphāo & rapis. Quorūdam geniculatæ ſunt: ut graminis. Quæ rectā nō habent radicem: ſtatī plurimis nitunt capillamētis: ut atriplex & blitū. Scylla aūt: & bulbi: & cepe: & alliū ū niſi ī rectū radicāt. Spōte naſcētiū q̄dā nūeroſiora ſūt radice q̄ folio: ut Aſpalax: pdiciū: crocū. Florēt uero cū fraxio ſerpillū: ābrotonū: napi: rhaphāi: mēta: ruta: & cætera qdē defloreſcūt cū cœpeꝛ. Oci mū āt pticulatī: & ab imo īcipit. Qua de cā diutiſſime floret. Hoc & ī heliotropio herba euēit. Flos aliis cā did9: aliis lute9: aliis purpure9. Folia cadūt a cacumib9 origāo: iulæ: & aliqñ rutæ iiuria læſæ. Maxīe cōcaua ſūt cepe: getio. Alliū: cepaſq; īter deos iureiurādo hēt ægyptus. Cepe gīa apd̄ græcos ſarda: ſāothracia: hal ſidēa: ſetāia: ītē ſchiſta: Aſcalōia ab oppido iudææ noiata. Oīb9 ēt odor lachrymoſus & p̄cipue cypriis: mi nīe gnidiis. Oīb9 corpus tutū pīguitudīs eaꝝ chartilagie. E cūctis ſetāia minima: excepta tuſculana. ſed dul cis ſchiſta āt: & aſcalōia cōdūt. Schiſtā hyeme cū coma ſua relīquūt. Vere folia detrahūt: & alia ſubnaſcunt iiſdē diuſuris unde & nomē. Hoc exēplo reliqs quoq; generibus detrahi iubēt: ut ī capita creſcāt: potiuſq; ī ſemetipſa. Aſcalōiaꝝ ꝓpria natura. Etenī uelut ſteriles ſūt ab radice: & ob id ſemie ſeri illas nō depōi iuſſeꝛ græci. Præterea ſerius circa uer cū germināt tranſferri. Ita craſſere. Et tunc ꝓperare: p̄teriti temporis pen ſitatiōe. Feſtinādū āt in his eſt: quoniā natura celeriter putreſcūt ſi deponant: & caulē amittunt: & ſemen:

Vel ca lax

Vel per dioctiū

ipſæq; euaneſcũt. Eſt & colorũ differentia. Samo enim & ſardibus candidiſſimæ proueniũt. Sũt in honore
Vel cali & creticæ: de quibus dubitãt an eædem ſint: quæ aſcalonia: quoniã ſatis capita craſſeſcũt: depoſitis caules &
bus & ſemina. Diſtant ſapore tãtũ dulci. Apud nos duo prima genera. Vnũ cõdimentarium: quod illi getion: no-
ſemine ſtri pallacanam uocant. ſeritur menſibus martio: aprili: maio. Alterum capitatũ æque ab æquinoctio autũ-
ni uel fauonio. Genera eius auſteritatis ordine: africana: gallica: tuſculana: amiternina. Optima autẽ quæ ro
tundiſſima. Item ruffa acrior q̃ candida: ſicca q̃ uiridis: & cruda q̃ cocta: ſicca q̃ cõdita: ſeritur amiternina fri-
gidis & humidis locis: & ſola allii modo capite: reliquæ ſemine. Proximaq; æſtate nullum ſemen emittunt.
ſed caput tantũ quod inareſcit. Sequenti aũt ãno permutata ratione ſemen gignitur. Caput ipſum corrum-
pitur. Ergo oĩbus ãnis ſeparatim ſemẽ cepe cauſa ſeritur. Separatim cepe ſeminis: ſeruãtur aũt optime in pa
leis. Getiũ pene ſine capite eſt: ceruicis tãtũ lõgæ: & ideo totum in fronde: ſæpiuſq; reſecatur: ut porrũ. Ideo
& illud ſerunt: nõ deponunt. Cætero cepas ter foſſo ſolo ſeri iubent: extirpatis radicibus herbax. In iugera
denas libras. Intermiſceri ſatureiã: quoniã melius proueniat. Runcari præterea: & ſarriri: ſi nõ ſæpius: qua-
ter. Aſcaloniã mẽſe februario ſerunt noſtri. Semẽ cepax nigreſcere incipiẽs anteq; marceſcat metunt. Et de
porro in hãc cognationem dici cõuenit: præſertim cum ſectiuo nuper auctoritatem dederit princeps Nero
uocis gratia ex oleo æſtatis menſium oĩbus diebus. Nihilq; aliud ac ne pane quidẽ ueſcẽdo. Seritur ſemine
ab æquinoctio autũno ſi ſectiuum facere libuerit denſius. In eadẽ area ſecatur donec deficiat: ſtercoraturq;
ſemper: ſi nutriẽ in capita anteq; ſeceẽ: cũ increueriẽ in aliã areã tranſferaẽ: ſummis foliis leniter reciſis ante
medullã & capitibus retractis tunicis ue extremis: Antiqui ſilice uel tegula ſubiecta capita dilatabant. Hoc
itẽ de bulbis. Nũc ſarculo leuiter cõuellũtur radices: ut delumbatæ alãt: neq; diſtrahant. Inſigne: q; cũ fimo
lætoq; ſolo gaudeat: rigua odit: & tamẽ ꝓprietate quadã ſoli cõſtat. Laudatiſſimus in ægypto: mox orchiæ
atq; aritiæ. Sectiui duo genera. Hoc herbaceũ folio inciſuris eius euidẽtibus: quo utunt medicamẽtarii. Al
terx genus ſuauidioris ſoli rotundioriſq; inciſuris leuioribus. Fama eſt Melã equeſtris ordinis reũ ex ꝓcu-
ratiõe a Tiberio principe accerſitũ in ſumma deſperatiõe ſucco porri ad trium denariox argenteorũ pon-
dus auſto: cõfeſtim expiraſſe ſine cruciatu. Amplioré modũ negãt noxiũ eſſe. Allium ad multa ruris præci
pue medicamẽta ꝓdeſſe creditẽ. Tenuiſſimis & q̃ ſeparantẽ: in uniuerſum uelatur mẽbranis: mox pluribus
coagmentatẽ nucleis: & iis ſeparatim ueſtitis. Aſperi ſaporis: & quo plures nuclei fuere: hoc eſt aſperius. Te-
dium huic quoq; halitu: ut cepis: nullũ tamẽ coctis. Generum differẽtia in tempore. Præcox matureſcit. lx.
Vel a- diebus: tum in magnitudine. Vlpicum quoq; in hoc genere græci appellauere allium cyprium: alii antiſcor
phro- don: præcipue africæ celebratũ inter pulmentaria ruris grãdius allio trito in oleo & aceto mirum quãtum
ſcordõ increſcat ſpuma. Quidã & allium ulpicum in plano ſeri uetant: caſtellatimque grumulis imponi diſtanti-
bus inter ſe pedes ternos. Inter grana quattuor digiti intereſſe debent: ſimul atq; tria folia eruperint ſarriri.
Grãdeſcunt quo ſæpius ſarriuntur. Matureſcẽtium caules depreſſi in terrã obruũtur ita cauetur ne in fron
dem luxurient. In frigidis utilius uere ſeri q̃ autumno. Cæterx ut odore careant oĩa hæc iubentur ſeri: cum
luna ſub terra ſit: colligi cum in coitu. Sine iis Menander e græcis auctor eſt: allium edẽtibus: ſi radicem be
uel opa- tæ in pruna toſtam ſuperederint: odorem extingui. Sunt qui & allium: & ulpicon inter compitalia ac ſatur
lia nalia ſeri apriſſime putẽt. Alliũ & ſemine ꝓuenit ſed tarde. Primo enĩ ãno porri craſſitudine capite efficiẽ: ſe
quẽti diuidiẽ: tertio cõſumaẽ. Pulchriuſq; exiſtimaẽ tale. A qbuſdã in ſemẽ exire uetaẽ. Sed intorq̃ri caulis
ſatiõis gra: ut caput ualidius fiat. Quod ſi diucius alliũ cepeq; iueterari libeat: aq̃ ſalſa tepida capita intingẽ-
da ſunt. Ita diuturniora fient: melioraq; uſui: ſed in ſatu ſterilia. Alii cõtẽti ſunt prio ſup prunas ſuſpẽdiſſe:
abũdeq; ita ꝓfici arbitranẽ: ne germinẽt. Qđ faceẽ aliũ cepãq; extra terrã quoq; certũ ẽ: & cauliculo acto eua
neſcere. Aliq & alliũ palea optiẽ ſeruari putãt. Alliũ ẽ & ĩ aruis ſpõte naſcẽs: alũ hoc uocãt: qđ aduerſus ĩpro
bitatẽ alitũ depaſcẽtiũ ſemĩa: coctũ: ne renaſci poſſit: abiiciẽ: ſtatiq; q̃ deuorauere aues ſtupẽtes manu capiũẽ:
& ſi paulũ cõmorauere reſopitæ. Eſt & ſilueſtre qđ urſinũ uocãt odore molli: capite ꝑtenui: foliis grãdibus

Quoto die quæq; herbæ naſcuntur ſate: & quo modo quæq; formantur: uel digerantur: & quorum ſin
gula genera: & quorum plura. CA. VII.

IN horto: ſatoq; celerrime naſcuntur ocimũ: blitũ: napus: eruca. tertio enim die erumpunt: anetũ
quarto: lactuca qnto: rhaphanus ſexto: cucumis & cucurbitæ ſeptimo: prior cucumis: naſturtiũ
ac ſinapi qnto: beta æſtate ſexto: hyeme decimo: atriplex octauo: cepe. xix. aut. xx. getium. x. aut.
xii. Cõtumacius coriandrum. Cunila quidẽ & origanũ poſt. xxx. diem Omniũ difficillime apiũ.
lx. enim die cũ celerrime. l. maiore ex parte emergit. Aliquid & ſeminũ ætas cõfert: quoniã recẽtiora matu
rius gignuntur. In porro: getio: cucumere: cucurbita. Ex uetere aũt celerius proueniunt apium: beta: carda
mũ: cunila: origanum: coriãdrũ. Mirum in betæ ſemine: nõ enim tota eo anno gignitur: ſed aliqd ſequẽte:
aliquid tertio. Itaq; ex copia ſeminis modice naſciẽ. Quædã ãno tãtum ſuo pariũt: quædã ſeptus: ſicut apiũ:
porrũ: getiũ. Hæc. n. ſemel ſata pluribus ãnis reſtibili fertilitate proueniũt. Semina plurimis rotunda: aliq-
bus oblõga: paucis foliacea & lata: ut atriplici. Quibuſdã anguſta: & canaliculata: ut cumino. Differũt & co
lore: nigro candidoq; itẽ duricie. Surculacea in folliculo ſunt rhaphano: ſinapi: rapo. Nudũ ſemẽ apii: coriã
dri: aneti: fœniculi: cumini. Cortice obducta bliti: betæ: triplicis: ocimi. At lactucis in lanugine. Nihil oci-
mo fœcundius. Cum maledictis ac probris ſerendũ præcipiũt. lætius ꝓueniet. Satũ etiã paſcitur terra ada-
Vel pa- cta cuminũ: & qui ſerunt præcanẽ: ne exeat. Quæ in cortice ſunt difficillime matureſcũt: maximeq; ocinũ:
uitur & gyt. Siccanẽ oĩa ac ſunt fœcũda. Vtiq; meliora naſcunẽ aceruatim ſato ſemine: q̃ ſparſo. Ita certe porrum
Vel ſare & allium ſerunt in laciniis colligatum: Apiũ etiã paxillo cauerna facta ac fimo ingeſto. Naſcũtur autem oĩa
ſcunt ut ſemine aut auulſiõe. Quædã ſemine & ſurculo: ut ruta: origanũ. Ocimũ ꝓcidũt. n. & hoc cũ ꝓuenit ad
palmæ altitudinẽ. Quædã & radice & ſemine: ut cepa: alliũ: bulbi: & ſi quox radicẽ annuiferox relinquũt.

Eorũ uero quæ a radice naſcunt:radix diuturna:& fruticoſa ẽ:ut bulbi:gethii:ſcyllæ.Fruticãt alia & nõ capite:ut appiũ:& beta.Caule reciſo fere quidẽ oĩa regerminãt:exceptis quæ nõ ſcabrum caulẽ habent.Eſt in uſu uero ocimũ:rhaphanus:lactuca.Hanc etiam ſuauioré putant a regerminatione.Rhaphanus utiq; iucũdior detractis foliis anteq; decauleſcat.Hoc & in rapis.Ná & eadẽ direptis foliis coopta terra creſcũt:durãtq; in æſtate.Singula genera ſunt ocimo:lapato:blito:naſturtio:erucæ:atriplici:coriandro aneto.Hæc.n.ubiq; eadem ſunt:neq; aliud alio melius uſquam.Rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putãt:ſicut apes furtiuas peſſime.Naſcuntur etiamnum ſata:mentaſtrum:nepeta:intubum:pulegium.Contra plura genera ſunt eorum:quæ diximus:dicemuſq; in primis de apio.

Natura & genera & hiſtoriæ ad cõdimẽta in orto ſatagẽ rerũ.xxxvi. CA. VIII.

ID enim quod ſponte in humidis naſcit:helioſelinũ uocãt uno folio:nec hirſutũ.Rurſus in ſiccis hippoſelinũ:pluribus foliis:ſimile heleoſelino.Tertium eſt oreoſelinũ cicutæ foliis:radice tenui:ſemine aneti:minutiore tamen.Eſt aũt ſatiuis dria in folio denſo criſpo:aut rariore & leuiore.Itẽ caule tenuiore ac craſſiore.Et cauſis aliogẽ candidus eſt:aliogẽ purpureus:aliogẽ uarius.Lactucæ græci tria fecere genera.Vnũ lati caulis:adeo ut hoſtiola olitoria ex iis factitari ꝓdiderint.Foliũ his paulo maius herbaceo & anguſtiſſimũ:ut alibi cõſumpto incremento altẽ rotundi caulis.Tertiũ ſeſſile:quod laconion uocant.Alii coloris & tpis ſatus genera diſcreuere.Eſſe enim nigras:quagẽ ſemen menſe ianuario ſeraĩ:albas quartũ martio:rubentes quagẽ aprili.At oĩum eagẽ plãtas poſt binos menſes differri.Diligentiores plura genera faciũt:purpureas:criſpas:cappadocas:græcas.Lõgiora his folia cauleſq; lati.Præterea longi & anguſti intubis ſimiles.Peſſimũ aũt genus cũ exprobratiõe amaritudinis appellauere picrida.Eſt etiamnũ alia diſtinctio atræ:q; meconis uocãt a copia lactis ſoporiferi:quãq; oẽs ſomnũ parere credant.Apud antiquos italiæ hoc ſolũ genus eagẽ fuit:& ideo lactucæ nomẽ adeptæ.Purpureã maxime radicis cecilianã uocant.Rotundã uero ac minimæ radicis:latis foliis aſtylida.Quidãq; eunuchion:quoniã hæc maxime refrageĩ ueneri.Eſt qdẽ natura oĩbus refrigeratrix:& ideo æſtate gratæ a ſtomacho faſtidiũ auferũt:cibiq; appetentiã faciunt.Diuus certe Auguſtus lactuca cõſeruatus in ægritudine ferĩ prudentia Muſæ medici:cũ priores eã ob religionẽ minime cõmãducarẽt:in tantũ recepta cõmẽdatione:ut ſeruari ẽt in alienos menſes eas oxymelite repertũ ſit.Sanguinẽ quoq; augere creduntur.Eſt etiãnum quæ uocãt caprina lactuca:de qua dicemus inter medicas.Et ecce cum maxime cœpit irrepere ſatiuis admodũ probata:quæ cilicia uocatur:folio cappadocæ niſi criſpum latiuſq; eſſet.Nec ex eodẽ genere poſſunt dici neq; ex alio itubi hyemis impatientiores:uiruſq; præferentes:ſed caule nõ minus grati.Serunt uerno plantæ eogẽ:ultimo uere tranſferunt.Eſt & eraticũ intubum:quod in ægypto cichoriũ uocant.De quo plura alias.Inuentum oẽs thyrſos uel folia lactucagẽ prorogare urceis conditos:ac recentes in patinis coquere.Seruntur lactucæ anno toto lætis:& irriguis:ſtercoratiſq; binis menſibus inter ſemẽ plantãq; & maturitatem.Legittimum tamẽ a bruma ſemẽ iacere:plantã in fauonio tranſferre.Aut ſemẽ fauonio:plãtam æquinoctio uerno.Albæ maxime hyemẽ tolerant.Humore oĩa ortenſia gaudẽt & ſtercore:præcipue lactucæ:& magis intubi.Seri etiam radices illitas fimo intereſt:& repleri ablaqueatas humo.Quidã & aliter amplitudinem augẽt:reciſis cum ad ſemipedem excreuerint:fimoq; ſuillo recẽti illitis.Candorem uero putant cõtingere iis dumtaxat:quæ ſunt ſeminis albi:ſi harena de littore a primo incremento cõgeratur in medias:atq; in creſcentia folia cõtra ipſas religentur.Beta hortenſiorum ſeuiſſima eſt.Eius quoq; a colore duo genera græci faciunt:nigrã & candidam:quam præferũt:perciſſimi ſeminis:appellãtq; ſiculum:candoris ſane diſcrimine præferentes utlactucam.Noſtri betæ genera faciũt uernum & autumnale:a temporibus ſatiuis:quamq; & iunio ſeratur.Tranſferũtur autem in planta hæ quoq;:& oblini fimo radices ſuas:locúq; ſimiliter madidum amãt.Vſus iis & cum lente ac faba.Idẽq; qui oleris & præcipuus:ut lenitas:excitetur acrimonia ſinapis.Medici innocẽtiorem q; olus eſſe iudicauere.Quamobrem appoſitas non nemini:deguſtare etiam religio eſt utq; ualidis potius in cibo ſint.Gemina iis natura & oleris & capite ipſo exilientis bulbi.Spẽs ſumma in latitudine.Ea cõtingit ut in lactucis:cũ cœperint colorẽ trahere impoſito leui pondere.Neque alii hortenſiogẽ latitudo maior.In binos pedes aliquãdo ſe pandunt:multum & ſoli natura conferente eis.Et in circelenſi agro amplißime prouenĩunt.Sunt qui betas punico malo florente optime ſeri exiſtiment:tranſferri aũt cum quinque foliogẽ eſſe cœperint.Mira differentia:ſi uera eſt candidis ſolui aluos:modice nigris inhiberi.Et cum braſſica corrumpatur in dolio uini ſapor:odorẽ betæ foliis demerſis reſtitui.Olus cauleſque:quibus nunc principatus hortogẽ:apud græcos in honore fuiſſe non reperio.Sed Cato braſſicæ miras canit laudes:quas in medẽdi loco redemus.Genera eius facit tria.Vnã extẽtis foliis:caule magno.Alterã criſpo folio quã apianã uocat.Tertiã minutis caulibus lenẽ tenerã minimeq; ꝓbat.Braſſica toto ãno ferĩ:quoniã & toto ſecaĩ.Vtiliſſime tamẽ ab æquoctio autũni.Tráſferĩ cũ quinq; foliogẽ eſt.Cimas a prima ſectione ꝓſtat proximo uere.Hic eſt quidã iplogẽ cauliũ delicatior teneriorq; cauliculus Apitii luxuria.Et per eũ Druſo Cæſari faſtiditus nõ ſine caſtigatiõe Tiberii ꝓris.Poſt cimã ex eadẽ braſſica cõtingũt æſtiui autũnaleſq; cauliculi:mox hyberni:iterũq; cimæ:nullo æq; gñe multifero dõec ſua fertilitate cõſũat.Tertia circa ſolſticiũ:ex q; ſi hũidior locus ẽ æſtate:ſiccior autũno plãtaĩ.Hũor fimuſq; ſi defuere:maior ſaporis gña ẽ.Si abũdauerĩ:lætior fertilitas.Fimũ aſininũ maxie cõueĩt.Eſt hæc quoq; res iter opa ganeæ.Quapp nõ pigebit uerboſiꝰ ꝓſeq.Præcipuus fit caulis ſapore ac magnitudie:Primũ oĩum ſi repaſtinato ſeras dein ſi terrã fugiẽtes cauliculos ſeces a terraq; ꝓceritate luxurioſa attollẽtes ſe exaggerãdo aliã accumules ita:ne plus q; cacumẽ emineat.Tritianũ hoc genus uocaĩ:bis cõputabili ipẽdio tedioq;.Cætera gña cõplura ſũt.Cumanũ ſeſſile:folio capite patulũ.Aricinũ altitudie ñ excelſiꝰ:folio nũeroſiꝰ q; tẽuiꝰ.Hoc utiliſſimũ exiſtiaĩ:qa ſub oĩbꝰ ferĩ foliis fruticat cauliculis peculiaribus.Pompeianum ꝓcerius caule ab radice tenui intra folia craſſeſcit.Rariora hæc:anguſtio

Vel urceola

Cũ priores eam ob religionem ac omẽ cauerẽt cũ priorẽt eſca e mele (religio minime caret)

Vel blãditus

raq; ſed teneritas in dote ſit. Frigora non tollerat. Quibus ẽt aluntur bruttiani; p grãdes foliis: caule tenues: ſapore acuti. Sabellico uſq; i admiratione crispa ſunt folia: quoꝝ craſſitudo caulẽ ipſum extenuat: ſed dulciſſimi peribent ex oĩbus. Nuper ſubiere lacu turres ex conualle aricina: ubi quõdam fuit lacus turriſq; q remanet capite prægrandes: folio inumeri. Alii in orbem porrecti. Alii in latitudinem toroſi. Nec plus ullis capitis poſt tricianũ: cui pedale aliquãdo cõſpiciẽ. Et cima nullis ſerior. Cuicũq; ãt generi pruinæ plurimum ſuauitatis conferunt: Et niſi obliquo uulnere defendaẽ medulla: plurimũ nocet. Semini deſtinati nõ ſeccanẽ. Eſt ẽt ſua gratia nõnunq; plantæ habitu excellentibus. Halmyridia uocãt: quoniam niſi in maritimis nõ ꝓueniũt. Nauigatione quoq; longinqua uirides aſſeruanẽ: ſi ſtatim diſſecti: ita ne humũ attingant: in cados olei q; ꝓxime ſiccatos obturatoſq; condantur omni ſpiritu excluſo. Sunt q; plãtã in trãſferẽdo alga ſubdita pediculo nitro ue trito: qđ tribus digitis capiaẽ: celeriores ad maturitatẽ fieri putẽt. Sunt q; ſemen trifolii nitrũq; ſimul tritũ aſpergant foliis. Nitrum ẽt in coquẽdo uiriditatẽ cuſtodit. Aut apiciana cõctura oleo ac ſale priuſq; coquanẽ maceratis. Eſt inter herbas genus inſerendi præciſis germinibus caulis: & ĩ medullã ſemine ex aliis addito. Hoc & in cucumere ſilueſtri. Necnõ olus quoq; ſilueſtre eſt triũ folioꝝ. Diui Iulii carminibus p̃cipue locis militaribus celebratũ. Alternis q̃ppe uerſibus exprobauere lapſana ſe uixiſſe apud dyrrachiũ p̃mioꝝ parſimoniã cauillantes: Eſt autem id cima ſilueſtris. Omniũ hortenſioꝝ laudatiſſima cura aſparagis. De origine eoꝝ in ſilueſtribus curis habũde dictũ: & qũo eos inberet. Cato ĩ harũdinetis ſeri. Eſt & aliud genus incultius: aſparago mitius corruda paſſim ẽt in mõtibus naſcẽs: refertis ſuperioris germaniæ campis: nõ inſcito Tyberii Cæſaris dicto: herbã ibi quandã naſci ſimillimã aſparago. Nã qđ in neſide cãpaniæ inſula ſponte naſciẽ: longe optimũ exiſtimaẽ. Hortẽſiũ ſeriẽ ſpongiis. Eſt. n. plurimæ radicis: altiſſimeq; germinat. Viret thyrſo primũ emicante. Qui caulẽ educens tẽpore ipſo quo faſtigatus eſt: in toros ſtringiẽ. Poteſt & ſemine ſeri. Nihil diligentius cõprehendit Cato. Nouiſſimũq; libri eſt. ut appareat repentinã ac nouitiam uiro curã fuiſſe. Locũ ſubigi iubet humidũ: aut craſſum. Semipedali undiq; in teruallo ſeri: ne calceẽ. Præterea ad lineam grana bina aut terna paxillo dimitti. Videlicet ſemine tum tãtũ ſerebanẽ. Id fieri ſecundũ æquinoctiũ uernũ. Stercori e ſatiari. Crebro purgari. Caueri ne cũ herbis euellanẽ aſparagi. Primo anno ſtramento ab hyeme ꝓtegi. Vere aperiri: farriri: runcari. Tertio incendi uerno. Quo maturius incenſus eſt: hoc melius ꝓuenit. Itaq; harũdinetis maxime cõuenit q̃ feſtinant incẽdi. Sarriri iubet idẽ nõ anteq̃ aſparagus natus fuerit: ne in ſarriendo radices uexenẽ. Ex eo uelli aſparagum ab radice. Nã ſi defringaẽ: ſtirpeſcere: & intermori. Velli donec in ſemẽ eat. Id ãt matureſcere ad uer: incendiq;: ac rurſus cũ apparuerint aſparagi ſarriri ac ſtercorari. Ac poſt annos nouem cum iã uetus ſit: digeri ſubacto ſolo ſtercoratoq;. Tum ſpongiis ſeri ſinguloꝝ pedũ iteruallo. Quin & ouillo fimo noſtatim: uti quoniã aliud herbaſceret: nec quicq̃ poſtea tẽtatũ utilius apparuit: niſi q; circa idus februarii defoſſo ſemine aceruatis puulis ſcrobibus ſerũt: plurimũq; maceratũ fimo. Dein nexis inter ſe radicibus ſpõgias factas poſt æquinoctiũ autũni diſponũt pedalibus interuallis: fertilitate in denos ãnos durante. Nullũ gratius iis ſolũ q̃ rauennatiũ. Hortoꝝ indicauimus corrudam. Hunc intelligimus ſilueſtrem aſparagũ: quẽ græci orminũ: aut myacanthon uocant aliis ue noĩbus. Inuenio naſci & arietis cornibus tuſis atq; defoſſis: Poterant uideri dicta oĩa: quæ i precio ſũt: niſi reſtaret res maximi quæſtus non ſine pudore dicenda. Certũ eſt quippe carduos apud chartaginem magnam cordubamq; p̃cipue ſeſtertia ſena milia e paruis iis reddere: quoniam portẽta quoque terrarum in ganeã uertimus: Etiã ea quæ refugiũt quadrupedes cõſciæ. Carduos ergo duobus modis ſerunt autumno: planta & ſemine ante nonas martias. Plantæq; quæ ex eo diſponentur ante idus nouembris: aut in locis frigidis circa fauonium. Stercoranẽ ẽt ſi diis placet: lætiuſq; proueniũt condunturq; aceto melle diluto laſſeris addita radice & cumini: ne quis dies ſine carduo ſit: cætera in tranſcurſu dici poſſunt. Ocimum parilibus optime ſeri ferunt. Quidam & autumno iubentq; cum hyeme ſeratur: aceto ſemẽ perfundi. Eruca quoq; & naſturtium: uel æſtate uel hyeme facillime naſcuntur. Eruca præcipue frigorum cõtẽptrix diuerſæ eſt q̃ lactuca naturæ. Concitatrix ueneris. Iccirco iungitur illi fere in cibis: ut nimio frigori par feruor immixtus temperamentum æquet. Naſturtiũ nomẽ accepit a narium torméto. Et ide uigoris ſignificatio, puerbio id uocabulũ uſurpauit: ueluti torporẽ excitãtis. In arabia miræ amplitudinis dicitur gigni. Ruta quoq; ſeriẽ fauonio & ab æquinoctio autũni: odit hyemẽ & hũorẽ ac fimũ. Apicis & gaudet & ficcis: terra q̃ maxime lateritia. Cinere uult nutriri. Hic & ſemini miſcetur: ut careat erucis. Auctoritas ẽt peculiaris apud antiquos ei fuit. Inuenio muſtum rutatum populo datum a Cornelio Cetego i cõſulatu collega. Qu. Fla. comitis peractis. Amicitia eſt ei & cum fico in tantum ut nuſq̃ lætior ꝓueniat q̃ ſub hac arbore. Seritur & ſurculo melius i pforatã fabã: iditoq; ſucco nutrit cõprehẽdẽdo ſurculũ. Seriẽ & a ſeipſa. Nãq; incuruato cacumine alicuius rami cũ attingerit terrã: ſtati radicaẽ. Eadẽ & i occino natura: niſi q; difficilius creſcit. Sed durata rũcaẽ: ñ ſine difficultate ꝓuẽiẽtibus ulceribꝰ: ni mũitis mãibꝰ id fiat: oleoue defẽſis. Cõcidunẽ ãt & eius folia: ſeruãturq; faſciculis. Ab æquinoctio uerno ſeriẽ apiũ: ſemĩe paulũ i pila pulſato. Criſpius ſic putãt fieri: aut ſi ſatũ calceẽ cylĩdro: pedibuſue. Propriũ ei: q; coloré mutat. Honos ipſi i achaia corõaẽ uictores ſacri certamis nemeæ. Eodẽ tpe ſeriẽ mẽta plãta: uel ſi nõdũ germĩat: ſpõgia: mius hæc hũido gaudet. Aeſtate uiret. Hyeme flaueſcit. Gẽus eius ſilueſtre mẽtaſtrũ ẽ. Et hoc ꝓpagaẽ ut uitis: uel ſi iuerſi rami ſerãẽ. Mẽtæ nomẽ ſuauitas odoris apd græcos mutauit: cũ alioqn mintha uocareẽ. Vnde ueteres nr̃i nomẽ declĩauerũt. Grato mẽta mẽſas odore ꝓcurrit ĩ ruſticis dapibus. Semel ſata diutia ætate durat. Cõgruit pulegio cuius natura i carnariis refloreſcens ſæpius dicta ẽ. Hæc quoq; ſeruãẽ ſimili genere: mentã dico pulegiũq; & nepitã. Cõdimẽtoꝝ tñ oĩumq; faſtidiis cyminũ amiciſſimũ. Naſciẽ ĩ ſũma tellure uix hærẽs: & in ſublime tẽdẽs. In putribus & calidis maxie locis: medio ſerẽdũ ueṝ. Alteꝝ eius gẽus ſilueſtre: qđ ruſticũ uocãt: alii thebaicũ: ſi tritum ex aqua potetur: ĩ dolore ſtõachi ꝓdeſt. In carpẽtania noſtri orbis maxime lau-

Vel ẽt ſi diſplicet
Vel ocimum

datur. Alioquin æthiopico africoq; palma eſt. Quidam huic ægyptium præferunt. Sed præcipue oluſatrũ miræ naturæ eſt. Hippoſelinum græci uocant: alii ſmyrnium. E lachryma caudicis ſui naſcitur. Seritur & radice. Succum eius qui colligunt murræ ſaporem habere dicunt. Auctorq; eſt Theophraſtus murra ſata natum. Hippoſelinum ueteres præceperant in locis incultis: lapidoſis: iuxta maceriam ſeri. Nunc & repaſtinato: ſeritur: & a fauonio poſt æquinoctiũ autumnum. Quippe cum capparis quoq; ſeratur ſiccis maxime: area in defoſſu cauata: ripiſq; undiq; circũſtructis lapide: alias euagatur per agros: & cogit ſolum ſterileſcere. Floret æſtate. Viret uſq; ad uergiliarũ occaſum. Sabuloſis familiariſſimum. Vitia eius quod trãs maria naſcitur: diximus inter peregrinos fructices. Peregrinum: & carum gentis ſuæ nomine appellatum: culinis principale. In quacũq; terra ſeri uult ratione eadem qua oluſatrum. Laudatiſſimum tamen in caria: proximum phrygia. Liguſticum ſilueſtre eſt: In liguriæ ſuæ montibus ſeritur. Vbiq; ſuauius ſatiuum: ſed ſine uiribus. Panacem aliqui uocant. Crateias apud græcos cunilam bubulam eo nomine appellat. Cæteri fere cunizam idem: cunilaginem. Thymbram uero quæ ſit cunila. Hæc apud nos habet uocabulum & aliud ſatureia dicta in condimentario genere. Seritur menſe februario: origano æmula. Nuſq; utrunq; additur: quippe ſimilis effectus. Sed cunile ægyptium origanum tãtum præfertur. Peregrinum fuit & lepidium. Seritur a fauonio. Dein cum fruticauerit: iuxta terram p̃ciditur. Tunc runcatur: ſtercoraturq;. Per biennium hæc. Poſtea iiſdem fruticibus utuntur: ſi non ſæuitia hyemis ingrauat: quando impatientiſſimum eſt frigorum. Exit & in cubitalem altitudinem: foliis laurinis: ſed mollibus. Vſuſq; eius non ſine lacte. Gyt piſtrinis: aniſum: & anetum culinis & medicis naſcuntur. Sagapenum & ipſum in hortis quidem: ſed medicinæ tantum. Sunt quædam comitantia aliorum ſatus: ut papauer: nanque cum braſſica ſeritur. Ac portulaca & eruca cum lactuca. Papaueris ſatiui tria genera. Candidũ: cuius ſemen toſtũ in ſecunda menſa cũ mella apud antiquos edebatur. Hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergitur adfuſo ouo inhærens. Vbi inferiorem cruſtam apio: gytq; cereali ſapore condiunt. Alterum genus papaueris nigrum: cuius ſcapo inciſo lacteus ſuccus exprimitur. Tertium genus rhœam uocãt græci: id noſtri erraticum. Sponte quidẽ ſed in aruis: cum hordeo maxime naſcit: erucæ ſimile: cubitali altitudine: flore ruffo: & ptinus deciduo: unde & nomen a græcis accepit. De reliquis generibus papaueris ſponte naſcentis docebimus in medicinæ loco. Fuiſſe autem in honore apud romanos ſemper indicio eſt Tarquinius Superbus: qui legatis a filo miſſis decutiendo papauera in horto altiſſima ſanguinarium illud reſponſum. hac facti ambage reddidit. Rurſus alio comitatu æquinoctio autumni ſeruntur coriandrum: anetum: atriplex: maluæ: lapati: cerepolon: quod pæderota græci uocant. Et acerrimum ſapore: ignei effectus ac ſaluberrimum corpori ſinapi nulla cultura: melius tamen planta relata. Quin e diuerſo uix eſt ſato ſemel eo liberare locum: quoniam ſemen cadens protinus uiret. Vſus eius etiam pro pulmentario in patellis decocto citra intellectum acrimoniæ. Coquũtur & folia ſicut reliquorum oleorum. Sunt autem trium generum: Vnum gracile: alterum rapi foliis ſimile: tertium erucæ. Semen optimum ægyptium. Athenienſes napi appellauerunt: alii tapſi: alii ſaurion. Serpyllo & ſiſymbrio montes plerique ſcatent: ſicut thracia: ut ea quæ deferunt ex iis: auulſos ramos ſerunt. Item ſicyone ex ſuis montibus: & athenis: & hymeto. Simili modo & ſiſymbrium ſerunt. Leniſſimum naſcitur in puteorum parietibus: & circa piſcinas & ſtagna. uel ſerpyllum

uel ex

De fœniculo & canabe. CA. IX.

RElIqua ſunt ferulacei generis ceu fœniculum: anguibus (ut diximus) gratiſſimum: ad condienda plurima cum inaruerit. Eiq; perq̃ ſimilis thapſia: de qua diximus iter externos frutices. Dei de utiliſſima funibus canabis: ſeritur a fouonio. Quo denſior eſt: eo tenerior. Semen eius cum eſt maturum ab æquinoctio autũni defringitur: & ſole aut uẽto aut fumo ſiccatur. Ipſa canabis uellit poſt uindemiã: ac lucubrationibus decorticata purgat. Optima alabãdica: plagarũ præcipue uſibus. Tria ibi eius genera. Improbat cortici proximũ: aut medullæ. Laudatiſſimũ eſt e medio: quæ meſa uocat. Secunda milaſea. Quod ad proceritatẽ quidẽ attinet: roſea agri ſabini arbore altitudinẽ æquat. Ferulæ duo genera in peregrinis fruticibus diximus. Semen eius in italia cibus eſt. Condit quippe duratq; in urceis uel anni ſpatio. Duo ea genera. Caules & racemi. Corymbiam hanc uocant: corymboſque quos condiunt.

De morbis hortorũ: & remedia circa formicas: & rucas: & culices. CA. X.

MOrbos hortenſia quoq; ſentiunt: ſicut reliqua terræ ſata. Nãq; & ocimũ ſe necat: degeneratq; rire in ſerpillum: & ſiſymbriũ in calamintha. Et ex ſemine braſſicæ ueteris rapæ fiunt: atq; inuicẽ. Enecat cyminũ ab imo dorſo niſi repurget. Eſt aũt unicaule: radice bulbo ſimili: non niſi in ſolo gracili naſcẽs. Alias priuatim cymini morbus ſcabies. Et ocimum ſub canis ortu paleſcit. Oia uero acceſſu mulieris menſtrualis flaueſcunt. Beſtiolæ quoq; genera innaſcunt. Napis culices: rhaphano erucæ: & uermiculi. Itẽ lactucis & oleri. Vtriſq; hoc amplius limaces & cochleæ. Porro uero priuatim animalia: quæ facillime ſtercore iniecto capiunt condentia in id ſe. Ferro quoq; non expedire tangi rutam: cunilam: mentam: ocimum: auctor eſt Sabinus Tyro in libro cepuricon: quem Mœcenati dicauit. Item cõtra formicas non minimũ hortorum exitium: ſi non ſint rigui: remedium monſtrauit. Limo marino: aut cinere obturatis earum foraminibus. Sed efficaciſſime heliotropio herba necantur. Quidam & aquã diluto latere crudo inimicam eis putant. Naporum medicinæ ſunt: ſi liquas una ſeri: ſicut olerum cicer. Arcet enim erucas. Quæ ſi omiſſo iam natæ ſint: remedium abſinthii ſuccus decocti inſperſus & ſedi: quam aizoum uocant. Genus hoc herbæ diximus Semen olerum ſi ſucco eius madefactum ſeratur: olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. In totum uero nec erucas ſi palo imponantur in hortis oſſa capitis ex equino genere fœminæ duntaxat. Aduerſus erucas & cancrum fluuiatilem in medio horto ſuſpenſum auxiliari narrant. Sunt qui ſanguineis uirgis rangant ea: quæ nolunt his obnoxia eſſe. Infeſtant & culices hortos

riguos præcipue: si sunt arbuscule aliquæ. Hi galbano accenso fugantur.

Quæ magis sint fortia uel minus: & qbus salsæ aquæ ꝓsint. CA. XI.

NAm qđ ad permutationē seminū attinet: qbusdam ex iis firmitas maior ē: ut coriādro betæ: porro: nasturtio: sinapi: erucæ: cunilæ: & fere acribus. Infirmiora autē sunt a triplici: ocimo: cucurbitæ: cucumi: & æstiua oia hybernis magis durāt: minime aūt gētiū. Sed ex iis: quæ sunt fortissima: nullū ultra quadrimatū utile est dūtaxat serēdo. Cunilis & ultra tempestiua sunt. Peculiaris medicina rhaphano: betæ: rutæ: cunilæ: in salsis aquis quæ plurimū suauitati & fertilitati conferunt. Cæteris dulciū aquarum rigua prosunt. Vtilissimæ ex iis quæ frigidissimæ: & quæ potu suauissimæ. Minus utiles e stagno & quas elices inducunt: quoniam herbarum semina inuehunt. Præcipue tamen imbres alunt. Nā & bestiolæ innascentes necantur.

Rō rigādoꝝ hortoꝝ: & q̄ trāslata meliora fiāt: & de succis hortensioꝝ: & saporibus. CA. XII.

His horæ rigandi: matutina: atq; uespera: ne inferuescat aqua sole. Ocimo tantū & meridiana ēt. Satum celerrime erumpere putant inter initia feruenti aqua aspersum. Oia āt translata meliora: grādioraq; fiunt: maxime porri: napiq;. In translatione & medicina est: desinuntq; sentire iniurias: ut gentiū: porrū: rhaphani: apiū: lactucæ: rapa: cucumis. Omnia aūt siluestria fere sunt: & foliis minora: & caulibus: succo acriorā: sicut cunila: origanū: ruta. Solūmō ex oibus lapatū silueſtre melius. Hoc insati uū rumex uocāt: nasciturq; fortissimum. Tradit semel satū durare: nec unq̄ uitiari terra maxime iuxta aq̄. Vsus eius cū ptisana tantum in cibis leuiorem gratioremq; saporem præstat. Siluestre ad multa medicamēta utile est. Adeoq; nihil omisit cura: ut carmine quoq; comprehēsum reppererim: in fabis caprini fimi singulis cauatis: si porri: erucæ: lactucæ: apii: in tubi: nasturtii semina inclusa serantur: mire prouenire. Quæ sunt silueſtria eadem in satiuis ficciora intelliguntur: & acutiora. Namq; & succorum saporumq; dicenda differentia est: uel maior in iis q̄ pomis. Sūt autem acres cunilæ: origāi: nasturtii: sinapis. Amari absinthii: centaureæ. Aquatiles cucumeris: cucurbitæ: lactucæ: Acuti tantum cunilæ. Acuti & odorati apii: aneti: fœniculi. Salsus tantum e saporibus non nascitur: alioquin extra insidit pulueris modo: & circulis tantum aquæ: ut intelligatur uana ceu plerūq; uitæ persuasio. Panax piperis saporem reddit: magis etiam siliquastrum: ob id piperitidis nomine accepto. Libanotis odorem thuris: murra myrrhæ. De panace abunde dictum est. Libanotis locis putridis & macris ac roscidis seritur semine: radicem habet olusatri: nihil a thure differentem. Vsus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam nomine alio rosmarinum appellāt. Et smyrneum olus seritur iisdem locis: Myrrhamq; radice resipit. Eadem & siliquastro satio. Reliqua a ceteris: & odore & sapore differunt: ut anetum. Tantaq; est diuersitas atq; uis ut non solum aliud alio mutetur: sed etiam in totum auferatur. Apio eximi in coctis obsoniis aceto: in eodem cellario in saccis odorem uino grauem. Et hactenus hortensia dicta sint ciborum gratia dūtaxat. Maximum quidem opus in eiisdem naturæ restat: quoniam prouentus tantum adhuc summasq; quasdam tractauimus. Vera autē cuiusq; natura non nisi medico effectu prænosci potest: opus ingens occultumq; diuinitatis: & quo nullū reperiri possit maius. Ne singulis id rebus contexeremus. iusta fecit ratio: cum ad alios medēdi desideria ꝑtinerent: longius utriusq; dilationibus futuris si miscuissemus. Nunc suis quæq; partibus constabunt: poterunt q; a uolentibus iungi.

Vel fauis

Vel tami

Vel acetum

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XX. PROOEMIVM.



Vel si cū his

MAximvm hinc opus naturæ ordiemur: & cibos suos homini narrabimus: faterique cogemus ignota esse per quæ uiuat. Nemo id paruum ac modicum existimauerit nominum uilitate deceptus. Pax secum in his aut bellū naturæ dicetur: odia amicitiæq; rerum surdarum: ac sensu carētium. Et quo magis miremur: omnia ea hominum causa: quod græci sympathiam appellauere: quibus cuncta constant: ignes aquis restinguentibus: aquam sole deuorante: luna pariente. Altero alterius iniuria deficiente sydere. Atque ut a sublimioribus recedamus: ferrum ad se trahente magnete lapide: & allio rursus abigente a sese. Adamantem opum gaudium in fragilem omni cætera uitro uictum: sanguine hircino rumpente. Quæq; alia in suis dicemus locis paria: uel maiora mira. Tantum uenia sit: a minimis: sed a salutaribus ordiemur. Primumq; ab hortensibus.

De cucumere ſilueſtri: & elaterio. CA. I.

CVcumim ſilueſtre eē diximus multo infra magnitudinē ſatiui. Ex eo fit medicamētū quod uocaſ elateriū ſucco expreſſo e ſemine. Cuius cā niſi maturius incidaſ: ſemen exilit oculoꝝ ēt periculo. Seruaſ āt decerptus una nocte: poſtero die incidiſ harūdiē. Semē quoq; cinere cōſpgiſ ad coercēdā ſucci habūdātiā. Qui expreſſus ſuſcipiſ aqua cæleſti: atq; ſubſidet. Deinde i ſole cogiſ in paſtillos ad magnos mortaliū uſus. Obſcuritates: & uitia oculoꝝ ſanat: genarūq; ulcera. Tradūt hoc ſucco tactis radicibus uitiū nō attigi uuas ab auibus. Radix aūt ex aceto cocta podagris illiniſ. Succoq; dentiū dolori medeſ. Arida cū reſina ſperiginē & ſcabiē: quā pſorā: & lichenas uocāt. Parotidas: & pāos ſanat. Et cicatricibus coloré reddit. Et folioꝝ ſuccus auribus ſurdis cū aceto inſtilaſ. Elateriū tēpeſtiuū é autūno. Nec ullū ex medicamētis lōgiore æuo durat. Incipit a trimatu. Siqs recentiore uti uelit: paſtillos in nouo fictili igne léto i aceto domet. Idq; melius quo uetuſtius erit. Quē iā ducētis annis ſeruatū eſſe auctor eſt Theophraſtus. Et uſq; ad qnquageſimū lucernaꝝ lumina extiguit. Hoc.n. ueri experimētū eſt: ſi admotū priuſq; extinguat: ſintillare ſurſum ac deorſum cogat. Pallidū ac leue herbaceo: ac ſcabro melius: ac leniter amarū. Putāt cōceptus ad alligato ſemie adiuuari: ſi terrā nō attigerit. Partus uero ſi i arietis lana alligatū in ſciētis lumbis fuerit: ita ut ꝓtinus ab ea eximaſ: & rapiaſ extra domū ipſam. Cucumim qui magnificant: naſci ꝓ cipuū in arabia: mox cyrenis. Alii in arcadia tradūt ſimilē heliotropio. Cuius iter folia & rāos ꝓuenire magnitudie nucis iuglādis ſemē: eē āt ad ſpēm ſcorpiōis cauda reflexa: ſed cādida. Aliq ét ab eo ſcorpionū cucumini uocāt: efficaciſſimū cōtra ſcorpionū ictus: & ſemie: & elaterio: & ad purgādum uterum aluoſq;. Modus portiōe uiriū ab dimidio obolo ad ſolidū. Copioſius necat: Sic & cōtra phthiriaſin bibitur & hydropi ſes: illitum. Angiuas & arterias cū melle & oleo uetere ſanat.

De anguino cucumere: ſiue erratico: & de ſatiuo: & de pepone. CA. II.

MVlti hūc eſſe apud nos q anguinus uocaſ: ab aliis erraticus: arbitrātur. Quo decocto ſparſa mures de eius medicina non attingūt. Idē podagris cū articuloꝝ morbis decoctū i aceto illinūt ꝑſentaneo remedio. Lúboꝝ uero dolori ſemine ſole ſiccato: dein trito. xxx. denarioꝝ pōdere i hemia dato aquæ. Sanat & humores ſubitos illitū cū lacte mulieꝝ. Purgat eas elaterium. Sed grauidis abortū facit. Suſpirioſis ꝓdeſt. Morbo uero regio in nares coniectū. Lētigines & maculas e facie tollit in ſole illitū. Multi eadē oia ſatiuis attribuunt. Magnū ét in eis mométi. Nāq; & eoꝝ ſemē q̄tū tres digiti apprehēderint cū cumino tritū potūq; in uino tuſſientibus auxiliaſ. Sed & phreneticis in lacte mulieris. Et dyſentericis acetabuli méſura. Puruléta āt expuentibus cū cumino pari pondere. & iocineris uitiis in aq̄ muſa. Vrinā mouet ex uino dulci: & in rhenū dolore clyſteribus ſimul cū cumino iſūdiſ. Qui pepones uocantur: refrigerant: maxime in cibo: & emolliunt aluum. Caro eoꝝ epiphoris oculoꝝ: aut doloribus iponiſ. Radix ſanat ulcera cōcreta i modū ſaui: quē ceriō uocāt. Eadē cōtra uomitiōes ſiccaſ i faria tuſa daſ q̄ttuor obolis in aqua mulſa: ita ut q biberit: qngēntos poſtea paſſus ābulet. Hæc farina & i ſmegmata adiiciſ. Cortex quoq; uomitionē mouet: faciē purgat. Hoc & folia cuiuſcūq; ſatiui illita. Eadē cū melle epinyctidas ſanant. Cum uino canis morſus. Itē millepedā ſepa græci uocant: oblōgā: piloſis pedibus: pecori ꝑcipue nociuam. Morſum tumor inſequiſ: & putreſcit locus ipſe. Cucumis odore defectum animi coctos de raſo cortice ex oleo aceto & melle iucundiores eſſe certum eſt.

De cucurbita ſilueſtri: & rapo. CA. III.

CVcurbita ſilueſtris quoq; iuenitur ſomphos a græcis appellata inanis unde & nomē: digitali craſſitudine: nō niſi in ſaxoſis naſcens. Huius cōmāducatæ ſucus ſtomacho admodū ꝓdeſt. Colocinthis uocaſ alia ipſa plena: ſed minor q̄ ſatiua. Vtilior pallida: quando eius ſunt medicinæ. Herbacea arefacta ꝑ ſe inanit aluū. Infuſa quoq; clyſteribus iteſtinoꝝ oīum uitiis medeſ: & rhenū: & lūboꝝ: & paralyſi electo ſemine. Aqua mulſa i ea decoqſ ad dimidias: ſic tuſſienti ifundiſ obolis q̄ttuor. Prodeſt & ſtōacho farinæ aridæ pilulis cū decocto melle ſumptis. In morbo uero regio utiliter ſemina eius iſumunſ: & ꝓtinus aqua mulſa. Carnes eius cum abſinthio & ſale dētiū dolorē tollūt. Succus uero cū aceto calefactus: mobiles ſiſtit. Itē ſpinæ & lūboꝝ: ac coxaꝝ dolores cū oleo: ſi ifricēſ. Præterea mirū dictu. Semina eius ſi fuerint pari nūero ad alligata febres ſanare dicunſ: quas græci phiodicas uocāt. Satiuæ quoq; raſæ ſuccus tepefactus auribus medeſ. Cato eius iterior ſine ſemine clauis pedū: & ſuppuratiōibus: q̄ græci uocāt apoſtemata. Decoctæ āt uniuerſæ ſuccus dētium motus ſtabilit. Dolores ihibet. Vinū cū ea feruefactū oculoꝝ ēt ipetus. Folia eius cū recentibus cupreſſi cōtuſa & ipoſita. Ipſa quoq; toſta i argilla ac trita cū adipe anſeris uulneribus medeſ. Necnō rāmētis corticis recentis podagras refrigerat: & ardores capitis: & maxime infantiū. Et ignes ſacros de ſtrigmentis uelis ipoſitis uel ſeminibus. Succus ex ſtrigmētis illitus cum roſaceo: & aceto febrium ardores refrigerat. Aridæ cinis impoſitus mire combuſta ſanat. Chryſippus medicus damnabat eas in cibis. Sed omnium conſenſu ſtomacho utiliſſimæ iudicanſ & iteraneorum ueſicarumq; exulcerationibus. Eſt & rapo uis medica. Perniones feruens impoſitum ſanat. Item frigus pellit e pedibus aqua decoctus. Et ius feruens podagris etiam frigidis medetur. Et crudum tuſum cum ſale cuicunq; uitio pedum. Semen illitum & potum in uino contra ſerpentes: & toxica ſalutare eē prodiſ. A multis uero antidoti uim habere in uino & oleo. Democritus in totum eum abdicauit in cibis propter inflationes. Diocles magnis laudibus extulit: etiam uenerem ſtimulari ab eo profeſſus. Item Dionyſius. Magiſque ſi eruca condiretur. toſta quoq; articulorum dolori cum adipe prodeſt. Silueſtre rapum in aruis maxime naſcitur: fruticoſum: ſemine candido: duplo maiore q̄ papaueris. Hoc ad albicandam cutem in facie toto que corpore utuntur mixta urina pari menſura. Nam (ut ſupra diximus) erui: hordei: tritici: & lupini radix ad omnia inutilis.

De napoꝝ dꝛiis:& rhaphão ſilueſtri:& rhaphão ſatiuo:& paſtinaca. CA. IIII.

NApoꝝ duas differẽtias & in medicina græci ſeruãt. Anguloſis folioꝝ caulibus florẽtis:& qđ bunion uocãt:purgationibus fœminaꝝ & ueſicæ:& uriæ utile decoctũ potũ ex aqua mulſã:uel ſuci dragma. Semen dyſentericis toſtũ tritũ in aqua calida e cyathis quattuor. Sed uriná inhibet: ſi non lini ſemen una bibatur. Alterum genus buniada appellant:& rhaphano & rapo ſimile. Seminis præclari contra uenena:ob id & antidotis utunt̃ illo. Rhaphanũ & ſilueſtre eẽ diximus. Laudatiſſimũ in archadia:q̃q̃ & alibi naſcit̃:utilior urinæ duntaxat eiiciẽdæ. Cætero bilẽ detrahit. Et itẽ cortices in uino. Præterea q̃ circa eos dicta ſunt ſtomachũ purgãt. pituitã extenuant:urinã cõcitãt. Eſt æſtiuoſus in italia & armoraciá uocant ſatiuá. Satiui uero decocti mane poti ad ternos cyathos cõminuũt:& eiiciũt calculos. Iidẽ in poſca decocti contra ſerpẽtiũ morſus illinũtur. Ad tuſſim ẽt mane ieiunis rhaphanus prodeſt cũ melle. Semẽ eoꝝ toſtũ:ipſumq̃ cõmãducatũ ad lagaroponõ. In aqua foliis eius decoctis bibere uel ſuccũ ipſius cyathis binis. Cõtra phlegmoni ipſos illinire tuſos utile. Inchoantibus uero recẽtẽ corticẽ cũ melle. Veteroſis autẽ q̃ acerrimos mãdere. Semẽq̃ toſtũ;dein cõtritũ cũ melle ſuſpirioſis. Iidẽ & cõtra uenena ꝓſunt Cæteꝝ ceraſtis:ſcorpionibus aduerſant̃:uel ipſo ſemine infectis mãibus ipũe tractãtibus. Impoſito rhapha-
Vel ſatiui uſus
Vel Laganopon
no ſcorpiõibus:moriunt̃. Salutares & cõtra ſungoꝝ:aut hyoſcyami uenena equæ:ut Nicãder tradit. Et cõ-
Vel œſtromie
tra uiſcũ quoq̃ dari Apollodori duo iubẽt ſcyllæus & tarẽtinus. ſcyllæus ſemẽ ex aqua tritũ:tarẽtinus ſuccũ. Lyenẽ itẽ extenuãt. Iocineri ꝓſunt:& lũboꝝ doloribus. Hydropicis quoq̃ ex aceto aut ſinapi ſumpti:& lethargicis. Praxagoras & ileoſis dãdos cẽſet. Pliſtonices & colicis. Inteſtinoꝝ ulcera ſanãt. Ac puruléta ꝑcor-
Vel ilioſis
Vel cœliacis
dioꝝ:ſi cũ melle edant̃. Quidá ad hæc coquere eos i luto illitos malunt:ſic & fœminas purgari. Ex aceto & melle ſũpti iteſtinoꝝ aialia detrahũt. Itẽ ad tertias:decocto eoꝝ poto cũ uino entherocœlis ꝓſunt: ſãguinẽ quoq̃ iurilẽ ſic extrahũt. Medius ad hæc & ſanguinẽ excreatib9 coctos dari iubet. Et puerperis ad lactis copiã augẽdá. Hippocrates capillos mulieꝝ defluos fricari rhaphãis:& ſup umbilicũ ponĩ cõtra torméta uuluæ. Reducũt & cicatricẽ ad colorẽ. Semẽ quoq̃ ex aqua ipoſitũ ſiſtit ulcera:quæ phagedenas uocãt. Democritus uenerẽ hoc cibo ſtimulari putat. Ob id fortaſſis uoci nocere aliq̃ tradiderũt. Folia quæ in oblongis tãtũ naſcuntur:excitare oculoꝝ aciẽ dicunt̃. Vbi uero acrior rhaphani medicina admota ſit: hyſopũ dari ꝓtinus iperãt. Hæc antipathia é. Et aurium grauitati ſuccũ rhaphani inſtillãt. Nã uomituris ſummo cibo eẽ eos:utiliſſimũ eſt. Paſtinacæ ſimile hibiſcũ:qđ molochen agriá uocãt:& aliq̃ pliſtolochiam. Vlceribus chartilagini:oſſibus fractis medeť. Folia eius ex aqua pota aluũ ſoluũt:ſerpentes abigũt: Apum:ueſpaꝝ:crabronum ictibus illita medentur. Radicem eius ante ſolis ortũ erutã inuolunt lana coloris:quem natiuum uocãt. præterea ouis quæ fœminam peperit:ſtrumiſq̃ uel ſuppuratis alligãt. Quidam ad hunc uſum auro effodiendam cẽſent. Cauendumq̃ ne terram attingat. Celſus podagris quæ ſine tumore ſunt radicem eius uino decoctam imponi iubet.

De ſtaphylino:ſiue paſtinaca:& gigido:& ſiſere:& ſeſili:& inula:& de cepe ſylueſtri. CA. V.

PIperitis: quã & ſiliquaſtrũ appellauimus: cõtra morbos comitiales bibitur Caſtore taliter demonſtrãte. Caule rubro & lõgo: denſis geniculis: foliis lauri: ſemie albo: tenui: guſtu piperis. Vtilis gingiuis: dẽtibus: oris ſuauitati: & ructibus. Origanũ qđ in ſapore cunilã æmulaſ (ut diximus) plura genera in medicina habet: & onitin uel praſion appellãt nõ diſſimile hyſopo. Priuatim eius uſus cõtra torſiões ſtomachi in tepida aqua: & cruditates. Cõtra araneos: ſcorpiõeſq; in uino albo. Luxata & incuſſa in aceto & oleo & lana. Tragoriganõ ſimilis eſt ſerpillo ſilueſtri. Vrinã ciet Tumores diſcutit cõtra uiſcũ potũ uiperæq; ictũ efficaciſſimũ: ſtomachoq; acida ructãti & p̃cordiis. Tuſſiẽtibus quoq; cũ melle daſ: & pleureticis: & pipneumõicis. Heracliũ quoq; tria genera habet nigrius latioribus foliis glutinoſum. Alterũ exilioribus mollibuſq; ſanſuco nõ diſſimile: qđ aliqui praſion uocare malũt. Tertiũ eſt iter hæc medium: minus q̃ cætera efficax. Optimũ autẽ creticũ: Nã & iucunde olet. Proximũ ſmyrneũ. Deide heracleoticũ ad potũ utilius: qđ onitin uocãt. Cõmunis autẽ uſus ſerpẽtes fugare. Percuſſis eſui dare decoctum. Potu urinã ciere. Ruptis cõuulſis mederi cum panacis radice. Hydropicis cũ fico aut cũ hyſopo acetabuli menſu
Vel ideſcenſiõe ris decoctũ ad ſextã. Itẽ ſcabiẽ: prurigĩnẽ pſoras in deceſſiõe balneaꝝ. Succus auribus ifundiſ cum lacte mulieris. Tõſillis quoq; & uuis medeſ. Capitis ulceribus. Venena opii & gypſi extinguit decoctũ: ſi cum cinere & uino bibatur. Aluum molli acetabuli mẽſura. Suggillatis illinitur. Item dentium dolori: quibus ẽt & cã dorem facit cum melle & nitro. Sanguinẽ narium ſiſtit. Ad parotidas decoquitur cum hordacea farina. Ad arterias aſperas cum galla & melle teritur. Ad lyenẽ folia cum melle & ſale. Craſſiores pituitas & nigras extenuat coctum cum aceto & ſale ſumptum paulatim. Regio morbo tritum cum oleo in nares infunditur. Laſſi perunguntur ex eo: ita ut ne uenter attingatur. Epinyctidas cum pice ſanat. Furunculos aperit cum fico trita. Strumas cum oleo & aceto: & farina hordeacea. Lateris dolores cum fico illitũ. Fluctiões ſanguinis in genitalibus tuſum ex aceto illitũ. Reliquias purgationũ a partu. Lepidũ iter urentia itelligiſ. Sic & in facie cutim emẽdat exulcerãdo: ut tamẽ cæra & roſaceo facile ſaneſ. Sic lepras & pſoras tollit ſemp facile: & cicatricũ ulcera. Tradunt in dolore dentiũ adalligatũ brachio qua doleat: cõpeſcere dolorẽ. Giſ ex græcis alii meláthion: alii melaſpermõ uocãt. Optimũ q̃ excitatiſſimi odoris: & q̃ nigerrimũ. Medetur ſerpẽtium plagis & ſcorpionum. Illini ex aceto & melle reperio. Incenſoq; ſerpẽtes fugari. Bibiſ drachma cõtra araneos. Diſtillationẽ narium diſcutit tuſum in lintheolo olfactum. Capitis dolores illitũ ex aceto: & infuſum naribus. Cum irino oculoꝝ epiphoras & tumores. Dẽtium dolores coctum cũ aceto. Vlcera oris tritũ aut cõmãducatũ. Itẽ lepras & létigines ex aceto. Difficultates ſpirãdi: addito uino potũ. Duricias tumoreſq; uetares: & ſuppuratiões illitũ. Lac mulieꝝ auget: cõtinuis diebus ſumptũ. Colligiſ ſuccus eius ut hyoſcyami. Similiter largius uenenũ eſt qđ miremur: cũ ſemẽ gratiſſime panes ẽt cõdiat. Oculos quoq; purgat. Vrinã & mẽſtrua ciet. Quinimo lintheolo illigatis tãtũ granis. xxx. ſecũdas trahi reperio. Aiũt & clauis in pedibus mederi tritum in urina. Culices ſuffitu necare. itẽ muſcas. Et aniſum aduerſus ſcorpiões ex uino bibitur: a Pythagora iter pauca laudatũ ſiue crudum ſiue decoctum. Item uiride aridumue oĩbus: quæ condiuntur: quæq; intinguntur deſideratum. Panis etiã cruſtis inferioribus ſubditum. Saccis quoq; additur. Cum amaris nucibus: uina cõmendat. Quin ipſum oris habitum iucundiorẽ facit. Fetoremq; tollit mãducatum matutinis cum ſmyrneo & melle exiguo. Mox uino collutum uultum iunioré præſtat. inſomnia leuat ſuſpenſum in puluino ut dormientes olfaciant. Appetentiã ciborum præſtat: quando id quoq; iter artificia deliciæ fecere: ex quo labor deſiit cibos poſcere. Ob has cauſas quidam anicetum id uocauere. Laudatiſſimum eſt creticum: Proximum ægyptium. Hoc liguſtici uicẽ præſtat in condimentis: Dolores capitis leuigat ſuffitum naribus. Epiphoris oculorum radicem eius tuſam imponit Iollas. ipſum cum croco pari modo & uino: & per ſe tritum cum polenta ad magnas fluctiones: extrahendaq; ſi qua in oculis inciderint. Nariũ quoque cardines conſumit illitum ex aqua. Sedat anginas cum melle & hyſopo ex aceto gargariſſatum. Auribus infunditur cum roſaceo. Thoracis pituitas purgat toſtum: cum melle ſumptum melius. Cum acetabulo aniſi nuces amaras. l. purgatas tere in melle ad tuſſim. Facillime uero aniſi drachmæ tres: papaueris duæ miſcenſ melle ad fabæ magnitudinẽ: & ternis diebus ſumunſ. Præcipuũ aũt eſt ad ructus: ideo iflatiõibus ſtomachi & iteſtinoꝝ torminibus: & cœliacis medeſ. Singultus & olfactũ decoctũ potũq; ĩhibet. Foliis decoctis digerit cruditates. Succus decocti cũ apio olfactus ſternutamẽta ĩhibet. Potũ ſõnũ cõcitat. Calculos pellit. Vomitiões cohibet: & p̃cordioꝝ tumores. Pectoꝝ uitiis: neruis quoq; qbus ſuccinctũ eſt corpus: utiliſſimũ. Prodeſt eius & capitis doloribus iſtillari ſuccum cũ oleo decocti. Nõ aliud utilius uentri: & inteſtinis putãt. ideo dyſentericis: & tenaſmis datur toſtũ. Aliq addũt & opiũ: pilulis in die ternis lupini magnitudine: & in uini cyatho dilutis. Dieuches & ad lũboꝝ dolores ſucco uſus eſt. Semẽ hydropicis & cœliacis dedit tritum cum menta. Veꝝ & radicẽ ad renes. Dalion herbarius pturiẽtibus ex eo cataplaſma ipoſuit cum opio. Item uuluaꝝ dolori. Deditq; bibendum cũ aneto parturientibus. Phreneticis quoq; illinunt recens cum polenta. Sic & infantibus comitiale uitium: aut contractiones ſentientibus. Pythagoras quidem non corripi uitio comitiali in manu habentes. Ideoq; quamplurimum domi ſerẽdum. Parere quoque facilius olfactantes. Et ſtatim a partu dandum potui polenta aſperſa. Soſimenes contra omnes duricias ex aceto uſus eſt. Eo & contra laſſitudines in oleo decoquens: addito nitro. Semine eius poto: laſſitudinis auxilium uiatoribus ſpopondit. Heraclides ad iflationes ſtomachi ſemen tribus digitis cũ caſtorei obolis duo,

bās ex mulso dedit. Similiter ad uentris: aut intestinorum inflationes. Et orthopnoicis quod ternis digitis prehenderit seminis: tantundem hyoscyami cum lacte asinino. Multi uomituris acetabula eius & folia lauri decem trita in aqua bibenda inter cœnam suadent. Strangulationes uuluæ si manducetur: & linatur calidum: uel si bibatur cum castoreo in aceto & melle sedat. Vertigines a partu cum semine cucumeris & lini pari mensura trinum digitorum uini albi tribus cyathis discutit. Cleopolemus ad quartanas trinis digitis seminis anisi & fœniculi usus est in aceto & mellis cyatho uno. Lenit articulares morbos cum amaris nucibus illitum. Sunt & qui aspidum uenenis aduersari naturam eius putent. Vrinam ciet. Sitim cohibet. Venerem stimulat. Cum uino sudorem leniter præstat. Vestes quoq; a tineis defendit. Efficacius semper recens & quo nigrius. Stomacho tamen inutile est præterq̄ inflato.

De aneto & sagapenio: & de papauere albo & nigro: & quomodo succus herbarum colligendus est: & de opio. CA. XVIII.

ANetū quoq; ructus mouet: & tormina sedat. Aluū sistit. Epiphoris radices illinuntur ex aqua uel uino. Singultus cohibet semē feruens olfactū. Sumptū ex aqua sedat cruditates. Cinis eius uuam in faucibus leuat. Oculos & genitura hebetat. Sacopeniū qđ apud nos gignit: in totū transmarino alienat. Illud. n. ammoniaci lachrymæ simile sagapenion uocat. Prodest latex & pectoris doloribus: cōuulsis: tussibus ueteribus: excreatiōibusq; p̄cordioq; tumoribus. Sanat & uertigines: tremulos: opisthotonicos: lyenes: lumbos: pfrictiões. Dat & olfactandū ex aceto in strāgulatu uuluæ. Cæteris & potu datur: & cū oleo īfricat. Prodest & cōtra mala medicamēta. Papaueris satiui dixius genera: & spōte nascentis alia, pmisimus. Sed satiui albi calix ipse terit: & bibit somni cā. Semen elephātiis medet. E nigro papauere Vel succus sapor gignitur scapo inciso: ut Diagoras suadet: cū turgescit: ut iollas cū defloresc it hora diei sereni: hoc est cū ros in eo exaruerit. Incidi iubēt sub capite & calice. Nec in alio genere ipsum incidit caput. Succus & hic: & herbæ cuiusq; lana excipit. Aut si exiguus é: ungue pollicis aut lactucis: & postero die magis qđ inaurit. Papaueris uero largus densat: & in pastillos tritus in umbrā siccat nō ui saporifera mō: uex si copiosior auriat: ét mortifera p somnū: opion uocāt. Sic scimus iteremptū Licinii Cecinnæ p̄torii uiri patrē in hispania baiuli cū ualitudo īpatibilis odiū uitæ feciſſet. Itē plerosq; alios. Qua de cā magna cōcertatio extitit. Diagoras: & erasistratus in totū dānauere: ut mortifex infundi uetātes. Præterea quoniā uisui noceret. Addidit andreas: iō non p̄tinus excecari eo: quoniā adulterat alexandriæ. Sed postea usus eius nō īprobatus est medicamēto nobili: qđ diacodion uocāt. Semine quoq; eius trito i pastillos e lacte utunt ad somnū. Itē ad capitis dolores cū rosaceo. Cū his auriū dolori istillatū. Podagris illinit cū lacte mulierex. Sic & foliis ipsis utunt ad sacros ignes. Itē uulnera cū aceto. Ego tamē dānauerim collyriis addi. Multoq; magis q̄s uocāt lexipyretas: & q̄sq; pepticas cœliacas. Nigrū tamē in cœliacis uino dat. Satiuum oē magis rotundat capita. At siluestri longū ac pusillū: & ad oēs effectus ualentius. Decoquit & bibit contra uigilias: eadēq; aqua fouent ora. Optimū in siccis: & ubi raro pluit. Cū capita ipsa & folia decoquunt: succus meconiū uocatur: multū opio ignauior. Experimentū opii est primū in odore. Sincærum. n. perpeti non mos est. Dein in lucernis: ut pura luceat flāma: ut extinctum demum oleat. Quæ in fucato non eueniunt. Accenditur quoq; difficilius: & Vel mordus est crebro extinguitur. Est sincæri experimentum & in aqua: quia nebula īnatat. Fictum in posca coit. Sed maxime mirum æstiuo sole deprehendi, sincærum enim sudat: & se diluit: donec succo recēti simile fiat. Mne sides optime seruari putat hyosciami semine adiecto. Alii in faba. Vel pustulas

De empractico: & cæratico: & glaucio siue paralio: & heralio: siue aphro: & de diacodio: & tichymalo. CA. XIX.

INter satiua est & siluestria mediū genus: qđ nisi in aruis esset: sponte nasceret. Rhiā uocauimus & erraticū. Quidā id decerptū p̄tinus cū toto calice mandūt. Aluū exinaniunt capita q̄nq; decocta. In uini tribus hēinis pota somnū faciūt. siluestriū unū genus cæratitin uocāt: nigrū: cubitali: altitudine: radice crassa: & corticosa caliculo iflexo: ut cornicula. Folia minora & tenuiora q̄ cæteris siluestribus: semē exile. Tēpestiuū é messibus. Aluū purgat dimidio acetabulo in mulso. Folia trita cum oleo argēmas iumētorex sanāt. Radix acetabuli mēsura cocta i duobus aq̄ sextariis ad dimidias: dat ad lūborū uitia & iocineris. Carbūculis medent ex melle folia. Quidā hoc genus glaucion uocant alii paralion. Nascitur. n. i afflatu maris: aut nitroso loco. Alterū est in siluestribus generibus heracliō: uocat ab aliis aphrō. Foliis si p̄cul intuearis spēm passex p̄sentātibus: radice i sūma terræ cute: semine spumeo. Ex hoc lina splēdore trahūt æstate. Tundit in pila comitialibus morbis acetabuli mēsura seminis in uino albo: uomitiōes ení facit. Medicamēto qđ diacodion & arteriace uocat: utilissimū. Fit āt huius papaueris: aut cuiuscunq; siluestris capitibus. cxx. i aq̄ cælestis sextariis tribus biduo maceratis: i eadēq; decoctis: deinde siccatis: iterūq; cū melle decoctis ad dimidias ptes uapore tenui. Addidere postea drachmas senas croci: hypocisthidis: turis: acaciæ: & passi cretici sextariū. Hac ostētatiōe simplex qdē & antiq illa salubritas papauere & melle constat. Tertiū genus é tichymalō: mecona uocāt: alii archalion: folio leui: albo: capite magnitudinis fabæ. Colligitur uua florēte. Siccat in umbra. Semen potū purgat aluū dimidio acetabulo in mulso. Cuiuscunq; aūt papaueris caput uiride uel siccū illitum epiphoras oculorex lenit. Opium ex uino meraculo si protinus det: scorpionū ictibus resistit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt: si capita eius uel folia terantur.

De portulaca siue peplio: & coriandro: & de attriplici. CA. XX.

ESt & portulaca: quā peplion uocāt: nō multū satiua efficacior. Cuius memorabiles usus traduntur. Sagittarum uenena & serpētium hemorroidum: & præsigrum restringi: pro cibo sumpta & plagis īposita extrahit. Itē hyoscyamo poto e passoq; expsso succo. Cū ipsa non est: semē eius simili effectu p̄dest. Resistit & aquarex uitiis: capitis dolori: ulceribusq; in uino tusa. & imposita.

Reliqua ulcera cõmanducata cum melle ſanat. Sic & infantiũ cerebro imponitur: umbilicoq; prociduo. In epiphoris uero oĩum fronte tẽporibuſq; cum polenta. Sed ipſis oculis e lacte & melle. Eadẽ ſi procident: p deſt foliis tritis cum corticibus fabæ. Puſtulis cũ polenta & ſale & aceto: ac cæra. Et ulcera oris tumoremq; gingiuaꝝ cõmanducata cruda ſedat. Item dentium dolores. Tonſillaꝝ ulcera ſuccus decoctæ. Quidá adiecere paulũ murrhæ. Nã & mobiles dentes ſtabilit cõmanducata. Cruditates ſedat: uocemq; firmat: & ſitim arcet. Ceruicis dolores cum galla & lini ſemine & melle pari mẽſura ſedat. Mãmarum uitia cum melle aut cimolia creta ſalutaris: & ſuſpirioſis ſemine cum melle hauſto. Stomachũ in acetariis ſumpta corroborat. Ardentibus febribus imponitur cum polenta. Et alias manducata refrigerat: etiam inteſtina. Vomitiones ſiſtit. Dyſenteriæ & uomicis datur ex aceto: uel bibitur cum cumino. Tenaſmis autem cocta: & comitialibus cibo uel potu prodeſt. Purgationibus mulierum acetabuli menſura in ſapa. Podagris calidis cum ſale illita & ſacro igni. Succus eius potus renes iuuat ac ueſicas. Ventris animalia pellit. Ad uulnerum dolores ex oleo cum polenta imponitur. Neruorum duricias emollit. Metrodorus qui epitomen τῶν ῥιζοτομικῶν ſcripſit: purgationibus a partu dandam cenſuit. Venerem ĩhibet: ueneriſq; ſomnia. Prætorii uiri pater eſt hiſpaniæ princeps: quem ſcio ꝓpter impatibiles uuæ morbos radicem eius filo ſuſpenſam e collo gerere: præterq; in balneis: & ita liberatum incõmodo oĩ. Quinetiam inueni apud auctores: caput inde litum diſtillationẽ toto anno non ſentire. Oculos tamen hebetare putatur. Coriandrũ inter ſylueſtria non inuenitur. Præcipuũ tamen eſſe conſtat ſtatim ægyptium. Valet contra ſerpentiũ genus unũ: quod amphiſbenas uocant. potum impoſitumq;. Sanat & alia uulnera. Epinyctidas puſtulas tritũ. Sic & oẽs tumores: collectiõeſq; cũ melle: aut uua paſſa. Panos uero ex aceto tritũ. Seminis grana tria in tertianis deuorari iubẽt aliqui ante acceſſionẽ. Vel plura illini fronti. Sunt qui & ante ſolis ortum ceruicalibus ſubiici efficaciter putent. Vis magna ad refrigerandos ardores uiridi. Vlcera quoq; quæ ſerpunt: ſanat cum melle uel uua paſſa. Item teſtes: ambuſta: carbunculos: aures cum lacte mulieris: epiphoras oculorum uentris & inteſtinorum fluctiones. Semen ex aqua potum bibitur in choleris cum ruta. Pellit aĩalia interraneoꝝ cum mali punici ſucco & oleo ſemen potum. Xenocrates tradit rem miram: ſi uera eſt: menſtrua contineri uno die: ſi unum granũ biberint fœminæ: biduo ſi duo: & totidem diebus quot grana ſumpſerint. M. Varro coriandro ſub trito cum aceto: carnem incorruptã æſtatæ ſeruari putat. Atriplex & ſylueſtre eſt & ſatiuum: accuſatum a Pythagora tanq; faceret hydropicos morboſq; regios & pallorem. Coquitur difficillime: ac ne in hortis quidem iuxta id naſci quicq; niſi languidũ culpauit. Addidere Dionyſius & Diocles plurimos gigni ex eo morbos. Nec niſi mutata ſæpius aq; coquendũ ſtomacho contrariũ eſſe. Lentigines & papulas gignere. Miror quare difficulter in italia id naſci tradiderit Solũ ſmyrneus. Hippocrates uuluaꝝ uitiis id ĩfundi cũ betã. Lycus neapolitanus cõtra cãtharidas bibẽdũ dedit. Panos: furũculos ĩcipiẽtes: duricias oẽs uel cocto uel crudo utiliter illini putant. Item ignem ſacrum cum melle aceto nitroq;: ſimiliter podagris. Vngues ſcabros detrahere dicitur ſine ulcere. Sunt: qui in morbo regio dent ſemẽ eius cum melle. Arterias: & tonſillas nitro addito perfricent. Aluum moueant. Cocto aut per ſe aut cum malua: aut lenticula concitãtes uomitiones. Sylueſtri capillos tinguntur: & ad ſupradicta utuntur medicina.

De malua: malope: & althea: & lapathõ: & oxylapato: & hyppolapato: & bubalapato. CA. XXI.

Contrario in magnis laudibus malua ẽ utraq; & ſatiua & ſylueſtris. Duo genera eaꝝ amplitudine folii diſcernunt. Maiorẽ græci malopen uocãt ĩ ſatiuis. Alterã ab emolliẽdo uentre dictã putãt malachẽ. E ſylueſtribus: cui grãde foliũ & radices albæ althea uocat ab excellentia effectus: a qbuſdã ariſthaltea. Oẽ ſolũ in quo ſerunt pinguius faciũt. Huic cõtra oẽs aculeatos ictus efficaciorius: ꝑcipue ſcorpionũ: ueſpaꝝ: ſimiliũq;: & muris aranei. Quin & trita cũ oleo qualibet eaꝝ puncti ante uel habẽtes eas: nõ feriunt. Foliũ impoſitũ ſcorpionibus: torporẽ affert. Valent & cõtra uenena. Aculeos oĩs extrahũt illitæ crudæ aut cũ aneto potæ. Decoctæ uero cũ radice ſua leporis marini uenena reſtringũt. Et ut quidã dicũt ſi uomat. De eiſdẽ mira & alia tradunt. Sed maxime ſi quotidie qs ſucci ex qualibet eaꝝ ſorbeat cyathũ dimidiũ: oĩbus morbis carituꝝ. Vlcera manãtia in capite ſanant. in urina putrefactæ lichenas. Et ulcera oris cũ melle. Radix decocta: furfures capitis & dentiũ mobilitates. Eius q; unũ caulẽ hẽt: radice circa dentẽ: qui doleat: perunge: donec deſinat dolor. Eadẽ ſtrumas & parotidas panoſq; addita hoĩs ſaliua purgat citra uulnus. Semẽ in uino nigro potũ a pituita: & nauſeis liberat. Radix mãmaꝝ uitiis occurrit ad alligata in lana nigra. Tuſſim in lacte cocta & ſorbitionis mõ ſumpta quinis diebus emẽdat. Stomacho inutiles ſex. Niger dicit. Olympiades thebanus abortiuas eſſe cum adipe anſeris. Aliqui purgari fœminas foliis earum manus plenæ mẽſura in oleo & uino ſumptis. Vtiq; conſtat parturientes foliis ſubſtratis celerius ſolui. Protinus a partu reuocanda: ne uulua ſequatur. Dant & ſuccum bibendũ parturientibus ieiuniis in uino decocta hemina. Quin & ſemen tritum adalligant brachio genitale nõ cõtinentiũ. Adeoq; eæ ueneri naſcunt: ut ſemen unicaulis aſperſum cubitali fœminaꝝ auiditates augere ad infinitũ Xenocrates tradat. Itẽ tres radices iuxta ad alligatas. Tenaſmo & dyſentericis utiliſſime infundi. Itẽ fœdis uitiis: uel ſi foueant. Melancholicis quoq; ſuccus datur cyathis ternis tepidus. Et inſaniẽtibus q̃ternis. Decoctæ comitialibus heminæ ſucci. Hic & calculoſis & iflatiõe & torminibus aut opiſthotonico laborãtibus tepidus illinit. Et ſacris ignibus: & ambuſtis decocta ĩ oleũ folia ĩponunt. Et ad uulneraꝝ ĩpetus cruda cũ pane. ſuccus decoctæ neruis ꝑdeſt: & ueſicæ: & ĩteſtinoꝝ roſiõibus. uuluas & cibo & ĩfuſiõe mollit ĩ oleo. ſuccus decoctæ pori meatus ſuaues facit. Altheæ ĩ oĩbus ſupradictis efficacior radix: ꝑcipue cõuulſis ruptiſq;. Cocta in aq; aluũ ſiſtit. Ex uino albo ſtrumas: & parotidas: & mãmaꝝ iflãmatiões: & panos: ĩ uino folia decocta & illita tollũt. Eadẽ arida ĩ lacte decocta q̃libet pniciosæ tuſſi citiſſime medẽt. Hippocrates uulneratis ſitiẽtibuſq; defectu ſanguĩs radicis decoctæ ſuccũ bibẽdũ dedit. Et eã uulneribus cũ melle: & reſina. itẽ cõuulſis:

Vel cubili

Vel genitali

luxatis:tumentibus:& muſculis:neruis:articulis impoſuit. Et aſthmaticis ac dyſentericis in uino bibendū dedit. Mirū aquā radice ea addita:addēſari ſub diuo:atq; elacteſcere. Efficacior āt quo recētior. Nec lapatiū diſſimiles effectus hēt. Eſt āt ſylueſtre:qđ alii oxalidē appellāt:ſatiuo ꝓximū:foliis aquoſis:colore betæ cādidæ:radicæ minima. Nī uero rumicē:alii lapatiū cantherinū:ad ſtrumas cū axungia efficaciſſimū. Eſt & alteꝝ genus fere oxylapaton uocāt. Satiuo idē ſimilius:& acutiora hēt folia:ac rubriora:nō niſi in paluſtribus naſcēs. Sūt q hydrolapaton tradūt ī aq̄ natū. Eſt & aliud hippolapaton maius ſatiuo:cādiduſq;:ac ſpiſſius. Sylueſtria ſcorpionū ictibus medent:& ferire phibent habentes. Radix aceto decocta ſi colleā ſuccus: dētibus auxiliaſ. Si uero bibaſ:morbo regio. ſemē ſtomachi inextricabilia uitia ſanat. Hippolapati radices priuati ungues ſcabroſos detrahūt. Dyſentericos ſemē duabus drachmis in uino potū biberat. Oxylapati ſemen totū in aq̄ cæliſti:ſanguinē ꝓdeſt reiiciētibus. Adiecta acacia lentis magnitudine prodeſt. Præſtātiſſimos paſtillos faciunt ex foliis & radice:addito nitro & iure exiguo. In uſu aceto diluunt. Sed ſatiuū in epiphoris oculoꝝ illinunt frōtibus. Radice melicerias & lepras curant. In uino uero decocta:ſtrumas:& potidas:& calculos. Poto uino & lienes. Cœliacos æque:& dyſentericos: & tenaſmos. Ex eadēq; oia efficacius. Vel cæuis lapati & ructus facit:& urinā ciet:& caliginē oculoꝝ diſcutit. Item pruritū corporis in ſolia balnearum ria additum:aut prius ipſum illitum ſine oleo. Firmat & cōmanducata radix dentes. Eadem decocta cū uino ſiſtit aluum. Folia ſoluunt adiecto ſale. Adiecit Solon (neq; ut omittamus bulapaton) radicis tantum altitudine differens eſt:& erga dyſentericos efficacis effectus potum ex uino.

De ſinapis tribus generibus:& marrubio:& ſerpillo:& ſiſymbrio:ſiue thymbræa:& de lini ſemine: & blito. CA. XXII.

Sinapis:cuius in ſatiuis tria genera dixius. Pythagoras principatum hēre:ex iis quoꝝ ſublime uis ferāſ iudicauit:qm̄ non aliud magis in nares:& cerebrū penetret. Ad ſerpentiū ictus:& ſcorpionū tricū cū aceto illiniſ. Fungoꝝ uenena diſcutit. Cōtra pituitā tenetur in ore:donec liq̄ſcat:aut gargariſſaſ cū aq̄ mulſa. Ad dētiū doloré mādiſ. Ad uuā gargariſſaſ cū aceto & melle. Stomacho utiliſſimū cōtra oia uitia:pulmonibuſq;. Excreatiōes faciles facit in cibo ſumptū. Daſ & ſuſpiriioſis. itē comitialibus tepidū cū ſucco cucumeꝝ. Senſus atq; ſternutaméta capitis purgat. Aluū mollit. Menſtrua & urinā ciet. Et hydropicis imponiſ. Cū fico & cumino tuſum ternis ptibus comitiali morbo. Et uuluaꝝ cō uerſionē ſuffitū excitat odore aceto mixto. itē lethargicos. Adiiciſ tordylion. Eſt aūt id ſemē ex ſili. Et ſi uehemētior ſomnus lethargicos ꝑmat:cruribus aut ēt capiti illiniſ cū fico & aceto. Veteres dolores:thoracis: lumboꝝ:coxendicū humeroꝝ & in q̄cunq; pte corpis ex alto uitia extrahēda ſūt:illitū cauſtica ui emēdat puſtulas faciēdo. At in magna duricia ſine fico ipoſitū:uel ſi uehemētior urigo timeaſ ꝑ duplices pannos. uſuſtio Vtuntſ ad alopecias cū rubrica:pſoras:lepras:phthiriaſes:lithānicos:opiſthotonicos. Iungūt quoq; ſcabras genas aut caligantes oculos cū melle. Succuſq; tribus modis exprimiſ in fictili:caleſcitq; ī eo ī ſole modice. Exit & e cauliculo ſuccus lacteus:q ita cū induruit dentiū dolori medeſ. Semē ac radix cū imaduere:muſto cōterunt. Manuſq; plenæ mēſura ſorbenſ ad firmādas fauces:ſtomachū:oculos:caput:ſenſuſq; oēs. Mulierū ēt laſſitudines ſalubertimo genere medicinæ. Calculos quoq; diſcutit potū ex aceto. Illinūt & liuoribus ſuggillatiſq; cū melle & adipe anſerino aut cæra cypria. Fit & oleū ex ſemine madefacto in oleo expreſſoq;: quo utunt ad neruoꝝ rigores:lūborūq;:& coxēdicū pfrictiōes. Sinapis naturā effectuſq; eoſdē hēre tradiſ ad archa:iter ſyluas:ipacta cortici calamoꝝ ſub ipſa coma naſcēs. Marrubiū plericq; iter primas herbas commēdauere:quē græci praſion uocāt:alii linoſtrophon:nōnulli philopeda:aut philocares:notius q̄ ut indicā dū ſit. Huius folia ſemēq; cōtrita ꝓſunt cōtra ſerpētes:pectoꝝ & lateris dolores:tuſſim ueterē. Et iis qs ſanguinē eiiciunt:eximie:utile:ſcopis eius cū panico aq̄ decoctis:ut aſperitas ſuccis mitigeſ. Imponiſ ſtrumis uel iter cū adipe. Sunt q uiridis ſemen q̄tū duobus digitis capiāt:cū farris pugillo decoctū addito exiguo olei & ſa- plauſtres lis ſorbere ieiunos ad tuſſim iubeāt. Alii nihil cōparant. In eadē cā marrubii & fœniculi ſuccis ad ſextarios ternos exp̄ſſis decoctiſq; ad ſextarios duos:tū addito mellis ſextario rurſus decocto ad ſextarios duos:ſi cochlearii mēſura in die ſorbeaſ in aquæ cyatho. Et uiriliū uitiis tuſum cū melle mire ꝓdeſt. Lichenas purgat ex aceto. Ruptis cōuulſis:ſpaſmatū neruis ſalutare. Potū aluū ſoluit cū ſale & aceto. Itē mēſtrua: & ſecūdas Vel ſpa muliebꝝ. Arida farina cū melle ad tuſſim ſiccā:efficaciſſima ē. Itē ad cācrenas & pterygia. Succus uero articu- ticis lis:e naribus morbo regio:minuēdæq; bili cū melle ꝓdeſt. Itē cōtra uenena iter pauca potēs. Ipſa herba ſtomachū & excreatiōes pectoris purgat. Cū iride & melle urinā ciet. Cauēda tn̄ exulceratæ ueſicæ & renū uitiis. Dī ſuccus claritatē oculoꝝ adiuuare. Caſtor marrubii duo genera tradit. Nigrū & qđ magis ꝓbat:candidū. In ouū inane:ſuccū adiicit his:ip̄mq; ouū ifundit melle æquis portionibus tepefactū:uomicas rūpere purgare:ſanare ꝓmittēs. Illitis ēt uulneribus a cane factis tuſa cū axungia ueteri. Serpillū a ſerpēdo putāt dictū. Qđ in ſylueſtri euenit:in petris maxime. Satiuū nō ſerpit:ſed ad palmi altitudinē increſcit. Pinguius uoluntariū:& cādidioribus foliis & ramis:aduerſus ſerpētes efficax maxime cēchrin:& ſcolopēdras terreſtres:ac marinas. Et ſcorpiones decoctis in uino ramis foliiſq;. Fugat & odore cominus ſi uraſ. Et contra marinoꝝ uenena ꝑcipue ualet. Capitis doloribus decoctū in aceto illiniſ tēporibus:ac fronti cū roſaceo. itē phrenet:cis:lethargicis:cōtra tormina:& urinæ difficultatē:anginas:uomitiones:drachmis q̄tuor datur. Ex aqua bibiſ & ad iocinerum dolores. Folia obolis quattuor dantur ad lyenem ex aceto. Ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis. Siſymbrium ſylueſtre a quibuſdam thymbræum appellatum:pedali non amplius altitudine:quod in riguis naſcitur ſimile naſturtio eſt. Vtrunq; efficax aduerſus aculeata aſalia:aut ſunt crabrones:& ſimilia. Qđ in ſicco ortū adoratū eſt:inſeriſ coronis anguſtiore folio. Sedant utraq; capitis dolorē. item epiphoras:alii panē addunt. alii per ſe decoquūt in uino. Sanat & epinyctidas:cutiſq; uitia in facie muliebꝝ intra quartū diē noctibus ipoſitū diebuſq; detractū. Vomitiones:ſin

gultus:tormina:ſtomachi diſſolutiones cohibet:ſiue in cibo ſumptũ:ſiue ſucco potũ. Nõ edendũ grauidis niſi mortuo cõceptu. Quippe ẽt impoſitũ eiicit. Mouet urinã cũ uino potũ. Silueſtre & calculos. Quos uigilare opus ſit:excitat infuſum capiti cũ aceto. Lini ſemen cũ aliis quidẽ in uſu eſt. Et ꝑ ſe mulierũ cutis uitia emẽdat in facie. Oculoꝝ aciẽ ſucco adiuuat. Epiphoras cũ thure & aq̃ aut cũ myrrha. Cũ uino ſedat potidas. Cũ melle aut adipe:aut cæra ſtomachi ſolutiões iſperſum polentæ mõ. Anginas in aq̃ & oleo decoctũ:& cũ aniſo illitũ. Torrẽ ut aluũ ſiſtat. Cœliacis & dyſentericis ponitur ex aceto. Ad iocineris dolores eſtur cũ uua paſſa. Et ad phthiſin utiliſſime. Semine fiunt & eligmata. Muſculoꝝ:neruoꝝ:articuloꝝ: ceruicũ duricias. Cerebri mẽbranas mitigat farina ſeminis:nitro aut ſale:aut cinere additis. Eadẽ cũ fico item concoquit:ac maturat. Cũ radice uero cucumeris ſilueſtris extrahit q̃cunq; corpori iherẽt. Sic & fracta oſſa ſerpere ulcus in uino decocta ꝓhibet. Eruptiões pituitæ cũ melle emẽdat. Vngues ſcabros cum pari mõ naſturtii. & teſtiũ uitia:& ramices cũ reſina & murrha:& cãcrenas ex aqua. Stomachi dolores cũ fœnogræco ſextariis utriſq; decoctis in aq̃ mulſa. Inteſtinoꝝ & thoracis pniciosa uitia clyſtere in oleo & melle. Blitum iners uideẽ:ac ſine ſapore:aut acrimonia ulla. Vnde cõuitiũ fœminis apud Menãdrũ faciũt mariti. Sthomacho iutile é. Vẽtrẽ adeo turbat:ut cholerã faciat aliqbus. Dr̃ tamẽ aduerſus ſcorpiones potũ e uino ꝓdeſſe: & clauis pedũ illini. Itẽ lyenibus:& tẽpoꝝ dolori ex oleo. Hippocrates menſtrua ſiſti eo cibo putat.

De meu:& fœniculo:& hipponarathro uel myrſeneo:& canabi:& de ferula:& carduis. CA. XXIII.

uel anetho

MEu in italia nõ niſi a medicis ſeriẽ:& iis admodũ paucis. Duo genera eius. Nobilius athamanticũ uocãt tanq̃ ab athamãte iuentũ:uel qm̃ laudatiſſimũ in athamante reperiaẽ:foliis aniſo ſimile: & caule aliq̃do bipedali:radicimus multis:& obnigris:qbuſdã altiſſimis. Minus ruſum q̃ illud alterũ. Ciet urinã in aq̃ potũ radice trita uel decocta. Inflatiões ſtomachi mire diſcutit. Itẽ tormina & ueſicæ uitia:uuluarũq;. Articulis cũ melle. infantibus cũ apio illitũ imo uẽtri urinas mouet. Fœniculũ nobilitauere ſerpẽtes:guſtatu (ut dixius) ſenectã exuendo:oculorũq; aciẽ ſucco eius reficiendo. Vnde itellectũ eſt:hoſum quoq; caliginẽ ꝑcipue eo releuari. Colligiẽ hoc caule turgeſcente. In ſole ſiccatur. inungiturq; ex melle. Vbiq; hoc eſt. Laudatiſſimũ tamẽ in hiberia e lachrymis fit:& ex ſemine recẽti. Fit ẽt e radicibus prima germinatiõe inciſis. Eſt & in hoc genere ſylueſtre:qđ alii hippomarathron:alii myrſeneũ uocant:foliis maioribus:guſtu acriore:ꝓcerius:brachiali craſſitudine:radice cãdida. Naſciẽ i calidis:ſed ſaxoſis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit:lõgo & anguſto folio:ſemine coriandri. Medicine in ſatiuo ad ſcorpionũ ictus & ſerpentiũ:ſemine in uino poto. Succus & auribus inſtillaẽ:uermiculoſq; in his necat. idipſum cõ dimentis ꝓpe oĩbus inſeriẽ. Oxyporis ẽt aptiſſime. Quin & cruſtis ſubdiẽ panis. Semen ſtomachũ diſſolutũ aſtringit uel in febribus ſumptũ. Nauſeam ex aq̃ tritũ ſedat. Pulmonibus & iocineribus laudatiſſimũ. Vẽtrẽ ſiſtit:cũ modice ſumiẽ. Vrinã excitat:& tormina mitigat toſtũ. Lactiſq; defectũ potũ mãmas replet. Radix cũ ptiſana ſumpta renes purgat ſiue decocto ſucco:ſiue ſemine ſũpto. Prodeſt & hydropicis radix ex uino cocta. itẽ cõuulſis. Illinunt folia tumoribus ardẽtibus ex aceto. Calculos ueſicæ pellunt. Genituræ abundantiã quoquomõ hauſtũ facit. Verẽdis amiciſſimũ:ſiue ad fouẽdũ radice cũ uino cocta:ſiue contrita in oleo illitũ. Multi tumoribus & ſuggillatis cũ cæra illinũt. & radice in ſucco uel cũ melle contra canis morſum utũt. & cõtra multipedã ex uino. Hippomarathrõ ad oĩa uehemẽtius. Calculos ꝑcipue pellit. Prodeſt ueſicæ cũ uino leui:& fœminaꝝ mẽſtruis. efficacius in eo ſemẽ q̃ radix. Modus in utroq;. qđ duobus digitis trito addiẽ in potionẽ. Petriclius:q ophiaca ſcripſit:& Mycon q rhizotomumena:aduerſus ſerpentes nihil hippomarathro efficacius putauere. Sane & Nicãder nõ in nouiſſimis poſuit. Canabis i ſyluis primũ nata ẽ nigriore folio & aſperiore. Semẽ eius extinguere genituraẽ uiroꝝ dr̃. Succus ex eo uermiculos auriũ & qđcũq; itrauerit eiicit:ſed cũ dolore capitis. Tãtaq; uis ei eſt:ut aquæ iſuſa coagulare eã dicaẽ. Et iõ iumentoꝝ aluo ſuccurrit pota in aq̃. Radix cõtractos articulos emollit in aq̃ cocta. Itẽ podagras & ſimiles ipetus. Ambuſtis cruda illiniẽ:ſed ſæpius mutaẽ:priuſq̃ areſcat. Ferula ſemẽ ſimile anetho hẽt:q̃ ab imo caule diuidiẽ. A cacumine fœmina putaẽ. Caules eduntẽ decocti. Cõmẽdãturq; muria:ac melle. Stomacho utiles. Sin plures ſumpti:capitis dolores faciũt. Radix denarii põdere i uini cyathis duobus bibitur aduerſus ſerpẽtes. Et

uel facit

ipſa radix iponiẽ. Sic & torminibus medeẽ. Ex oleo ãt & aceto cõtra ſudores imodicos:uel in febribus ꝓficit. Succus ferulæ aluũ ſiſtit fabæ magnitudĩe deuoratus. E uiridi ferula medulla utilis eſt & ad oĩa eius uitia. Ad ſanguinẽ ſiſtendũ decẽ grana ſeminis bibuntẽ in uino trita uel medulla. Sũt q comitialibus morbis dãdũ putãt:luna q̃rta:ſexta:ſeptima:linguæ mẽſura. Natura ferulaꝝ murenis ifeſtiſſima eſt. Tactæ ſiquidẽ ea moriuntẽ. Caſtor radicis ſuccũ & oculorũ claritati cõferre multũ putauit. & de carduoꝝ ſatu iter hortenſia dixius. Quapp & medicinã ex iis nõ differamus. Sylueſtriũ genera ſũt duo. Vnũ fructicoſius a terra ſtatim. Alterũ unicaule:craſſius. Vtriq; folia pauca:ſpinoſa:muricatis cacuminibus. Sed alter floẽ purpureũ mittit iter medios aculeos celeriter caneſcẽtẽ:& abeuntẽ cũ aura. Scolimon græci uocãt. Hic anteq̃ floreat cõtuſus atq; exp̃ſſus:illito ſucco alopecias replet. Radix cuiuſq; ex aq̃ decocta potatoribus ſiti facere:narraẽ ſtomachũ corroborat. & uuluis (ſi credimus) ẽt cõferre aliqd tradiẽ:ut mares gignãẽ. Ita. n. cherias atheniẽ ſis ſcripſit:& Glaucias:q circa carduos diligẽtiſſimus uideẽ. Mãducatus carduus odoreẽ cõmẽdat oris.

Confectio theraicæ compoſitio medicaminis Antiochi. CA. XXIIII.

SEd ante diſceſſum ab hortenſibus unã compoſitionẽ ex iis clariſſimã ſubtexemus aduerſus uenenata aĩalia:inciſam lapide uerſibus in limine ædis Aeſculapii. Serpilli duũ denarioꝝ pondus. Oppopanacis & milii tantũdẽ ſingulorꝝ. Trifolii pondus denarii. Anethi:& fœniculi ſeminis:& aniſi:& ammii:& apii:denariorũ ſenũ ex ſingulis generibus erui farinæ duodecim. Hæc tuſa cribrataq; uino q̃tum poſſit excellenti digeruntẽ in paſtillos victoriati põdere. Ex iis ſinguli dantẽ ex uini mixti cyathis ternis. Hac theriaca magnus rex Anthiochus aduerſus omnia uenena uſus traditur.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER.XXI.

PROOEMIVM.

De natura florum & coronamentorũ. De mira florum uarietate. CA. I.

IN HORTIS SERI & coronamenta iussit Cato inenarrabili florũ maxime subtilitate quádo nulli põt facilius esse loqui q̃ rerũ naturæ pingere: lasciuienti pſertim & i magno gaudio fertilitatis tam uarie ludenti. Quippe reliq̃ usus alimẽtiq; gratia genuit. Iõq; sæcula annosq; tribuit iis. Flores uero odoresq; de die in diẽ gignit. Magna ut palã est admonitione hoium: q̃ spectatissime floreãt: celerrime marcescer. Sed ne pictura qdẽ sufficiẽte imagini colorẽ reddẽ de mixturarũq; uarietati: siue alterni atq; multiplices iter se nectant: siue priuatis genẽ funiculis i orbẽ: i obliquũ: i ambitũ: q̃dã coronæ p coronas currunt.

De strophiolo serto: & qui primum flores miscere cœperint: & quando primum corolla inuenta: uel appellata & quare. CA. II.

TEnuioribus utebant' antiq: strophia appellãtes: unde nata strophiola. Quĩ & uocabulũ ipm tarde inde cõicatũ est: inter sacra tãtũ & bellicos honores coronis suũ nomẽ uindicãtibus. Cũ uero a floribus fierẽt serta: a serẽdo seruiæ appellabãt'. Qd apud græcos quoq; nõ adeo antiqtus placuit. Arbor.n. ramis coronari i sacris certaminibus mos erat primũ. Postea uariari cœptũ mixtura uersi colores. Florũq; iuicẽ odores coloresq; accẽdere. Sycionii ex igenio Pausiæ pictoris atq; glyceræ coronariæ dilectæ admodũ illi cũ opa eius pictura imitaret': & illa puocãs uariaret: eẽtq; certamẽ artis ac naturæ. Quales ẽt nũc extãt artificis illius tabellæ: atq; i primis appellata stephanoplocos q̃ pixit ipsam. Idq; factũ ẽ post olympiadẽ cẽtesimã. Sic coronis e floribus receptis paulo mox subiere q̃ uocãt' ægyptiæ. ac deide hybernæ tũ cũ terra flores negat: ramẽto e cornibus tricto. Paulatiq; & romæ subrepsit appellatio corollis iter initia pp gracilitatẽ noiatis: mox & corollariis: postq̃ e lamina' ærea tenui inaurata: aut inargẽtata dabantur.

Quis primũ coronã foliis aureis & argenteis dedit: & de honore coronarum apud antiquos: & de Scipionis honore: & de pactilibus coronis: & Cleopatræ reginæ facta. CA. III.

CRassus diues primus argento auroq; folia imitatus ludis suis coronas dedit. Accesserunt quoq; & lemnisci: quos adiici ipsarũ coronarum honos erat propter hetruscas quibus iungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere ii. Celare eos primus instituit. P. Claudius pulcher: brattheasq; etiã phyliræ dedit. Semper tamen auctoritas uel ludicro quæsitarũ fuit. Namq; ad certamina in circum per ludos & ipsi descendebant: & seruos suos quosq; mittebant. Inde illa. xii. tabularum lex. Qui coronam parit. ipse pecuniamue eius. Virtutis ergo arguitur: quam serui equiuẽ meruissent. Pecuniam partam lege dici nemo dubitauit. Quis ergo honos? ut ipsi mortuo: parentibusq; eius dum intus positus esset foris ue ferretur: sine fraude esset imposita. Alias in usu promiscuo ne ludicræ quidem erant: ingensq; & iis seueritas. L. Fuluius argentarius bello punico secundo cum corona rosacea interdiu e pergula sua in forum prorexisse dictus: ex auctoritate senatus in carcerem adductus: non ante finem belli emissus est. P. Mutianus cum demptam Marsyæ coronam e floribus capiti suo imposuisset: atq; ob id duci eum in uincula triumuiri iussissent: appellauit Tribu. pleb. nec intercessere illi aliter q̃ athenis: ubi comessabũdi iuuenes ante meridiem conuentus sapientium quoq; doctrinæ frequentebant. Apud nos exemplũ leticiæ huius non est aliud: q̃ filia Diui Augusti: Cuius luxuria noctibus coronatum Marsiam litteræ illius describunt. Florũ quidem populus ro. honorem Scipioni tantum adhibuit. Suario cognominabatur: propter similitudinẽ Suarii cuiusdam negociatoris. Ob id erat in tribunatu plebei admodum gratus: dignusq; africanorum familia. Nec ei fuit in bonis funeris impensa. Asses ergo contulit populus: ac funus elocauit: quaq; parte ferebatur: flores e prospectu omni sparsit. Et iam tunc coronæ deorum honos erant. Et larium publicorum priuatorumq;: & sepulchrorum & manium. Summaq; auctoritas pactili coronæ. Sutiles saliorum sacris inuenimus & solemnes cœnis. Transiere deinde ad rosaria. Eoq; luxuria processit: ut non esset gratia nisi mero folio. Subtilibus mox petitis ab india: aut ultra indos. Laudatissimum quidem habetur e nardi folio eas dari aut uestẽ serica uersicolores unguentis madidas. Hunc habet nouissime exitum luxuria fœminarum. Et apud græcos quidem de coronis priuatim scripsere Mnesteus atq; Callimachus medici: q̃ nocerent capiti: quoniã & in hoc est aliq̃ ualitudinis portio. In potu atq; hylaritate præcipue odorẽ ui surripiente fallaciter solertiam. Nãq; scelerata Cleopatra apparatu belli acciaci gratificationẽ ipsius reginæ Anto-

uel lani sci uel lẽ nisci

uel deie munt

uel faci liter

nio timente: nec nisi prægustatos cibos sumente: fertur ab ore eius lusisse extremis coronæ floribus veneno illitis. Ipsaq; capiti imposita. Mox procedente hylaritate inuitauit Antoniũ: ut coronas biberent. Quis istas timeret insidias? Ergo concerpta in scyphum incipienti haurire: oppositа manu: en ego sum inquit illa care Antoni: quam tu noua prægustãtium diligentia caues: adeo mihi si possim sine te uiuere occasio & ratio adest. Inde inductum e custodia bibere iussit: illico expirantem. De coronis extra supradictos scripsit Theophrastus apud græcos. Ex nostris autem inscripsere aliqui libros anthologicon. Fores uero persecutus est nemo: q; equidem inueniam. Nec nos nunc. s. coronas nectemus. Id. n. friuolum ẽ: Sed de floribus quæ uidebuntur digna: memorabimus. Paucissima genera nostri coronamentorum inter hortensia nouere: ac pene uiolas rosasq; tantum.

De rosa in coronis: & de generibus eius: & ubi seratur. CA. IIII.

ROsa nascitur spina uerius q̃ frutice: in rubo quoq; ꝓueniẽs. Illic ẽt iucũdi odoris q̃uis angusti. Germinat ois primo inclusa generoso cortice. Quo mox intumescente & i uirides alabastros fastigato: paulatim rubescẽs dehiscit: ac sese pãdit in calicis medio sui stantis cõplexa luteos apices. Vsus eius in coronis ꝓpe nimius ẽ. Oleo macerat. idq; iam a troianis tpibus Homero teste. Præterea in unguenta trãsit: ut diximus. Per se medicas artes præbet. Emplastris atq; colyriis imponit mordaci subtilitate. Mensaq; ẽt delitiis inungẽdis: minime noxia. Contra genera eius nostri fecere: celeberrima: p̃nestinam & cãpanã. Addidere alii milesiã: cuius sit ardentissimus colos non excedẽtis duodena folia. Proximã ei trachiniã: minus rubẽtẽ. Mox alabãdicã uilioré: albicantibus foliis. Vtilissimã uero pluribus uel minutissimã spinosam. Differũt. n. multitudine folioꝝ: asperitate: leuore: colore: odore. Paucissima q̃na folia: ac deinde numerosiora. Cũ sit genus eius: quã centifoliã uocãt: q̃ est in cãpãia italiæ græciæ uero circa philippos. Sed ibi nõ fuæ terræ ꝓuentu. Pangeus nãq; mõs in uicino fere est: numerosis foliis ac paruis. Vnde accolæ trãsferentes cõserũt. Ipsaq; plantatione ꝓficiũt. Nõ aũt talis odoratissima est. Nec cui latissimũ maximũq; folium. Breuiterq; indicium est odoris: scabricia corticis. Cepio Tiberii Cæsaris principatu negauit centifoliã in coronis addi: p̃terq̃ extremos uelut ad cardines: nec odore nec specie ꝓbabilẽ. Est & q̃ græca appellatur a nostris: a græcis lychnis: non nisi in humidis locis ꝓueniens: nec unq̃ excedens q̃nq; folia: uiolæ magnitudine: odore nullo. Est & alia græcula appellata: cõuolutis folioꝝ paniculis: nec dehiscẽs nisi manu coacta: spq; nascẽti similis: latissimis foliis. Alia fũdit e caule maluaceo: folia oleacea habẽs. Muscetõ uocãt. Atq; iter has media magnitudine autũnalis: q̃ coroneolã appellãt ois sine odore: coroneola in rubo nata tot modis adulterat. Et alias uera quoq; plurimũ solo p̃ualet. Cyrenis odoratissima est. Ideoq; ibi unguentum pulcherrimũ. Carthagine hispaniæ hyeme quoq; tota præcox. Refert & cæli tẽperies. Quibusdã. n. ãnis minus odorata ꝓuenit. Præterea locis oĩbus siccis q̃ hũidis odoratior. Seri nec pinguibus uult: nec argillosis locis: nec riguis cõtẽta ruribus. Proprieq; ruderatũ agrũ amat. Præcox cãpana. Sera milesia. Nouissime tamẽ definit prenestina. Fodiunt altius q̃ fruges: leuius q̃ uites. Tardissime proueniũt semine: qđ in ipso cortice subẽ ipso flore opertũ lanugine. Ob id potius caule conciso inserunt: & ocellis radicis: ut harũdo. Vnũ genus inseritur pallidæ spinosæ: longissimis uirgis quinq; foliæ: quæ a græcula altera est. Omni autem recisiõe atq; ustione ꝓficit. Translatione quoq; ut uitis optime ocissimeq; prouenit. Surculis quaternum digitorum longitudine aut ampliore post uergiliarum occasum sata. Dein per fauonium translata: pedalibus interuallis: crebroq; circũfossa. Qui præcocem faciunt pedali circa radicem scrobe aqua calida infundunt: germina re incipiente calice.

De lilio tria genera: & ratione inserendi. CA. V.

Vel lilinum

ELlium rosæ nobilitate ꝓximũ ẽ: & q̃dã cognatiõe unguenti oleiq;: qđ lilion appellat. Et ipositum ẽt maxime rosas decet medio ꝓuentu eaꝝ incipiẽs. Nec ullis floꝝ excelsitas maior. Interdum cubitoꝝ triũ. Languido sp collo: & non sufficiente capitis oneri. Candor eius eximius: Foliis foris striatis: & ab angustis in latitudinẽ paulati sese laxantibus effigie calathi. Resupinis p ambitum labris. Tenuiq; filo & semine stãtibus in medio crocis. Ita odor colorq; duplex: ut alius calicis: alius staminis differentia angusta. In unguenti uero oleiq; usu folia non spernunt. Est flos nõ dissimilis illi in herba: quã cõuoluolũ uocãt: nascẽs p fruteta: nullo odore: nec croci intus: cãdorẽ tãtũ referens: ac ueluti rudimentũ naturæ lilia facere condiscentis. Alba lilia iisdẽ oĩbus modis serunt: qbus rosa. Et hoc amplius lachryma sua: ut hipposelinũ. Nihilq; est fœcundius. Vna radice quinquagenos sæpe emittente bulbos. Est & rubẽs liliũ qđ græci crinon uocant. Alii florem eius cynorhodõ. Laudatissimũ in anthiochia & laodicea syriæ: mox i phaselide. Quartum locum optinet in italia nascens. Sunt & purpurea lilia: aliquando gemino caule carnosiore tantum radice: maioriq; bulbi: sed unius. Narcisum uocãt huius alteꝝ genus flore cãdido: calice purpureo. Differentia a liliis est & hæc: q; narcisis folia ĩ radice sunt ꝓbatissimis in lyciæ mõtibus. Tertio genere cætera eadẽ. Calix herbaceus: toẽs serotini. Post arcturꝝ. n. florent: ac per æquinoctium autumnum. Inuẽta est in hiis & ratio inserendi monstrificis hominum ingenis. Colligunt nãq; mẽse iulio scapi arescẽtes: liliaq; suspendũt in fumo. Dein nudantibus se nodulis in fece nigri uini: uel græci mense martio macerantur: ut colorẽ accipiãt: atq; ita in scrobiculis serunt heminis fæcis circũfusis. Sic fiunt purpurea lilia: mirũq; ita tingi aliquid: ut nascatur infectum.

De uiolis: & de calta: & bacchare: & combureto. CA. VI.

Vel opacis

VIolis honos proximus. Earum plura genera. Purpureæ: luteæ: albæ: plantis omnes ut olus satæ. Ex iis uero quæ sponte apricis & acris locis proueniunt: purpureæ latiore folio statim ab radice carnosa exeunt: solæque græco nomine a cæteris discernuntur; appellatæ ia: ut ab iis: Ianthina uestis. Sed satiuis maxima auctoritas luteis. Genera iis tusculana: & quæ marina appellat.

Folio aliquanto latiore: sed minus odorato. In totum uero sine odore: minutoq; folio calathiana munus autumni: cæteræ ueris. Proxima ei calta est concolori amplitudine. Vincit numero folioq; marinam qnq; folia non excedentẽ. eadẽ odore superat. Est. n. grauis calta. Nõ leuior ei quam scopá regiam appellãt: q̃q; folia eius oleãt: non flores. Bacchar quoq; radicis tãtũ odoratæ est: a qbusdã nardũ rusticũ appellatũ. Vnguẽta ex ea radice fieri solita apud ãtiquos Aristophães prisce comœdiæ poeta testis ẽ. Vnde qdá errore falso barbaricã eam appellabãt. Odor ẽ ei cinamomo ꝓximus. Gracili solo nec hũido ꝓuenit. Similimũ ei cõbretũ appellat folioq; exilitate usq; ĩ fila extẽuata: & ꝓcerius q̃ bacchar. Nec hæc fũt tãtũ: sed eoq; quoq; error corrigẽdus est q bacchar rusticũ nardum appellauere. Est. n. alia herba sic cognominata: quã græci asarõ uocãt cuius spẽm figurãq; diximus ĩ nardi generibus. Quinimo asarõ iuenio uocitari: qm̃ ĩ coronas nõ addatur. Crocũ siluestre optimũ ferere in italia minime expedit: ad scrupula usq; singula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo. Satiuũ latius maiusq; & nitidius: sed multo leuius degenerans. Sed nec ubiq; fœcundum ẽt cyrenis: ubi sp flores laudatissimi. Prima nobilitas cilicio croco: & ibi corico mõte. Dein lycio mõte olympo. Mox cẽturipio siciliæ. Aliq phlegræo secundum locũ dedere. Adulterat nihil æque. Probatio sinceri ĩ posita manu crepat ueluti fragile. Humidũ. n. qd euenit adulteratione: sedet. Altera ꝓbatio si manu ꝓlata ad ora leniter faciem oculosq; mordeat. & p se genus satiui blandissimũ uulgo: cũ sit medio candidũ: dia leucon uocant. Contra cyrenaico uitiũ: qd oĩ croco nigrius est: & celerrime marcescit. Optimũ ubicũq; qd pinguissimum & breuibus capillis. Pessimum uero est: qd situ redolet. Mutianus auctor est in lycia anno septimo: aut octauo tranferri in locũ subactũ: atq; ita degenerans renouari. Vsus eius in coronis nusq̃. Herba enim est folio angusto pene in capillamẽti modũ. Sed uino mire cõgruit: p̃cipue dulci tritũ ad theatra replenda. Floret uergiliarũ occasu paucis diebus folioq; florem expellit. Viret bruma & colligitur. Siccatur umbra melius: ẽt hyberna. Carnosa & illi radix: uiuaciorq; q̃ cæteris. Gaudet calcati: & atteri pede: pereundoq; melius prouenit. Ideo iuxta semitas ac fontes lætissimum. Vel cedit

De floribus antiqs: & de odoramentoq; diuersitate: saliunca: & polio. CA. VII.

ROsanis tpibus ei ĩã erat honos. Et hos certe flores Homerus tris laudat: loton: crocõ: hyacithũ. Oium aũt odoramẽtoq; atq; adeo herbaq; dria ẽ ĩ colore: & odore: & succo. Odorato sapor raro ulli nõ amarus. e cõtrario dulcia raro odorata. Itaq; & uina odoratiora mustis. Siluestria magis oĩa satiuis. Quorũdã odor suauior e longinquo ꝓpius admotus hebetat ut uiolæ. Rosa recens a longinquo olet: sicca ꝓpius. Ois aut uerno tpe acrior: & matutinis. Quicqd ad meridianas horas diei uergit: hebetat. Nouella quoq; uetustis mius odorata. Acerrimus tamẽ odor oium æstate media. Rosa & crocũ odoratiora cũ serenis diebus legunt: & oĩa ĩ calidis magis q̃ in frigidis. In ægypto tamẽ minime odorati flores qa nebulosus & roscidus aer est a nilo flumine. Quorũdã suauitati grauitas inest. Quædã cũ uirẽt: nõ olent pp humorẽ nimiũ: ut buceros qd est fœnogræcũ. Acutus odor nõ oium sine succo ẽ: ut uiolæ: rosæ: croco. Quæ uero ex acutis succo carent: eoq; oium odor grauis: ut in lilio utriusq; generis. Ambrotonũ & amaracus acres habẽt odores. Quorũdã flos tãtũ iucũdus: reliquæ ptes ignauæ: ut uiolæ ac rosæ. Hortẽsiũ odoratissima q̃ sicca: ut ruta: mẽta: apiũ: & q̃ in siccis nascunt. Quædã uetustate odoratiora: ut cotonea: eadẽ decerpta q̃ in suis radicibus. Quædã nõ nisi defracta: aut ex attritu olẽt. Alia non nisi detracto cortice. Quædã uero nõ nisi usta: sicut thura myrrhæq;. Fores triti oẽs amatiores q̃ itacti. Aliq̃ arida diutius odorẽ cõtinẽt: ut mellilotos. Quædã lucũ ipm odoratiorẽ faciũt: ut iris. qn & arborẽ totã cuiuscũq; radices attigunt. He sparis noctu magis olent: inde noie inuento. Aĩalium nullũ odoratum: nisi de pantheris quicquã dictũ est si credimus. Illa quoq; nõ omittẽda dria: odoramẽtoq; multa nihil ptinere ad coronamẽta: ut irin atq; saliucã: q̃q; nobilissimi sit odoris utraq;. Sed iris radice tãtũ cõmẽdat: unguentis aut medicinæ nascens. Laudatissima in illyrico. Et ibi quoq; nõ maritimis: sed in siluestribus drilonis & narõe. Proxima in macedonia lõgissima hæc & cãdicãs. Et ex illis tertiũ locũ hẽt africana amplissima iter oẽs: gustuq; amarissima. Illirica quoq; duoq; genera est rhaphanitis a similitudine: q̃ & melior. Rhizothomos sub rusa. Optimaq; sternutamẽta tactu mouet. Caulẽ habet cubitalẽ: & rectũ. Floret diuersi coloris specie: sicut arquus cælestis unde & nomẽ. Nõ ꝓbat & pisidica. Et fossuri tribus ante mẽsibus mulsa aqua circũfusa hoc ueluti placamẽto terræ blandiunt circũscriptã mucrone gladioue triplici: & cũ legerint: eã ꝓtinus ĩ cælũ attollũt. Natura est feruens. Tractataq; pustulas ambusti mõ facit. Præcipit ante oĩa: ut casti legãt. Terredines nõ sicca mõ: uerum & in terra celerrime sentit. Optimũ antea irinũ leucade & elide serebat. Iampridẽ. n. & seritur. Nũc epãphilia. Sed cilicũ maxime laudat: atq; septẽtrionale. Saliunca folioſa qdem est: sed breuis: & q̃ necti non possit. Radici numerosæ coheret. Herba uerius: q̃ flos: densa ueluti manu pressa: breuiterq; cespes sui generis. Panonia hanc gignit & norica: alpiũq; aprica urbiũ eporredia: tãtæ suauitatis: ut metallũ eẽ cœperit. Vestibus iter poni eam gratissimum. Sic & apud græcos poliõ herbam inclytã Musei & Hesiodi laudibus: ad omnia utilem prædicantium. Superq; cætera ad famã ẽt dignitatis. Prorsusq; miram: si modo (ut tradunt) folia eius mane candida: meridie purpurea: sole occidente cærulea aspiciuntur. Duo genera eius: campestre maius. Siluestre quod minus est. Quidam teuthrion uocant. Folia canis hominis similia: a radice protinus: nunq̃ palmo altiora. Et de odoratis floribus saris dictum: in quibus unguenta uicisse naturam gaudent.

De uestiũ æmulatiõe cũ floribus: & amarãto & chrysocome siue chrysiti. CA. VIII.

EVxuria uestibus quoq; ꝓuocauit eos flores: q colore cõmẽdantur. Hos animaduerto tres esse prĩcipales. Vnum in croco qui in rosis micat. Gratius nihil traditur aspectu: & ĩ purpuras tyrias: dibaphasque ac laconicas. Alium amethyston: qui uiola: & ipse in purpureum quẽque Ianthinum appellauimus. Genera enim tractamus in species multas sese spergentia. Tertius est qui Vel sacynthinum

proprie cõchylii intelligit multis modis. Vnus in heliotropio: & in aliquo ex iis plerũq; saturatior. Alius in malua: ad purpurã inclinãs. Alius in uiola serotina cõchylioq; uegetissima. Paria nunc cõponunt: & natura atq; luxuria depugnante. Lutei uideo honorem antiquissimũ in nuptialibus flãmeis totũ fœminis concessum. Et fortassis ideo non numerari inter principales hoc est cões maribus ac fœminis: quoniam societas principatum dedit. Amarantho non dubie uincimur. Est autẽ spica purpurea uerius q̃ flos aliqs: & ipse sine odore. Mirũq; in eo gaudere decerpi: & lætius renasci. Prouenit augusto mẽse. Durat ĩ autũnũ. Alexãdrino palma: q decerptus asseruat. Mirũq; postq̃ defecere cũcti flores: madefactus aqua reuiuiscit: & hybernas coronas facit. Summa eius natura in noie est appellato: qm̃ non marcescit. In noie est & cyani colos. Itẽ holochrysi. Oẽs ãt hi flores non fuere in usu Alexandri magni ætate: quoniã ꝓximi a morte eius auctores siluere de illis: Quo manifestũ est postea placuisse. A græcis tamen reperto quis dubitet? non aliter italia usurpante nomina illorum. At Hercules petilio ipsa nomẽ imposuit autũnali circaq; uepres nascenti. Et tãtum colore commendatur qui est rosæ siluestris. Folia parua quina. Mirumq; in eo flore inflecti cacumen & non nisi retorto folia nasci: paruo calice: ac uersicolori luteũ semen includente. Alii & bellio pastillicanti bus quinquageniſquinis barbulis coronatur. Pratenses hi flores ac sine usu: & ideo plerisq; sine nominibus Quin & his ipsis alia alii uocabula imponunt. Chryso come siue chrysitis non habet latinam appellationem. Palmi altitudine est: comantibus fugore auri corimbis: radice nigra ex austero dulci: In petrosis opacisque nascens.

Vel bel/ li

De honore coronaq;: & cyclamino: & meliloto: & trifolio tria genera eius. CA. IX.

ET fere peractis colorq; celeberrimus transeat rõ ad eas coronas: quæ uarietate sola placẽt. Duo earum genera quando aliæ floræ constant: aliæ folio. Floré esse dixerim genistas. Nãq; & iis decerpitur luteus. Item rhododendron. Itẽ zizipha: quæ & cappadocia uocatur. Isq; odoratus simili sq; oleaq; floribus. In uepribus nascit cyclaminum: de quo plura alias. Flos eius colossinus ĩ coronas admittitur. Folia smilacis & hederæ coronamẽtis se dedere. Coronaq; eaq; optinẽt principatum. De quibus in fruticũ loco abunde diximus. Sunt & alia genera noibus græcis indicanda: quia nostris maiore ex parte nomen dare iis defuit cura. Et pleraq; eoq; in exteris terris nascunt: nobis tamẽ cõsectata qm̃ de natura sermo nõ de italia é. Ergo in coronamẽta folia uenere melotron: spireon: triganon: cneorõ: qd̃ casiam. Higinus uocat. Et qd̃ cunilaginẽ: cõiza: melissophyllõ: qd̃ apiastrũ. Melilothõ: qd̃ sertulã cãpanã uocãt. Est .n. in cãpania italiæ laudatissima: a græcis in sunio: mox calcidica: & cretica ubicũq; uero asperis & siluestribus nata. Coronas ex hac antiquitus factitatas indicio est nomẽ sertulæ: qd̃ occupauit. Odor eius croco uicinus est: & flos: ipsa cana. Placet maxie foliis breuissimis atq; pinguissimis. Folio coronat & trifolium. Tria eius genera. Minyantes uocant græci. Alii asphaltiõ maiore folio quo utunt coronarii. Alteq; acuto oxytriphyllõ. Tertiũ ex oibꝰ miutissimũ. Inter hæc neruosi cauliculi qbusdã: ut marathro: hippomarathro: myophono. Vtunt e ferulis: & corymbis: & hederæ flore purpureo. Est & ĩ alio genere eaq; siluestribus rosis similis. Et ĩ iis quoq; colos tãtũ delectat. Odor ãt abest. Et cneori duo genera nigri atq; cãdidi. Hoc & odoratum. Ramosa ambo. Florent post æquinoctium autumni.

De origano: & thymo: & melle attico: & conyza: & Iouis flore: & heleno: & abrotono: & leucanthemo. CA. X.

ITotidem & origano in coronamẽtis spẽs. Alterius .n. nullum semẽ. id ãt cui odor est: creticũ uocat. Totidẽ & thymi: candidũ ac nigricãs. Floret ãt circa solstitia: cũ & apes decerpunt. & augurĩũ mellis est. Prouẽtũ .n. spirãt apiarii large floresc̃ete eo. Lædit ĩbribus amittitq; florem. Semẽ thymi nõ põt deprehẽdi: cũ origani perq̃ minutũ nõ tamẽ fallat. Sed quid interest id occultasse natura? In flore ipso intelligit: fatoq; eo nascit. Quid nõ tẽtauere hoies? Mellis attici in toto orbe summa laus existimat. Ergo trãslatũ ẽ ex attica thymũ: & uix flore (uti docemus) satũ. Sed alia rõ naturæ obstitit: nõ durãte attico thymo: nisi in afflatu maris ferat. Erat qdẽ hæc opinio antiqua in oĩ thymo. Ideoq; non nasci ĩ arcadia. Tũc oleã non putabãt gigni: nisi intra trecenta stadia a mari. Thymis quidem nunc etiam lapideos cãpos in prouincia narbonẽsi refertos scimus. Hoc pene solo redditu e lõginqs regiõibus pecudũ milibus cõuenientibus ut thymo uescantur. Et conizæ duo genera in coronamentis: mas & fœmina. Differentia in folio. Tenuius fœminæ & cõstrictius anguſtiusq;. Imbricatũ maris & ramosius. Flos quoq; magis splẽdet eius. Serotinus utriq; post arctuq;. Mas odore grauior. Fœmina acrior. Et iõ cõtra bestiaq; morsus aptior. Folia fœminæ mellis odorẽ habẽt. Masculæ radix a qbusdã libanotis appellat: de qua diximus. Et tãtũ folio coronãt Iouis flos: amaracus: hermerocalles abrotonũ: helenũ: sisymbriũ: serpillũ. Oĩa surculosa rosæ mõ. Colore tantũmõ placet Ionis flos. Odor abest: sicut & illi q̃ græce phlox uocat. & ramis ãt & folio odorata sunt: excepta serpillo. Helenũ e lachrymis Helenæ dr̃ natũ. Et iõ in helena ĩsula laudatissimũ. Est autẽ frutex humi se spergens dodrantalibus ramulis, folio simili serpillo. Abrotonum iucundi odoris est & grauis. Floret æstate. Flos aurei coloris. Vacuum sponte ꝓuenit. Cacumine suo se ꝓpagat. Serit aũt semine melius q̃ radice aut surculo. Semie quoq; nõ sine negocio plãtaria trãserũt. Sic & adonium. Vtrumq; æstate. Alsiosa .n. admodũ sunt: & sole nimio lædunt. Sed ubi cõualuere: ritu uitis fruticant. Abrotono simile odore leucantemum est: flore albo folioſum.

De amaraco: uel sansuco: & nyctegreto: & meliloto: & uiola alba: & codiamino: & de siluestribus bulbis: & heliochryso: & lychne: & de herbis citra mare. CA. XI.

AMaracũ Diocles medicus: & sicula gens appellauere: quod ægyptus & syria sansucum. Seritur utro genere & semine: & ramo: uiuacius ꝓdictis & odore melius. Copiosum amaraco æque quã abrotono semẽ. Sed abrotono radix una: & altẽ descendens: cæteris in summo terræ leuiter hæ-

rens.Reliquorum ſatio autumno fere incipiente:necnon & uere quibuſdam locis quæ umbra gaudent:& aqua aut fimo.Nyctegreton inter pauca miratus eſt Democritus:coloris igneiſoliis ſpinæ:nec a terra ſe attollentē p̄cipuāq; in gedroſia narrat.Eruiť poſt æquinoctiū uernū radicitus.Siccaturq; ad lunā.xxx.diebus: ita lucens noctibus.Magos parthorūq; reges uti hac herba ad uota ſuſcipiēda.Eādē uocari chenamychon: quoniā anſeres a primo cōſpectu eius expaueſcāt.Ab aliis nyctalopa:quoniā e lōginquo noctibus fulgeat. Melilotos ubiq; naſciť.Laudatiſſima tamē in attica.Vbicūq; uero recēs:nec cādicans:& croco q̄ ſimillima. Quāq̄ in italia odoratior & cādida.Flos prima uer nunciātiū uiola alba.Tepidioribus uero locis etiā hyeme emicat.Poſtea q̄ appellaťpurpurea.Proxime flāmea:quæ flox uocať:Silueſtris duntaxat.Codiam inon bis anno:uere & autūno.Aeſtates hyemeſq; fugit.Seriores ſupradictis aliquādo narciſus:& liliū trans maria.Et in italia qdē(ut diximus)per roſam.Nā in græcia tardius etiānum anemōe.Eſt aūt hæc ſilueſtrium bulbos flos:aliaq; q̄ quæ diceť in medicinis.Sequiť oenanthe:melanion.Ex ſilueſtribus heliochryſos.Deinde alterū genus anemōes:quæ limonia uocať.Poſt hāc gladiolus comitatus hyacinthis.Nouiſſima roſa. Eadē prima deficit:excepta ſatiua:Cæterū hyacinthus maxime durat:& uiola alba:& oenāthe.Sed hæc ita ſi deuulſa crebro prohibeaťin ſeminibus.Naſcitur locis tepidis.Odor idē qui germinātibus uuis:Atq; inde nomē.Hyacinthum comitaťfabula duplex:luctum p̄ferens eius:quē Apollo dilexerat:aut ex Aiacis cruore editi:ita diſcurrētibus uenis ut græcarū litterarū figura ea legaťiſcripta.Heliochryſos florē habet auro ſimilē:folium tenue:cauliculum quoq; gracilē:ſed durū.Hoc coronare ſe magi ſi & unguēta ſummātur ex auro:qđ apyron uocāt:ad gratiā quoq; & uitæ gloriā ptinere arbitrātur.& uerni qdē flores hi ſunt.Succedunt illis æſtiui lychnis:& Iouis flos & alterū genus lilii.Itē tiphyō & amaracus:quē phrygium cognominātiſed maxime ſpectabilis pothos.Duo genera huius.Vnum cui flos hyacinthi eſt.Alterū cādidius qui fere naſcitur in tumulis:quoniā in fortius durat.Et iris æſtate florens.Abeunt & hi marceſcuntq;.Alii rurſus ſubeunt autūno.Tertiū genus lilii:& crocus:& oriſin in utroq; genere:unū hebes:alterū odoratum:primis oia ībribus emicātia.Coronarii qdem & ſpinæ flore utunťQuippe cum ſpinæ albæ cauliculi inter oblectamēta gulæ quoq; cōdiantur.Hic eſt trās maria ordo florū.In italia uiolis ſuccedit roſa.Huic īteruenit lilium.Roſam cyanus excipit.Cyanum amarāthus.Nā uincaperuinca ſemper uiret in modum lineæ foliis geniculatim circūdata.Topiaria herba inopiā tamē florū aliquādo ſupplet.Hæcq; a græcis chamædaphne uocať.Vita lōgiſſima uiolæ albæ trimatu.Ab eo tpe degenerat.Roſa & qnquēniū p̄fert nō reciſa nec aduſta.Illo.n.modo iuueneſcit.Diximus & terrā referre plurimū.Nā in ægypto ſine odore hæc oia.Tārumq; myrtis odor præcipuus.Alicubi etiā binis mēſibus antecedit gemiatio oium.Roſaria a fauonio foſſa oportet opponi:iterumq; ſolſtitio.Et id agēdum.ut intra id tempus purgata:& pura ſint.

De cura apum:pabulo:& morbis earum:& remediis. CA. XII.

VErum hortis coronamētiſq; maxime aluearia:& apes cōueniunt:res præcipui quæſtus:cōpēdiiq; cum fauit.Hārū ergo cauſa oportet ſerere thymum:apiaſtrum:roſam:uiolas:liliū:cytiſum:faba:eruilium:cunilam:papauer:conizam:caſiā:melilotum:meliſſophyllum:cerinthen.Eſt ātcerinthe folio candido:incuruo cubitalis:capite cōcauo:melli ſuccum habēte.Horū floū auidiſſimæ ſunt:atq; etiā ſinapis:qđ miremur cum oliuæ florem ab iis non attingi cōſtet:Ideoq; hanc arborem pcul eſſe melius ſit:cum aliquas q̄ proxime ſeri cōueniat:quæ & euolantium examina inuitēt nec longius abire pariant.Cornū quoq; arboré caueri oportet.Nā flore eius deguſtato aluo cōcita moriunť.Remediū ſorbā cōtuſam e melle p̄bere iis uel urinā hoium:uel boum:aut grana punici mali amieo uino cōſperſa.Et geniſtas circunſeri aluearīis gratiſſimum.Mirum eſt:dignumq; memoratu de alimentis quod cōperi.Hoſtilia uicus alluitur pado.Huius inquilini pabulo circa deficiente imponunt nauibus aluearia:noctibuſq; ad quina millia paſſuum contrario amne naues ſubeunt.Egreſſæ luce apes:paſtæq; ad naues quottidie remeant:mutantes locum donec pondere ipſo preſſis nauibus plena aluearia intelligantur:reuectiſq; eximūtur mella.Et in hiſpania mulis prouehunt. uſ fauet

De uenenato melle:& de remediis mellis uenenati:& mellis īſani. CA. XIII.

TAntumq; pabulum refert:ut mella quoq; uenenata fiant.Heracliæ in pōto qbuſdā annis perniciōſiſſima exiſtunt:ab iiſdē apibus facta.Nec dixere auctores e qbus floribus ea fierēt.Nos tamē trademus quæ cōperimus.Herba eſt alba:exitio qdē iumētorū:ſed præcipue capraū:appellata ægolethron.Huius flore cōcipiunt noxium uirus aquoſo uere marceſcēte.Ita fit ut nō oībus annis ſentiaťhoc malum.Venenati ſigna ſunt q̄ oino nō denſatur:q̄ color magis rutilus ē:odor alienus:ſternutamenta p̄tinus mouens:qđ pōderoſius innoxio.Qui edere:abiiciunt ſe humi refrigerationē quærentes.Nam & ſudore diffluunt.Remedia ſunt multa:quæ ſuis locis dicemus.Sed quoniā ſtatim repræſentari aliqua in tantis inſidiis oportet:mulſum uetus e melle optimo & ruta:ſalſamēta etiā ſi reiiciātur ſumpta crebro.Certūq; eſt id malum per excremēta ad canes ēt puenire:ſimiliterq; torqueri eos.Mulſum tamē ex eo iueteratū innocuum eē cōſtat.Et fœminarū cutē nullo melius emēdari cum coſto:ſuggillata cum aloe. Aliud genus in eodē ponti ſitu qđ gentes ex anno mellis:ab īſania:quā gignit:mænomenō uocant.Id exiſtimatur cōtrahi flore rhododēdri:quo ſcatēt ſiluæ.Genſq; ea cum cærā in tributa romānis præſtet:mel quoniā exitiale eſt nō uendit.Et in perſide:& in mauritania cæſarienſi getulia:cōtermina maſyllis:uenenati faui gignuntur.Quidamq; a parte:quo nihil eſſe ſalacius poteſt:niſi q̄ liuore deprehendūtur.Quid ſibi uoluiſſe naturam iis arbitremur inſidiis?ut ab iiſdem apibus:nec omnibus annis fierent:aut non totis fauis? Parum enim erat genuiſſe rem in qua uenenum facillime daretur.etiam ne hoc ipſa in melle tot animalibus dedit?Quid ſibi uoluit?niſi ut cautiorem minuſq; auidum faceret hominem.Non enim ipſi melli ſed apibus iam cuſpides dederat:& quidem uenenatas.Remedium aduerſus has utiq; non differendo.Ergo

malue ſucco aut foliorum hederæ perungi ſalutare eſt. Vel percuſſos eas bibere. Mirum tamen eſt uenena portantes ore fingenteſq; ipſas non mori. Niſi q; illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiã apibus. Sicut contra ſerpentes pſyllis: marſiſq; inter homines.

De melle: quod muſcæ non attingunt: & aluearibus: & cura eorum ſi famẽ ſentiunt apes: & quomodo cæra fiat. CA. XIIII.

ALiud in creta miraculum mellis. Mons eſt carina nouẽ millia paſſuũ ambitu. Intra qd' ſpatium muſcæ nõ reperiunt. Natumq; ibi mel nuſquã attingũt. Hoc experimẽto ſingulare medicamẽtis eligit. Aluearia orientẽ æquinoctialẽ ſpectare cõuenit: aquilonẽ euitent. Nec fauoniũ minus. Aluearia optia cortice. Secunda ferula. Tertia uimine. Multi ea & ſpeculari lapide fecere: ut operantes intus ſpectarẽt. Circũlini aluearia fimo bubulo utiliſſimũ Operculũ: a tergo eſſe ambulatoriũ: ut ꝑperatus intus ſit ꝑſper. Si magnus ſit uterus aluearii ꝑuentus aũt ſterilis: ne operãdi deſperatiõe curã abiiciant: id paulatim reduci portet fallente operis incremẽto. Aluearia hyeme ſtramẽto operiri crebro ſuffiri: maxime fimo bubulo. Cognatũ hoc iis: & innaſcẽtes beſtiolas necat: araneos: papiliões: teredines: apeſq; ipſas excitat. Et araneoꝝ qdẽ exitium facilius eſt. Papilionũ maior peſtis. Tollit uero cum matureſcit malua noctu iterlunio cælo ſereno accẽſis lucernis ante alueos: In eã flãmã ſeſe ingerũt. Si cibus deeſſe ſentiat: apibus: uuas paſſas: ſiccas ue ficos: tuſaſq; ad fores eaꝝ poſuiſſe cõueniet. Itẽ lanas tractas madẽtes paſſo: aut de fruto: aut aqua mulſa. Gallinaꝝ etiã crudas carnes. Quibuſdã etiã æſtatibus iidẽ cibi ꝑſtãdi: cũ ſiccitas cõtinua floꝝ alimẽta negat. Alueoꝝ: cum mel eximit: illini oportet exitus meliſophyllo aut geniſta tritis: aut medios alba uite ꝑcingere: ne apes diffugiãt. Vaſa mellaria: aut fauos lauari aqua ꝑcipiunt. Hac decocta fieri ſaluberrimũ acetum. Cæra fit ex exꝑſſis fauis: ſed ante purificatis aqua: ac triduo in tenebris ſiccatis: quarto die liquatis igni in nouo fictili aqua fauos tegente: tunc ſporta collatis. Rurſus in eadẽ olla coquitur cæra cum eadẽ aqua: excipiturq; alia frigida: uaſis melle circunlitis. Optima quæ punica uocat. Proxima q̃ maxime fulua odoriſq; mellei pura: Natiõe autẽ põtica. Quã cõſtare eqdẽ miror iter uenenata mella. Deinde cretica. Plurimũ enim ex ꝑpoli habet de qua diximus in natura apum. Poſt has corſica: quoniã ex buxo fit & habere aliquãtã uim medicaminis putat. Punica fit hoc modo. Vẽtilat ſub diuo ſæpius cæra fulua. De ide feruet ĩ aqua marina ex alto petita addito nitro. Inde ligulis eligũt floré. i. cãdidiſſima quæq;: tráſſundũtq; in uas: qd exiguũ marinæ habeat frigidæ. Et rurſus marina decoquunt ſeparatim: dehic uas ipſum refrigerãt. Et cũ hæc ter fecere: iuncea crate ſub diuo ſiccãt ſole: lunaq; Hoc. n. cãdoré facit: ſi ſic ſiccat. Et ne liquefaciant ꝑtegũt tenui lintheo. Cãdidiſſima uero fit poſt inſolationẽ etiãnum recocta. Punica medicinis utiliſſima. Nigreſſit cæra addito chartaꝝ cinere. Sicut anchuſa admixta rubet. Varioſq; in colores pigmẽtis trahitur ad reddendas ſimilitudines: & in numeros mortaliũ uſus: parietumq; etiã & armoꝝ tutelã. Cætera de melle apibuſq; in natura earum dicta ſunt. Et ortorum quidẽ omnis fere ratio peracta eſt.

De herbis ſponte naſcentibus & aculeatis. CA. XV.

SEquunt herbæ ſpõte naſcẽtes: quibus pleræq; gentiũ utunt in cibis. Maxieq; ægyptus frugũ ferti liſſima. Sed ut ſola iis carere poſſit: tãta eſt ciboꝝ ex herbis abundãtia. In italia pauciſſimas noui mus: fraga: thamũ: ruſcũ: batin marinã: batin hortẽſianã: q̃ aliq aſparagũ gallicum uocãt. Præter has paſtinacã pratẽſem: lupũ ſalictariũ: eaq; uerius oblectamẽta q̃ cibos. In ægypto nobiliſſima ẽ colocaſia: q̃ cyamõ uocãt aliq: Hãc a nilo metũt: caule cũ coctus eſt harẽoſo in mãdẽdo. Thyrſo aũt q̃ iter folia emicat: ſpectabilis foliis latiſſimis ẽt ſi arbores cõparent: ad ſimilitudinẽ eoꝝ: q̃ ꝑſonata in noſtris amnibus uocamus. Adeoq; nili ſui dotibus gaudẽt: ut ĩplexis collocaſſiæ foliis in uariã ſpẽm uaſoꝝ potare gratiſſimũ habeãt. Serit iam hæc in italia & in ægypto. Proxima auctoritas cicorio eſt: quã dixius intubũ erraticũ. Naſcit poſt uergilias: Floret pticulati. Radix ei lẽta: q̃re ẽt ad uicula utunt illa. Anthaliũ haud lõgius a flumĩe naſcit meſpili magnitudie & rotũditate: ſine nucleo: ſine cortice: folio cyperi. Mãdũt igni patũ. Mãdũt & oetũ cui pauca folia miniaq; ueꝝ radix magna. Arachidna qdẽ & aracos cũ habeãt radices ramoſas ac multiplices: nec foliũ nec herbã ullã: aut qcq̃ aliã ſupra terrã habẽt. Reliq̃ uulgariũ ĩ cibo apud eos herbaꝝ noĩa: cõdriala: hypocheris: & caucalis: ãthriſcũ: ſcãdix: come ab aliis tragopogõ foliis croco ſimillimis: pthe niũ: ſtrychnũ: corcoꝝ. Et ænoctio naſcẽtes aphace: acios: q̃ epipetrõ uocãt: q̃ nũq̃ floret. At ecõtrario aphace ſubinde marceſcẽte flore emittit aliũ tota hyeme totoq; uere uſq; in æſtatẽ. Multas ꝑterea ignobiles habẽt. Sed maxie celebrãt enicõ italiæ ignotã: ipſis aũt oleo nõ cibo gratã. Hoc faciũt ex ſemĩe eius. Differẽtia prima ſilueſtris & ſatiuæ. Silueſtriũ duæ ſpẽs. Vna mitior ẽ ſimili caule tamẽ rigido. Itaq; & æolii antiqui utebãt. Exilis: quã qdã atractylida uocãt. Semẽ eius cãdidũ: & grãde: amaꝝ. Altera irſutior toroſiore caule & q̃ pene humi ſerpat: minuto ſemine. Aculeataꝝ hæc eſt generis: quoniã diſtinguẽda ſũt & genera. Ergo q̃dã herbaꝝ ſpinoſa ſunt: q̃dã ſine ſpinis. Spinoſarũ multæ ſpẽs. In totũ ſpina ẽ aſparagus ſcorpio: nullum enim foliũ habet. Quædã ſpinoſa foliata: ut carduus: eryngiõ: glycyrrhizon: & urtica. His. n. oĩbus foliis ĩeſt aculeata mordacitas. Aliqua & ſecũdũ ſpinã habẽt foliũ: ut tribulus: & ononis. Quædã in folio habẽt: & in caule ut phleos: qd' aliqui ſtoeben appellauere. Hippophyes ſpinis geniculatũ. Tributa ꝑprietas qd' & fructum ſpinoſum habet. Ex oĩbus iis generibus urtica maxie noſcit: acetabulis in flore purpureã lanuginem fundẽtibus ſæpe altior binis cubitis. Plures eius differẽtiæ. Silueſtris quã fœminã uocãt: mitior. Et in ſilueſtri q̃ dicit cania acrior. Caule quoq; mordaci fimbriatis foliis. Quæ uero etiã odorẽ fundit: herculanea uocat. Semẽ oĩbus copioſum: nigrũ. Mirũ ſine ullis ſpinaꝝ aculeis lanuginẽ ipſam eẽ noxiã: & tactu tãtũ leui pruritũ: puſtulaſq; cõfeſtim aduſto ſimiles exiſtere. Notũ eſt & remediũ olei. Sed mordacitas nõ protinus cũ ipſa herba gignit: nec niſi ſolibus roborata. Incipiẽs qdẽ ipſa naſci uere nõ ĩgrato: multis etiã religioſo in cibo eſt: ad pellendos totius anni morbos. Silueſtrium quoq; radix: oẽm carnẽ teneriorẽ facit ſimul cocta.

Vel polyrrhizon

Quæ innoxia eſt morſu carens:aononium uocatur.De ſcorpione dicemus inter medicas.

De carduo:& helxine:& tribulo:& anchuſa. CA. XVI.

Vel lamium

CArduus & folio & caule ſpinoſas lanugines habet.Itē acorna leucacáthos:chalceos:Cnidos:polyacáthos:onopygos:helxine:ſcolimos.Chamæleon in foliis nō hēt aculeos.Eſt & illa differentia q̄ q̄dā in iis multicaulia ramoſaq; ſūt:ut carduus.Vno aūt caule nec ramoſum cnidos.Quæ dā cacumīe tātū ſpinoſa ſunt:ut eringiū.Quædā æſtate florēt:ut tetralix & halxine. Scolimus quoq; floret ſero & diu.Acorna colore tātū rufo diſtinguiť:& pinguiore ſucco.Idē erat atractylis quoq;:niſi cādidior eēt:&niſi ſanguineū ſuccū funderet.Qua de cauſa phonos uocať a q̄buſdā:odore ēt grauis: ſero matureſcēte ſemine:nec ante autūnū:q̄q̄ id de oībus ſpinoſis dici poſſit.Veg; oīa hæc & ſemine & radice naſci poſſunt.Scolimos carduoꝝ generis ab iis diſtat:q; radix eius ueſcēda eſt decocta.Mig; q; ſine interuallo tota æſtate alīd floret ī eo genere: aliud cōcipit:aliud pturit.Aculei areſcēte folio deſinūt pūgere Helxine rara uiſu ē:neq; in oībus terris eſt:a radice'folioſa:ex ſatiua ueluti malū extuberat.Cōtacta ſuaue olet. Huius uertex ſūmus lachrymā cōtinet iucūdi ſaporis acáthicen maſticē appellatā.Et cactos quoq; in ſicilia tantū naſciť ſuæ ꝓprietatis & ipſa.Cuius in terra ſerpūt caules e radice emiſſi lato folio & ſpinoſo:cauleſq; uocāt cactos.Nec faſtidiūt in cibis iueteratos quoq;.Vnū caulē rectū habēt:quē uocāt pternica:eiuſdē ſuauitatis ſed uetuſtatis ipatientē.Semē ei lanuginis:quē pappō uocāt:quo detracto ex cortice:teneritas ſimilis cerebro palmæ eſt:uocāt aſcaliā.Tribulus nō niſi in paluſtribus naſciť.Dira res alibi .Iuxta nilū & ſtrymonem amnes excipiť ī cibis.Inclinatus ī uadū:folio ad effigiē ulmi pediculo lōgo.At ī reliquo orbe gīa duo uni Cicerculæ folia alteri aculeata.Hic & ſerius floret.Magiſq; ſepta obſidet uillaꝝ.Semē ei rotūdius nig; in ſiliq̄.Alteri harenaceū.Spinoſoꝝ etiānū aliqd genus onōis.In ramis.n.ſpinas hēt appoſito folio rutæ ſimili:toto caule foliatū in modū corōæ:ſeqť a frugibus:aratro inimicū:uiuaxq; ꝑcipue.Aculeataꝝ caules aliq̄rū p terrā ſerpūt:ut eius q̄ coronopō uocāt.Et ex diuerſo ſtans anchuſa ificiendo ligno cæriſq; radice apta. Eſt aūt mitior iis anthemis:& phyláthes:anemōe:& aphace:caule foliato eſt:& crepis & lotos.Differētia folioꝝ & hic q̄ & in arboribus:breuitate pediculi:ac lōgitudine:anguſtiis ipſis folioꝝ:amplitudie:angulis:iciſuris:odore:flore.Diuturnior hic qbuſdā ꝑ ꝓres florētibus ut in ocimo:Holiotropio:aphace:onochite.

Vel helrinaceū

Differentia herbarum per folia:& quæ herbæ toto anno floreant:& haſtula regia:& piſtana & de gladiolo. CA. XVII.

MVltis iter hæc æterna folia:ſicut q̄buſdā arboꝝ.In primiſq; heliotropio:adiāto.Aliud rurſus ſpicatoꝝ gēus:ex quo eſt Cynops:alopecuros:ſtelephuros:q̄ q̄dā ortyga uocāt.Alii plātaginē.de q̄ ī fra dicemus iter medicas.thryallis ex iis.Alopecuros ſpicā habet mollē & lanuginē dēſam:non diſſimilē uulpiū caudis:unde ei nomen.Proxima eſt ei & ſelepyros:niſi q; illa ꝓticulatim floret. Cicorion & ſimilia circa terrā folia habēt germinātes ab radice poſt uergilias.Perditō:quā & æoliæ gentes & ægyptii edūt nomē dedit auis id maxīe eruēs.Craſſas plurimaſq; habet radices.Itē ornithogale caule tenero:cādido:ſemipedali radice bulboſa:molli tribus:aut quattuor agnatis.Coquiť in pulte. Mig; lotō herbā:& ægylopa nō niſi poſt annū e ſemine ſuo naſci.Mira & anthemidis natura:q; a ſūmo florete incipit:cū cæteræ oēs q̄ particulatim florēt: ab ima ſui parte ſcipiāt.Notabile & in lappa:quæ adhæreſcit: quoniā ī ipſa flos naſciť:nō euidens:ſed itus occultus:& itra ſe germinat:uelut aīalia quæ in ſe pariūt.Itē circa opuntē opuntia eſt herba etiā hoī dulcis.Mirūq; e folio eius radicē fieri ac ſic eā naſci.Laſſine unū foliū habet: ſed ita iplicatū:ut plura uideanť.Chondrylla amara eſt:& acri in radice ſucco.Amara & aphace:& q̄ picris nominať:& ipſa toto anno florens:nomē ei amaritudo ipoſuit.Notabilis & ſcyllæ:crociq; natura:quæ cū oēs herbæ foliū primū emittāt:moxq; in caulē rotundenť:in iis caulis prior itelligiť q̄ foliū.Et in croco qdem flos ipelliť caule.In ſcylla uero caulis exit:deinde flos ex eo emergit.Eadēq; ter floret (ut diximus) tria tempora ſationū oſtēdēs.Bulboꝝ generi qdā adnumerāt:& cypiri hoc eſt gladioli radicē.Dulcis ea eſt: & quæ decocta:panē etiā gratiorē faciat:pōderoſioremq; ſimul ſubacta.Similis eſt & quæ theſion uocať:guſtu aſpera.Cæteræ eiuſdē generi folio differūt.Aſphodelus:oblōgū & anguſtū habet.Scylla latū & tractabile.Gladiolus ſimile noī.Aſphodelus māditur & ſemine toſto:& bulbo.Sed hoc in cinere toſto:dein ſale & oleo addito.Præterea tuſo cū ficis ꝑcipua uoluptate:ut uideť Heſiodo.Tradiť & ante portas uillaꝝ ſatū remedio eſſe cōtra ueneficoꝝ noxā.Aſphodeli mētionē & Homerus fecit.Radix eius napis modicis ſimilis eſt. Neq; alia numeroſior:octoginta ſimul aceruatis ſæpe bulbis.Theophraſtus & fere græci: princepſq; Pythagoras caulē eius cubitalē:& ſæpe duum cubitoꝝ:foliis porri ſilueſtris:anthericon uocauere. Radicē uero id eſt bulbos aſphodelon:noſtri illud albucū uocāt:& aſphodelū haſtulā regiā.Ea eſt & caulis amicioſi. Eius duo genera faciūt.Albuco eſt ſcapus cubitalis:& amplius:purus:leuis.De quo mago ꝑcipit exitu mēſis Marcii:& initio aprilis:cū floruerit:nōdū ſemine eius itumeſcēte demetēdū:findēdoſq; ſcapos:& quarto die in ſolē ꝓferēdos.Ita ſiccatis māipulos faciēdos.Itē piſtanā dicit a græcis uocari:quā iter uluas ſagittā appellamus.Hanc ab idibus maii uſq; ad finem octobris mēſis decorticari:atq; leui ſole ſiccari iubet.Idē & gladiolum alterum:quem cypiron uocant:& ipſum paluſtrem iulio menſe ſecari iubet ad radicem:tertioque die in ſole ſiccari:donec candidus fiat.Quotidie aūtē ante ſolem occidentem in tectum referri:quoniā paluſtribus deſectis nocturni rores noceant.

Vel cynops

Vel Iaſſione

Vel apate

De iunco gña ſex:& de cypero:& de medicamētis eaꝝ & de cypiro:& odorato iunco. CA. XVIII.

SImilia præcipit de iunco quē mariſcon appellāt:ad texendas tegetes:& ipſum iunio mēſe eximi ante Iulium mediū præcipiens.Cætera deſiccādo eadē quæ de ulua ſuo loco diximus.Alterum genus iuncorū facit:quod marinū & a græcis oxyſchoenon uocari iuenio.Tria genera eius acuti:ſterilis:quem marē oxyn græci uocāt:reliqua fœminini ferentis ſemē nigrū: quē melācranin

uocant. Crassior hic & fruticosior. Magisq; etiānum tertius qui uocat holoschoenos. Ex iis melancranis sine aliis generibus nascit. Oxys ãt & holoschoenos eodē cespite. Vtilissimus ad uitilia holoschenos: qa mollis & carnosus est. Fert fructū uuaꝝ cohærētiū modo. Nascit ãt is quē marē appellamus ex semetipso: cacumine in terrã defixo. Melãcranis ãt suo semine. Alioquin oium radices oibus annis intermoriunt. Vsus ad nassas marinas: utiliū nexus: elegãtium lucernaꝝ lumina p̄cipua medullæ amplitudie. Iuxta maritimas alpes tanta ut inciso uētre ipleant pene unciaꝝ latitudinē. In ægypto uero cribroꝝ lōgitudinē nō alias utilio rē. Quidã etiānum unū genus faciunt iunci triãguli: cyperō uocãt. Multi n. nō discernunt a cypiro uicinitate nois. Nos distinguemus utrunq;. Cyprus est gladiolus (ut diximus) radice bulbosa: laudatissimus in īsulis creta: dein naxo: & postea phœnice. Cretico cãdor odorq; uicius nardo: naxio: acrior: phœnicio exiguū spirãs: nullus ægyptio. Nã & ibi nascit. Discutit duritias corpoꝝ. Iam. n. remedia dicemus: quoniã & florū odorūq; generi est magnus usus in medicina. Quod ad cypiron attinet: Apollodoꝝ qdē sequimur: q negabat bibēbū: q̄q̄ ꝓfessus efficacissimum esse aduersus calculosos. Eo fœtas fœminas qdē abortus facere non dubitat. Mirumq; tradit barbaros suffitū huius herbæ excipiētes ore lyenes cōsumere. Et nō egredi domi bus nisi ab hoc suffitu. Vegetiores. n. firmioresq; sic etiã fieri. Intertriginum & alaꝝ uitiis perfrictiōibusq; cum oleo illitū nō dubie mederi. Cyperos iuncus est qualiter diximus angulosus: iuxta terrã cãdidus: cacumine niger: pinguisq;. Folia ima porraceis: exiliora in cacumine minuta: inter quæ est semē. Radix oliuæ nigræ similis: quã cum oblōga est: cyperida uocãt magni in medicina usus. Laus cypero prima ammōiaco: secūda rhodio: tertia thracio: nouissima ægyptio: quæ & cōfundit ītellectū: quoniã & cypiros ibi nascitur. Sed cyperos durissima uixq; spirans. Cæteris odor est ipsam nardū imitãs. Est & p se indica herba: quæ cyperis uocat: gingiberis effigie: cōmãducata croci uim reddit. Cypero uis in medicina psilothri. Illinit pterygiis: ulceribusq; genitaliū: & quæ in humore sunt oibus: sicut oris ulceribus. Radix aduersus serpētium ictus: & scorpionū p̄sertim remedio est. Vuluas aperit pota. Largiori tãta uis: expellit eas: urinã ciet: & calculos: ob id utilissima hydropicis. Illinit & ulceribus quæ serpunt: sed iis præcipua quæ in stomacho sunt ex uino uel aceto illita. Iunci radix in tribus heminis aquæ decocta ad tertias: tussi medetur. Semē tostū & in aqua potum sistit aluum: & fœminaꝝ mēses: capitisq; dolores facit. At qui uocat holoschœnos eius quæ ꝓxima sunt radicis cōmanducant aduersus araneoꝝ morsus. Inuenio etiānum unū iunci genus: qd tropicen uocãt. Huius semine somnū allici. Sed modum seruãdum: ne sopor fiat. Ob id & odorati iunci medici
Vel eutipicem
næ dicent: quoniã & in syria cœle (ut suo loco retulimus) nascit. Laudatissimus ex nabathea iuncus cognomine theucitis. Proximus babylonius. Pessimus ex africa ac sine odore. Est autē rotundus uinosæ mordacitatis ad linguã. Sincerus in cōfricãdo odorē rosæ emittit rubētibus fragmētis. Discutit inflationes. Ob id stomacho utilis: bilemq; & sanguinē reiicientibus. Singultus sedat. Ructus mouet. Vrinã ciet. Vesicæ medetur. Ad muliebres usus decoquitur. Opisthotonicis cum resina arida īpōitur. Excalfactoria & rosa uteros astringit: refrigerat. Vsus eius diuidit in folia & flores. Capita folioꝝ parteq; candidæ ungues uocant. In flore autē aliud est semē. aliud capillus in capite: aliud cortex: aliud calix. Folium siccat: aut tribus modis exprimitur. Per se: cum ungues nō detrahunt: ibi. n. humoris plurimū. Aut cum detractis unguibus reliqua pars aut oleo: aut uino macerat in sole uasis uitreis. Quidã & salē admiscēt: & anchusam nōnulli: aut aspalathum: aut iuncū odoratum: quia talis maxime ꝓdest uuluæ ac dysentericis. Exprimunt eadē folia detractis unguibus trita per lintheum spissum in æreum uas: leuiq; igni succus coquitur: donec fiat crassitudo mellis: ad hoc eligi oportet odoratissima quæq; folia.

Ex rosa medicinæ: & de lilio: & de narciso: & ex uiola: & de baccare: & cōbreto: & asaro. CA. XIX.

Vtutāt Vel aridas

Vinum quō fieret ex rosa diximus ĩter genera uini: Vsus succi ad aures: oris ulcera: gingiuas: tonsillas: gargarissatus. Stomachū: uuluas: sedis uitia: capitis dolores. In febre per se uel cū aceto somno nauseas. Folia uruntur in calliblephaꝝ. E siccis fœmina aspergunt. Epiphoras quoq; aridis leniunt. Flos somnū facit. Inhibet fluctiōes mulieꝝ maxie albas in posca potus. Et sanguinis excreationes. Stomachi quoq; dolores quãtum in uini cyathis tribus. Semē iis optimū crocinū: nec anniculo uetustius: & in umbra siccatur. Nigrū inutile. Dētium dolori illinitur. Vrinã ciet. Stomacho impōit. Ité igni sacro nō ueteri. Naribus subditū caput purgat. Capita pota uentrē & sanguinē sistunt. Vngues rosæ epiphoris salubres sunt. Vlcera enim oculoꝝ rosa sordescūt: præterq; in initiis epiphoræ: ita ut arida cum pane imponat. Folia qdem uitiis stomachi; rosionibus: & uitiis uentris: & intestinoꝝ: & præcordiis utilissima uel illita. Cibo quoq; lapati modo cōdiuntur. Cauendus quoq; in iis situs celeriter isidens. Et aridis & expressis aliquis usus. Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos: ita ut a balneis inarescant corpora: dein frigida abluantur. Siluestris cum adipe ursiuo alopecias mirifice emendat. Lilii radices multis modis florē suū nobilitauere. Cōtra serpētium ictus ex uino potæ: & cōtra fungorum uenena. Propter clauos pedum in uino decoquuntur: triduoq; non soluunt. Cum adipe aut oleo decoctæ pilos quoq; adustis reddunt. E mulso potæ inutilem sanguinem cum aluo trahunt. Lyeniq; & ruptis uulsis prosunt. Et menstrui fœminaꝝ in uino decoctæ. Impositæq; cum melle neruis præcisis medētur. Contra lychenas & lepras: & furfures in facie emendant. Erugant corpora. Folia in aceto cocta uulneribus imponunt. Epiphoris testium ī melle: cū hyoscyamo & farina tritici. Semē illinit igni sacro. Flos & folia ulcerū uetustati. Succus qui flore expressus est: ab aliis mel uocatur: ab aliis syrium ad emolliendas uuluas: sudoresq; faciendos: & suppuratiōes coquē das. Narcisi duo genera in usu medici recipiunt. Vnum purpureo flore: & alterum herbaceum. Hunc stomacho inutilem: & ideo uomitorium: aluos quoq; soluentē: neruis inimicum: caput grauãtem. Et a narce
Vel erinea
narcisum dictum: non a fabuloso puero. Vtriusq; radix mulsei saporis est. Ambustis prodest cum exiguo melle. Sic & uulneribus: & luxatis. Panis uero cum melle & auenæ farina. Sic & infixa corpori extrahit in

polenta tritus:oleoq; cõtusus. Medeť & lapide percussis. Purgat uulnera pmixtus farinæ. Nigras uitiligines emaculat. Ex hoc flore fit narcisinũ oleũ ad emolliẽdas duricias. Calsaciẽda q̃ alserint. Auribus ẽ utilissimus:sed capitis dolores facit. Violæ siluestres sunt & satiuæ. Purpureæ refrigerãt. Cõtra iflãmatiões illinũtur stomacho ardẽti. Imponunť & capiti in frõte. Oculoq; priuatim epiphoris:& sede ꝓcidẽte: uulua ue. Et cõtra suppuratiões. Crapulã:& grauedines capitis iposi tis coronis:olfactuue discutiũt. Anginas ex aqua potæ. Id qđ purpureũ est ex iis comitialibus medeť:maxie pueris in aq̃ potũ. Semẽ uiolæ scorpionibus aduersať. Cõtra flos albæ suppurata aperit. Ipsa discutit. Et alba aũt & lutea extenuãt mẽstrua. Vrinam ciunt. Minor uis est recẽtibus. Ideoq; aridis post annũ utẽdũ. Lutea dimidio cyatho in aquæ tribus mẽses trahit. Radices eius cũ aceto illitæ sedãt lyenẽ. Itẽ podagrã. Oculoq; iflatiões cũ myrrha & croco. Folia cum melle purgãt capitis ulcera. Cũ cæra rimas sedis. Et q̃ in hũidis sunt. Ex acero uero collectiões sanãt. Baccar í medicinæ usu est. Aliqui ex nostris ꝓpensam uocãt. Auxiliať cõtra serpẽtes. Capitis dolores:feruoresq; . Item epiphoras. Mãmis tumẽtibus a partu & ægylopiis. Incipiẽtibusq; ignibus sacris. Odor somnũ gignit . Radicẽ decoctã bibere spasticis:euersis:cõuulsis:suspiriosis:salutare est. In tussi uetere radices eius tres:q̃ttuor ue decoquunť ad tertias partes. Hæcq; potio mulieres ex abortu purgat. Lateq; cõpũctiões tollit: & uesicæ calculos. Tondiť cũ diapasmate. Vestibus odoris gratia inseritur. Cõbretum qđ simile ei diximus tritũ cũ axungia:uulnera mire sanat. Asarum iocineq; uitiis salutare esse traditur:uncia sumptum in hemina mulsi mixti. Aluum purgat hellebori modo. Hidropicis prodest:& præcordiis:uuluisq;:ac morbo regio. In mustum si addatur:facit uinum urinis ciendis. Effodiť cũ folia emittit. Siccať in umbra. Sitũ celerrime sentit.

Vel me ro

De nardo gallico:& de croco medicinæ:& croco magmate:& iride:& saliunca:& holochryso:& chryso come:& meliloto. CA. XX.

ET quoniam qdam ut diximus nardum rusticum noſauere radicẽ baccaris:cõtexemus & gallici nardi remedia in hunc locũ dilata:cũ disputaremus de peregrinis arboribus. Ergo aduersus serpẽtes duabus drachmis in uino succurrit. Inflatiõibus coli:uel ex aqua uel ex uino. Item iocineris:& renum suffusisq; felle. Et hydropicis per se uel cum absinthio. Sistit purgatiões mulierũ. Impetus uero eius:quã phun eodẽ loco appellauius. Radix datur potui trita:uel decocta ad strangulatiões uel pectoris dolores:uel laterum. Menses quoq; cit. Bibiť cum uino. Crocum cum melle nõ soluiť:nullo que dulci. Facillime autẽ uino:aut aqua. Vtilissimũ in medicina. Adseruať cornea pyxide. Discutit iflãmationes oẽs qdem. Sed oculoq; maxime ex ouo illitus. Vuluarũ quoq; strangulatus. Stomachi exulceratiões pectoris:& renum:iocineq; pulmonum:ueſicarumq; peculiariter. Inflãmationi eaq; uehemẽter utile. Item thussi & pleureticis. Tollit & pruritus. Vrinã cit. Qui crocum prius biberint crapulam nõ sentient. Ebrietati eo restituntur. Coronæ quoq; ex eo mulcẽt ebrietatẽ. Sõnum facit. Caput leniter mouet. Veneré stimulat. Flos eius igni sacro illinitur cum creta cimolia. Ipsum plurimis medicaminibus miscetur. Collyrio uni nomẽ dedit. Ex eo quoq; expresso unguẽto crocino:qđ crocomagma appellãt. Habet suas utilitates cõtra suffusiones oculorum. Vrinas magis excalfacit q̃ crocum ipsum. Optimũ qđ gustatũ saliuã dentesq; inficit. Iris ruffa melior q̃ candida:infantibus eam circũligari. salutare est. Dentiẽtibus præcipua est:& tussientibus tinearumue uitio laborãtibus instillari. Cæteri effectus eius nõ multum a melle differunt. Vlcera purgat: capitis præcipue. Suppuratiões ueteres. Aluum soluit duabus drachmis cũ melle. Thussim:tormina:inflationes:pota:Lienes ex aceto. Cõtra serpẽtium:& araneoq; morsus:ex posca ualet. Contra scorpiones duarũ drachmarum põdere:in pane:uel aqua sumitur. Cõtra canum morsus ex oleo iponitur. Et cõtra perfrictiones. Sic & neruorum doloribus. Lumbis uero & coxendicibus cum resina illiniť. Vis ei concalfactoria. Naribus subdita sternutamẽta mouet:caputq; purgat. Dolori capitis cotoneis malis:aut struteis illiniť . Crapulas quoq; orthopnoeas discutit. Vomitiões cit:duobus obolis sumpta. Ossa fracta extrahit imposita cũ melle. Ad paronychias farina eius utuntur. Cum uino ad clauos:uel uerrucas. Triduoq; non soluitur. Halitus oris cõmanducata abolet:alarumq; uitia. Succo duricias oẽs emollit. Sõnum conciliat. Sed genituram consumit. Sedis rimas & cõdylomata. Omniaq; in corpore excrescentia sanat. Sunt qui siluestrem irin uocent. Strumas hæc uel panos uel inguina discutit. Præcipitur ut sinistra manu lecta ad hos usus seruet:colligentesq; dicant cuius hominis utiq; causa eximant. Scelus herbarioq; aperietur in hac mẽtiõe:partem eius seruantium:& quarundã aliarum herbarum sicuti plantaginis substituẽtium si parum mercedis tulisse sese arbitrantur. Rursusq; ut plus operis acquirant:partem eam quã seruauere eodem loco infodiũt. Credo ut uitia quæ sanauerint:faciant rebellare. Saliuncæ radix in uino decocta sistit uomitiões . Corroborat stomachum. Polio Museus:& Hesiodus perungi iubent dignationes gratia. Gloriæq; auidos polium tractare:colere. Polium contra serpentes substernitur uel portatur. Medici in uino decoquunt recens uel aridum illinuntq; uel spleneticis propinant ex aceto. Morbo regio in uino. Et hydropicis incipientibus in uino decoctum. Vulneribus quoq; sic illinunt. Secundas mulierum partusq; emertuos repellit. Item dolores corporis. Vesicas inanit. Et epiphoris illinitur. Nec magis alia herba conuenit medicamento:quod alexipharmacon uocant. Stomacho tamen inutile esse. Caputq; eo impleri:& abortum fieri poto. Aliqui negant. Ad religionem addunt:ubi inuentum sit:protinus ad alligandum contra oculorum suffusiones. Cauẽdumq; ne terram attingat. Hi & folia eius thymo similia tradunt:nisi q; molliora sunt:& lanatiore canicie . Cum rura siluestri & si teratur ex aqua cælesti aspidas mitigare dicitur. At non secus atq; cianus astringit: & coibet uulnera:prohibetq; serpere. Holochrysos medetur stranguriæ in uino pota:& oculorum epiphoris illita. Cum fæce uero uini cremata in polenta:lychenas emendat. Chrysocomes radix calfacit & stringit. Datur potui ad iocinerum uitia. Item pulmonum. Vuluæ dolores in aqua mulsa decocta. Ciet menstrua. Et si cruda detur: hydropicorum aquam sistit. Melissophyllo:siue melitena si perungantur aluearia non fu-

gient apes. Nullo enim magis gaudent flore. Copia iſtius examina facillime continentur. Item præſentiſſimum eſt contra ictus earum: ueſparumq; & araneorum. Item ſcorpionum. Item cõtra uuluarum ſtrangulatiões: addito nitro. Cõtra tormina e uino. Folia eius ſtrumis illinunt: & ſedis uitiis cũ ſale decocta. Succus fœminas purgat: & inflatiões diſcutit: & ulcera ſanat. Articularios morbos ſedat. Caniſq; morſus. Prodeſt dyſentericis ueteribus: & cœliacis: & orthopnoicis: lyenibus: ulceribus thoracis. Caligines oculoꝝ ſucco cũ melle inungi eximiũ habet. Melilotos quoq; oculis medet cum lacte: aut cum lini ſemine. Maxillaꝝ quoque dolores lenit. Ex capitis cũ roſaceo. Item aurium e paſſo. Quæq; in mãibus intumeſcunt uel erumpũt. Stomachi dolores in uino decocta: uel cruda tritaq;. Idem effectus eſt ad uuluas. Teſtes uero: & ſedem prociduam: quæq; ibi ſunt uitia: recens ex aqua decocta: uel ex paſſo. Adiecto roſaceo illinuntur ad carcinomata. Deferueſcit in uino dulci. Peculiariter & contra meliceridas efficax.

De trifolio: & thymo: & hemorocalle: & de helenio: & abrotono. CA. XXI.

TRifolium ſcio credi præualere cõtra ſerpentium ictus: & ſcorpiõum: ex uino: aut poſca ſeminis granis uiginti potis. Vel foliis: & tota herba decocta. Serpenteſq; nunq; in trifolio aſpici. Præterea celebratis auctoribus cõtra oĩa uenena pro antidoto: ſufficere. xxv. grana eius: qd miniãthes exeo appellauimus tradi. Multa alia præterea in remediis eius aſcribi. Sed me cõtra ſnias eorũ grauiſſimi uiri auctoritas mouet. Sophocles. n. poeta uenenatũ id dicit. Simus quoq; medicus decocti aut cõtriti ſuccum infuſum corpori eaſdẽ uredines facere quaſi percuſſis a ſerpente. Ergo nõ aliter utendũ eo q̃ cõtra uenena cenſuerunt. Fortaſſis enim & iis uenenis inter ſe cõtraria ſit natura: ſicut multis aliis. Itẽ animaduerto ſemen eius cuius minima ſint folia utile eſſe ad cuſtodiendã mulierum cutis gratiã in facie illitum. Thymũ colligi oportet in flore: & in umbra ſiccari. Duo aũt ſunt genera eius. Cãdidum: radice ligneſa: in collibus naſcens: quod & præferẽ: Alterũ nigrius floriſq; nigri. Vtraq; oculoꝝ claritati multũ conferre exiſtimant. Et in cibo: & medicamentis. Item diutinæ tuſſi eligmate faciles excreatiões facere cum aceto & ſale. Sanguinẽ cõcreſcere nõ patitur e melle. Longas faucium diſtillatiões extra illita cum ſinapi extenuare. Item ſtomachi & uentris uitia. Modice tamen utendum eſt: quoniã excalfaciunt: quãuis ſiſtunt aluum: quæ ſi exulcerata ſit denarii põdus in ſextariũ aceti: & mellis addi oportet. Item ſi lateralis dolor ſit: aut iter ſcapulas: aut in thorace. Præcordiis medẽtur ex aceto cũ melle. Quæ potio datur & in alienatiõe mentis: ac melancholicis. Datur & comitialibus: quos correptos olfactus excitat thymi. Aiunt & dormire eos oportere in molli thymo. Prodeſt & orthopnoicis: & anhelationi. Mulierumq; menſibus retardatis. Vel ſi emortui ſint in utero partus decoctum in aqua ad tertias. Viris uero cõtra inflatiões cum melle & aceto. Et ſi uẽter turgeat. Teſteſue aut ueſicæ dolor exigat. E uino tumores & impetus tollit impoſitum. Itẽ cũ aceto callum & uerucas. Coxẽdicibus imponit cũ uino articularibus morbis. Et luxatis tritum: ac lanæ inſperſum ex oleo: ambuſtis cũ adipe ſuillo: dant & potionẽ articularibus morbis trium obolorũ põdere in tribus cyathis aceti & mellis. Et in faſtidio tritũ cũ ſale. Hemorocalles pallidũ e uiridi & molle foliũ hẽt: radicẽ odoratã: atq; bulboſam. Quæ cũ melle ipoſita uentri aquã pellit: & ſanguinẽ etiã inutilẽ. Folia epiphoris oculorũ: mãmarũq; poſt partũ doloribus illinunt. Heleniũ ab Helenæ lachrymis dixĩus natũ. Fauere creditur formæ: Cutẽ mulierũ in facie reliquoq; corpe nutrire icorruptã. Præterea putãt uſu eius q̃dã datã gratiã iis: ue nerẽq; cõciliari. Attribuũt & hylaritatis effectũ eidẽ potæ in uino: eũq; quẽ habuerit. Nepẽthes illud p̃dicatũ ab Homero: q; ea triſtitia oĩs aboleat. Eſt aũt ſucci p̃dulcis: Prodeſt orthopnoicis radix eius in aqua ieiunis pota. Eſt aũt cãdidus ĩtus & dulcis. Bibit & cõtra ſerpẽtiũ ictus ex uino. Mures quoq; cõtrita dicit necare. Abrotanũ duoꝝ tradit genera: Cãpeſtre ac mõtanũ. Hoc fœminã: illud marẽ ĩtelligi uolumus. Amaritudo abſinthii in utroq;. Siculũ laudatiſſimũ: dein gallaticũ. Vſus eſt & foliis. Sed maior ſemine ad calfaciẽdũ. Ideo neruis utile: tuſſi: orthopnoicis: cõuulſis: ruptis: lumbis: urinæ anguſtiis. Dat bibẽdũ mãualibus faſciculis decoctis ad tertias p̃tes. Ex iis q̃ternis cyathis bibit. Dat & ſemẽ tuſum in aq̃ drachmæ pondere. Prodeſt & uuluæ. Cõcoqt panos cũ farina hordeacea: & oculoꝝ inflãmatiõibus illinit cotoneo malo cõcocto. Serpẽtes fugat. Cõtra ictus eoꝝ bibit cũ uino: illinitur q;. Efficaciſſimũ cõtra ea quoꝝ ueneno tremores: & frigus accidũt: ut ſcorpionũ: & phalãgioꝝ: & cõtra uenẽa alia pota. Prodeſt & quoquomõ algẽtibus: & ad extrahẽda ea q̃ ĩhærẽt corporibus. Pellit & ĩteraneoꝝ mala. Ramo eius ſi ſubiiciat puluĩo uenerẽ ſtimulari aiunt. Efficaciſſimamq; eſſe herbam contra omnia ueneficia quibus coitus inhibeatur.

Ex leucanthemo: & ſanſuco medicinæ. CA. XXII.

LEucanthemum ſuſpirioſis medetur: duabus partibus aceti permixtũ. Sanſucum ſiue amaracũ in cypro laudatiſſimũ: & odoratiſſimum. Scorpiõibus aduerſatur ex aceto & ſale illitum. Mẽſtruis quoq; multum confert ĩpoſitũ. Minor eſt eidem poto uis. Cohibet & oculorum epiphoras cũ polenta. Succus decocti tormina diſcutit: & urinis & hydropicis utile. Mouet & narium ſternutamenta. Fit ex eo oleum quod ſanſucinum uocatur: aut amaracinum: ad excalfaciendos emolliendoſq; neruos: & uuluas calfacit. Et folia ſuggilatis cum melle: & luxatis cum cæra proſunt.

De anemona medicinæ. CA. XXIII.

Vel enemion

ANemonas coronarias tantũ diximus. Nunc reddemus & medicas. Sũt qui pheriniõ uocẽt. Duorum eius genera. Silueſtris prima, Altera ĩ cultis naſcẽs. Vtraq; fabuloſis. Huiuſq; plures ſpecies. Aut enim phœniceũ floré habet: quæ & copioſiſſima eſt: aut purpureũ: aut lacteum. Harũtrium folia apio ſimilia. Nec temere ſemipedalẽ altitudinẽ excedũt: cacumine aſparagi. Flos nunquam ſe aperit: niſi uento ſpirante: unde & nomen accepit. Silueſtri amplitudo maior latioribuſq; foliis: flore phœniceo. Hãc errore ducti argemonẽ putãt multi. Alii rurſus papauer: quod rhyan appellauimus. Sed diſtinctio magna: q; utraq; hæc poſtea floret. Nec aut ſuccũ illarũ anemonæ reddunt: aut calices habent: nec niſi

aſparagi cacumẽ. Proſunt anemonæ capitis doloribus: & inflammatiõibus: uuluis mulierũ lacti quoq;. Et menſtrua cient cũ ptiſana ſumptæ: aut uellere appoſitæ. Radix cõmãducata pituitã trahit. Dẽtes ſanat. Decocta oculoꝝ epiphoras. Magi multum qdem iis tribuere. Quãprimũ aſpiciat eo anno tolli iubẽtes: dicitq; colligi eas tertianis & quartanis remedio. Poſtea alligari florem panno roſeo: & in umbra aſſeruari: ita cũ opus ſit: alligari. Quæ ex iis phœniceum flor habet: radice cõtrita: cuicunq; animalium impoſita ulcerum facit ſtypticam uim. Et ideo expurgandis ulceribus adhibetur.

Ex oenanthe medicinæ. CA. XXIIII.

Enãthe herba naſcitur in petris: folio paſtinacæ: radice magna: numeroſa. Caulis eius & folia cũ melle ac uino nigro pota facillitatem pariendi præſtant: ſecundaſq; purgant. Tuſſim e melle tollunt. Vrinam cient. Radix e ueſicæ uitiis medetur.

De heliochryſo medicinæ. CA. XXV.

Heliochryſum qd̃ alii chryſanthemõ uocãt ramulos hẽt cãdidos: folia ſubalbida: abrotono ſimilia: ad ſolis repcuſſum aureæ lucis in orbẽ ueluti corimbis depẽdẽtibus: q nunq̃ marceſcũt. Quã de cã deos coronãt illo. Qd̃ diligẽtiſſime obſeruauit Ptolemæus rex ægypti. Naſcit in frutetis. Ciet urinas e uino pota: & mẽſes. Duricias & iflãmatiões diſcutit. Ambuſtis cũ melle iponit. Cõtra ſerpẽtiũ ictus & lumboꝝ uitia bibit. Sãguinẽ cõcretũ uentris ac ueſicæ abſumit cum mulſo. Folia eius trium obolorũ pondere ſiſtunt profluuia mulierum in uino albo. Veſtes tuetur odore non ineleganti.

Ex hiacyntho medicinæ. CA. XXVI.

Hiacynthus in gallia eximie ꝓuenit. Hoc ibi cocco hyſginũ tingit. Radix eſt bulbacea mãgonicis uenalitiis pulchre nota. Quæ in uino dulci illita pubertatẽ cohercet: & nõ patitur erũpere. Torminibus & araneorum morſibus reſiſtit. Vrinam impellit. Cõtra ſerpentes & ſcorpiones: morbumq; regium ſemen eius cum abrotono datur lychnis quoq; flammea illa aduerſus ſerpẽtes: ſcorpiones: crabrones: ſimiliaq; bibitur e uino ſemine trito. Silueſtris eadẽ ſtomacho inutilis. Aluum ſoluit. Ad detrahẽdam bilem efficaciſſima duabus drachmis. Scorpionibus adeo cõtraria ut omnino uiſa ea torpeſcant. Radicem eius aſiani boliten uocant. Qua alligata oculo: albugines tolli dicuntur.

Ex uincaperuinca medicinæ. CA. XXVII.

Tuincaperuinca: ſiue camædaphne arida tuſa hydropicis datur in aqua cocleari mẽſura. Celer rimeq; reddũt aquam. Eadem decocta ĩ cinere ſparſa uino tumores ſiccat. Auribus ſucco medetur. Aluinis impoſita multum prodeſſe dicitur. Ruſci radix decocta bibitur alternis diebus in calculorum ualitudine: & toruoſiore urina: uel cruenta. Radicẽ pridie erui oportet: poſtero mane decoqui. Ex eo ſextario uini cyathis duobus miſceri. Sunt qui & crudam radicẽ tritam ex aqua bibant: & in totum ad uitilia cauliculis eius in uino & aceto tritis nihil utilius putãt. Batis quoq; aluum mollit. Illinitur podagricis toſta & cõtuſa. Acinũ & coronaꝝ cauſa & cibi ægyptii ſerunt. Eadẽq; erat q̃ ocimum niſi hirſutior ramis: ac foliis eſſet: & admodum odorata. Ciet menſes & urinas.

Ex colocaſia medicinæ. CA. XXVIII.

Colocaſia Glaucias acria corporis leniri putauit: & ſtomachum iuuari.

Ex anthalio medicinæ. CA. XXIX.

Anthalii quod ægyptii edunt nullũ alium repperi uſum: eſt & herba Anthillon q̃ alii anticellũ uocant duorum generum: foliis & ramis lenticulæ ſimilis palmi altitudine: ſabuloſis apricis naſcens ſubſalſa guſtãti. Altera chamæpithyos ſimilis breuior: & hirſutior: purpurei floris: odore grauis: in ſaxoſis naſcẽs. Prior uuluis aptiſſima eſt ex roſaceo & lacte impoſita: etiam uulneribus. Bibitur in ſtranguria renumq; doloribus tribus drachmis. Altera bibitur in duricia uuluarum: & in torminibus: & in comitiali morbo: cum melle & aceto quattuor drachmis.

De parthenio medicinæ. CA. XXX.

Contra parthenium alii leuchaten: alii thannacum uocant. Celſus apud nos perditium & muralium. Naſcitur in hortorum ſepibus: flore albo: odore mali: ſapore amaro. Ad inſedendum decoctum in duricia uuluarum: & inflamationibus. Siccarum cum melle & aceto impoſitum bilem trahit atram. Ob hoc contra uertigines utilis: & calculoſis. Illinitur & ſacro igni. Item ſtrumis cum axungia inueterata. Magi contra tertianas ſiniſtra manu euelli eam iubẽt: dicitq; cuius cauſa uellatur: nec reſpicere. Dein eius folium ægri linguæ ſubiicere: ut mox in cyatho aquæ deuoretur.

De ſtrychne medicinæ. CA. XXXI.

Strychne quã qdã ſtrychnon ſcripſere: utinã nec coronarii in ægypto uterent: quos iuitat hederæ folioꝝ ſimilitudo in duobus eius generibus: Quorũ alterũ: cui acini coccinei: granoſi folliculi. Halicaccabũ uocãt: & alii callion. Noſtri autẽ ueſicariam: quoniã ueſicæ & calculis prodeſt: Frutex eſt ſurculoſus uerius q̃ herba: folliculis magnis: latiſq; & turbinatis: grãdi intus acino: q matureſcit nouẽbri mẽſe. Tertio folia ſunt ocimi minime diligẽter demõſtrãda. Remedia enim nõ uenẽa tractamus. Quippe inſaniã facit paruo quoq; ſucco: q̃q̃ & græci auctores in iocũ uertere. Drachmæ. n. põdere luxũ pudoris gigni dixerũt: ſpecies uanas imagineſq; cõſpicuas obuerſari demõſtrãtes. Duplicatũ hunc modũ: legitimã inſaniã facere. Quicquid uero adiiciat põderi repræſentari mortẽ. Hoc eſt uenenũ qd̃ ino centiſſimi auctores ſimpliciter dorycnion appellauere. Ab eo qd̃ cuſpides in præliis tingerent illo paſſim naſcente: maninon cognominare: qui nequiter occultabãt erythron: aut neurita: ut nõnulli periſſone cauẽdi quidẽ cauſa curioſius dicendũ. Quin & alterũ genus quod halicaccabon uocãt: ſoporiferũ eſt: atq; etiam opio uelocius ad mortẽ: ab aliis moriõ: ab aliis moly appellatũ. Laudatũ uero a locro ad fruendũ & thyma

Vel ſuréd um

Vel idu centia Vel ino centia

riſto. Quidã etiam carmine minore obliuionẽ inducẽtes. Quippe præſentaneũ remediũ ad dentiũ mobiles firmãdos ſi colluerent. Halicaccabo uni exceptionẽ addidere ne diutius id fieret. Delirationem enim gigni eo. Nec demonſtrãda remedia: quorũ medicina maioris mali periculũ afferat. Cõmẽdat. n. cibis tertiũ licet pferat hortenſis ſaporibus. Et nihil ſit corporis malorũ cui nõ ſalutare ſit ſtrychnos Xenocrates prædicet. Non tamẽ auxilia eorũ tanti ſunt: ut uel ꝓfutura nõ de iis cõmemorare nefas putem: ꝑſertim tãta copia innoxiorũ medicaminũ. Halicaccabi radicẽ bibunt: qui ſunt uaticinãdi callentes: ꝙ furere ad cõfirmandas ſuperſtitiões aſpici ſe uolunt. Remedio eſt (id enim libentius rettulerim) aqua copioſa mulſa calida potui data. Nec aliud præteribo aſpidum naturæ halicaccabum in tantum aduerſam: ut radice eius propius admota ſoporentur: illas ſopore enecans uis earum. Ergo trita ex oleo: percuſſis auxiliatur.

De corcoro. CA. XXXII.

COrcorum alexandrini cibi herba eſt conuolutis foliis ad ſimilitudinem mori. Præcordiis (ut ferunt) utilis alopetiiſq; & lentigini. Boum quoq; ſcabiem celerrime ſanari ea iuenio apud Nicãdrum quidem & ſerpentium morſus antequã floreat. Nec de cnico ſiue attractyllide uerboſius diſputetur Aegyptia herba eſt: & magnum cõtra uenenata animalia præbet auxilium. Item aduerſus fungos. Conſtat a ſcorpione percuſſos quãdiu teneant eam herbam nõ ſentire cruciatum.

De perſoluta. CA. XXXIII.

ET perſolutam ægyptus in hortis ſerit coronarum gratia: Duo genera eius: fœmina ac mas. Vtraque ſubdita uenerem inhiberi uirorum maxime tradunt.

De menſuris & ponderibus. CA. XXXIIII.

ET quoniam in méſuris quoq; ac ponderibus crebro græcis nominibus utendum eſt: iterpretationẽ eorum ſemel in hoc loco ponemus. Drachma attica: fere enim attica obſeruatione medici utuntur: denarii argẽtei habet pondus. Eademq; ſex obolos põdere efficit. Obolus decem calchos. Cyathus pendet per ſe drachmas decem. Cũ acetabuli menſura dicitur ſignificat heminæ quartam partẽ: ideſt drachmas. xv. Mna quam noſtri minam uocant pendet drachmas atticas centum.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXII.

PROOEMIVM.

COMPLESSE POTErant miraculũ ſui natura: atq; tellus reputantium uel prioris tantũ uoluminis dotes: totq; genera herbaꝝ utilitatibus hominũ aut uoluptatibus genita. Sed quãto plura reſtãt: tanto quoq; mirabiliora ĩuentu. Illa. n. maiore pte cibi: aut odoris decoriſue cõmendatiõe ad numeroſa experimenta duxit. Reliquorum potentia approbat nihil a rerũ natura ſine aliqua occultiore cauſa gigni.

De gentibus herbis formæ gratia utentibus. CA. I.

QUidem & formæ gratia rituſq; perpetui in corporibus ſuis aliquas exterarum gentium uti herbis quibuſdam aduerto animo. Illinunt certe aliis aliæ faciem in populis barbarorum fœminæ. Mareſq; etiam apud dacos & ſarmatas corpora ſua inſcribunt. Simile plãtagini glaſtum in gallia uocatur. Quo britannorum coniuges nuruſq; toto corpore oblitæ quibuſdã in ſacris nudæ incedunt æthiopum colorem imitantes.

Quod herbis ueſtes inficiantur. CA. II.

IAm uero infici ueſtes ſcimus admirabili ſucco. Atq; ut ſilleamus gallatiæ: africæ: luſitaniæ granis coccum imperatoriis dicatum paludamentis: tranſalpina gallia herbis tyrium: atq; conchylium tingit: omniſq; alios colores. Nec quærit in profundis murices: ſeſeq; obiiciendo dum prærapit eſcam beluis marinis: intacta etiam anchoris ſcrutatur uada: ut inueniat per quod facilius matrona adultero placeat: corruptor inſidietur nuptæ. Stans & in ſicco carpit quo frugi mundos exculpat uſu alioquin fulgentis. Inſtrui poterat luxuria certe innocentius. Nunc propoſitum iſta conſectari: nec omittemus: ut ſubiiciendo utiliora luxuriam uilitate circunſcribamus dicturi & alias herbis tingi lapides parieteſque. Nec tingendi nec pingendi tamen rationem omiſiſſemus: ſi unquam ea liberalium artium fuiſſet. Interim fortius auget auctoritas: q̃ quãta debeat etiã ſurdis: hoc eſt ignobilibus herbis pibebit. Si qdẽ auctores iperi romãi cõditoreſq; ĩmẽſum qdã & hinc ſumpſere: quoniã nõ aliũde ſagmina in remediis pu-

blicis fuere: & in ſacris legationibus: q̃ uerbenæ: Certæ utroq; nomine idem ſignificatur. Hoc eſt gramẽ ex arce cum ſua terra euulſum: hac ſemper & legati cum ad hoſtes: clarigatumq; mitterent̃ uſi: ideſt res raptas clare repetitum: unus utiq; Verbenarius uocabatur.

De corona graminea. CA. III.

COrona quidem nulla fuit graminea nobilior in maieſtate populi terrarũ principis præmiiſq; gloriæ. Gẽmatæ; & aureæ: uallares: murales: roſtratæ: ciuicæ: triumphales poſt hãc fuere. Sũtq; cunctæ magno interuallo: magnaq; differentia. Cæteras omnes ſinguli: & duces ipſi imperatoreſq; militibus: aut aliquando collegiis dedere.

De raritate eius. CA. IIII.

DEcreuit in triumphis ſenatus cura belli ſolutus: & populus ocioſus: gramineã: nunq̃ niſi in ſup̃ma deſperatiõe. Cõtigitq; nulli niſi ab uniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori decreta. Cæteras iperatores dedere. Hanc ſolam miles imperatori. Eadem uocatur obſidionalis: liberatis obſidione, abhominãdoq; exitio totis caſtris. Quod ſi ciuicæ honos uno aliquo ac uel humillimo ciue ſeruato præclarus ſacerq; habetur. Quid tandẽ exiſtimari debet unius uirtute ſeruatus uniuerſus exercitus? Dabatur hæc uiridi e gramine decerpto: ide: ubi obſeſſos ſeruaſſet aliquis. Namq; ſummũ apud antiquos ſignum uictoriæ erat: herbam porrigere uictos: hoc eſt terra & altrice ipſa humo & humatiõe etiam cedere. Quem morem etiam nunc durare apud germanos ſcio.

Qui ſoli corona ea donati. CA. V.

DOnatus eſt ea. L. Sicimus Dentatus ſemel: cũ ciuicas q̃ttuordecim meruiſſet: depugnaſſetq; .cxx. p̃liis ſemp uictor. Tãto rarius eſt ſeruatorẽ unũ a ſeruatis donari. Quidã iperatores & ſæpius donati ſũt: ueluti. P. Decius Mus uidelicet Tribunus militũ ab exercitu. Altera ab iis q in p̃ſidio obſeſſi fuerãt: quãta eſſet eius honoris auctoritas cõfeſſus religione: ſi quidẽ donatus bouẽ albũ Marti imolauit: & centũ ſuluos: q ei uirtutis cã dati fuerãt ſimul ab obſeſſis. Hic Decius poſtea cõſul & imperio & collegæ ſe pro uictoria deuouit. Data eſt & a ſenatu Populoq; Ro. qua claritate nihil equidẽ in rebus humanis ſublimius duco. Fabio illi qui rẽ oẽm romanã reſtituit nõ pugnãdo. Nec data cũ magiſtrũ equitum & exercitũ eius ſeruaſſet. Tunc ſatius fuit noie nouo coronari appellatũ patrem ab iis quos ſeruauerat. Sed quo dictum eſt conſenſu honoratus eſt. Hannibale ex italia pulſo. Quæ corona adhuc ſola ipſius imperii manibus impoſita eſt. Et quod peculiare ei eſt: ſola a tota italia data.

Qui ſolus centurio coronatus. CA. VI.

PRæter hos cõtigit eius coronæ honos. M. Calpurnio Fláme Tribuno militũ in ſicilia. Cẽturioni uero uni ad hoc tp̃s Cn. Petreio Atinati cimbrico bello. Primũ pilũ is capeſſens ſub Catulo exclu ſam ab hoc legionẽ ſuã hortatus tribunũ ſuũ dubitantẽ p caſtra hoſtiũ erũpere iterfecit: legionẽq; eduxit. Inuenio apud auctores eundẽ: p̃ter hunc honorẽ aſtantibus Mario & Catulo cõſulibus p̃textatũ imolaſſe ad tibicinẽ foculo poſito. Scripſit & Scylla dictator ab exercitu ſe quoq; donatũ apud nolã legatũ bello marſico. Idq; ẽt in uilla ſua tuſculana: quæ fuit poſtea Ciceronis pinxit. Qđ ſi uerũ eſt: hoc execrabilioré eũ dixerim: q̃doquidẽ eã capiti ſuo ꝓſcriptione detraxit ipſe tanto paucioribus ciuiũ ſeruatis: q̃ poſtea occiſis. Addat etiãnum huic gloriæ ſuperbũ cognomẽ fœlicẽ. Ipſe tamẽ obſeſſus in toto orbe ꝓſcriptus. Hæc corona Sertorio ẽt ceſſit. Aemylianũ quoq; Scipionẽ Varro auctor eſt donatũ obſidionali in africa. Mãlio cõſule: cohortibus ſeruatis: totidẽq; ad ſeruãdas eas eductis. Qđ & ſtatuæ eius in foro ſuo Diuus Auguſtus ſcripſit. Ip̃m Auguſtũ cũ Mar. Cice. filio cõſulẽ idibus ſeptẽbribus ſenatus obſidionali donauit. Adeo ciuica nõ ſatis uidebaꝫ. Nec præterea quenq̃ hac inuenimus donatũ. Nullæ ergo herbæ fuere certæ in hoc honore: ſed quæcunq; fuerant in periculi ſede quãuis ignobiles ignotæq; honorem nobilem faciebant. Quod latere apud nos minus quidem miror: cernens negligi ea quoq; quæ ad ualitudinẽ conſeruandam: cruciatuſq; corporis propulſandos: & mortem arcendam pertinent. Sed quis nõ mores iure caſtiget? Addidere uiuendi præcia deliciæ luxuſq;. Nunq̃ fuit cupido uitæ maior: nec minor cura. Alioq; hanc operam eſſe credimus: ac ne mandato quidem noſtro alios id agere: mediciſq; prouiſum eſſe. Proh bonis ipſi fruimur uoluptatis. Et quo nihil equidem probroſius duco. Viuimus aliena fiducia. Immo uero pleriſq; ultro etiam in riſu ſumus iſta cõmentantes: atq; friuoli operis arguimur. Magna quãq̃ imenſi laboris ſolatia ſperni cum rerum natura: quã certe non defuiſſe nobis docebimus: & inuiſis quoq; herbis inſeruiſſe remedia. Quippe cum medicinas dederit etiam aculeatis. Hæc enim proxime reſtant ex iis quas priore libro nominauimus: in quibus ipſius prouidentiam naturæ ſatis admirari amplectiq; non eſt. Dederat & quas diximus molles: cibiſq; gratas. Pinxerat & remedia floribus: uiſuq; ipſo animos inuitauerat: etiam deliciis auxilia permiſcens. Inde excogitauit aliquas aſpectu hiſpidas: tactu truces: ut cantum non uocem ipſius fin gentis illas: rationẽq; reddentis exaudire uideamur: ne ſe depaſcat auida quadrupes: nec ꝓcaces manus rapiant: nec neglectu ueſtigia obterant: ne inſidens ales infringat. Has muniendo aculeis teliſq; armãdo reme diis ut tuta ac ſalua ſint. ita hoc quoq; quod in iis odimus hominum cauſa excogitatum eſt.

Vel irri ſui

Medicinæ ex reliquis ornamentis & erynge. CA. VII.

ET clara in primis aculeatarum erynge eſt ſiue eryngion contra ſerpentes & uenenata oĩa naſcens. Aduerſus ictus morſuſq; radix eius bibit̃ drachmæ pondere in uino. Aut ſi plerunq; tales iniurias romitaꝫ & febris: ex aq̃. Illinit̃ plagis peculiariter efficax cõtra chryſodos ac ranas. Oĩbus uero cõtra toxica & aconita efficacioré Heraclydes medicus in iure anſeris decoctã arbitraꝫ. Apollodorus aduerſus toxica cũ rana decoquit: cæteri in aqua. Ipſa dura: fruticoſa: ſpinoſis foliis: caule geniculato: cubitali & maiore aliquando. Alia albicans: alia nigra radice: odorata. Et ſatiua quidem eſt: ſed & ſponte

naſcitur in aſperis & ſaxoſis:& in littoribus maris:durior:nigriorq; folio apii.

De herba:quam cantumcapita uocant. CA. VIII.

EX iis candidã nr̃i centũcapita uocãt.Oẽs eiuſdẽ effectus caule & radice in cibos græcoq; receptis utroq; mõ ſiue coquere libeat:ſiue cruda ueſci.Portẽtoſum eſt:qđ de ea tradit̃.Radicẽ eius alterutrius ſexus ſimilitudinẽ referre rata iuentu.Et ſi uiris cõtigerit mas:amabiles fieri.Ob hoc & Phaonẽ leſbiũ dilectũ a Sappho.Multæq; circa hãc non magoq; ſolũ uanitates:ſed ét pythagoricoq;.Sed in medio uſu p̃ter ſupradicta auxiliat̃ inflationibus:torminibus:cordis uitiis:ſtomacho:iocineri: p̃cordiis in aq̃ mulſa.Lieni in poſca.Itẽ ex mulſa renibus:ſtrãguriæ:opiſthotonicis:ſpaſmis:iũbis:hydropicis:comitialibus:mulierũ mẽſibus ſiue ſubſidant:ſiue abundent:uuluaq; oĩbus uitiis.Extrahit ĩfixa corpori cũ melle:ſtrumas parotidas:panos.Recedẽtes ab oſſibus carnes ſanat cũ axungia ſalſa & cerato.Itẽ fracturas.Crapulã p̃ſumpta arcet:aluũ ſiſtit.Aliq e nr̃is ſub ſolſtitio colligi eã iuſſere.ex aq̃ cæleſti ĩponi oĩbus cerucis uitiis.Oculoq; quoq; albugines ſanare adalligatã tradiderunt.

De achano & glycyrrhiza. ſtomatice. CA. IX.

SVnt q & achanon eryngio aſcribãt ſpinoſam breuẽq; ac latã herbã ſpiniſq; latioribus.Hãc ĩpoſitã ſanguinẽ mire ſiſtere.Alii eryngen falſo eandẽ putauerũt eé & glycyrrhizã:q̃re ſubiungi eam ptinus refert.Et ipſe ſine dubio iter aculeatas eſt:foliis echinatis:pinguibus: tactuq; gũmoſis: fructicoſa:binoq; cubitoq; altitudine:flore hiacynthi:fructu pilulaq; platani magnitudinis.Præſtantiſſima in cicilia:ponto ſecũda:radice dulci.Et hæc tantũ in uſu.Carpiturq; ea uergiliaq; occaſu: longa ceu uitiũ:coloris buxei.Meliorq; nigra:quæq; lenta:q̃ q̃ fragilis.Vſus in ſubditis decocta ad tertias:cætero ad mellis craſſitudinẽ:aliq̃do & tuſa.E quo genere & uulneribus imponit̃:& faciũ uitiis oĩbus.Itẽ uoci utiliſſimo ſucco ſic ut ſpiſſatus eſt:linguæ ſubdito. Itẽ thoraci:iocineri.Hac diximus ſitim:famẽq; ſedari. Ob id quidã ad ipſon appellauere eã:& hydropicis dederit:ne ſitirent.Iõ & cõmanducata ſtomatice eſt:& ulceribus oris inſperſa ſæpe & pterygiis.Sanat & ueſicæ ſcabiẽ:renum dolores:cõdilomata:ulcera genitalium. Dedere eam quidam potui in quartanis:drachmarũ duarum pondere & pipere:hemina aquæ.Cõmanducata ſanguinem ſiſtit ex uulnere.Sunt qui & calculos ea pelli tradiderunt.

De tribulo & generibus eius:& medicinis. CA. X.

TRibuli unũgenus in hortis naſcit̃:alterũ in fluminibus tantũ.Succus ex iis colligitur ad oculoq; medicinas.Eſt enĩ refrigerãtis naturæ.& iõ utilis cõtra inflãmationes:collectioneſq;.Vlcera per ſe erumpentia:& præcipue in ore cum melle ſanat:item tonſillas.Potus calculos frangit.Thraces qui ad ſtrymona habitant:foliis tribuli equos ſaginant.Ipſi nucleo uiuunt panem facientes prædulcem:& qui contrahit uentrem.Radix caſte pureq; collecta diſcutit ſtrumas. Semen adalligatũ uaricum dolores ſedat.Tritum uero & in aquam ſparſum pulices necat.

De ſtoebe & medicinis eius. CA. XI.

SToebe:quam aliqui phleon uocant:decocta in uino præcipue auribus purulẽtis medetur. Item oculis ictu cruentatis.Hemorrhoiæ quoq; & dyſenteriæ infuſa.

De hippophye & medicinis eius. CA. XII.

HIppophyes in ſabuloſis maritimiſq; naſcitur:ſpinis albis.Hederæ mõ racemoſa eſt:cãdidis & ex parte rubẽtibus acinis.Radix ſucco madet:q aut p ſe condit̃:aut paſtillis farinæ.Hæc bilẽ detrahit obolo ponderis:ſaluberrime cũ mulſo.Eſt altera hippope ſine caule:ſine flore:foliis tantum minutis. Huius quoq; ſuccus hydropicis mire ꝓdeſt.Debent accõmodatæ eſſe equoq; naturæ: neq; ex aliis cauſis nomen accepiſſe.Quippe quædam aĩalium remediis naſcuntur:locupleti diuinitate ad gerenda præſidia:ut non ſit mirari ſatis ingenium eius diſponentis auxilia in genera:in cauſas:in tempora: ut aliis proſit atq; aliis ab horis:dieſq; nullus prope ſine præſidiis reperiatur.

De urtica & medicinis eius. CA. XIII.

VRtica quid eſt inuiſius põt? Ad illa præter oleum:qđ in ægypto ex ea fieri diximus uel plurimis ſcatet remediis.Semen eius cicutæ contrariũ eſſe.Nicãder affirmat.Item fungis & argento uiuo. Apollodorus & ſalamandris cũ iuræ decoctæ teſtitudinis.Item aduerſarii hyoſcyamo:& ſerpentibus:& ſcorpionibus.Quin illa ipſa amaritudo mordax uuas in ore:procidenteſq; uuluas:& infantium ſedes tactu reſilire cogit.Lethargicos expergiſcit tactis cruribus:magiſq; fronte.Eadẽ canis morſibus addito ſale medetur.Sanguinem trita naribus indita ſiſtit:& magis radice.Carcinomata:& ſordida ulcera ſale admixto.Item luxata.Sanat & panos:parotidas:carneſq; ab oſſibus recedentes.Semẽ potum cum ſapa uuluas ſtrangulantes aperit.Et profluuia narium ſiſtit impoſitum. Vomitiones in aqua mulſa ſumptum a cœna faciles præſtat duobus obolis.Vno autem in uino poto laſſitudines recreat.Vuluæ uitiis toſtum acetabuli menſura.Potum in ſapa reſiſtit ſtomachi inflationibus.Orthopnoicis prodeſt cum melle: & thoracem purgat eodem eclemate.Et lateri medetur cum ſemine lini.Addunt hyſopum:& piperis aliquid.Illinitur lyeni.Difficilem uentrẽ toſtum cibo emollit.Hippocrates uuluam purgari poto eo pronunciat.Dolore leuari toſto acetabuli mẽſura dulci pota:& impoſito cum ſucco maluæ. Inteſtinorum animalia repelli cum hydromelite & ſale.Defluuia capitis ſemine illito cohoneſtari.Articularibus morbis & podagricis plurimi cum oleo uetere:aut folia cum urſino adipe trita imponunt.Ad eandẽ radix tuſa cũ aceto non minus utilis.Item lyeni.Et cocta in uino diſcutit panos cum axungia uetere ſalſa. Eadem pſilothrum exiccat.Condidit laudes eius Phanias phyſicus:utiliſſimam cibis coctam conditamue ꝓfeſſus:arteriæ:tuſſi:uentris diſtillationi:ſtomacho:panis parotidis:pernionibus:cum oleo:ſudorem:coctã cũ conculis ciere aluum:cũ ptiſana pectus purgare:mulierũq; menſes cũ ſale. Vlcera quæ ſerpunt:prohibere.Succus quoq;

Vel elligmate ut phlegmate

Vel eſt ficca

in uſu eſt. Expreſſus illituſq; fronti ſanguinē narium ſiſtit. Potus urinam ciet. Calculos rumpit. Vuam gargariſſatus reprimit. Semen colligi meſſibus oportet. Alexandrinum maxime laudāt ad omnia hæc. Et mitiores quidem teneræq; efficaces. Sed præcipue ſilueſtris illa & amplius lepras e facie tollit in uino pota. Si quadrupedes fœtum non admittant: urtica naturam fricandam monſtrat.

De lamio & medicinis eius. CA. XIIII.

LAnun quoq; quā lamium inter genera earum appellauimus: mitiſſima & foliis non mordentibus: medetur cum mica ſalis contuſis: incuſſiſq; inuſtis: & ſtrumis: tumoribus: podagris: uulneribus. Album habet in medio folio: quod ignibus ſacris medetur. Quidam e noſtris tēpore diſcreuere genera. Autumnalis urticæ radicem alligatam in tertianis: ita ut ægri nuncupentur: cū eruitur ea radix: & dicatur quæ & cui & quorum folio eximatur: liberari morbo tradiderunt. Hoc idē contra quartanas pollere. Idem urticæ radice addito ſale infixa corpori extrahi. Foliis cum axungia ſtrumas diſcuti. Vel ſi ſuppurauerint: erodi: compleriq;.

De ſcorpione: generibuſq; ac medicinis eius. CA. XV.

XArgumento nomen accepit ſcorpius herba. Semen enim habet ad ſimilitudinem caudæ ſcorpionis: folia pauca. Valet & aduerſus animal nominis ſui. Eſt & alia eiuſdem nominis: effectuſq; ſine foliis aſparagi caule: in cacumine aculeum habens: & inde nomen.

De leucacantha: & medicinis eius. CA. XVI.

LEucacantha: quā alii phinion alii iſchiada: alii polygonaton appellant: radice cyperi: quæ cōmanducata dentium dolorem ſedat. Item laterum & lumborū: ut Hiceſius tradit ſemine poto drachmis octo: aut ſucco. Eademq; ruptis: conuulſiſq; medetur.

De helxine: perdicio: parthenio: ſyderite: & medicinis eius. CA. XVII.

HElxinem aliq perdiciū uocant: qm̄ perdices ea p̄cipue ueſcant. Alii ſyderitē: nōnulli partheniū. Folia hēt mixtæ ſimilitudinis plātagini & marrubio: cauliculos denſos: leuiter rubētes. Semina ī capitibus lappaceis adherētia ueſtibus: unde helxinē dictā uolunt. Sed nos q̄lis uera eēt helxine diximus priore libro. Hæc aūt inficit lanas: ſanat ignes ſacros: & tumores: collectiōeſq; oēs: & aduſta. Panos ſuccus eius cū pſimmithio. Ignes ſacros: tumores: collectioneſq; & guttura incipientia turgeſcere. Itē ueterē tuſſim cyatho hauſto. Et oīa in humido. Sicut tonſillas & uarices cum roſaceo. Imponit & podagris cū caprino ſeuo cæraq; cypria. Perdiciū ſiue partheniū (nā ſyderitis alia eſt) a nr̄is herba urceolaris uocatur: ab aliis aſtericū: folio ſimilis ocimo: nigrior tantū: naſcens in tegulis: parietiniſq;. Medet cū mica ſalis trita iiſdem oīb⁹: quibus lamium: & eodē mō. Itē uomicæ calefacto ſucco pota. Et contra ulcera: rupta: lapſuſq; & præcipitia: aut uehiculorū euerſiones ſingularis. Vernula carus pericli atheniēſium principi: cum is in arce templū ædificaret: repſiſſetq; ſuper altitudinē faſtigii: & inde cecidiſſet: hac herba dicitur ſanatus mōſtrata Pericli ſomno a Minerua. Quare parthemium uocari cœpta eſt: aſſignaturq; ei deæ. Hic eſt uernula: cuius effigies ex ære fuſa eſt: & nobilis ille Splachnoptes.

De chamælione generibuſq; & medicinis eius. CA. XVIII.

CHamælionē aliq ixion uocāt. Duo gña eius. Candidior aſperiora folia hēt: ſerpit in terra: echini mō: ſpinas erigēs: radice dulci: odore grauiſſimo: qbuſdā in locis uiſcū gignit albū ſub alis foliorū: maxīe circa canis ortū. Quo tura naſci dicunt: unde & ixia appellat. Hoc ut maſtiche utunt mulieres. Quare & chamæleon uocet a uarietate foliorū euenit. Mutat. n. cū terra colores: hic niger: illic uiridis: aliubi cyaneus: aliubi croceus: atq; aliis coloribus. ex iis candidus hydropicos ſanat ſucco radicis decoctæ. Bibit drachma in paſſo. Pellit & interaneorū aīalia acetabuli menſura ſucci eiuſdē in uino auſtero cū origani ſcopis: facit ad difficultatē urinæ. Hic ſuccus occidit canes ſueſq; in polenta. Addita aqua & oleo cōtrahit in ſe mures: ac necat: niſi ꝓtinus aquā ſorbeant. Radicē eius aliq cōciſam ſeruari iubent funiculis pendentē: decoquuntq; in cibo cōtra fluxiones: q̄s græci rheumatiſmos uocāt. Ex nigris aliq marē dixere: cui flos purpureus eēt: & fœminā: cui uiolaceus. Vno naſcunt caule cubitali: craſſitudine digitali. Radicibus eaq; lychenes curant cū ſulphure & bitumine una coctis. Cōmāducatis uero dētes mobiles: aut in aceto decoctis. Succo ſcabiē et quadrupedū ſanant. Et rhicinos canū necant. Iuuencas quoq; angine mō. Quare a qbuſdā ulophonon uocat: & cynozolon propter grauitatē odoris. Ferunt & hæ uiſcum ulceribus utiliſſimū. Omnium autē generum earum radices ſcorpionibus aduerſantur.

De coronopo: & medicinis eius. CA. XIX.

COronopus oblonga herba eſt cum fiſſuris. Seritur interim: quoniam radix cœliacis præclare facit in cinere toſta.

De anchuſa & pſeudanchuſa: & medicinis earum. CA. XX.

ET anchuſæ radix in uſu ē: digitali craſſitudīe. Findit papyri mō: manuſq; ificit ſanguineo colore p̄parat lanas p̄cioſis coloribus. Sanat ulcera ī cærato: p̄cipue ſenū: itē aduſta: Liq̄ri nō pōt in aqua oleo diſſoluit. Idq; ſincæræ experimētū eſt: & ad renum dolores drachma eius in uino. Aut ſi febris ſit ī decocto balāi. Itē iocineraq; uitiis: & lyeni: & bile ſuffuſis. Lepris & lētigini illinit ex aceto. Folia trita cū melle & farina luxatis ꝓponunt. Et pota drachmis duabus in mulſo aluū ſiſtūt. Pulices necare radix in aq̄ decocta tradit. Eſt & alia ſimilis pſeudanchuſa ob id appellata: a qbuſdā uero enchiſa: aut doris & multis aliis noīb⁹: lanuginoſior: & minus pinguius: tenuioribus foliis: & languidioribus. Radix oleū non fundit: ſed rubentem ſuccum. Et hoc ab anchuſa diſcernitur. Contra ſerpentes efficaciſſima potu foliorum uel ſeminis. Folia ictibus imponūtur. Virus ſerpentium fugat. Bibitur & propter ſpinam. Folium eius ſiniſtra decerpi iubent: magi: & cuius cauſa ſumatur dici: tertianiſq; febribus alligari.

De onochelo:anthemi:loto:& lotometra:heliotropio:tricocco:& callitrico. CA. XXI.

ESt alia herba proprio nomĩe onochelos:quã aliqui anchusam uocant:alii archelion:alii onochelim aliqui rhexiam:multi enchusam:paruo frutice:flore purpureo:asperis foliis & ramis:radice messibus sanguinea:cætero nigra. In sabulosis nascens:efficax cõtra serpentes:maxime uiperas:& radice & foliis:æque cibo ac potu. Vires habet messibus. Folia trita odorẽ cucumeris reddũt. Datur in cyathis tribus uulua procidente. Pellit & tineas cum hysopo:& in dolore renum aut iocineris ex aqua mulsa si febris sit. Sin aliter ex uino bibitur. Lentigini ac lepris radix illinitur. Habentes eam a serpentibus feriri negantur. Est & alia huic similis flore rubro:minor:& ipsa ad eosdem usus. Traduntq; cõmanducata ea si inspuat:mori serpentem. Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. Aliqui leucanthemida uocant. Alii leucanthemũ:alii eranthemida:quoniã uere floreat. Alii chamæmilon: quoniã odorem mali habeat. Nõnulli melanthe uocant. Genera eius tria flore tantũ distant:palmũ nõ excedentia:pariq; floribus:ut rutæ cãdidis:aut melinis aut purpureis. In macro solo aut iuxta semitas colligitur uere:& incoronamẽta reponitur. Eodem tẽpore & medici folia tusa in pastillos digerunt. Itẽ florem & radicẽ. Dantur oĩa mixta drachmæ unius pondere cõtra serpentiũ ictus. Pellit mortuos partus. Item mẽstrua in potu:& urinam:calculosq;:inflationes:iocinerum uicia:bilem suffusam:ægylopiã:cõmanducata ulcerũ eruptiones manantes sanat. Ex oĩbus iis generibus ad calculos efficacissima est:quæ florem purpureum habet: cuius & foliorũ:& fruticis amplitudo maiuscula est. Hanc proprie quidã erãthemon uocant. Loton qui arborem putant tantum eẽ: uel Homero auctore argui possunt. Is enim inter herbas subnascentes deorum uoluptati loton primam nominauit. Folia eius cum melle oculorũ cicatrices argemata:nubeculas discutiunt. Est & lotometra:quæ fit ex loto sata:ex cuius semine simili milio fiunt panes in ægypto a pastoribus:maxime aqua uel lacte subacto. Negatur quicq; illo pane salubrius eẽ:aut leuius dũ caleat. Refrigeratus difficilius concoquit:fitq; ponderosus. Cõstat eos qui illo uiuant:nec dysenteria:nec tenasmo:neq; aliis morbis uentris infestari. itaq; inter remedia eoꝝ habetur. Heliotropii miraculũ sæpius diximus cũ sole se circũagentis:ẽt nubilo die:tantũ syderis amor est. Noctu uelut desiderio contrahit cæruleũ florẽ. Gña eius duo. Tricoccũ:& heliostrophiũ. Hoc altius q̃q utrũq; semipedalẽ altitudinẽ nõ excedat. Ab ima radice ramosum. Semẽ in folliculo messibus colligit. Nascit nõ nisi in pingui solo:cultoq; maxie. Tricoccũ ubiq;. Si decoquat inuenio cibis placere. Et ĩ lacte iucũdius aluũ molliri. Et si decocti succus bibat:efficacissime exinaniri. Maioris succus excipit æstate:hora sexta:miscet cum uino:sic firmior. Capitis dolores sedat rosaceo:admixto. Verrucas cũ sale tollit succus e folio. Vnde nri uerrucariã herbã appellauere:aliis cognominari effectibus dignioreẽ. Nãq; & serpẽtibus & scorpiõibus resistit ex uino & aq̃ mulsa:ut apollophanes:& apollodorus tradũt. Folia ĩfantiũ distillatiõibus:qd̃ siriasin uocãt illita medẽt. Itẽ cõtractionibus:etiã si id comitialiter accidat. Decocto quoq; foueri eos saluberrimũ est. Potũ id pellit tineas:& renũ harenas. Si cuminũ adiiciat:calculos frãgit. Decoq cũ radice oportet. Quæ cũ foliis & hircino seuo podagris illinit. Alteꝝ genus qd̃ tricoccũ appellauimus:& alio noĩe scorpiuron uocat:foliis nõ solũ minoribus:sed ẽt in terrã uergẽtibus. Semẽ ei est effigie scorpiõis caudæ:q̃re ei nomẽ. Vis ad oĩa uenenata & phalangia:& cõtra scorpiones p̃cipue illita. Nõ seriunt habẽtes. Et si terrã surculo heliostrophii circunscribat aliqs:negant scorpionẽ egredi. Impositа uero herba aut inde oĩno respsum ꝓtinus mori. Sic seminis grana q̃ttuor pota q̃rtanis ꝓdesse dicunt. Tria uero tertianis. Vel si herba ter circũlata subiiciat capiti. Semen & uenerẽ stimulat. Cũ melle panos discutit. Et uerrucas hoc utiq; heliostrophiũ radicitus extrahit:& excrescẽtia in sedibus. Spinæ quoq; ac lumborũ sanguinẽ corruptũ trahit:illitũ semẽ & potũ in iure gallinacei decoctũ:aut cũ bета:aut lente. Cortex uero liuẽtibus colorẽ reddit. Magi heliostrophiũ q̃rtanis q̃ter:in tertianis ter alligari iubent ab ipso ægro: p̃cariq;
Vel non eũ soluturũ se nodos:& liberatũ:& ita facere:cũ exempta herba. Aliud adianto miraculũ:æstate uiret: bruma nõ marcescit aq̃s respuit:ꝓfusum mersumq;:sicco simile est:tãta dissotiatio deprehẽdit:unde & nomẽ a græcis. Alioqn frutici topiario. Quidã callitrichon uocãt:alii polytrichon. Vtrũq; est ab effectu. Tingit.n. capillũ:& ad hoc decoquit in uino cũ semine apii adiecto oleo copiose:ut crispũ dẽsumq; faciat. Defluere ãt ꝓhibet. Duo genera eius:cãdidius:& nigrũ breuiusq;. Id qd̃ maius est polytrichon:aliud trichomanes uocant. Vtriq; ramuli nigro colore nitent foliis filicis:ex quibus iferiora aspera ac fusca sunt. Oĩa aũt cõtrariis pediculis densa iter se ex aduerso:radix nulla:umbrosas petras:parietũq; aspgines:ac fontiũ maxie specus sequit:& saxa manãtia:qd̃ miremur:cũ aquas nõ sentiat. Calculos e corpore mire pellit:frãgitq;:utiq; nigrũ. Qua de cã potius q̃ q; in saxis nasceret:& a nris saxifragũ appellatũ crediderim. Bibit e uino q̃tũ terni decerpsete digiti. Vrinã cient. Serpentiũ & araneoꝝ uenenis resistunt. In uino decocti aluũ sistunt. Capitis dolores corna ex iis sedat: Cõtra scolopẽdræ morsus illinunt:crebro auferẽdi:ne pereãt. Hoc & ĩ alopeciis. Strumas discutiunt:furfuresq; in facie:& capitis manancia ulcera. Decoctũ ex iis ꝓdest suspiriosis:& iocineri:& lieni:& felle suffusis:& hydropicis. Strãgurie illinunt:& renibus cum absinthio. Secũdas cient & mẽstrua. Sanguinẽ sistũt ex aceto:aut rubi succo poti. Infantes quoq; ulcerati pungũt ex iis cũ rosaceo & uino prius. Foliũ in urina pueri ipubis tritũ qdẽ cũ aphronitro:& illitũ uentri mulieꝝ:ne rugosus fiat:pstare dr. Perdices & gallinaceos pugnatiores fieri putant in cibũ eoꝝ additis:pecoriq; esse utilissimos.

De picride:thesio:& asphodelo:halimo:& acantho:& bupresti:elaphoboscho. Scandice:& iasiona: & de caucalide:Sio:syllibo. Scolymo siue lymonio:soncho:cõdrilo siue cõdrili & boletis. CA. XXII.

PIcris ab insigni amaritudinis cognominatur:ut diximus:rotundo folio. Tollit eximie uerrucas. Thesium quoq; non dissimili amaritudine est:sed purgat aluum:in quem usum teritur ex aqua. Asphodelum de clarissimis herbarum:quã heroion aliqui appellauerunt. Hesiodus & in syluis nasci dixit. Dionysius marem ac fœminam esse. Defectis corporibus: & ptysicis constat bulbos.

eius cum ptisana decoctos aptissime mederi: panemq; ex iis cum farina subactum saluberrimum esse. Nicander & contra serpentes: & scorpiones: uel caulem quem anthericon uocauimus: uel semen: uel bulbos dedit in uino tribus drachmis. Substrauitq; somno contra metus. Datur & contra uenenata marina: & cõtra scolopendras terrestres. Cochleæ mire in campania caulem eum persequuntur: & suggendo arefaciunt. Folia quoq; illinuntur uenenatorum uulneribus ex uino. Bulbi neruis articulisq; cum polenta tusi illinuntur. Prodest & concisis ex aceto lichenas fricare. Item ulceribus putrescentibus ex aqua imponere. Mãmarum quoq; & testium inflãmationibus. Decocti in fæce uini oculorum epiphoris suppositio lintheolo medentur. Foliis in quocunq; morbo decoctis magis medici utuntur. Item ad tibiarum tetra ulcera: rimasq; corporum quacunq; in parte farina arefactorum. Autũno autem colliguntur: cum plurimũ ualẽt. Succus quoq; ex tusis expressus aut decoctus utilis fit corporis dolori cum melle. Item odorem corporis iucundũ affectantibus cũ iri arida: & sale exiguo. Folia etiam supradictis medentur. Et strumis: panis: ulceribus in facie decocta cum uino. Cinis e radice alopecias emendat: & rimas pedum. Decoctæ radicis in oleo succus perniones: & ambusta. Et ad grauitatem aurium infunditur. A contraria aure in dolore dentium. Prodest & urinæ pota modice radix: & menstruis: & lateris doloribus. Item ruptis: conuulsis: tussibus drachmæ pondere in uino pota. Eadem & uomitiones adiuuat cõmanducata. Semine sumpto turbatur uenter. Chryser mus & parotidas in uino decocta radice curauit. Item strumas ammixta canchry ex uino. Quidam aiunt: si imposita radice pars eius in fumo suspendatur: & quarta die soluat: una cũ radice arescere strumã. Sodes ad podagras utroq; mõ cocta crudaq; usus est. Ad perniões decoctam ex oleo dedit: & suffusis felle in uino: & hydropicis. Venerem quoq; concitari cum uino & melle perunctis aut bibentibus tradiderũt. Xenocrates & lichenas: & psoras radice in aceto decocta tolli dicit. Itẽ si cocta sit cum hyoscyamo & pice liquida: alarũ quoq; & fœminũ uitia. Et capillũ crispiorẽ fieri raso prius capite: si radice ea fricetur: Simus lapides renũ in uino decocta atq; pota eximi. Hippocrates semen eius ad ipetus lyenis dari censet. Iumentoq; quoq; ulcera ac scabiem radix illita aut decoctæ succus ad pilum reducit. Mures etiam eadem fugantur. Cauerna præclusa moriuntur. Asphodelon ab Hesiodo quidã halimon appellari existimauere: qđ falsum arbitror. Est enĩ suo noie halimon nõ parui & ipsum erroris inter auctores. Alii, n. fruticem esse dicunt densum: candidũ: sine spina: foliis oleæ: sed mollioribus. Coquitur ãt hoc ciboq; gratia. Radix tormina discutit drachmæ pondere in aqua mulsa pota. Itẽ conuulsa rupta. Alii olus maritimũ esse dixere falsum: & inde nomen foliis in rotunditate longis laudatũ in cibis. Duoq; præterea generum siluestre: & mitius utrũq; prodesse dysentericis & exulceratis cum pane: stomacho uero ex aceto. Vlceribus uetustis illinitur crudum: & uulnerũ recentium impetus lenire perhibetur: & luxatorum pedum ac uesicæ dolores. Siluestri tenuiora folia: sed in iisdem remediis effectus maiores: & in sananda hominũ ac pecorum scabie. Præterea nitorem corpori fieri: dentibusq; candorem: si fricentur radice ea. Semine linguæ subdito sitim non sentiri. Hoc quoq; mãdi. Et utraq; etiam condiri. Crateias etiam tertium genus tradidit longioribus foliis & hirsutioribus odore cupressi: nasci sub hedera: maxime prodesse opisthotonicis: contractionibus neruorum tribus obolis in sextarium aquæ. Acanthos est topiaria & urbana herba: elato lõgoq; folio crepidines marginum adsurgentiũq; puluinorũ toros uestiens. Duo genera eius sunt aculeatum & crispum: quod breuius. Alterũ lene: qđ aliq pederoton uocant: alii melamphyllũ. Huius radices ustis luxatisq; mire prosunt. Item ruptis conuulsis: ptysin metuentibus incoctæ cibo: maxime ptisana. Podagris quoq; illinunt tritæ & calefactæ calidis. Bupleuron in sponte nascentiũ herbaq; numero græci habent: caule cubitali: foliis multis, longisq; : capite anethi: laudatũ in cibis. Hippocrate in medicina. Glaucone: & Nicandro. Semen contra serpentes ualet. Folia ad secundas fœminaq; uel succũ ex uino illinunt. Et strumis folia cũ sale & uino. Radix contra serpentes datur in uino: & urinæ ciendæ. Bupreſtin magna in constantia græci in laudibus ciborũ etiam habuere. Iidemq; remedia tanq̃ contra uenenum prodiderunt. Et ipsum nomen indicio est boum esse uenenum: quos dissilire degustata fatentur. Quapropter nec de hac plura dicemus. Est uero causa quapropter uenena monstremus iter gramineas coronas: nisi libidinis causa expetenda alicui uideẽ: quã non aliter magis accendi putãt q̃ potu. Elaphoboschon ferulaceũ est geniculatũ: digiti crassitudine: semine corimbis dependẽtibus: similis effigie: sed nõ amaris: foliis olusatri: & hoc laudatũ in cibis. Quippe etiã conditũ prorogaẽ ad urinam ciendam: lateris dolores sedandos: rupta conuulsa sananda: inflationes discutiendas: coliq; tormenta. Cõtra serpentium omniumq; aculeatorum ictus. Quippe fama est hoc pabulo ceruos resistere serpentibus. Fistulas quoq; radix nitro addito illita sanat. Siccanda autem in eos usus prius est: ne succo eius madeat: qui contra serpentium ictus non facit eam deteriorem. Scandix quoq; in olere siluestri a græcis ponitur: ut Opion & Erasistratus tradunt. Item decocta aluum sistit. Semine singultus confestim ex aceto sedat. Illinitur ambustis: urinas cit. Decoctæ succus prodest stomacho iocineri: renibus: uesicæ. Hæc est: q̃ Aristophanes Euripidi poetæ obiicit ioculariter matrem eius ne olus quidem legitimum uenditasse olim: sed scandicem. Eadẽ erat anthriscus: si tenuiora folia & odoratoria haberet. Peculiaris laus eius q; fatigato uenere corpori succurrit: marcescentesq; senio iam coitus excitat. Sistit profluuia alba fœminarum. Et lasione olus siluestre habetur in terra repens cum lacte multo: florem fert candidum: concilium uocant. Et huius eadem commendatio ad stimulandos coitus. Cruda ex aceto in cibo sumpta mulieribus lactis ubertatem præstat. Salutaris est ptysin sentientibus. Infantium capiti illita nutrit capillum: tenacioremque eius cutem efficit. Est & caucalis fœniculo similis: breui caule: flore candido: cordi utilis. Succus eius bibitur stomacho perquam commodatus: & urinæ: calculisque & harenis pellendis: & uesicæ pruritibus. Extenuat & lyenis iocineris renumque pituitas. Semen menses fœminarum adiiuuat: bilemque a partu siccat. Datur & contra profluuia genituræ uiris. Chrysippus & conceptionibus eam putat conferre multum.

Vel ex tyrsis

uel cocci

Vel concitationem

Bibitur in uino ieiunis. Illinitur & cõtra uenena marinorum: ſicut Petricus in carmine ſuo ſignificat his ad
numerant ſion latius apio in aqua naſcẽs: pinguius: nigrius: copioſum ſemine: ſapore naſturtii. Prodeſt uri-
nis: renibus: lyenibus: mulierumq; menſibus ſiue ipſum in cibo ſumptum: ſiue ius decocti: ſiue ſemen e ui
no drachmis duabus. Calculos rumpit: aquiſq; q̃ gignũt eos reſiſtit. Dyſentericis prodeſt infuſum. Itẽ len-
tigini illitum: & mulierum uiciis in facie noctu illitum: momento cutem emendat: & ramices lenit: & ſca-
biem equorum. Sillybum chamæleonti albo ſimilem æque ſpinoſam ne in cilicia quidẽ: aut ſyria: aut phœ
nice: ubi naſcitur. Coquere tanti eſt: ita operoſa eius culina traditur. In medicina nullum uſum habet. Sco-
lymon quoq; in cibos recipit oriens: & alio noie limonion appellat. Frutex eſt nunq̃ cubitali altior: criſtiſq;
folioq; ac radice nigra: ſed dulci. Eratoſtheni quoq; laudata in pauperis cœna. Vrinam ciere præcipue tradi
tur. Sanare lychenas & lepras ex aceto. Venerem ſtimulari in uino. Heſiodo & Alcæo teſtibus: qui florente
ea cicadas acerrimi tantus eſſe: & mulieres libidinis auidiſſimas: uiroſq; in coitum pigerrimos ſcripſere: ue-
lut prouidentia naturæ hoc adiumento tunc ualentiſſimo: Item graueolentiam alaq; emendat: radicis eme-
dullatæ uncia in uini falerni heminis tribus decocta ad tertias: & a balneo ieiuno. Itemq; poſt cibũ cyathis
ſingulis pota. Mirum eſt: quod Xenocrates promittit experimẽto uitium id ex alis per urinã effluere. Eſtur
& ſonchos: ut quẽ Theſeo apud Callimachũ apponat Hecale uterq; albus: & niger: lactucæ ſimiles ambo:
niſi ſpinoſi eſſent: caule cubitali anguloſo: intus cauo: ſed qui fractus copioſo lacte manet. Albus qui e laſte
Vel ni- nitor utilis orthopnoicis lactucarũ modo. Eraſiſtratus calculos per urinã pelli eo monſtrat: & oris graueo-
tro lentiam cõmanducato corrigi. Succus trium cyathorũ menſura in uino albo & oleo calefactus adiuuat par
tus: ita ut a potu ambulent grauidæ. Datur & in Scorpione. Ipẽ caulis decoctus facit lactis abundantiam nu
tricibus: coloremq; melioré infantiũ. Vtiliſſimus iis: quæ lac ſibi coire ſentiant. Inſtillaẽ auribus ſuccus: cali
duſq; in ſtranguria bibiẽ cyathi mẽſura: & in ſtomachi roſionibus cũ ſemine cucumeris: nucleiſq; pineis. Il
liniẽ & ſedis collectionibus. Bibitur cõtra ſerpentes ſcorpioneſq;: radix uero illiniẽ. Eadẽq; decocta in oleo
punici mali calice auriũ morbis præſidiũ eſt. Hæc oſa ex albo. Cleomporus nigro, phibet ueſci: ut morbos
faciente: de albo cõſentiens. Agathocles etiã cõtra ſanguinẽ tauri demonſtrat ſucco eius uti. Refrigeratoriã
tamẽ uim eſſe conuenit nigro: & hac cauſa imponendũ cũ polenta. Zenon radice albi ſtranguriã docet ſana
ri. Chondrilon ſiue condrile tolia hẽt intubi circũroſis ſimilia: caulẽ minus pedali ſucco madentẽ amaro: ra
dice fabæ ſimili: aliq̃do numeroſa. Habet proximã terræ maſtichẽ tuberculo fabæ: quæ appoſita fœmina-
rũ menſes trahere dicit. Tuſa cũ radicibus tota diuidit in paſtillos cõtra ſerpentes: argumẽto ꝓbabili. Siqui
dẽ mures agreſtes læſi ab iis hanc eſſe dicunt. Succus ex uino coctæ aluũ ſiſtit. Eadẽ palpebraq; pilos inordi
natiſſimos pro gũmi efficaciſſime regit. Dorotheus ſtomacho & cõcoctionibus utilẽ ſuis carminibus pro-
nunciauit. Aliq fœminis & oculis generatiõiq; uiroq; contrariã: putauere. Inter ea q̃ temere manduntẽ: bole
tos merito poſuerim. Optimus qdẽ eſt is cibus: ſed imenſo exẽplo in crimẽ adductus ueneno Tiberio Clau
dio principi per hãc occaſionẽ a coniuge dato Agrippina: quo facto illa terris uenenũ alterũ ſibiq; ante oẽs
Vel ue- Neronẽ ſuũ dedit. Quorundã ex iis facile noſcunt uenena: diluto rubore: rancido aſpectu: liuido intus co-
riſimi- lore: rimoſaſtria pallido ꝑ ambitũ labro. Nõ ſunt hæc in qbuſdã: ſicciq; & nitri ſimiles ueluti guttas in uer-
les tice albas ex tunica ſua gerunt. Voluã. n. terra ob hoc prius gignit: ipm poſtea in uolua ceu in ouo luteum.
Vel uul Nec tunicæ minor gra in cibo infantis boleti. Rumpiẽ hæc primo naſcente: mox creſcente in pediculi cor-
uam pus abſumiẽ: raroq; unq̃ geminis ex uno pede. Origo prima cauſaq; limo: & aceſcente ſucco madẽtis terræ:
Vel uul aut radicis ferme glãdiferæ: initioq; ſpuma lentior. Dein corpus mẽbranæ ſimile. mox partus: ut diximus
ua illa pernitialia prorſus ꝑobãda. Si. n. caligaris clauus: ſi ferri uel calybis aliq̃ rubigo: aut pãni marcor affue
rit: oẽm ilico ſuccum alienũ ſaporẽq; in uenenũ decoquit: deprehendiſſeq; niſi agreſtes poſſunt atq; q colli
gunt: ipſi alia uitia. Nunc quidẽ ſi ſerpentis cauerna iuxta fuerit: ſi pateſcentes primo adhalauerit: capaci ue-
nenoq; cognatione ad uirus accipiendũ. Itaq; caueri conueniet prius q̃ ſe condant ſerpentes. Signa erunt tot
herbæ tot arbores fruticeſq; ab emerſu eaq; ad latebrã uſq; uernãtes: & uel fraxini tantũ folia: nec poſtea na
ſcentia: nec ante decedẽtia. Et boletis quidem ortus occaſuſq; ois intra dies ſeptem eſt.

De fungis: & ſilphio: & de laſere medo. CA. XXIII.

FVngorum lentior natura: & numeroſa genera: ſed origo non niſi ex pituita arborum. Tutiſſimi
qui rubent callo minus diluto rubore q̃ boleti. Mox candidi: uelut apice flaminis: inſignibus pe-
diculis. Tertium genus ſuillis ueneni accomodatiſſimi. Familias nuper interemere: & tota conui-
uia. Anneum Serenum prefectum Neronis uigilum & tribunos & centuriones quoſq;. Voluptas
Vel ta- tanta ancipitis cibi. Quidã diſcreuere arboq; generibus fico ferula: & gũmi ferẽtibus. Nos itẽ fago aut robo
xo re aut cupreſſo ut dixius. Sed iſta qs ſpondet in uenalibus. Oium colos liuidus. His aberit ueneni argumẽ-
Vel hic tum: quo ſimilior fuerit arborum fici. Aduerſus hæc diximus remedia: dicemuſq;: interim ſunt aliq̃ & in
hẽbit iis Claudius ſtomacho utiles putat boletos. Siccanẽ pendentes ſuilli iunco trãſfixi: q̃les a bithynia ueniunt.
Hi fluxionibus alui: quas rheumatiſmos uocant: medentur: excreſcentibuſq; in ſede carnibus: minuunt. n.
eas: & tẽpore abſumunt. Itẽ lentigines & mulierũ uitia in facie leuant. Lauantur etiam ut plumbũ in oculo
rum medicamenta. Sordidis ulceribus: & capitis eruptionibus: canum morſibus ex aqua illinuntur. Liber
& coquendi dare aliquas communes in omni eorum genere obſeruationes: quando ipſæ ſuis manibus de-
litiæ præparant hunc cibum ſolum: & cogitatione ante paſcuntur: ſuccineis nouaculis aut argenteo appa-
ratu comitante. Noxii erunt fungi: qui in coquendo duriores fiunt. Innocentiores: qui nitro addito co-
quentur: ſi utique percoquantur. Tutiores fient cum carne cocti: aut cum pediculo pyri. Proſunt & pyra confeſtim ſumpta. Debellat eos & aceti natura contraria his. Imbribus proueniunt omnia hæc. Imbre & ſilphion uenit primo e cyrenis: ut dictum eſt. Ex ſyria nunc hoc maxime importatur deterius

perthico:ſed medico melius.extincto oī cyrenaico ut diximus.Vſus ſilphii in medicina.Nam folia ad expurgandas uuluas:pellendoſq; e mortuos partus decoquuntur in uino albo odorato:ut bibatur menſura acetabuli a balneis.Radix prodeſt arteriis exaſperatis:& collectionibus ſanguinis illinit.Sed & in cibis concoquitur ægre.Inflationes facit & ructus.Vrinæ quoq; noxia.Suggillatis cū uino & oleo amiciſſima:& cū cæra ſtrumis.Verrucæ ſedis crebiore eius ſuffitu cadunt.Laſer e ſilphio profluens quo diximus mō: inter eximia eſt naturæ dona numeratū.Pluribus cōpoſitionibus inſerit.Per ſe aūt algores excalfacit.Potū neruorū uitia extenuat.Fœminis dat in uino.Et lanis mollibus admouet uuluæ ad mēſes ciendos.pedum cluos circūſcarificatos ferro mixtū cæræ extrahit.Vrinā ciet ciceris magnitudine dilutū.Andrias ſpondet copioſius ſumptū:nec inflationes facere:& cōcoctioni plurimū cōferre ſenibus & fœminis.Itē hyeme q̄ æſtate utilius.Verūtamen aquā bibentibus:cauendūq; ne qua intus ſit exulceratio.Ab ægritudine recreationi efficax in cibo.Tempeſtiue enī datū cauteriū optinet:aſſuetis etiā utilius q̄ expertibus.Extera corpoꝝ idubitatas confeſſiones hēt.Venena teloꝝ & ſerpentiū extinguit potū:ex aqua uulneribus iis circūlinitur.Scorpionū tantū plagis ex oleo.Vlceribus uero nō matureſcētibus cū farina hordeacea uel fico ſicca Carbunculis cum ruta uel cū melle:uel p ſe uiſco ſuperlitū ut hæreat.Sic & ad canis morſus.Excreſcētibus circa ſedē cū germine punici mali ex aceto decoctū.Clauis pedū:qui uulgo morticini appellant:nitro mixto ante ſub actas.Carnes replet cū uino & croco:aut pipere:aut muriū fimo & aceto.Perniones ex uino fouet:& ex oleo coctū imponit.Sic & callo.Clauis pedū ſuperraſis præcipuæ utilitatis.Cōtra aquas malas:peſtilētes tractus uel dies.In tuſſi:uua:fellis ueteris ſuffuſione:hydropicis raucitatibus.Cōfeſtim enim purgat fauces:uocēq; reddit.Podagras in ſpongia dilutū poſtea lenit.Pleureticis in ſorbitione uinū poturis dat:contractionibus opiſthotonicis:ciceris magnitudine cæræ circūlitū.In angina gargariſſat.Anhelatoribus & in tuſſi uetuſta cū porro ex aceto datur:atq; ex aceto iis qui coagulū lactis ſorbuerint.Præcordioꝝ uitiis ſyntecticis:comitialibus in cibo:in aqua mulſa lingue paralyſi.Coxendicibus:lumboꝝ doloribus:cū decocto melle illinit.Non cenſuerim:qđ auctore ſuadent:cauernis dentiū in dolore inditū cæra includi:magno experimēto hominis:q ſe eadem cā præcipitauit ex alto.qppe tauros inflāmat naribus illitis.Serpētes auidiſſimas uini admixtū rumpit:ideo nec inungi ſuaſerim cum attico melle:licet præcipiant.Quas hēat utilitates admixtū aliis īmenſum eſt referre:& nos ſimplicia tractamus:qm̄ in iis naturā eē apparet in illis cōiecturā ſæpe fallacem:nulli ſatis cuſtodita in mixturis cōcordia naturæ ac repugnātia.Qua de re mox plura dicemus.

De natura mellis:& aqua mulſa.Et quare genere ciborum mores īmutentur:& de melitide:& cæra. CA. XXIIII.

NOn eſſet mellis auctoritas in præcio minor:q̄ laſeris:ni ubiq; naſceret.Illud ipſa fabricata ſit natura.Sed & huic gignēdo aīal ut dixīus īnumeros ad uſus ſi quotiēs miſceat:æſtimemus.Prima p̄polis alueoꝝ:de qua diximus:aculeos & oīa ifixa corpori extrahit:tubera diſcutit:dura cōcoquit dolores neruoꝝ mulcet:ulceraq; iā deſperantia cicatrice īcludit.Mellis qdē ipſius natura talis eſt ut putreſcere corpora nō ſinat iucūdo ſapore:atq; nō aſpero:alia q̄ ſalis natura.Faucibus:tonſillis:anginæ:oībuſq; oris deſideriis utiliſſimū:areſcentiq; in febribus linguæ.Iā uero peripneumonicis:pleureticis decoctum.Itē uulneribus:a ſerpente percuſſis.Et contra uenena fungoꝝ.Paralyticis in mulſo:q̄q̄ ſuæ mulſo dotes cōſtant.Mel auribus inſtillatū cum roſaceo prodeſt:lendes:& fœda capitis aīalia necat.Vſus deſpumati ſemp aptior:ſtomachū tamen inflat:bilē auget:faſtidiū creat:& oculis per ſe inutile aliq arbitrant.Rurſus quidā angulos exulceratos melle tangi ſuadent.Mellis cauſas atq; differentias nationeſq; & indicationem in apum:ac deinde florū natura diximus:cū ratio operis diuidi cogeret miſcenda.Rurſus naturā rerū pernoſcere uolentibus.In mellis operibus:& aqua mulſa tractari debet.Duo genera eius ſubitæ:ac recentis.Alterū inueteratæ.Repentina deſpumato melle præclarā utilitatē habet in cibo ægrotantiū leui:hoc eſt alicæ elutæ:uiribus recreandis:ore ſtomachoq; mulcendo:ardore refrigerando.Frigidā enim utilius dari uentri moliendo.Inuenio etiam apud auctores hunc potum bibendum alſioſis.Item animi humilis:& præparci quos illi dixere micropſychos.Eſt & ratio ſubtilitatis īmenſæ a Platone deſcendens.Corpuſculis rerum leuibus ſcabris angulosis rotundis magis:aut minus:ad aliorum naturam accedentibus:ideo non eadem oībus amara:aut dulcia eſſe.Sic & in laſſitudine proniores eē ad iracundiā:& in ſiti.Ergo & hæc aī aſperitas:ſeu potius aīæ dulciore ſucco mitigat.Lenit tranſitū ſpiritus:& molliores facit meatus:ne ſcindāt euntem redeuntēq;.Experimenta in ſe cuiq;.Nullius non ira:luctuſq;:triſtitiæ.Omnis animi impetus cibo mollit.Iōq; obſeruanda ſunt:quæ non ſolū corpoꝝ medicinā:ſed & morū habēt.Aqua mulſa & tuſſientibus utilis tradit.Calefacta incitat uomitiones.Contra uenenū pſimythii ſalutaris addito oleo.Itē contra hyoſcyamū cum lacte maxime aſinino:& contra hallicaccabum ut diximus.Infunditur & auribus:& genitaliū fiſtulis.Vuluis imponit cū pane molli.Subitis tumoribus:luxatis:leniendiſq; oībus.Inueteratæ autē uſum dānauere poſteri.minus innocentē aqua:minuſq; uino firmū.Longa tamē uetuſtate tranſit in uinū:ut conſtat inter oēs ſtomacho inutiliſſimū:neruiſq; contrariū.Semper mulſum ex uetere uino utiliſſimū:facillimeq; cum melle concorporatur:quod in dulci nunquā euenit.Ex auſtero factum non implet ſtomachum neq; ex decocto melle:minuſq; inflat:quod fere euenit.Appetendi quoq; reuocat auiditatem cibi.Aluum mollit frigido potu pluribus:calido ſiſtit.Corpora auget.Multi ſenectam longam mulſi tantum nutritu tolerauere:neq; alio ullo cibo.Celebri pollionis Romuli exēplo:quē centiſſimū annū excedentē cū Diuus Auguſtus hoſpes iterrogaret:q̄ nā rōne maxime uigorē illū aī:corporiſq; cuſtodiſſet:ille rndit:intus mulſo:foris oleo.Varro regiū morbū cognominatū arquatū tradit:qm̄ curet mulſo.Melitites quo fieret mō ex muſto & melle docuimus in rōne uini.Sæculis iā fieri non arbitror.Hoc genus inflationibus obnoxiū.Solebat tamen inueteratū alui cauſa dari in febre.Itē articulario morbo:& neruoꝝ īfirmitate laborātibus:

Vel in trita

& mulieribus uini abſtemiis. Mellis naturæ adnexa cæra eſt: de cuius origine & bonitate nationibuſq; ſuis diximus locis. Ois aũt mollit: calfacit: explet corpora: recens melior. Datur in ſorbitiõe dyſentericis. Fauiq; ipſi in pulte alicæ prius toſtæ. Aduerſat lactis naturæ: ac milii magnitudine decẽ grana cæræ hauſta: nõ patiuntur coagulari lac in ſtomacho. Si inguem tumeat: albã cærã in pube fixiſſe remedio eſt. Nec huius uſus quos mixta aliis pſtat enumerare medicina poſſit: ſicuti nec cæteroꝝ quæ cũ aliis pſunt. Iſta: ut diximus: in geniis cõſtãt. Nõ fecit cærata: malagmata: emplaſtra: collyria: antidota parens illa ac diuina rerũ artifex. Officinaꝝ imo uerius auaritiæ cõmenta ſunt. Naturæ qdẽ opa abſoluta: atq; pfecta gignunt: paucis ex cã non ex cõiectura rebus aſſũptis: ut ſucco aliquo ſicca tẽperent ad meatus: aut corpore alio humentia ad nexus. Scrupulatim quidẽ colligere: ac miſcere uires: nõ cõiecturæ humanæ orbis: ſed impudẽtiæ eſt. Nos nec indicarum: arabicarumq; mercium: aut externi orbis attingimus medicinas. Non placent remediis tam longe naſcentia. Non nobis gignuntur. Immo ne illis quidem alioquin non uenderent. Odorum cauſa: unguẽtorumq; & delitiarum: ſi placet etiam ſuperſtitionis gratia emantur: quoniam thure ſupplicamus & cõſto. Salutem quidem ſine iis poſſe conſtare: uel ob id probabimus: ut tanto magis ſui delitias pudeat. Sed medicinas e floribus: coronamentiſq; & hortenſibus: quæq; mãduntur herbis proſecuti: quo nam modo frugum omittemus? Nimirum & has indicare conueniet.

Contra compoſitiones medicorum: medicinæ ex frugibus. CA. XXV.

IN primis ſapientiſſima aĩalium eſſe conſtat: quæ frugæ ueſcant. Siliginis grana cõbuſta: & trita in uino amineo oculis illita epiphoras ſedant. Tritici uero ferro cõbuſta iis: quæ frigus uſſerit pſentaneo ſũt remedio. Farina tritici ex aceto cocta neruoꝝ cõtractiõibus: cũ roſaceo uero: & fico ſicca mixiſq; decoctis. Furfures tonſillis faucibuſq; gargariſſatiõe pſunt. Sex. Pompeius ptorii uiri pater hiſpaniæ citerioris princeps cũ horreis ſuis uentilandis pſideret: correptus dolore podagre merſit in triticũ ſeſe ſup genua: leuatuſq; ſiccatis pedibus mirabili mõ hoc poſtea remedio uſus eſt. Vis tanta eſt: ut cados plenos ſiccet. Paleam quoq; tritici: uel hordei calidã imponi ramicũ incõmodis experti iubent: quaq; decoctæ ſunt aqua foueri. Eſt in farre uermiculus teredini ſimilis: quo cauis dentiũ cæra incluſo cadere uitiati dicunt: etiã ſi fricent. Olyram arincã diximus uocari. Hac decocta fit medicamentũ: qđ ægypti atharã uocant: infantibus utiliſſimũ: ſed & adultos illinunt eo. Farina ex hordeo & cruda & decocta collectiones: ĩpetuſq; diſcutit: lenit & cõcoquit. Decoquit alias in mulſa aqua: aut fico ſicca ad iocineris dolores: eã in poſca poſitã concoqui opus eſt: aut cum uino. Cũ uero inter concoquendũ diſcutiendũq; cura eſt: tunc in aceto melius: aut in fæce aceti: aut cotoneis pyriſue decoctis. Ad multipedũ morſus cũ melle: ad ſerpẽtiũ in aceto: & cõtra ſuppurantia: ad extrahẽdas ſuppurationes ex poſca: addita reſina & galla. Ad concoctiones uero & ulcera uetera cũ reſina. Ad duritias cũ fimo columbaꝝ: aut fico ſicca: aut cinere. Ad neruoꝝ inflamationes: aut inteſtinoꝝ: uel lateꝝ: uel uiriliũ dolores cũ papauere aut meliloto: & quotiens ab oſſibus caro recedit. Ad ſtrumas cũ pice: & impubis pueri urina. Cũ oleo & fœnogræco cõtra tumores præcordioꝝ: uel in febribus cũ melle uel adipe uetuſto. Suppuratis triticea farina multo lenior. Neruis cũ hyoſcyami ſucco illinitur. Ex aceto & melle lentigini. Zea ex qua aliq; fieri diximus: efficacior ẽt hordeacea uideť: trimeſtris mollior. Ex uino rubro ad ſcorpionũ ictus tepida: & ſanguinẽ excreantibus. Itẽ arteriæ. Tuſſi cũ caprino ſeuo aut butyro. Ex fœnogræco molliſſima oĩum. Vlcera manantia ſanat: & furfures corporis: ſtomachi dolores: pedes: & mãmas cum uino & nitro cocta. Herina magis cæteris purgat ulcera uetera: & grangrenas. Cũ rhaphano & ſale & aceto lichenas. Lepras cũ ſulphure uiuo. Et capitis dolores cũ adipe anſerino ĩpoſita fronti. Strumas & panos cõcoquit in fimo colũbino: & lini ſemine decocta in uino. De polentæ generibus in frugũ loco ſatis diximus: locoꝝ rõne: quæ a farina hordei diſtat eo q; torretur. Ad ſtomachũ utilis: aluũ ſiſtit: ĩpetuſq; rubicundi tumoris. Et oculis illiniť & capitis dolori cũ menta: aut alia refrigerãte herba. Itẽ pnionibus & ſerpentiũ plagis. Itẽ ambuſtis ex uino: inhibet quoq; puſtulas. Farina in pollinẽ ſubacta uim extrahendi humoris habet. Iõ & cruore ſuffuſis in faſcias uſq; ſanguinẽ perducit: efficacius in ſapa. Imponitur: & pedũ callo clauiſq;. Nã cum oleo uetere ac pice decocta polline condylomata: & alia oĩa ſedis uitia q̃ maxime calido mirabilẽ in modũ curanť. Pulte corpus augeť. Farina qua chartæ glutinanť: ſanguinẽ excreantibus datur tepida ſorbenda: efficaciter pdeſt. Halica res romana eſt: & nõ pridẽ excogitata: alioqn nõ ptiſanæ potius laudes ſcripſiſſent græci. Nondũ arbitror Põpeii magni ætate in uſu fuiſſe: & iõ uix qcq̃ de ea ſcriptũ ab Aſclepiadis ſchola. Eſſe quidẽ eximie utilẽ nemo dubitat: ſiue eluta detur ex aqua mulſa: ſiue in ſorbitiones decocta: ſiue in pulte. Eadẽ in aluo ſiſtenda torreť: dein fauoꝝ cæra coquiť: ut ſupra dixius. Peculiaris tamẽ lõgo morbo ad tabitudinẽ redactis ſubuenit: ternis eius cyathis in ſextarium aquæ ſenſim decoctis: donec ois aqua conſumať. Poſtea ſextario lactis ouilli: aut caprini addito p cõtinuos dies mox adiecto melle. Tali ſorbitiõis genere emẽdanť ſyntexes. Milio ſiſtiť aluus. Diſcutiunť torminia: in quẽ uſum torreť ante. Neruoꝝ doloribus & aliis feruens in ſacco poniť. Neq; aliud utilius: quoniã leuiſſimũ: molliſſimũq; eſt: & caloris capaciſſimũ. Itaq; talis uſus eius eſt ad oĩa: qbus calor profuturus eſt. Farina eius cũ pice liquida ſerpentiũ & multipedæ plagis imponiť. Panicũ Diocles medicus melfrugũ appellauit. Effectus habet quos miliũ. In uino potũ prodeſt dyſentericis. Similiter iis: quæ uaporanda ſunt excalfactũ imponitur. Siſtit aluũ in lacte caprino decoctũ: & bis die hauſtũ. Sic pdeſt & ad torminia. Seſama trita in ouo ſumpta inhibet uomitiones. Auriũ inflãmatiõi illiniť: & ambuſtis. Eadẽ efficit & dũ in herba eſt. Amplius hæc oculis imponiť decocta in uino. Stomacho ſutilis cibus: & aĩæ grauitatẽ facit. Stellionũ morſibus reſiſtit. Item ulceribus quæ cacoethe uocant. Et auribus oleum: qđ ex ea fit prodeſſe diximus. Seſamoides a ſimilitudine nomẽ accipit: grano amaro: folio minore. Naſcitur in glareoſis. Detrahit bilem in aqua potũ. Semẽ illinitur igni ſacro. Diſcutit panos. Eſt etiãnum aliud ſeſamoides antycitæ naſcẽs: qđ ideo aliq; anticyricon

Vel gallica

Vel aurium

uocant:cætera ſimile erigeronti herbæ:de qua ſuo dicemus loco. Granum ſeſamæ datur in uino dulci ad detractationes:quantū trinis digitis capitur. Miſcent ellebori albi unū & dimidiū obolum. Purgationē eā adhibētes maxime inſanæ melancholiæ:comitialibus:podagris. Et per ſe drachmæ pondere exinaniunt. Hordeum optimū quod candidiſſimū. Succus decocti in aqua cæleſti digeritur in paſtillos:ut infundatur exulceratis interaneis:& uuluis. Cinis eius ambuſtis illinitur:& carnibus:quæ recedunt ab oſſibus:& eruptionibus pituitæ:muris aranei morſibus. Idem aſperſo ſale:ac melle candorē dētibus:& ſuauitatē oris facit. Eos qui pane hordeaceo utuntur morbo pedū tentari negāt. Nouēq; granis ſi furunculū quis circūducat:ſingulis ter manu ſiniſtra & omnia in ignē abiiciat:cōfeſtim ſanari aiunt. Eſt & herba phœnicea appellata a græcis:a noſtris uero hordeū murinum. Hæc trita ex uino pota præclare ciet mēſes. Ptiſanæ quæ ex hordeo fit:laudes uno uolumine cōdidit Hippocrates:quæ nunc oēs in alicam tranſeunt. Contra quanto innocentior eſt alica:Hippocrates tantum ſorbitiōis gratia laudauit:quoniam lubrica: ex facili hauriretur: quoniam ſitim arceret:quoniam in aluo nō tumeſceret:quoniam facile redderetur:& aſſuetis hic ſolus cibus in febribus bis die poſſet dari:tantum remotus ab iſtis:qui medicinam fame exercent. Sorbitione tamen dari totum uetuit. Aliudue q̄ ſuccum ptiſanæ. Item uetuit quamdiu pedes frigidi eſſent: tūc quidem nec potionē dandam. Fit ex tritico glutinoſior:arteriæq; exulceratæ utilior. Amylon hebetat oculos: & gulæ inutile contra q̄ creditur. Item ſiſtit aluum:epiphoras oculorum inhibet:& ulcera ſanat. Item puſtulas & fluxiones ſanguinis. Genas duras emollit. Datur cum ouo iis:qui ſanguinem reiecerint. In ueſicæ uero dolore ſemūcia amyli cum ouo & paſſis tribus ſufferuefacta a balneo. Quin & auenæ farina decocta in aceto tollit neuos. Panis ipſe quo uiuitur innumeras pene cōtinet medicinas:ex aqua enim & oleo aut roſaceo mollit collectiones:ex aqua mulſa duricias ualde mitigat. Datur ex uino ad diſcutienda ualens: aut q̄ præſtringi opus ſit:& ſi magis etiānum ex aceto. Aduerſus acutas pituitæ fluxiones:quas græci reumatiſmos uocant. Item ad percuſſa luxata. Ad omnia autē hæc fermētatus:qui uocatur autopyros:utilior. Illinitur & paronychiis:& callo pedum in aceto ueteri. Nauticus panis tuſus atq; iterum coctus ſiſtit aluum. Vocis ſtudioſis:& contra diſtillationes ſiccū eſſe primo cibo utiliſſimū eſt. Sitanius hoc eſt trimeſtris incuſſa in facie aut diſquāmata cū melle aptiſſime curat. Candidus ægris aqua calida frigidaue madefactus leuiſſimum cibum prebet. Oculorū tumori ex uino imponitur:ſic & puſtulis capitis:aut adiecta arida myrto. Tremulis panē ex aqua eſſe ieiunis ſtatim a balneo demonſtrant. Quin & grauitatē odorum in cubiculis uſtus emēdat:& uini in ſaccis additus. Auxiliatur & faba. Nāq; ſolida fricta feruenſq; in acri aceto coniecta: torminibus medetur. In cibo freſſa & cum allio cocta contra deploratas tuſſes ſuppurationeſq; pectorum quotidiano cibo ſumitur:& cōmanducata ieiuno ore etiā ad furunculos maturandos:diſcutiēdoſue imponitur: & in uino decocta ad teſtium tumores. Lomento quoq; ex aceto decocto tumores maturat atq; aperit. Item liuoribus:combuſtis medetur. Voci eam prodeſſe auctor eſt. Mar. Varro. Fabalium etiam ſilliquarum cinis ad coxendices:& ad neruorum ueteres dolores cum adipis ſuilli uetuſtate prodeſt:& per ſe cortices decocti ad tertias ſiſtunt aluum. Lens optima quæ facillime coquitur:eaq; quæ maxime aquā abſorbet. Aciē quidem oculorum obtundit:& ſtomachum inflat:ſed aluum ſiſtit in cibo: magiſq; diſcocta cæleſti aqua: eadē ſoluit minus percocta. Puſtulas ulcerum rumpit:eaq;:quæ ītra os:ſunt purgat:& aſtringit. Collectiones omnes impoſita ſedat:maximeq; exulceratas & rimoſas. Oculorum autē epiphoras cum meliloto aut cotoneo. Contra ſuppurantia cum polenta imponitur. Decoctæ ſuccus ad oris exulcerationes & genitaliū adhibetur. Ad ſedem cum roſaceo aut cotoneo. In iis quæ acrius remedium exigunt:cum putamine punici melle modico adiecto. Ad id demuni:ne celeriter inareſcat:adiiciunt & betæ folia. Imponitur & ſtrumis paniſq; uel maturis uel matureſcentibus ex aceto diſcocta. Rimis ex aqua mulſa: & gangrenis cum punici germine:Item podagris cum polenta:& uuluis & renibus:& perniōibus. Vlceribus difficile cicatricem trahentibus. Propter diſſolutionem ſtomachi. xxx. grana lentis deuorantur. In choleris quoq;: & dyſenteria efficacior eſt in tribus aquis cocta. In quo uſu melius ſemper eam torrere:aut tundere:ut quam tenuiſſima detur:uel per ſe:uel cum cotoneo malo:aut pyris:aut myrto:aut intubo erratico:aut beta nigra:aut plantagine. Pulmoni eſt inutilis:& capitis dolori:neruoſiſq; omnibus:& felli:nec ſomno facilis:ad puſtulas utilis igniq; ſacro:& mammis i aqua marina decocta. In aceto autem duricias & ſtrumas diſcutit. Stomachi quidem cauſa polentæ modo potiōibus inſpergitur. Quæ ſunt ambuſta aqua ſemicocta curat. Poſtea trita: & per cribrum effuſo furfure:mox procedente curatione addito melle. Ex poſca coquitur ad guttura. Eſt & paluſtris lens & per ſe naſcens in aqua non fluente refrigeratoriæ naturæ. Propter quod collectionibus illinitur:& maxime podagris:& per ſe & cum polenta:glutinat & interanea procidentia. Eſt & ſilueſtris eleiſphacos dicta a græcis:ab aliis phacos. ea eſt ſatiua lente leuior:& folio minore:atq; ſicciore: & odoratiore. eſt & alterum gēus eius ſilueſtris:odore graui:hæc mitior. Folia habet cotonei mali effigie:ſed minora: & cardida:quæ cum ramis decoquuntur. Menſes cit:& urinas:& paſtinacæ marinæ ictus ſanat. Torporē aūt inducit percuſſo loco. Bibitur cum abſinthio ad dyſenteriam. Cum uino eadem commorantes menſes trahit. Abundantes ſiſtit decocto eius poto. Per ſe impoſita herba uulnerum ſanguinem cohibet. Sanat & ſerpentium morſus. Et ſi in uino decoquatur pruritus teſtium ſedat. Noſtri qui nunc ſunt herbarii eleliſphacon græce:latinæ ſaluiam uocāt mentæ ſimilem canam:odoratam:partus emortuos ea appoſita extrahūt. Item uermes aurium ulcerumq;. Cicer & ſilueſtre eſt:foliis ſatiuo ſimile:odore graui. Sed ſi largius ſumatur:aluus ſoluitur:& inflatio contrahitur:& tormina. Toſtum ſalubrius habetur. Cicercula etiamnum magis in aluo proficit. Farina utriuſq; ulcera manantia capitis ſanat:efficacius ſilueſtris. Item comitiales:& iocinerum tumores:& ſerpentium ictus. Cit menſes:& urinas:grano maxime. Emēdat & lichenas: & teſtium inflationes:regium morbum:hidropicos. Lædunt omnia hæc genera exulceratam ueſicam:& renes. Gan- Vel iflā matiōes

grenis utiliora cum melle & iis: quæ cacoethe uocantur. Verrucarum in omni genere prima luna singulis granis singulas tangunt. Eaq; grana in lintheolo deligata abiiciunt post se: ita fugari uitium arbitrãtes. Nostri præcipiũt arietinum in aqua cum sale discoquere: ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus urinæ. Sic & calculos pelli: morbumq; regium eiusdem foliis sarmentisq; decoctis aqua quã maxime calida morbos pedum tolli: & ipsum calidum tritumq; illitum. Columbini decocti aqua horrorem tertianæ & quartanæ minuere traditur. Nigrum autem cum gallæ dimidio tritum oculorũ ulceribus ex passo medetur. De eruo quædam in metione eius diximus: nec potentiam ei minorem ueteres quam brassicæ tribuere. Contra serpentium ictus ex aceto ad crocodillorum: hominumq; morsum. Siquis eruum quottidie ieiunus edat lyenem eius absumi certissimi auctores affirmant. Farina eius (ut ait Varro) maculas ex toto corpore emendat. Serpere ulcera non patitur. In mammis efficacissimum. Carbunculos rumpit ex uino. Vrinæ difficultates: inflationem: uitia iocineris: tenasmon: & quæ cibum non sentiant: atropha appellata: tostũ & in nucis auellanæ magnitudinem: melle collectum deuoratumq; corrigit. Item impetigines ex aceto coctum & quarto die solutum. Panos in melle suppurare prohibet impositum. Aqua decoctum perniões & pruritus sanat fouẽdo. Quin & uniuerso corpori: si quis quottidie ieiunus biberit: meliorem fieri colorem existimant. Cibis idem hominis alienum. Vomitiones mouet. Aliuum turbat. Capiti & stomacho onerosum. Genua quoq; degrauat. Sed madefactum pluribus diebus mitescit. Bubus iumentisq; utilissimum. Siliquæ eius uirides: priusquam indurescant: cum suo caule foliisq; contritæ capillos nigro colore ificiunt. Lupini quoq; siluestres sunt omnimodo minores satiuis: præterquam amaritudine. Ex oĩbus quæ edun-
tur: sicco nulli minus ponderis est: nec plus utilitatis. Mitescunt cinere: aut aqua calida. Discolorem hominem frequentiores in cibo exhilarant: Amari contra aspidas ualent. Vlcera atra aridi decorticatiq; triti supposito lintheolo ad uiuum corpus redigunt. Strumas: parotidas: in aceto cocti discutiunt. Succus decoctorum cum ruta & pipere: uel in febri datur ad uentris animalia pellenda minoribus triginta annorum. Pueris uero etiam impositi in uentrem ieiunis prosunt. Et alio genere tosti: & in defruto poti uel ex melle sumpti. Iidem auiditatem cibi faciunt: fastidium detrahunt. Farina eorum aceto subacta papulas pruritusque in balneis illita cohibet: & per se siccat ulcera. Liuores emendat. Inflammationes cum polenta sedat. Siluestrium efficacior uis est contra coxendicum: & lumborum debilitatem. Ex iisdem decocta lentigines & fo uentium cutem corrigunt. Si uero ad mellis crassitudinem decoquantur satiui: uitiligines nigras & lepras emendant. Satiui quoq; rumpunt carbunculos impositi: panos & strumas minuunt: aut maturant. Cocti ex aceto cicatricibus candidum colorem reddunt. Si uero cæleſti aqua decoquãtur: succus ille smegma fit: quo solent fouere gangrenas: eruptiones pituitæ: ulcera manantia utilissimum. Expedit ad lyenem bibere: & cum melle menstruis hærentibus. Lyeni crudi cum fico sicca triti ex aceto imponuntur. Radix quoq; in aqua decocta urinas pellit. Medentur pecori cum camæleonte herba decocti: aqua in potum collata. Sanat & scabiem quadrupedum omnium in amurca decocti: utroq; liquore postea mixto. Fumus crematorum culices necat. Irionem inter fruges sesamæ similem esse diximus: & a græcis erysimon uocari. Galli uelarũ appellant. Est autem fructicosum foliis erucæ angustioribus paulo: semine nasturtii. Vtilissimum tussientibus cum melle: & in thoracis purulentis excreatiõibus. Datur & regio morbo: & lumborum uitiis pleureticis: torminibus: cœliacis. Illinitur uero parotidum & carcinomatũ malis. Testium ardoribus ex aqua alias cum melle. Infantibus quoq; utilissimum. Item sedis uitiis & articulariis morbis cum melle & fico. Contra uenena etiam efficax potu. Medetur & suspiriosis. Item fistulis cum axungia ueteri ne intus addatur. Orminum siluestri (ut diximus) cymino simile est: cæterum dodrãtali altitudine. Duorum generum: alteri semen nigrius & oblongum. Hoc ad uenerem stimulandam: & ad oculorum argema & albugines. Alteri candidius semen & rotundius. Vtroq; tuso extrahuntur aculei ex corpore per se illitum ex aqua. Folia ex aceto imposita panos per se uel cum melle discutiunt. Item furunculos: prius quam capita faciãt: omneſq; acrimõias. Quin & ipsæ frugum pestes in aliquo sunt usu. Infœlix dictum est a Virgilio lolium. Hoc tamen molitum ex aceto coctum impositumq; sanat impetigines: celerius quo sæpius mutatum est. Medetur & podagris: aliisq; doloribus cum oximelite. Curatio hæc a cæteris differt. Aceti sextario uno dilui: mellis uncias duas iustum est: ita temperatis sextariis tribus decocta farina lolii sextariis duobus usque ad crassitudinem: calidumq; ipsum imponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit ossa fracta. Miliaria appellatur herba quæ necat milium. Hæc trita & cornu cum uino infusa podagras iumẽtorum dicitur sanare. Bromos semen est spicam ferentis herbæ: nascitur inter uitia segetis auenæ græcæ genere: & folio & stipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes paruulas uelut locustas habet. Semen utile ad cata plasmata atq; hordeum & similia. Prodest tussientibus succus. Orobanchẽ appellauimus necantem eruum & legumina. Alii cynomorion eam appellant a similitudine canini genitalis: cuius cauliculus est sine foliis pinguis: rubens. Estur & per se & in patinis: cum tenera est decocta. Et leguminibus innascuntur bestiolæ uenenatæ: quæ manus pungunt: & periculum uitæ afferunt. Solifugarum generis. Aduersus has omnia eadem medentur: quæ contra araneos & phalangia demonstrantur. Et frugum quidẽ hæc sunt in usu me dico. Ex iisdem fiunt & potus: zythum in ægypto: cælia & cærea in hispania: ceruisia & plura genera in gallia: aliisq; prouinciis: quorum omnium spuma cutem fœminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipsum attinet: præstat ad uini transire mentionem: atq; a uite ordiri medicinas arborum.

Vel lobas

Vel lacertas

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXIII.

PROOEMIVM.

ERACTA CAERealium in medēdo quoque natura eſt: omniumq; quæ ciborū aut florum odorūq; gratia proueniunt ſupina tellure: non ceſſit his pomona: parteſq; medicas pendentibus quoq; dedit: non contenta protegere: arborumq; alere umbra q̄ diximus: immo uelut indignata plus auxilii ieſſe iis quæ lōgius a cælo abeſſent: quæq; poſtea cœpiſſent. Primum enim homini cibum fuiſſe inde: & ſic iductos cælum ſpectare: paſciq; & nunc ex ſe poſſe ſine frugibus. Ergo hercule artes i primis dedit uitibus non contenta delitias etiam & odores atq; unguēta omphacio: & oenanthe: ac maſſari: quæ ſuis locis diximus: nobiliter inſtruxiſſe. Plurimū inquit homini uoluptatis ex me eſt. Ego ſuccū uini: liquorē olei gigno. Ego palmas & poma totq; uarietates. Neq; ut tellus omnia per labores: aranda tauris: terenda areis: deinde ſaxis: ut quando quantoue opere cibi fiant. At ex me parata oīa: nec curuo adorāda: aratro: nec cura laboranda: ſed ſeſe porrigentia ultro: & ſi pigeat attingere etiā cadentia. Certauit ipſa ſecum: pluſq; utilitatis cauſa genuit etiā: quā uoluptatis. Folio uitiū & pāpino capitis dolores: inflāmationeſq; corporū mitigātur cū polenta. Folia per ſe ardores ſtomachi ex aqua frigida. Cum farina uero hordei articularios morbos. Pāpini triti & ipoſiti tumorē omnē ſiccant. Succus eorū dyſentericis infuſus medetur. Lachryma uitiū quæ ueluti gūmi eſt: lepras & lichenas: & pſoras nitro ante præparatas ſanat. Eadē cū oleo ſæpius pilis illitis pſilothri effectū habet maximeq; aqua q̄ uirides accenſæ uites exudant: qua & uerrucæ tollunt. Pāpini ſanguinem excreantibus: & mulierū a conceptu defectioni diluti potu proſunt. Cortex uitiū & folia arida uulnerū ſanguinē ſiſtunt: ipſumq; uulnus cōglutinant. Vitis albæ uiridis tuſæ ſucco: & thure ipetigines tollunt. Cinis ſarmētoꝝ uitiūq; & uinaceorū cōdylomatis: & ſedis uitiis medetur ex aceto. Itē luxatis: & ambuſtis: & lyenis tumori cū roſaceo: & ruta: & aceto. Itē igni ſacro ex uino citra oleū aſpergitur: & itertrigines & pilos abſumit. Dant & bibendū cinerē ſarmentoꝝ ad lyenis remedia aceto cōſperſum ita ut uini cyathi in tepida aqua bibantur: utq; qui biberit in lyenē iaceat. Clauiculæ ipſæ quibus repūt uites tritæ: & ex aqua potæ ſiſtunt uomitionū cōſuetudinē. Cinis uitiū cū axungia uetere contra tumores proficit: fiſtulas purgat: mox & perſanat: neruorū dolores frigore ortos: cōtractioneſq;: contuſas uero partes cū oleo: carnes excreſcentes in oſſibus cū aceto & nitro: ſcorpionū & canū plagas cū oleo. Corticis per ſe cinis cōbuſtus pilos reddit. Omphaciū qua fieret ratione incipiētis uuæ pubertate in unguentoꝝ loco docuimus. Nunc ad medicinā de eo pertinentia īdicabimus. Sanat ea: quæ in humido ſunt ulcera oris: tonſillarū: genitaliū. Oculorum claritati plurimū confert. Scabriciæ genarū: ulceribuſq; angulorū: nubeculis: ulceribus quacunq; in parte manātibus. Cicatricibus marcidis. Oſſibus purulēte limoſis. Frangitur uehemētia eius melle aut paſſo. Prodeſt dyſentericis: ſanguinē excreantibus: anginis. Omphacio coheret oenanthe: quā uites ſilueſtres ferunt: dicta a nobis in unguenti ratiōe. Laudatiſſima in ſyria: maxime circa anthiochiæ & laodiceæ montes: & ex alba uite: refrigerat: aſtringit: uulneribus inſpergitur: ſtomacho illinitur: utilis urinæ: iocineri. Capitis doloribus: dyſentericis: cœliacis: cholericis: Cōtra faſtidia obolo ex aceto pota. Siccat manātes capitis eruptiones: efficaciſſima ad uitia quæ ſunt in humidis. Ideoq; & oris ulceribus: & uerendis: ac ſedi. Cū melle & croco aluum ſiſtit. Genarum ſcabiem emendat: oculorūq; lachrymationes. Ex uino ſtomachi diſſolutionem. Ex aqua frigida pota: ſanguinis excreationes. Cinis eius ad collyria & ad ulcera purganda & paronychia: & pterygia probatur. Vritur in furno: donec panis percoquatur. Maſſari: odoribus tātum gignitur omniaque ea auiditas humani ingenii nobilitauit: rapere feſtinando.

Vel ſed iam

De medicinis uuarū recētiū: & ſarmētis uuarū: & uīaceis: & de uua theriace: & de uua paſſa: & aſtaphide: & aſtaphiſagria: pituitaria: & labruſca: & de uite alba: & nigra: & de muſtis: & uini generibus. CA. I.

MAtureſentium autem uuæ uehementiores nigræ: ideoq; uinum ex iis minus iucundum: ſuauiores albæ: quoniā e tranſlucido facilius accipitur aer. Recentes ſtomachū & ſpiritum inflant: aluumq; turbant. Itaq; in febri damnant utiq; largiores. Grauedinē enim capiti: morbumq; lethargicū faciunt. Innocentiores quæ decerptæ diu pependere: qua uentilatione etiam utiles fiunt ſtomacho ægriſq;. Nam & refrigerant leuiter: & faſtidiū auferūt. Quæ aūt in uino dulci cōditæ fuere: caput tentant. Proxime ſunt penſilibus in palea ſeruatæ. Nam & uinaceis ſeruatæ & caput & ueſicā & ſtomachū infeſtant. Siſtunt tamē aluū: ſanguinē excreantibus utiliſſimæ. Quæ uero in muſto fuere peiorem

uim etiamnũ habent: q̃ quæ in uinaceis. Sapa quoq; ſtomacho inutiles facit. Saluberrimas putãt medici in cæleſti aqua ſeruatas: etiã ſi minime iucũdas: ſed uoluptatẽ earũ in ſtomachi ardore ſentient: & in amaritudine iecoris felliſq; uomitiõe. In choleris hydropicis cũ ardore febriũ ægrotantibus. At in ollis ſeruatæ: & os: & ſtomachũ: & auiditatẽ excitant. Paulo tamen grauiores exiſtimãtur fieri uinaceorũ halitu. Vuæ floré in cibis ſi edere gallinacei uuas nõ attingũt: Sarmenta earũ in quibus acini fuere aſtringẽdi uim habẽt. Efficatiora ex ollis. Nuclei acinorũ eandẽ uim optinent. Hi ſunt qui in uino capitis doloré faciũt. Toſti tritiq; ſtomacho utiles ſunt. Inſpergitur farina eorũ polentæ modo potionis dyſentericis: & cœliacis: & diſſolutis ſtomacho. Decocto etiã eorũ fouere pſoras: & pruritũ utile eſt. Vinacei per ſe minus capiti aut ueſicæ nocent q̃ nuclei. Mammarũ inflatiõi triti cum ſale utiles. Decoctura eorũ ueteres dyſentericos & cœliacos iuuat & potiõe & fotu. Vua theriace de qua ſuo loco diximus: cõtra ſerpentiũ ictus ualet. Pãpinos quoq; eius edendos cẽſent: iponendoſq; uinũq; & acetũ ex iis factũ auxiliarem contra eandẽ uim habent. Vua paſſa: q̃ aſtaphida uocãt: ſtomachũ uentrẽ interanea tentaret: niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei eſſent. Iis exemptis ueſicæ utilis habetur: & tuſſi alba utilior. Vtilis & arteriæ & renibus: ſicut ex iis paſſum priuatim e ſerpentibus. Cõtra hemorrhoiã potens. Teſtiũ iflãmatiõi cũ farina cumini aut coriandri iponunt. Itẽ carbunculis: articularibus morbis ſine uncleis tritæ cũ ruta fouere ante uino ulcera oportet. Sanãt epinyctidas: & dyſenteriã cũ ſuis nucleis: & in oleo coctæ grãgrenis illinunt cũ cortice rhaphani & melle. Podagris & unguiũ mobilibus cũ panace: & per ſe ad purgandũ os caputq; cũ pipere cõmãducant. Aſtaphis agria ſiue ſtaphis: quã uuã taminiã aliqui uocãt falſo: ſuũ enim genus habet: cauliculis nigris rectis foliis labruſcæ: fert folliculos uerius q̃ acinos uirides ſimiles ciceri. In iis nucleũ triangulũ. Matureſcit cũ uindemia nigreſcitq; cũ taminiæ rubentes norimus acinos: ſciamuſq; illã in apricis naſci: hãc nõ niſi in opacis. His nucleis ad purgationẽ uti nõ cenſuerim pp ancipitẽ ſtrangulationẽ: nec ad pituitã oris ſiccandã: fauces. n. ledũt. Phthiriaſi caput & reliquũ corpus liberãt triti. Facilius admixta ſandaraca. Itẽ pruritu & pſoris. Ad dentiũ dolores de
Vel gin giuarũ coquunt in aceto. Ad auriũ uitia rheumatiſmũ cicatricũ: ulcerũ manãtia. Flos tritus in uino cõtra ſerpẽtes bibitur. Semẽ. n. abdicauerim ,ppter nimiã uim ardoris. Quidã eam pituitariã uocãt: & plagis ſerpentium utiq; illinunt. Labruſca quoq; oenãthẽ fert ſatis dictã. Quæ a græcis ampelos agria appellat: ſpiſſis & candicãtibus foliis geniculata rimoſo cortice: fert uuas rubentes cocci modo: q̃ cutẽ in facie mulierũ purgãt: & uariis coxẽdicũ & lumborũ uitiis tuſæ cũ foliis & ſucco ,pſunt. Radix decocta in aqua & in uini coi cyathis duobus humoré alui ciet: ideo hydropicis datur. Hãc potius crediderim eſſe: quã uulgus uuã taminiã uocat. Vtuntur ea pro amuleto: & ad expiationem ſanguinis quoq; adhibẽt nõ ultra gargariſſatiões: & ne qd deuoretur addito ſale thymo aceto mulſo. Ideo & purgatiõibus ancipitem tentãt. Eſt huic ſimilis: ſed in ſalictis naſcens: ideo diſtinguitur noie: cũ eoſdẽ uſus habeat: & ſalicaſtrũ uocat: Scabiem & pruriginẽ hoíum & quadrupedũ aceto mulſo trita hæc efficatius tollit. Vitis alba quã græci ampeloleucen: alii ophioſtaphylen: alii melothron: alii pſilothrũ: alii archezoſtin: alii cedroſtin: alii madon appellant. Huius ſarmẽta lõgis: & exilibus internodiis geniculata ſcandunt. Folia pampinoſa ad magnitudinẽ hederæ diuiduntur ut uitiũ. Radix alba grandis: rhaphano ſimilis initio: ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt. Hi decocti in cibo aluũ & urinã cient. Folia & caules exulcerant corpus: utiq; ulcerũ phagedenis & grãgrẽis: tibiarumq; tedio. cũ ſale illinuntur. Semẽ in uua raris acinis dependet ſucco rubente poſtea croci. Nouere id qui coria perficiunt: illo enim utuntur. Pſoris & lepris illinitur. Lactis abundantiã facit coctũ cum tritico potumq;. Radix numeroſis utilitatibus nobilis cõtra ſerpentiũ ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia cutis in facie uaroſq; & lentigines & ſuggillata emendat & cicatrices. Eademq; præſtat decocta in oleo decocto: datur & in comitialibus potus. Item mente cõmotis: & uertigine laborãtibus drachmæ pondere quottidie anno toto. Et ipſa autẽ largior aliquanto purgat ſenſus. Illa uis præclara q; oſſa infracta extrahit in aqua impoſita ut bryenia: quare quidam hanc albam bryeniã uocant. Alia uero nigra efficatior in eodẽ uſu cum melle & thure. Suppuratiões incipientes diſcutit: ueteres maturat & purgat. Cit menſes & urinam. Elegma ex ea fit ſuſpirioſis: & contra lateris dolores uulſis ruptis. Splenẽ ternis obolis pota. xxx. diebus conſumit. Illinitur eadem cum fico & pterygiis digitorum. Ex uino ſecundas fœminarum appoſita trahit & pituitam drachma pota ex aqua mulſa. Succus radicis colligi debet ante maturitatẽ ſeminis: Qui illitus per ſe & cum eruo lætiore quodam colore & cutis teneritate mangonizat corpora. Serpentes fugat. Tunditur ipſa radix cũ pingui fico: erugatq; corpus: ſi ſtatim bina ſtadia ambulentur: alias urit: niſi frigida ſtatim abluatur. Iucundius hoc idem præſtat nigra uitis quoniã alba pruritum affert. Eſt ergo & nigra: quam proprie etiam bryeniam uocant: alii chironiam: alii gynæcanthen: aut aproniam: ſimilem priori præterquã colore. Huius enim colorem nigrum eſſe diximus: cuius aſparagos ſimiles. Diocles prætulit ueris aſparagis in cibo urinæ cien dæ: lyenicq; minuendo. In frutetis & harundinetis maxime naſcitur. Radix foris nigra: intus buxeo colore: oſſa infracta efficacius extrahit q̃ ſupradicta. Cæterũ eidẽ peculiare eſt qd' iumentoꝝ ceruicibus unice medetur. Aiunt ſi quis in uilla eã extruxerit: fugere accipitres: tutaſq; fieri aues uillaticas. Aliter eadẽ in iumento hoíeq; flegma aut ſanguinẽ qui ſcreatur: talo circunligata ſanat. Et hactenus de uitium generibus. Muſta differẽtias habẽt naturales has: q; ſunt cãdida aut nigra: aut iter utrũq; alia ex aliis: ex qbus uinũ fiat: alia ex qbus paſſum: curaq; differentias innumerabiles facit. In plenũ ergo hoc dixiſſe conueniet. Muſtũ omne ſtomacho inutile: uenis iucundũ. A balneis raptim & ſine interſpiratiõe potũ necat. cantharidũ naturæ aduerſatur. Item ſerpentibus maxime emorrhoiæ & ſalamandræ. Capitis doloribus facit: & gutturi inutile: Prodeſt renibus: iocineri: & interaneis ueſicæ: colleuat enim ea. Priuatim cõtra bupreſtin ualet. Cõtra meconium: lactis coagulationẽ: Cicutam: toxica: dorycnidium ex oleo potum redditumq; uomitionibus. Ad oía infirmius album: iucundius paſſi muſtũ: & q; minorẽ capitis dolorem afferat. Vini genera differẽtiaſq;

per quã multas expoſuimus:& fere cuiuſq; proprietates.Neq; eſt ulla pars difficilior tractatu:aut numeroſior.Quippe cũ ſit tardũ dictu pluribus proſit an noceat.Præterea q̃ ancipiti euentu potu ſtatim auxiliũ ſit aut uenenũ.Etenim de eius natura quæ ad remedia tantũ pertinent nunc loquimur.Vnum de dãdo eo uolumen Aſclepiades cõdidit:ab eo cognominatũ:q uero poſtea de uolumine illo diſſeruere innumeri. Nos iſta romana grauitate artium q; liberaliũ appetentia nõ ut medici:ſed ut iudices ſalutis humanæ diligenter diſtinguemus.De generibus ſingulis diſſerere immẽſum & inexplicabile eſt diſcordibus medicorũ ſententiis.Surrentinũ ueteres maxime probauere.Sequẽs ætas albanũ:aut falernũ.Deide alia alii iniquiſſimo genere decreti:quod cuiq; gratiſſimũ:cæteris oĩbus pronuntiãdo.Quin ut cõſtarent ſententiæ:quota portio tamẽ mortaliũ iis generibus poſſet uti? Iam uero nec proceres uſquã ſinceris.Eo uenere mores:ut nomina cellarũ modo ueneãt;ſtatim q; in lacubus uindemiæ adulterent.Ergo hercle mirũ dictu Innocẽtius iam ẽ: quodcunq; & ignobilius.Hæc tamẽ facere cõſtantiſſime uidẽtur ſententiæ uictoriã:quorũ mentionẽ feci mus:ſiquis hoc quoq; diſcrimẽ exigat.Falernũ nec ĩ nouitate:nec in nimia uetuſtate corpori ſalubre ẽ.Media eius ætas a quintodecimo anno ĩcipit.Hoc nõ rigido potu ſtomacho utile:nõ item in calido.Et in diutina tuſſi ſorbetur merũ utiliter a ieiunis:item in quartanis.Nullo æque uenæ excitantur:aluum ſiſtit:corpus alit.Creditũ eſt obſcuritatẽ uiſus facere:nec prodeſt neruis:aut ueſicæ.Albana neruis utiliora. Stomacho minus quæ ſunt dulcia uel auſtera:Falerna utiliora.Cõcoctionem minus adiuuãt.Stomachũ modice implent.At ſurrẽtina nullo modo:nec caput tentãt:ſtomachi & ĩteſtinorũ rheumatiſmos cohibent.Cecubum iam nõ gignitur.At quæ ſuperſunt ſetina cibos cõcoqui cogũt.Virium plus ſurrẽtino:auſteritatis albano:uehemẽtiæ minus falerno.Ab iis ſtatana nõ longo ĩteruallo abfuerũt.Aluo citæ ſigninũ maxime cõducere ĩdubitatum eſt:Reliqua in cõmune dicẽtur.Vino aluntur uires:ſanguis:coloſq; hoĩum.Hoc quoq; diſtat orbis medius:& mitior plaga a circumiectis:quãtum illis feritas facit roboris:tantũ nobis hic ſuccus. Lactis potus oſſa alit.Frugũ neruos:aquæ carnes.Ideo minus rubores eſt in corporibus illis & minus roboris:cõtraq; labores patiẽtiæ.Vino modico nerui iuuãtur:copioſiore læduntur:ſic & oculi. Stomachus recreatur.Appetẽtia ciborum inuitatur.Triſtitiæ cura hebetatur:Vrina & algor expellitur. Somnus cõciliatur.Præterea uomitionẽ ſiſtit.Collectiones extra lanis humidis ĩpoſitis mitigat.Aſclepiades utilitatẽ uini æquari uix deorũ potẽtia poſſe pronũtiauit.Vetus copioſiore aqua miſcetur.Magis nouũ urinam expellit: minus ſiti reſiſtit.Dulce minus ĩebriat:ſed ſtõacho ĩnatat.Auſteq; facilius cõcoq̃t.Leuiſſimũ ẽ: qđ celerrĩe ĩueterat. Minus ĩfeſtat neruos qđ uetuſtate dulceſcit.Stomacho minus utile eſt pingue nigrum:ſed corpora magis alit: tenue & augeq; mĩus alit:magis ſtomachũ nutrit.Celerius p urinã trãſit:tãtoq; magis capita tentat.Hoc & in omni alio ſucco ſemel dictum ſit.Vinũ ſi ſit fumo ĩueteratum inſaluberrimũ eſt.Mangones iſta in apothecis excogitauere.Iam & patreſſamilias ætatẽ ademere iis:quæ per ſe cariem traxere. Quo certe uocabulo ſatis cõſilii dedere priſci:quoniã & in materiis cariem fumus erodit.At nos e diuerſo fumi amaritudine uetuſtatẽ indui perſuaſum habemus.Quæ ſunt admodũ exalbida hæc uetuſtate inſalubria fiunt.Quo generoſius uinũ eſt:hoc magis uetuſtate craſſeſcit:& in amaritudinẽ corpori minime utilẽ coit. Condire eo aliud minus annoſum ĩſalubre eſt.Sua cuiq; uino ſaliua ĩnocentiſſima.Sua cuiq; ætas gratiſſima:hoc eſt media.Corpus augere uolentibus:aut mollire aluum:cõducit inter cibos bibere. Cõtra minuẽtibus:aluumq; cohibẽtibus ſitire in edendo:poſtea parum bibere.Vinũ ieiunos bibere nouitio iuuento iutiliſſimũ eſt.Curas uigorẽq; animi impedit ad procintũ tendẽtibus.Somno uero accommodatũ ac ſecuritatibus.Iamq; dudum hoc fuit:quod homerica illa Helena ante cibum miniſtrauit.Sic quoq; in prouerbiũ ceſſit:ſapientiã uino obumbrari:uitio damus homini quod ſoli animaliũ nõ ſitientes bibimus. Aquæ potum ĩterponere utiliſſimũ.Itemq; iugi ſuperbibere ebrietati:quã quidẽ frigidæ potus extemplo diſcutit. Meracis potiõibus per.xx.dies ante canis ortum totidẽq; poſtea ſuadet Heſiodus uti.Merum quidẽ remedio eſt cõtra cicutas:coriãdrum:aconita:uiſcũ:meconiũ:argẽtum uinũ:apes:ueſpas: crabrones: phalangia: ſerpẽtum ſcorpionũq; ictus:cõtraq; omnia quæ refrigerãdo nocent.Priuatim cõtra hemorrhoidas:preſteras:fungos:item cõtra inflatiões roſioneſq; præcordioq;:& quoq; ſtomachus in uomitiões effunditur. Et ſi uenter aut ĩteranea rheumatiſmũ ſentiant.Dyſentericis:ſudatoribus:in lõga tuſſi:in epiphoris meracũ. At uero cardiacis in mãma leua merum in ſpõgia imponi prodeſt. Ad oĩa autẽ maxime albũ inueteraſcẽs. Vtiliter etiã fouetur uino calido uirilitas iumẽtis:quo etiam infuſo cornu laſſitudinẽ auferri aiunt. Simias quadrupedeſq; quibus digiti ſunt:negãt creſcere aſſuetas meri potu.Nunc circa ægritudines ſermo de uinis erit.Saluberrimũ liberaliter genitis campaniæ quodcunq; tenuiſſimũ.Vulgo uero quod quẽq; maxime iuuerit ualidũ.Vtiliſſimũ oĩbus ſacco uiribus fractis.Meminerimus ſuccũ eẽ:qui feruẽdo uires e muſto ſibi fecerit.Miſceri plura genera oĩbus inutile.Saluberrimũ cui nihil in muſto additum eſt: meliuſq; ſi nec uaſis pix affuit.Marmore enim & gypſo:aut calce cõdita quis nõ etiã ualidus expauerit? In primis igit uinum marina aqua factum iutile eſt ſtomacho:neruis:ueſicæ.Reſina cõdita frigidis ſtomachis utilia exiſtimantur.Nõ expedire uomitionibus:ſicut neq; muſtum:neq; ſapa:neq; paſſum.Nouitium reſinatũ nulli cõducit.Capitis dolorẽ & uertigines facit:ab hoc dicta crapula eſt.Tuſſientibus:& in rheumatiſmo noĩa proſunt.Item cœliacis:& dyſentericis:mulierum menſibus. In hoc genere rubrum nigrũue magis conſtringit:magiſq; calefacit. Innocentius pice ſola cõditum.Sed & picem meminiſſe debemus nõ aliud eſſe q̃ combuſtæ reſinæ fluxum.Hoc genus uini excalfacit:cõcoquit:purgat:pectori:uentri utile. Item uuluarũ dolori ſi ſine febre ſint:ueteri rheumatiſmo:exulceratiõi:ruptis:cõuulſis:uomicis:neruorum infirmitati: inflationibus:tuſſi:anhelatiõibus:luxatis in ſuccida lana impoſitum. Ad omnia hæc utilius id quod ſponte naturæ ſuæ picẽ reſipit:picatumq; appellatur. Heluenaco quoq; tamen nimio caput tentari conueniet. Quod ad febrium ualitudines attinet:certum eſt nõ dandum in febre:niſi ueteribus ægris uinum:nec niſi

declinante morbo. In acutis uero periculis nullis nisi qui manifestas remissiones habeant: & has noctu potius. Dimidia enim pars periculi est noctu: hoc est spe somni bibentibus: nec a partu abortuue: nec a libidine ægrotantibus: nec in capitis doloribus: nec quoq; accessiones cū frigore extremitatū faciāt: nec in febri tussientibus: nec in tremore neruorūq; doloribus: uel fauciū: aut si uis morbi circa illa intelligat: nec in duritia p̄cordiorū: uenaq; uehemētia: neq; in opisthotono: tetano: nec singultientibus: nec si cū febre dispnoea sit. Minime uero oculis rigentibus: & genis stantibus: aut defectis: grauibusq;: nec quoq; cōniuentium perlucebūt oculi: neu palpebris nō coeuntibus. Vel si dormientibus hoc idem eueniet. Aut si cruore suffunduntur oculi: uel si lachrymæ in oculis erunt. Minimæ lingua fungosa: nec graui: & subinde īperfecta loquentibus: nec si urina difficile reddetur. Neq; expauescētibus repete. Nec spasticis: aut rursus torpētibus: nec si per somnos genitura effundet. Cardiacoq; morbo unicā spem hāc in uino esse certū ē. Sed id dādū qdā nō nisi in accessiōe censent: alii in remissiōe. Illi ut sudorē coerceāt. Hi quia tutius putāt minuēte se morbo: quāplurium sentētiam esse uideo. Dari utiq; nō nisi in cibo debet: nec a somno: nec præcedēte alio potu: hoc est utiq; sitienti nec nisi in desperatiōe summa: & uiro facilius q̄ fœminæ: seni q̄ iuueni: iuueni q̄ puero: hyeme q̄ æstate: assuetis potius q̄ exptibus. Modus dandi pro uehemētia uini: item mixtura. Atq; uulgo satis putāt unum uini cyathū duobus aquæ misceri. Si dissolutio sit stomachi dādum: & si cibus nō descēdat. Inter uini genera quæ fingi docuimus: nec fieri iam arbitror: Est & superuacaneus coq; usus: cū ipsis rebus exq̄bus fingit̄ doceamus uti: & alias modū excesserat medicorū in his ostentatio: ueluti e napis uinum utile esse ab armorū equitatus ue lassitudine præcipientiū: atq; ut reliqua omittamus: etiā in iunipero. Et si quis facius censeat absinthite uino utendū potius q̄ absinthio ipso. In reliquis omittat. Et palmeū capiti noxiū uētriq; tātum molliēdo: & sanguinē excreātibus nō inutile. Fictitium nō potest uideri: quod biæon appellauimus: cū sit in eo sola pro arte festinatio. Prodest stomacho dissoluto: aut cibos nō perficiente: prægnātibus: defectis: paralyticis: tremulis: uertigini: torminibus: ischiadicis. In pestilentia quoq;: ac peregrinatiōibus uim magnā auxiliandi habere dicitur. Vini etiā uitium trāsit in remedia. Aceto summa uis est in refrigerādo: nō tamen minor in discutiēdo. Ita fit ut infusum terræ spumet. Dictū est sæpius: diceturq; quotiēs cū aliis prosit. Per se haustum fastidia discutit. Singultus cohibet. Sternutamēta olfactu. Vim in balneis æstus arcet: si cōtinea tur ore. Quin & cū aqua bibitur. Multorū stomacho utiliter gargarissatur: Cum eadē conualescentiū & a solis ardoribus. Oculis quoq; illo modo saluberrimū. Plurimū fotu medetur post uredines. Itē lepris: furfuribus: ulceribus: manātibus: canis morsibus: scorpionū ictibus: scolopendrarum muris araneiq;. Contra omniū aculeatoq; uenena: & pruritus. Item cōtra multipedū morsum. Calidū in spongia appositū: aut adiecto sulphuris sextāte sextariis tribus aceti: aut hysopi fasciculo medet sedis uitiis. In sanguinis fluxiōe post excisos calculos & omnes alias rosiones foris in spongias īpositum: intus potū cyathis binis q̄ acerrime. Cō globatum utiq; sanguinē discutit. Cōtra lichenas: & bibitur & īponit. Sistit aluos: & rheumatismos: terraneoq; infusum. Item procidētia sedis: uuluæq;: Tussim ueteré inhibet: & gutturis rheumatismos. Orthopnoeam: dētiū labefactionē. Vesicæ nocet: neruoq; īfirmitatibus. Nesciere medici quātum cōtra aspidas polleret. Nuper ab aspide calcata percussus utrem aceti ferens: quotiēs deposuisset sentiebat ictum: alias illeso similis. Intellectum ibi remediū est: potuq; succursum. Neq; altero os colluūt uenena exugētes. In totū uomitrix uis hæc nō ciborū modo est: ueq; & req; plurimaq;. Saxa rumpit īfusum: quæ nō ruperit ignis antecedēs. Cibos qdem & sapores nō alius magis succus cōmēdat: aut excitat. In quo usu mitigat̄ tosto pāe aut uino. Vel accēditur pipere ac lasere utiq; sale cōpescitur. Nō est prætereundū in eo exemplū ingens. Siqdē .M. Agrippa supremis suis annis cōflictatus graui morbo pedū cū dolorē eum perpeti nequiret: unius medicoq; portentosa scientia: ignorāte Diuo Augusto: tanti putauit usu pedum sensuq; omni carere: dummodo & dolore illo careret: demersis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi euasit.

De aceto scyllino: & oxymelle: & sapa: & fæce uini: aceti: & sapæ. CA. II.

ACetum scyllinū inueterarū magis probatur. Prodestq; super ea quæ diximus: acescētibus cibis. Gustatū enim discutit pœnā eam: & iis qui ieiuni uomunt. Callum enim fauciū facit: ac stomachi: odoré oris tollit: gingiuas adstringit: dentes firmat: colorē meliorē præstat. Tarditatē quoq; auriū gargarissatiōe purgat: & transitū auditus aperit. Oculoq; acié obiter exacuit: comitialibus: melancolicis: uertiginosis: uuluaq; strāgulatiōibus: percussis: aut præcipitatis. Et ob id sanguine congloba to. Neruis infirmis: renū uitiis perquā utile. Cauendū exulceratis. Oxymel antiqui (ut Dieuces tradit) hoc modo temperabāt. Mellis minas. x. aceti ueteris heminas quinq;: salis marini pondo: thymbræ quadrātē: aquæ marinæ sextarios. v. pariter coquebāt decies deferuescēte cortina: atq; diffundebāt, inueterabātq;. Sustulit totum id Asclepiades: coarguitq;. Nam etiam in febribus dabāt. Profuisse tamē fatentur cōtra serpētes: quos sepas uocāt: & cōtra meconium: ac uiscum: & anginas calidū: gargarissatū: & auribus: & oris: gutturisq; desideriis: quæ nūc omnia oxyhalmæ cōtinguntur: id sale & aceto recente efficacius est. Vino cognata res sapa est: musto decocto: dōec tertia pars supersit. Ex albo hoc melius. Vsus cōtra cātharidas: bupreſtin: pinoq; erucas: quas pityocampas uocāt: salamādras: & cōtra mordentia uenenata. Secundas: partusq; emortuos trahit cum bulbis potum. Fabianus auctor est: uenenū esse siquis ieiunus a balneis id bibat. Cōsequēs horum est fæx uini: sui cuiusq; generis. Ergo uini fæci tanta uis est: ut descēdentes in cupas enecet. Experimentū demissa præbet lucerna quādiu extinguatur descensiōis periculū denunciās. Illota miscetur medicamentis. Cum iridis uero pari pōdere eruptiōibus pituitæ illinit. Et ficca uel madida cōtra phalangia: & testium mamarumq; inflāmatiōes: uel in quacunq; parte corporis. Item cū ordeacea farina & thuris polline in uino decocta crematur: & siccatur. Indeq; experimētum est legitimæ coctæ: ut refrigerata linguā tactu uideatur urere. Celerrime exanimatur nō incluſa cōdita. Crematio ei multum uirium adiicit. Vtilissima

Vel in cubas

eſt ad cõpeſcẽdas lichenas: furfureſq; cum fico decocta. Sic & lepris: & ulceribus manãtibus imponit. Fungorũ naturæ cõtraria eſt pota: ſed magis cruda. Oculoꝝ medicamẽtis cocta & lota miſcetur. Medetur illita & teſtibus & genitalibus. In uino autẽ aduerſus ſtrangurias bibitur. Cum expirauerit quoq; lauãdis corporibus & ueſtibus utilis: tuncq; uſum acaciæ habet. Fæx aceti pro materia acrior ſit neceſſe eſt: multoque magis exulceret. Reſiſtit ſuppurationũ incremẽtis: ſtomachũ: ĩteranea: uentrẽ illita adiuuat. Siſtit eaꝝ partium rheumatiſmos: & mulieꝝ mẽſes: panos diſcutit nondũ exulceratos: & anginas. Sacros ignes cũ cæra. Mãmas lactis ſui ĩpatientes eadẽ extinguit. Vngues ſcabros aufert. E ſerpẽtibus cõtra ceraſtas ualidiſſima cum poléta. Cũ melanthio autẽ cõtra crocodili morſus: & canis. Et hæc cremata ampliat uires. Tunc addito lentiſcino oleo illita una nocte ruffat capillum. Eadem ex aqua in linteolo appoſita: uuluas purgat. Sapæ fæce ambuſta ſanantur. Melius addita lanugine arundinis. Eadem quoq; fæce decocta potaq; tuſſes ueteres. Decoquitur in patinis cum ſale & adipe: ad tumorem quoq; maxillarum & ceruicum.

De oleiis & foliis oleæ: & floræ: & cinere: & de oliua alba: & nigra: & de amurça. CA. III.

OLearum proxima auctoritas intelligitur. Folia earum uehementiſſime aſtringũt: purgãt: ſiſtũt: Itaq; mãducata impoſita ulceribus medentur & capitis doloribus illita cum oleo. Decoctum eorum cum melle iis quæ medici uſſerint. Gingiuarum inflãmationibus: paronychiis ſordidiſq; ulceribus excreſcentibus. Cũ melle profluuiũ ſanguinis e neruoſis partibus cohibet. Succus eorum carbunculãtibus: excreſcentibus circa oculos ulceribus: & puſtulis: procidẽtiq; pupillæ efficax: quapropter in collyria additur. Nam & ueteres lachrymatiões ſanat: & genarum eroſiões. Exprimitur autem ſuccus tuſis: affuſo uino ex aqua cæleſti. Siccatuſq; in paſtillos digeritur. Siſtit menſes in lana admotus uuluæ. Vtilis & ſaniem emanãtibus. Item condylomatis: ignibus ſacris: quæq; ſerpunt ulcera: epinyctidi. Eoſdem & flos earum habet effectus. Vruntur & cauliculi floreſcentes ut ſpodii uicem cinis præſtet. Vinoq; infuſo iterum uritur. Suppurationes & panos illinunt cinere eo: uel foliis tuſis cum melle. Oculos uero cum polenta. Succus fruticis recentis accenſi diſtillans ſanat lichenas: furfures: manãtia ulcera. Nam lachrymam: q̃ ex arbore ipſa diſtillat æthiopicæ maxime oleæ: mirari ſatis nõ eſt. Reperti ſunt qui dentiũ dolores illinendos cenſerent: uenenũ eſſe prædicãtes: atq; etiam in oleaſtro querendam. E radice oleæ q̃ tenerrimæ cortex deraſus: in melle crebro guſtatu medetur ſanguinem reiicientibus: & ſuppurata tuſſientibus. Ipſius oleæ cinis cũ axungia tumores ſanat: extrahitq; fiſtulis uitia: & ipſas ſanat. Oliuæ albæ ſtomacho utiliores: uentri minus. Præclarum habent antequam condiantur uſum: recentes per ſe cibi modo deuoratæ. Medẽtur. n. harenoſæ urinæ: item dentibus: aut attritis: aut conuulſis. Nigra oliua ſtomacho inutilior: uentri facilior: capiti & oculis nõ conuenit. Vtraq; ambuſtis prodeſt trita & illita. Sed nigra cõmanducatur: & protinus ex ore impoſita puſtulas gigni prohibet. Colymbades ſordida ulcera purgãt. Inutiles difficultatibus urinæ. De amurca poteramus uideri ſatis dixiſſe Catonem ſecuti: ſed reddenda quoq; medicinæ ratio eſt. Gingiuis & oris ulceribus dentium ſtabilitati efficaciſſime ſubuenit. Itẽ ignibus ſacris infuſa: & iis quæ ſerpunt. pernionibus: nigræ oliuæ amurca utilior: item ĩfantibus fouẽdis. Albæ uero mulierum uuluæ in lana admouetur. Multo autẽ omnis amurca decocta efficatior. Coquitur in cupreo uaſe ad craſſitudinem mellis. Vſus eius cum aceto: aut uino uetere: aut mulſo: ut quæq; cauſa exigat in curatiõe oris dentiũ: auriũ: ulceꝝ manãtium: genitaliũ: rhagadum. Vulneribus in linteolis imponitur: luxatis in lana. Ingens hic uſus: utiq; inueterato medicamento. Tale enim fiſtulas ſanat. Infunditur ſedis: genitalium: uuluæ exulcerationi. Illinitur uero podagris incipientibus: item articularibus morbis. Si uero cum omphacio recoquatur ad mellis craſſitudinem: caſuros dentes extrahit. Item iumẽtorum ſcabiem cum decocto lupino: & chamæleõte herba mire ſanat. Cruda amurca podagras foueri utiliſſimum.

De foliis oleaſtri: & oenanthino oleo: & cicino: & amygdalino: & laurino: & myrteo: chamæmyrſino: & cupreſſino: & citreo: & caryno. CA. IIII.

OLeaſtri foliorũ eadem natura. Spodiumq; e cauliculis uehemẽtius inhibet rheumatiſmos. Sedat inflammationes oculorum. Purgat ulcera: alienata explet: excreſcẽtia lẽiter erodit. Siccat: & ad cicatricem perducit: cætera ut in oleis: In hoc autẽ peculiare: q; folia decoquũtur ex melle: dãturq; cochlearibus contra ſanguinis excreationes. Oleum tamẽ acrius: atq; efficacius: & os quoq; colluitur illo. Ad dentium infirmitatẽ ĩponuntur folia: & paronychiis: & carbunculis: & cõtra omnem collectionem cum uino. Iis uero quæ purgãda ſint: cum melle. Miſcentur oculoꝝ medicamẽtis: & coctũ foliorũ: & ſuccus oleaſtri. Vtiliter etiã auribus inſtillat cum melle: uel ſi pus effluat. Flore oleaſtri cõdylomata illinũtur & epynictides. itẽ cum farina ordeacea uenter. in rheumatiſmo cũ oleo: capitis doloribus. Cutẽ in capite ab oſſibus recedentẽ cauliculi decocti: & cũ melle ĩpoſiti comprimũt. Ex oleaſtro maturi in cibo ſumpti ſiſtunt aluũ. Toſti & cũ melle triti nomas repurgãt. Carbunculos rumpunt. Olei naturam cauſaſq; abunde diximus. Ad medicinã ex olei generibus hæc pertinent. Vtiliſſimũ eſt omphacinũ: proxime: uiride. Præterea q̃ maxime recens: niſi cum uetuſtiſſimum quæritur: tenue: odoratũ: quodq; non mordeat: e diuerſo q̃ in cibos eligitur. Omphaciũ prodeſt gingiuis. Si cõtineatur in ore: colorem dentiũ cuſtodit magis q̃ aliud: ſudores cohibet. Oenanthino idem eſt effectus: qui roſaceo. Omni autẽ oleo mollitur corpus: uigorẽ & robur accipit. Stomacho cõtrariũ. Auget ulceꝝ ĩcremẽta. Fauces exaſperat. Et uenena oĩa cohibet: hebetatq;. Præcipue pſimypthii: & gypſi in aqua mulſa. Aut ficoꝝ ſiccaꝝ potũ cõtra meconium. Ex aqua cõtra cãtharidas: bupreſtin ſalamãdras: pityocampas. Per ſe potũ: redditũq; uomitionibus. Contra oĩa ſupradicta laudatiſſimũ: & laſſitudinũ: perfrictionũq; refectio eſt. Tormina calidũ potum cyathis. vi. magiſq; ruta ſimul decocta pellit. Item uentris animalia. Soluit aluũ heminæ menſura cum uino: & calida aqua potũ: aut ptiſanæ ſucco. Vulnerariis emplaſtris utile. Faciẽ purgat. Bubus infuſum per nares donec ructent: inflationem

ſedat. Vetus autem magis excalfacit corpora: magiſq; diſcutit ſudores. Duritias magis diffundit. Lethargicis magis auxiliare & inclinato morbo. Oculorū claritati confert aliquid cū pari portione mellis acapni. Capitis doloribus remediū eſt. Item ardoribus in febri cū aqua: & ſi uetuſti nō ſit occaſio: decoquiē: ut uetuſtatem repreſentet. Oleum cicinū bibitur ad purgatiōes uentris cum pari caldæ mēſura. Priuatim dicitur purgare præcordia. Prodeſt & articulorū morbis: duritiis oībus uuluis auribus: ambuſtis. Cum cinere uero muricum ſedis inflammatiōibus: item pſoræ. Colorem cutis cōmendat: capillumq; fertili natura euocat. Semen ex quo fit: nulla animans attingit. Ellychnia ex uua fiunt claritatis præcipue. Ex olleo lumē obſcurum propter nimiam pinguitudinē. Folia igni ſacro illinuntur ex aceto. Per ſe autem recentia mammis & epiphoris. Eadē decocta in uino inflammatiōibus cum polēta & croco. Per ſe aūt triduo ipoſita faciē purgant. Oleum amygdalinū purgat: mollit corpora: cutē erugat: nitorem cōmendat: uaros cum melle tollit in facie. Prodeſt & auribus cum roſaceo: & melle: & mali pūici germine decoctum. Vermiculoſq; in his necat: & grauitatem auditus diſcutit: ſonos incertos: & tinnitus: obiter capitis dolores: & oculorum. Medet furunculis: & a ſole uſtis cum cæra. Vlcera manantia: & furfures cum uino expurgat: condylomata cū meli loto. Per ſe uero capiti illitum ſomnū allicit. Oleū laurinū utilius quo recentius: quoq; uiridius colore. Vis eius excalfactoria: & ideo paralyticis: ſpaſticis: iſchiadicis: ſuggillatis: capitis doloribus iueteratis diſtillationibus: auribus in calice punici calfactum illinitur. Similis & myrthei olei ratio: aſtringit: īdurat: medetur gingiuis: dentium dolori: dyſenteriæ: uuluæ exulceratæ: ueſicis: ulceribus uetuſtis uel manantibus cū ſquāma æris & cæra. Item eruptiōibus: ambuſtionibus. Attritas ſanat & furfures rhadagas: condylomata: articulos luxatos: odorem grauem corporis. Aduerſatur cantharidi: bupreſti: aliiſq; malis medicamētis: quæ exulcerando nocent. Chamæmyrſinæ ſiue oxymyrſinæ eadem natura. Cupreſſinū oleū eoſdē effectus habet quos myrteum: item citreum. E nuce uero iuglandium: quod carinum appellauimus: alopeciis utile ē: & tarditati aurium infuſum. Itē capitis doloribus illitū. Cæterum iners & graue ſapore corpori. Enimuero ſi quid in nucleo putridi fuerit: totus modus deperit. Ex cnidio grano factū eandem uim habet quam cicinum. Ex lentiſco factum utiliſſimū acopo eſt. Idemq; pficeret æque ut roſaceum: ni durius paulo intelligeretur. Vtuntur eo & cōtra nimio ſudores: papulaſq; ſudorū. Scabiem iumentorū efficaciſſime ſanat. Balaninū oleū repurgat uaros: furunculos: lentigines: gingiuas. Cypros qualis eſſet: & quemadmodū ex ea fieret oleū: docuimus. Natura eius excalfacit: emollit neruos: Folia ſtomacho illinunt: & uuluæ concitatæ ſuccus quoq; eorum apponitur. Folia recentia commanducata: ulceribus in capite manantibus. Item oris medentur collectiōibus: condylomatis. Decoctum foliorū ambuſtis: & luxatis prodeſt. Ipſa ruffant capillū tuſa: adiecto ſtrutei mali ſucco. Flos capitis dolores ſedat cum aceto illitus. Idem combuſtus in cruda olla nomas ſanat: & putreſcentia ulcera per ſe uel cum melle. Odor floris olet: qui ſomnū facit. Aſtringit gleucinū & refrigerat eadem ratione: qua & oenanthinum. Balſaminum longe precioſiſſimū omnium: ut in unguētis diximus: contra omnes ſerpentes efficax. Oculorum claritati plurimū confert: caliginē diſcutit. Ité dyſpnoeas: collectiones omnes duritiaſq; lenit. Sanguinē denſari prohibet: Vlcera purgat: auribus: capitis: doloribus: tremulis: ſpaſticis: ruptis perquā utile. Aduerſatur aconito ex lacte potum. Febres cum horrore uenientes perunctis leuiores facit. Vtendum tamen modice: quoniam adurit: augetq; uitia non ſeruato temperamento. Malobathri quoq; naturam & genera expoſuimus. Vrinam cit. Oculorum epiphoris uino expreſſum utiliſſime imponitur. Item frontibus dormire uolentibus. Efficacius ſi & nares illinātur: aut ſi ex aqua bibatur. Oris halitus: & ſuauitatem commendat linguæ ſubditum folium: ſicut & ueſtium odorem interpoſitum. Hyoſcyaminum emolliendo utilius eſt: neruis inutile. Potum quidem cerebri motus facit. Therminum e lupinis emollit proximum roſaceo effectum habens. Narciſſinum dictum eſt cum ſuo flore. Rhaphaninum phthiriaſes longa ualitudine contractas tollit. Scabritiaſque cutis in facie emendat. Seſaminum aurium dolores ſanat: & ulcera quæ ſerpunt: & quæ cacoethe uocant ulcera. Lilinum: quod & phyllinum & ſyrium uocauimus: renibus utiliſſimum eſt: ſudoribuſque euocandis: uuluæ molliendæ: concoquendiſque intus. Seleucicum neruis utile eſſe diximus. Sicut herbaceum quoque: quod eugubini circa flaminiam uiam uendunt. Eleomeli: quod in ſyria ex ipſis oleis manare diximus: ſapore melleo non ſine nauſea aluum emollit: bilem præcipue detrahit: duobus cyathis in hemina aquæ datis: qui bibere torpeſcunt: excitanturque crebro. Pugnatores certaturi præſumunt ex eo cyathum unum. Piſſino oleo uſus eſt paſſim ad quadrupedum ſcabiem. Eſt autem uitibus oleiſque proxima nobilitas palmis: ineb
Vel ad tuſſim briant recentes: capitis dolorem afferunt: minus ſiccæ. Nec quantum uidetur utiles ſtomacho: tuſſim exaſperant: corpus augent. Succum decoctarum antiqui pro hydromelite dabant ægris ad uires recreandas: ſitim ſedandam: in quem uſum præferebant thebaicas. Sanguinem quoque excreantibus utiles: in cibo maxime. Illinuntur caryotæ ſtomacho: ueſicæ: uentri: inteſtinis. Cum cotoneis & cæra & croco ſuggillata emendant. Nuclei palmarum cremati in fictili nouo cinere loto ſpodii uicem efficiunt: miſcenturque collyriis: & caliblephara faciunt addito nardo.

De myrobalano palma: & de palma elate. CA. V.

PAlma quæ fert myrobalanum probatiſſima in ægypto. Oſſa non habet reliquarum modo in balanis. Aluum & menſes ſiſtit in uino auſtero: & uulnera conglutinat. Palma elate ſiue ſpathe medicinæ confert germina: folia: corticem. Folia imponuntur præcordiis: ſtomacho: iocineri: ulceribuſq; quæ ſerpunt cicatrici repugnantia. pſoras cortex eius tener cum reſina & cæra ſanat diebus. xx. Decoquitur & ad teſtium uitia. Capillum denigrat ſuffitu. Partus extrahit. Datur bibendus renum uitiis: & ueſicæ: & præcordiorū. Capiti & neruis inimicus. Vuluæ ac uentris fluxionem ſiſtit decoctū eius. Item cinis ad tormina potus in uino albo. In uuluarum uitiis efficaciſſimus.

Medicinæ ex ſingulorũ generũ flore:foliis:fructu:ramis:cortice:ligno:ſucco:radice:cinere. CA. VI.

PRoximæ uarietates generum medicinarumq; : quæ mala habent. Ex iis uerna acerba ſtomacho inutilia ſunt. Aluum ueſicam circũagunt. Neruos lædũt cocta meliora. Cotonea cocta ſuauiora. Cruda tamen dũtaxat matura proſunt ſanguinem excreantibus:ac dyſentericis:cholericis:cœliacis. Non idẽ poſſunt decocta:quoniã amittunt conſtringentẽ illam uim ſucci. Imponunt & pectori in febris ardoribus:& tum decoquunt in aqua cæleſti:ad eadẽ quæ ſupraſcripta ſunt. Ad ſtomachi autẽ dolores cruda decoctaue cærati modo imponuntur. Lanugo eorũ carbunculos ſanat:cocta in uino & illita cum cæra. Alopeciis capillũ reddunt. Quæ ex his cruda in melle condiunt:aluum mouent. Mellis aũt ſuauitati multũ adiiciunt:ſtomachoq; id utilius faciũt. Quæ uero in melle condiunt cocta:quidam ad ſtomachi uitia trita cum roſaceo foliis decoctis dant pro cibo. Succus crudorũ lienibus:orthopnoicis: hydropicis prodeſt. Item mãmis condylomatis:uaricibus. Flos & uiridis & ſiccus inflãmationibus oculorũ: excreationibus ſanguinis:menſibus mulierũ. Fit & ſuccus ex iis mitis cum uino dulci tuſis:utilis & cœliacis & locineri. Decocto quoq; eorũ fouentur:ſi procidant uuluæ & interanea. Fit & oleũ ex iis:quod melinũ uocauimus quotiens non fuerint in humidis nata. ideo utiliſſima quæ ex ſicilia ueniunt. Minus utilia ſtruthia q̃uis cognato. Radix eorum circũſcripta terra manu ſiniſtra capitur:ita ut qui facit dicat quæ capiat:& cuius cauſa. Sic adalligata ſtrumis medetur. Melimela & reliqua dulcia ſtomachũ & uentrem ſoluunt ſiticuloſa: æſtuoſa:ſed neruos non lædunt. Orbiculata ſiſtunt aluum:& uomitiones:& urinas ciunt. Silueſtria mala ſimilia ſunt uernis acerbis:aluumq; ſiſtunt. Sane in hunc uſum imatura opus ſunt. Citrea cõtra uenenum in uino bibuntur:uel ipſa uel ſemen. Faciunt oris ſuauitatem decocto eorũ colluto:aut ſucco expreſſo. Horum ſemen edendum præcipiunt in malacia pregnantibus. Ipſa uero contra infirmitatẽ ſtomachi:& nõ niſi ex aceto facillime manduntur. Punici mali nouem genera núc iterare ſuperuacuũ. Ex iis dulcia:quæ apyrina alio nomine appellauimus:ſtomacho inutilia habentur:inflationes pariunt:dentes:gingiuaſq; lædũt. Quæ uero ſapore proxima uinoſa diximus:parum nucleum habentia:utiliora paulo intelligunt. Aluũ ſiſtunt & ſtomacho dũtaxat pauca citraq; ſatietatẽ. Sed hæc minime danda q̃ oino nulla in febri nec carne acinorum utili nec ſucco. Cauentur æque uomitionibus:ac bilem reiicientibus. Vuam in iis ac ne muſtũ quidem:ſed ptinus uinũ aperuit natura. Vtrũq; uero aſperiore cortice. Hic acerbus in magno uſu. Vulgus coria maxie pficere illo nouit:ob id malicoriũ appellãt medici. Vrinã cieri eodem monſtrãt:mixtaq; galla in aceto decocto mobiles dẽtes ſtabilire. Expetit in grauidas malacia:& q̃m guſtatu moueat infantẽ. Diuidit malũ:cæleſtiq; aq̃ madeſcit ternis fere diebus. Hæc bibit frigida cœliacis:& ſanguinẽ excreãtibus. Ex acerbo fit medicamẽtũ:qđ ſtomatice uocat:utiliſſimũ oris uitiis:nariũ:auriũ:oculorũ caligini:pterygiis: genitalibus:& iis q̃s nomas uocant:& q̃ in ulceribus excreſcunt. Contra leporẽ marinũ. hoc mõ acinis detracto cortice tuſis ſuccoq; decocto ad tertias dein cum croci:& aluminis ſciſſi myrrhæ mellis attici ſelibris. Alii hoc mõ faciunt. Punica acida multa tundunt. Succus in cacabo nouo coquit mellis craſſitudine ad uirilitatis:& ſedis uitia:& oia quæ lycio curantur:aures purulentas:epiphoras incipientes rubras maculas. In manibus rami punicorũ ſerpentes fugant. Cortice punici ex uino decocti & ipoſiti perniones ſanantur. Contuſum malũ ex tribus heminis uini decoctũ ad heminã:tormina:& tineas pellit. Punicũ in olla noua operculo indito:in furno toſtũ:& contritũ potumq; in uino ſiſtit aluũ:diſcutit tormina. Primus pomi huius partus florere incipientis cytinus uocatur a græcis:miræ obſeruationis multorũ experimento. Si quis unũ ex iis ſolutus uinculo oi cinctus & calciatus:atq; etiã annuli decerpſerit duobus digitis pollice:& quarto ſiniſtræ manus:atq; ita luſtratis leui tactu oculis:mox in os additũ deuorauerit ne dente contingat:affirmatur nullã oculorũ imbecillitatẽ paſſurũ eo anno. Idem citini ſiccati tritiq; carnes excreſcentes cohibẽt. Gingiuis & dentibus medent. Vel ſi mobiles ſint:decocto ſucco. Ipa corpuſcula trita ulceribus:quæ ſerpũt putreſcuntue:illinunt. Itẽ oculorũ inflãmationi:inteſtinorũq;:& fere ad oia quæ cortices malorũ. Aduerſat ſcorpionibus. Nõ eſt ſatis mirari curã diligentiãq; priſcorũ:qui oia ſcrutati nihil intentatum reliquere. In hoc ipſo cytino floſculi ſunt:anteq̃ ſcilicet malũ ipſum pdeat:erumpentes:quos balauſtiũ uocari diximus. Hos quoq; ergo experti inuenerũt ſcorpionibus aduerſari. Siſtũt potu menſes fœminarũ:ſanant oris ulcera:tonſillas:uuã:ſanguinis excreationes:uentris:& ſtomachi ſolutiones:genitalia ulcera:& q̃cunq; in parte manãtia. Siccauere etiã ut ſic quoq; experirent. Inuenerunt q; tuſorũ farina dyſentericos a morte reuocari. Aluũ ſiſti. Quin & nucleos ipſos acinorum experiri non piguit. Toſti tuſiq; ſtomachum iuuant. Cibo aut potione inſperſi bibũtur ex aqua cæleſti ad ſiſtendã aluum. Radix decocta ſuccum emittit:qui tineas necat uictoriati pondere. Eadem diſcocta in aqua:quas lycium præſtat utilitates. Eſt & ſilueſtre punicũ a ſimilitudine appellatum. Eius radices rubro cortice denarii pondere ex uino potæ ſomnos faciunt. Semine poto aquã: quæ ſubierit cutem ſiccat. Mali punici corticis fumo culices fugantur.

Vel ut tuſis

De pyris:& eorum obſeruationibus:& de ficorum obſeruatione:& caprifico:& erineo:& aliorum generibus medicinæ. CA. VII.

PYrorũ oium cibus etiam ualentibus oneroſus:ægris quoq; uini modo negat. Decocta eadẽ mire ſalubria & grata:p̃cipue cruſtumina. Quæcũq; uero cum melle decocta ſtomachũ adiuuant. Fiũt cataplaſmata e pyris ad diſcutienda corporũ uitia:& decocto eorũ ad duritias utunt. Ipſa aduerſantur boletis atq; fungis:pellunt q; pondere & pugnante ſucco. Pyr ſilueſtre tardiſſime matureſcit. Concidit:ſuſpenſumq; ſiccat ad ſiſtendã aluũ:qđ & decoctũ eius potũ pſtat. Decoquunt & folia cũ pomo ad eoſdem uſus. Pyrorum ligni cinis contra fungos etiãnum efficacius proficit. Mala pyraq; portatu iumẽtis mire grauia ſunt uel pauca. Remedio aiunt eſſe: ſi prius edenda dentur aliqua: aut utiq; oſtendantur. Fici ſuccus lacteus aceu naturã habet. Itaq; coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem poni:

& in umbra ſiccatur ad aperienda ulcera: cienda menſtrua appoſitus cum luteo ouo: aut potus cum amylo. Podagris illinitur. Cum farina fœnogræci & aceto. Pilos quoq; detrahit: palpebrarūq; ſcabiem emendat: item lichenas & pſoras: aluū ſoluit. Lactis ficulni natura aduerſatur crabronū: ueſparumq; & ſimilium uenenis: priuatim ſcorpionū. idem cū axungia uerrucas tollit. Folia & quæ nō maturuere fici: ſtrumis illinuntur. oibuſq; quæ emollienda ſunt diſcutiendaue. Præſtant hæc & per ſe folia. Et alii uſus eorū tanquā infricando lichenæ & alopeciis: & quæcunq; exulcerari opus ſit: & aduerſus canis morſus. Ramorū teneri cauliculi cuti imponunt. Idē cum melle ulceribus: quæ cæria uocant: illinuntur. Extrahunt infracta oſſa cū papaueris foliis ſilueſtris. Canum rabioſorū morſus folio trito ex aceto reſtringunt. E nigra ficu candidi cauliculi illinuntur furunculis: muris aranei morſibus cum cæra. Cinis eaq; e foliis gangrenis: conſumendiſq; quæ excreſcunt. Fici maturæ urinam ciunt: aluū ſoluunt: ſudorem mouent: papulaſq;. Ob id autūno inſalubres: quoniā ſudantia huius cibi opera corpora refrigeſcunt. Nec ſtomacho inutiles. Sed ad breue tēpus. Nec uoci contrariæ intelliguntur. Nouiſſimæ ſalubriores q̄ primæ. Medicatæ uero nōnunq̄ iuuenū uires augent. Senibus meliorē ualitudinē faciunt: minuſq; rugarum. Sitim ſedant. Calorē refrigerant. Ob id nō negandæ in febribus conſtrictis: quas ſtegnas uocant. Siccæ fici ſtomachū lædunt. Gutturi & faucibus magnifice utiles. Natura iis excalfaciendi. Sitim afferunt. Aluū molliunt. Rheumatiſmis eius & ſtomacho cōtrariæ. Veſicæ ſemp utiles: & anhelatoribus: ac ſuſpirioſis. item iocinerū: renū: lyenū uitiis. Corpus & uires adiuuant: ob id ante athletæ hoc cibo paſcebant. Pythagoras exercitator primus ad carnes eos tranſtulit. Recolligentibus ſe a longa ualitudine utiliſſimæ. itē comitialibus & hydropicis. Oibuſq; quæ maturanda aut diſcutienda ſunt: imponunt. Efficacius calce aut nitro admixto. Ad coctæ cum hyſopo pectus purgant pituitam: tuſſim ueterem. Cum uino aūt ad ſedē: & tumorem maxillarū: & furunculos: panos: parotidas decoctæ illinuntur. Vtile & decocto eaq; fouere fœminas. Decoctæ quoq; eædem cum fœnogræco utiles ſūt pleureticis: & peripneumonicis. Cum ruta coctæ torminibus pſunt: tibiarum ulceribus. Cum æris flore: & ſpaſticis & pterygiis. Cum punico malo ambuſtis: pernionibus. Cū cæra hydropicis coctæ in uino & cum abſinthio & farina hordeacea nitro addito. Aluum ſoluunt manducatæ. Scorpionū ictibus cum ſale tritæ illinuntur. Carbunculos extrahunt in uino coctæ & impoſitæ. Carcinomati: ſi ſine ulcere eſt: quā pinguiſſimā ficū īponi: pene ſingulare remediū eſt. itē phagedene. Cinis nō ex alia arbore aciem purgat acrior: conglutinat: replet: aſtringit. Bibit & ad diſcutiendū ſanguinē concretū. item percuſſis: præcipitatis. Conuulſis ruptis: cineris cyathis ſingulis aquæ & olei datur tetanicis: & ſpaſticis. item potus uel infuſus cœliacis dyſentericis. Et ſi quis eo cum oleo perungatur: excalfacit. itē cum cæra: & roſaceo ſubactus ambuſtis. cicatricem tenuiſſimā obducit. Luſcioſos ex oleo illitus emendat: dentiumq; uitia crebro fricatu. Produnt etiā ſi quis inclinata arbore ſupino ore aliquē nodū eius morſu abſtulerit nullo uidente: atq; in aluta illigatum lycio e collo ſuſpenderit: ſtrumas & parotidas diſcutit. Cortex tritus cū oleo uentris ulcera ſanat. Crudæ groſſi uerrucas: & thymos nitro farinaq; additis tollūt. Spodiiq; uicem exhibet fruticū a radice exeuntium cinis. Bis toſtus adiecto pſimmythio digeritur ī paſtillos ad ulcera oculoq;: & ſcabriciam. Caprificus etiānum multo efficacior fico. Lactis minus habet. Surculo quoq; eius lac coagulatur in caſeum. Exceptū id coactūq; in duritiā: ſuauitatē carnibus affert. Fricatur diluto ex aceto. Miſcet exulceratoriis medicamentis. Aluum ſoluit: uuluā cum amylo aperit. Pota menſes cit cum luteo oui. Podagris cum farina fœnogræci illinitur. Lepras: pſoras: lichenas: lentigines expurgat. item uenenatorū ictus: & canis morſus. Dentium quoq; dolori hic ſuccus appoſitus in lana prodeſt: aut in cauis eoq; additus. Cauliculi & folia admixto eruo contra marinorum uenena proſunt. Adiiciūt & uinum. Bubulas carnes additi caules magno lignoq; compendio percoquunt. Groſſi illitæ ſtrumas: & oium collectionem emolliunt & diſcutiūt: aliquatenus & folia. Quæ molliſſima ſunt ex iis cum aceto ulcera manātia: & epinyctidas: & furfures ſanant. Cum melle itē & foliis cæria ſanant: & canis morſus. Recentes cum uino phagedenas. Cū papaueris foliis oſſa extrahunt. Groſſi caprifici inflāmationes diſcutiunt ſuffitu. Reſiſtūt & ſanguini taurino poto: & pſimmythio & lacti coagulato potæ. itē aq̄ decoctæ atq; illitæ parotidas ſanant. Cauliculi aut groſſi eius q̄ minutiſſimæ ad ſcorpionū ictus e uino bibunt. Lac quoq; inſtillat plagæ: & folia īponunt. Itē aduerſus muremaraneū. Cauliculoq; cinis uuā fauciū ſedat. Arboris ipſius cinis ex melle: rhagadia. Radix deferuefacta in uino dentiū dolores. Hyberna caprificus in aceto cocta & trita īpetigines tollit. Illinunt ramēta rami ſine cortice q̄ minutiſſima ad ſcobis modū. Caprifico quoq; medicinæ unius miraculū addit. Corticē eius īpubeſcentē puer impubis ſi defracto ramo detrahat dētibus medullā ipſam adalligatā ante ſolis ortū prohibere ſtrumas. Caprificus tauros q̄libet feroces collo eoq; circūdata ī tīn mirabili natura cōpeſcit: ut īmobiles pſtet. Herba quoq; quā græci erineon uocāt: reddēda in hoc loco pp gentilitatē. Palmo alta eſt cauliculis q̄nis fere ocimi ſimili tudine: flos candidus: ſemē nigrū: paruū: tritū cū melle attico oculoq; epiphoris medet. Manat lacte multo & dulci. Herba perq̄ utilis auriū dolori nitri exiguo addito. Folia reſiſtūt uenenis. Pruni folia tōſillis: gingiuis: uuæ proſunt in uino decocta: & ſubinde ore colluto. Ipſa pruna aluū molliunt: ſtomacho uero utiliſſima: ſed breui momento. Vtiliora perſica: ſuccuſq; eorum etiamnum in uino aut in aceto expreſſus. Nec eſt alius eis pomis innocentior cibus. Nuſquā minus odoris. Succi plus: qui tamen ſitim ſtimulet. Folia eius trita illita hemorrhoiam ſiſtunt. Nuclei perſicorum cum aceto & oleo: capitis doloribus illinuntur. Silueſtrium quidem prunorum baccæ: uel e radice cortex in uino auſtero ſi decoquantur ita: ut triens ex hemina ſuperſit: aluum & tormina ſiſtunt. Satis eſt ſingulis cyathos decocti ſumi. Et in iis & ſatiuis prunis eſt limus arborum: quem græci lichen appellant: rhagadis & condylomatis mire utilis. Mora in ægypto & cypro ſui generis (ut diximus) largo ſucco abundāt. Summo cortice deſquāmato altiore plaga ſicca mirabili natura. Succus aduerſatur ueneni ſerpentiū. Prodeſt dyſentericis. Diſcutit panos oēſq; collectiones.

Vel rabidam naturam

Vulnera conglutinat: capitis dolores fedat: item aurium. Splenicis bibitur. Illinitur & contra perfrictiones. Celerrime teredinem ſentit. Nec apud nos ſucco uſus minor. Aduerſatur aconito: & araneis in uino potũ. Aluum ſoluit. Pituitaſq; ac tineas & ſimilia uentris animalia extrahit. Hoc idem præſtat & cortex tritus. Folia tingunt capillum cum fici nigræ & uitis cortice ſimul coctis in aqua cæleſti. Pomi ipſius ſuccus aluũ ſoluit protinus. Ipſa poma ad præſens ſtomacho utilia: refrigerant: ſitim faciunt. Si nõ ſuperueniat alius cibus: intumeſcunt. Ex immaturis ſuccus: ſiſtit aluum: ueluti animalis alicuius in hac arbore obſeruãdis miraculis: quæ in natura eius diximus. Fit ex pomo panchreſtos ſtomatice: eadem arteriace appellata hoc modo. Sextarii tres ſucci e pomo leui uapore ad craſſitudinem mellis rediguntur. Poſt additur omphacii aridi pondo duodecim: aut myrrhæ undecim: croci. xi. Sed hæc ſimul mixta uel trita miſcentur decocto. Neq; eſt aliud oris: arteriæ: uuæ: ſtomachi iucundius remedium. Fit & ex alio modo. Succi ſextarii duo mellis attici decoquuntur ut ſupra diximus. Mira ſunt præterea: quæ produntur. Mora germinatione prius q̃ in folia exeant: ſiniſtra decerpi iubentur futura poma: rhicinos græci uocant. Hi terram ſi nõ attigere: ſanguinem ſiſtunt adalligati: ſiue ex uulnere fluat: ſiue ore: ſiue naribus: ſiue hemorrhoidis. Ad hoc ſeruantur repoſiti. Idem præſtare & ramus dicitur: luna plena defractus: incipiens fructum habere. Si terram non attigerit priuatim mulieribus alligatus lacerto contra abundantiam menſium. Hoc & quocunq; tempore ab ipſis decerptum ita: ut terram non attingat: adalligatumq; exiſtimant præſtare. Folia mori trita: aut arida decocta: ſerpentium ictus imponuntur. Ad idemq; potu proficit. Scorpionibus aduerſatur e radice corticis ſuccus ex uino aut poſca potus. Reddenda eſt antiquorũ compoſitio. Succum expreſſum pomi maturi ímaturiq; mixtum coquebant in uaſe æreo ad mellis craſſitudinẽ. Aliqui myrrha adiecta: & cupreſſo p̃duratũ uas ſole torrebant: permiſcentes ſphata ter die. Hæc erat ſtomatice: quæ & uulnera ad cicatricẽ perducebat. alia ratio: ſuccũ ſiccato exprimebant pomo multũ ſapori obſoniorũ conferente. In medicina uero contra nomas: & pectoris pituitas: & ubicunq; opus eſſet aſtringi uiſcera. Dentes quoq; colluebant eo. Tertium genus ſucci foliis & radice decoctis ad ambuſta ex oleo illinenda. Imponunt & per ſe folia. Radix per meſſes inciſa ſuccũ aptiſſimũ dentiũ dolori collectionibuſq; & ſuppurationibus habet. Aluũ purgat. Folia mori in urina madefacta pilũ coriis detrahunt. Ceraſia aluũ molliunt: ſtomacho inutilia. Eadẽ ſiccata aluũ ſiſtunt. Vrinam ciunt. Inuenio apud auctores ſi qs matutino roſcida deuoret cũ ſuis nucleis: in tantũ leuari aluum: ut pedes morbo liberent. Meſpila exceptis ſetaniis: quæ malo proprioré uim habẽt: reliqua aſtringunt ſtomachum: ſiſtuntq; aluũ. Item ſorba ſicca. Nam & recentia ſtomacho & aluo citæ proſunt.

Pondus ſextarios rũ duorũ aut myrrhe ſextarii unius croci unius

De pineis & amygdalis: & nuce auellana: & de nuce iuglande: & de piſtaciis: & caſtaneis: & ſiliquis: & cornu: & unedone: & lauro. CA. VIII.

NVces pineæ: quæ reſinã habent contuſæ leuiter additis in ſingulis ſextariis aquæ ad dimidiũ decoctæ ſanguinis excreationi medentur: ita ut cyathi bini bibantur ex eo. Cortex e pino in uino decoctus contra tormina datur. Nuclei nucis pineæ ſitim ſedant: & anchrimoniã ſtomachi: roſioneſq; & contrarios humores conſiſtentes ibi: & infirmitatẽ uirilium roborant: renibus: & ueſicæ utiles. Fauces uidentur exaſperare & tuſſim. Bilem pellunt poti ex aqua: aut uino: aut paſſo: aut balanorum decocto. Miſcetur iis contra uehementiores ſtomachi roſiones cucumeris ſemen & ſuccus portulacæ. Itẽ ad ueſicæ ulcera & renũ: quoniã & urinam cient. Amygdalæ amaræ radicũ decoctum cutem in facie corrigit: coloremq; hylariorem facit. Nuces ipſæ ſomnũ faciunt & auiditatẽ. Vrinã & mẽſes ciunt. Capitis dolori illinuntur: maximeq; in febri: ſi ab ebrietate in aceto & roſaceo ex aquæ ſextario: & ſanguinẽ ſiſtunt. Cũ amylo & menta lethargicis comitialibuſq; proſunt. Capite peruncto epinyctidas ſanant e uino uetere ulcera putreſcentia. Canum morſus cum melle. Et furfures ex facie ante potu præparata. Itẽ iocineris & renum dores ex aqua potæ. Et ſæpe ex eligmate cum reſina terebinthina. Calculoſis & difficili urinæ in paſſo: & ad purgandam cutem in aqua mulſa tritæ ſunt efficaces. Proſunt eligmate: iocineri: tuſſi: & colo: cũ eleliſpha co modice addito. In melle ſumit̃ nucis auellanæ magnitudine. Aiunt quoq; qnis fere p̃ſumptis ebrietatẽ non ſentire potores. Vulpeſq; ſi ederint eas nec cõtingat e uicino aquã lãbere: mori. Minus ualent in remediis dulces: & eæ tñ purgant: & urinã ciunt. Recentes ſtomachũ ĩplent. Nucibus græcis cũ abſinthii ſemine ex aceto ſumptis morbus regius ſanari dr̃. Itẽ illitis p̃ ſe uitia ſedis. Et priuatim cõdylomata. Itẽ tuſſi & ſanguinis reiectioni ꝑdeſt. Nuces iuglãdes græci a capitis grauedine appellauere. Eteni arboꝝ ipſaꝝ foliorũq; uires in cerebrũ penetrãt. Hocq; minore momẽto: ſed ĩ cibis nuclei faciũt. Sunt ãt recentes iucũdiores. Siccæ noxiores: & ſtomacho inutiles: difficiles cõcoctu: doloreꝫ capitis ĩferentes. Tuſſiẽtibus inimicæ: & uomituris ieiunis aptæ: tenaſmo ſolo: trahũt. n. pituitã. Eædẽ p̃ſumptæ uenena hebetant. Itẽ anginã cum ruta & oleo. Itẽ aduerſantur cepis: leniuntq; eaꝝ ſaporem. Aurium inflãmationi imponuntur cũ mellis exiguo. Itẽ ruta mãmis & luxatis. Cũ cepa aũt & ſale & melle canis hoſq; morſui. Putamine nucis iuglandis dens cauus inuritur. Putamen combuſtũ trĩtũq; in oleo aut uino infantiũ capiti e peruncto nutrit capillũ: & ad alopecias eo ſic utunt̃. Quo plures quis nuces ederit: hoc facilius tineas pellit. Et quæ per ueteres ſunt nuces gangrenis & carbunculis medent̃. Item ſuggillatis. Cortex iuglandium lichenum uicio: & dyſentericis prodeſt. Folia trita cum aceto auriũ dolori. In ſanctuariis Mithridatis maximi regis deuicti. Cn. Pompeius inuenit in peculiari cõmentario ipſius manu compoſitionẽ antidoti e duabus nucibus ſiccis. item ficis totidem: & rutæ foliis uiginti ſimul tritis: addito ſalis grano: & qui hoc ieiunus ſumat: nullum uenenum nociturum illo die. Contra rabioſi quoq; canis morſus nuclei a ieiuno homine cõmanducati illitiq; præſenti remedio eſſe dicuntur. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt: & inflationem ſtomachi & pinguedini corporis conferunt pluſquam ſit ueriſimile. Toſtæ & diſtillationi medentur. Tuſſi quoq; ueteri tritæ: & in aqua mulſa potæ. Quidam adiiciunt grana piperis. Alii e paſſo bibunt. Piſtacia eoſdem uſus & effectus

Vrebrietatis nõ ſentiri- puto reſ

habent: quos pinei nuclei: præterq; ad ſerpentium ictus: ſiue edantur: ſiue bibant. Caſtaneæ uehementer ſiſtunt ſtomachi & uentris fluctiones. Aluunt ciunt. Sanguiné excreantibus proſunt. Carnes alunt. Siliquæ recentes ſtomacho inutiles. Aluum ſoluunt. Eædem ſiccatæ ſiſtunt: ſtomachoq; utiliores fiunt. Vriam ciunt. Syriacas in dolore ſtomachi ternas in aquæ ſextariis decoquunt. Quidá ad dimidium: eúq; ſuccum bibunt. Sudor uirgæ corni arboris lamina ferrea candente exceptus: non contingente ligno illitaq; inde ferrugo incipiétes lichenas ſanat. Arbuſtus ſiue unedo fructú fert difficilé concoctioni: & ſtomacho inutilé. Laurus excalfactoriá naturá habet: & foliis: & cortice: & baccis. Itaq; decoctú ex iis maxime e foliis prodeſſe uuluis & ueſicis conuenit. Illita uero ueſparú crabronúq; & apum. Ité ſerpentiú uenenis reſiſtunt: maxime ſæpis dypſadis & uiperæ. Proſunt & menſibus fœminaq; cum oleo cocta. Cum polenta aút: quæ tenera ſunt trita inflationes oculorú cum ruta: teſtium cum roſaceo: capitis dolores: aut cum irino. Quin manducata
Vſuino atq; deuorata per triduú terna: liberant a tuſſi. Eadé a ſuſpiriis trita cum melle. Cortex radicis cauédus grauidis. Ipſa radix calculos rumpit: iocineri, pdeſt: tribus obolis in uino odorato pota. Folia pota uomitiones mouent. Baccæ méſes trahunt appoſitæ tritæ uel potæ. Tuſſim ueteré & ortopnoeá ſanant binæ detracto cortice in uino potæ. Si & febris ſit: ex aqua: aut elígmate ex aqua mulſa: aut ex paſſo decoctæ. Proſunt & phthiſicis eodem mó: & oíbus thoracis rheumatiſmis. Ná & excoquunt pituitam: & extrahunt. Aduerſus ſcorpiones quaternæ ex uino bibuntur. Epinyctidas ex oleo illitæ & lentigines. Et ulcera manantia: & ulcera oris: & furfures. Cutis pruriginé ſuccus baccarú emendat & phthiriaſin. Auriú dolorí: & grauitati iſtillatur cum uino uetere & roſaceo. Peruncto eo fugiunt uenenata oía. Prodeſt & contra uenenatorum ictus potus. Maxime aút eius laurus: quæ tenuiora habet folia. Baccæ cú uino ſerpétibus & ſcorpionibus & araneis reſiſtunt. Ex oleo & aceto illinunt: & lyeni & iocineri. Gangrenis cum melle: & in fatigatióe etiam aut perfrictione ſucco eo perungi nitro adiecto prodeſt. Sunt q celeritati partus multum cóferre putent radice acetabuli méſura pota in aqua. Efficacius recentē q̃ aridá. Quidá aduerſus ſcorpionú ictus decé baccas dari iubent potui. Ité & in remedio uuæ iacentis quadranté pondo baccharum foliorúue decoqui in aquæ ſextariis tribus ad tertias: eamq; calidam gargariſſare: & in capitis dolore impari numero baccas cú oleo conterere: & calfacere. Laurus delphicæ folia trita olfactaq; ſubinde peſtilentiæ contagia prohibent: tanto magis ſi & urátur. Oleum ex delphica ad cærata: acopumq;: ad perfrictiones: diſcutiédos neruos: laxandos lateris dolores: febreſq; frigidas utile eſt. Item ad aurium dolorem: in mali punici cortice tepefactú. Folia decocta ad tertias partes aquæ uuam cohibent gargariſſatióe: pota alui dolores. inteſtinorúq;. Tenerrima ex iis trita in uino papulas prurituſq; illita noctibus. Proxime ualent cætera lauri genera. Laurus alexandrina ſiue idæa partus celeres facit radice pota trium denariorq; pondere in uini dulcis cyathis tribus. Secundas ét pellit: menſeſq; eodé modo pota. Daphnoides ſiue iis noíbus: quæ diximus ſilueſtris laurus prodeſt: aluú ſoluit: recenti folio uel arido drachmis tribus cú ſale & hydromelite manducata. Pituitas extrahit foliú & uomitus: ſtomacho inutile. Sic & baccæ quinæ denæue purgationis cauſa ſummuntur.

De myrto ſatiua: & myrtidano: & de myrto ſilueſtri. CA. IX.

MYrtus ſatiua candida minus utilis eſt medicinæ q̃ nigra. Semen eius medetur ſanguinem excreantibus. item cótra fungos in uino potum. Odorem oris cómendat uel pridie cómanducatum.
Vel menandri item apud menandrum ſynariſtuſin hoc edunt. Datur & dyſentericis denarii pondere in uino. Vlcera difficilia in extremitatibus corporis ſanat cum uino ſubferuefactum imponitur lippitudini cum polenta. Et cardiacis in máma ſiniſtra. Et contra ſcorpionis ictus in mero: & ad ueſicæ uitia capitis dolores: & ægylopas: ante q̃ ſuppurent. item tumoribus. Exemptiſq; nucleis in uino uetere tritum eruptionibus pituitæ. Succus fœminis aluum ſiſtit. Vrinas cit. Ad eruptiones puſtularum pituitæq; cum cærato illinitur: & contra phalangia capillum denigrat. Lenius ſucco oleum eſt ex eadem myrto & uinú: quo nunquá iebriatur. Inueteratum q; ſiſtit aluum: & ſtomachum: tormina ſanat: faſtigiú abigit. Foliorú arentium farina ſudores cohibet inſperſa: uel in febri. Vtilis & cœliacis: & procidentiæ uuluarum ſedis uitiis:
Vel alephas ulceribus manantibus: igni ſacro fotu: capillis fluentibus: furfuribus. item aliis eruptionibus: ambuſtis. Additur quoq; in medicamento: quod liparas uocant: eadem de cauſa: qua oleum ex iis efficaciſſimum ad ea: quæ in humore ſunt: tanq̃ in ore & uulua. Folia ipſa fungis aduerſantur trita ex uino: cum cæra uero articularibus morbis & colectionibus. Eadem in uino decocta dyſentericis & hydropicis potui dantur. Siccantur in farina quæ inſpergitur ulceribus: aut hemorrhoiæ. Purgant & lẽtigines: pterygia & paronychia: & epinyctidas: condylomata: teſtes: tetra ulcera. item ambuſta cum cærato. Ad aures purulẽtas & foliis crematis utuntur & ſucco decocto. Comburuntur & in antidota. Item cauliculi flore decerpti in nouo fictili operto cremati in furno: dein triti ex uino: & ambuſtis foliorum cinis medetur: inguen ne ítumeſcat ex ulcere: ſatis eſt ſurculum tantum myrti habere ſecum: nec ferro nec terra cótractum. Myrtidanum diximus quomodo fieret. Vuluæ prodeſt appoſitum fotu: & illitu. Multo efficacius & cortice: & folio: & ſemine. Exprimitur & foliis ſuccus moliſſimis in pila tuſis adfuſo paulatim uino auſtero. Alias aqua cæleſti: atq; etiam expreſſo utuntur ad oris ſediſq; ulcera uuluæ: & uentris. Capillorum nigritiam: malarum perfuſiones: purgationes lentiginum: & ubi conſtringendum aliquid eſt. Myrtus ſilueſtris: ſiue oxymirſine: ſiue chamæmyrſine baccis rubentibus: & breuitate a ſatiua diſtat. Radix eius in honore eſt: decocta uino ad renum dolores pota. Et difficili urinæ: præcipueq; craſſæ & grauiter olenti. Morbo regio: & uuluarum purgationi trita cum uino. Cauliculi quoq; incipientes aſparagorum modo in cibo ſumpti: & in cinere cocti. Semen cum uino potum aut oleo aut aceto calculos frangit. item in aceto & roſaceo tritum capitis dolores ſedat: & potú morbú regium. Caſtor oxymyrſiné myrti foliis acutis: ex qua fiunt ruri ſcopæ: ruſcum uocauit: ad eoſdem uſus. Et hactenus habent ſe medicinæ urbanarum arborum. Tranſeamus ad ſilueſtres.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXIIII. PROOHEMIVM.

Medicinæ ex arboribus ſilueſtribus. CA. I.



NE SYLVAE QVIDEM horridiorq; naturæ faciēs medicinis carent: ſacra illa parente rerum oīum nuſq; non remedia diſponente homini: ut medicina fieret etiã ſolitudo ipſa ſed ad ſingula illius diſcordiæ atq; concordiæ miraculis occurſantibus. Quercus & olea tam pertinaci odio diſſidẽt: ut altera in alterius ſcrobe depactæ moriantur. Quercus uero & iuxta nucem iuglandem. Pernicialia & braſſicæ cum uite odia. Ipſumq; olus quo uitis fugatur aduerſum cyclamino & origano areſcit. Quin & annoſas iam & quæ ſternantur arbores: difficilius cædi: ac cælerius inareſcere tradunt: ſi prius manu qua ferro attingantur. pomorum onera a iumentis ſtatim ſentiri: ac niſi prius oſtendantur iis: q̃uis pauca portent: ſudare illico. Feruleæ aſinis gratiſſimæ ſunt in pabulo: cæteris uero iumentis præſentaneo ueneno. Qua de cauſa id animal liberto patri aſſignatur: cui & ferula. Surdis etiam rerum ſui cuiq; ſunt: uenena ac minimis quoq;. Phylira coci: & poline nimium ſalem cibis eximunt. Prædulciũ faſtidiũ ſal temperat. Nitroſæ: aut amaræ aquæ polenta addita mitigantur: ut intra duas horas bibi poſſint. Qua de cauſa & in ſaccos uinarios additur polenta. Similis uis rhodiæ cretæ & argillæ noſtratis cõcordia ualentium. Pix oleo extrahitur: q̃do utrunq; pinguis naturæ eſt. Oleum ſolum calci miſcet q̃do utrunq; aquas odit. Gũmi aceto facilius eluitur. Atramentũ aqua. inumera p̃terea alia: q̃ ſuis locis dicent aſſidue. Hinc nata medicina. Hæc ſola naturæ placuerat eẽ remedia parata uulgo: inuentu facilia ac ſine ĩpendio: ex q̃bus uiuimus. Poſtea fraudes hoĩum & ingenioq; capturæ officinas iuenere iſtas: in q̃bus ſua cuiq; hoĩ uenalis p̃mittitur uita. Statim cõpoſitiones: & mixturæ inexplicabiles decantant. Arabia atq; india in medio æſtimant. Vlceriq; paruo medicina a rubro mari importat: cũ remedia uera quottidie pauperrimus q̃ſq; cœnet. Ná ſi ex horto aut petat herba: uel frutex q̃ratur: nulla artium uilior fiat. ita eſt profecto: magnitudo populi romani perdidit ritus: uincẽdoq; uicti ſumus. Paremus externis: & una artium imperatoribus quoq; imperat. Verum de his alias plura.

Vt marceſcere

Vel cũ his aceto facilius eluit atramẽtum

Lotos. CA. II.

LOton herbam: itemq; ægyptiam eodem nomine: alias & ſyrticam arborem diximus ſuis locis: hæc lotos quæ faba græca appellatur a noſtris aluum baccis ſiſtit. Ramenta ligni decocta in uino proſunt dyſentericis: menſtruis: uertigini: comitialibus. Cohibẽt & capillum. Mirum his ramentis nihil eſſe amarius: fructuq; dulcius. Fit & e ſcobe eius medicamentum: ex aqua myrti decocta ſubacta & diuiſa in paſtillos: dyſentericis utiliſſimum pondere uictoriati cum aquæ cyathis tribus.

Glans. CA. III.

GLans intrita duritias: quas cacoethe uocant cum falſa axungia ſanat: uehementioreſq; lichenas. In omnibus cortex ipſe: corticiq; tunica ſubiecta. Hæc decocta iuuat cœliacos. Dyſentericis etiã illinitur: uel ipſa glans. Eademq; reſiſtit ſerpentium ictibus: rheumatiſmis: ſuppurationibus. Folia & baccæ uel cortex uel ſuccus decocti proſunt contra toxica. Cortex illinitur decoctus lacte uacci no ſerpentis plagæ. Datur ex uino dyſentericis.

Vel iliacos

De cocco ilicis & galla: & uiſco: pilulis: glande: & de cerri radice & ſubere. CA. IIII.

EAdem & ilici uis: coccum uulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epiphoris ex aqua: & oculis ſuffuſis ſanguine inſtillatur. Eſt autem genus ex eo in attica fere & aſia naſcens: celerrime in uermiculum ſe mutans: quod ideo ſcolecion uocant: improbantq;. Principalia eius genera diximus. Nec pauciora genera gallæ fecimus: ſolidã: perforatã. Itẽ albã: nigrã: maiorẽ: minorem. Vis oĩum ſimilis. Optima comagena. Excreſcẽtia in corpore tollit. Proſũt gingiuis: uuæ: oris exulceratiõi. Crematæ & in uino extinctæ cœliacis. Dyſentericis illinunt. Paronychiis ex melle: & unguibus ſcabris pterygiis: ulceribus: manãtibus: cõdylomatis: uulneribus: q̃ phagedenica uocãt. In uino ãt decoctæ auribus iſtillat oculis illinunt. Aduerſus eruptiões: & panos cũ aceto. Nucleus cõmãducatus dentiũ doloꝛ ſedat. Itẽ intertrigines: & ambuſta. Immaturæ ex iis ex aceto potæ lyenẽ cõſumũt. Eædẽ crematæ: & aceto falſo extinctæ mẽſes ſiſtunt: uuluaſq; procidentes fotu. Omnes capillos denigrant. Viſcum e robore præcipuum diximus haberi: & quo conficeretur modo. Quidam in aqua contuſum decoquunt: donec nihil innatet. Quidam commanducantes acini expuunt cortices. Optimum eſt: quod ſine cortice eſt: quodque leuiſſimum: extra

fuluum:intus porraceum: quo nihil eſt glutinoſius:emollit:diſcutit: humore ſiccat. Strumas cū reſina & cæratpanos mitigat omnis generis. Quidam & galbanum adiiciunt pari pōdere ſingulorum: eoq; modo & ad uulnera utuntur. Vnguium ſcabricias expolit:ſi ſeptenis diebus ſoluantur:nitroq; colluātur. Quidā ad religionem efficacius fieri putant prima luna collectum e robore ſine ferro. Si terrā non attigerit comitialibus mederi. Conceptum fœminarū adiuuare:ſi omnino ſecū habeant. Vlcera cōmanducatu īpoſituq; efficaciſſime ſanari. Roboris pilulæ ex adipe urſino alopecias capillo replet. Cerri folia & cortex & glans ſiccat collectiones:ſuppurationeſq;:fluitiones:ſiſtit. Torpentes membrorum partes corroborat decoctum eius fotu. Cui & inſidere expedit ſiccandis aſtringendiſue partibus. Radix cerri aduerſatur ſcorpionibus Suberis cortex tritus ex aqua calida potus ſanguinem fluentem ex utraliber parte ſiſtit. Eiuſdem cinis ex uino calido ſanguinem excreantibus magnopere laudatur.

De fago & cupreſſo:& cedro magna:& de cedride:galbano. CA. V.

FAgi folia manducant in gingiuas labiorūq; uitiis. Calculis glādis fagineæ cinis illinitur. Item cū melle alopeciis. Cupreſſi folia trita ſerpentiū ictibus imponunt:& capiti cū polēta ſi a ſole doleat. Itē ramici. Qua de cauſa & bibunt. Teſtiū quoq; tumori cū cærato illinunt. Capillum denigrant ex aceto. Eadē trita cum duabus partibus panis mollis:& e uino amineo ſubacta:pedū ac neruoꝝ dolores ſedant. Pilulæ aduerſus ſerpentiū ictus bibunt. Aut ſi eiiciatur ſanguis:collectionibus illinuntur. Ramici quoq; teneræ tuſæ cum axungia & lomēto,pſunt. Bibunt ex eadē cauſa. Parotidi & ſtrumæ cum farina imponunt. Exprimit ſuccus tuſis cū ſemine:qui mixto oleo caliginē oculorū aufert. Item uictoriati pondere in uino potus illituſq; cum fico ſicca pingui exemptis granis uitia teſtiū ſanat. Tumores diſcutit: & cū fermento ſtrumas. Radix cū foliis trita potaq; ueſicæ & ſtrangurię medetur:& contra phalangia. Ramenta pota menſes ciunt. Scorpionū ictibus aduerſant. Cedrus magna quā cedrelaten uocāt:dat picē:quæ cedria uocatur:dentiū doloribus utiliſſimā. Frangit eni eos:& extrahit:dolores ſedat. Succus ex ea qūo fieret diximus. Magni ad lumina uſus:ni capitis dolorē inferret. Defuncta corpora incorrupta conſeruat. Viuentia corrumpit mira differentia:cū uitam auferat ſpirantibus:defunctiſq; pro uita ſit. Veſtes quoq; corrumpit:& aīalia necat. Ob hoc non cenſeam in anginis hoc remedio utendū:neq; in cruditatibus: qd ſuaſere aliqui. Guſtu dentes quoq; colluere ex aceto in dolore timuerim:uel grauitati aut uermibus aurium inſtillare. Portentū eſt quod tradunt:abortiuū fieri inuenere ante pfuſa uirilitate. Phthiriaſes perungere eo non dubitauerim:itēq; prurigines. Suadent & contra uenenū leporis marini bibere in paſſo. Facilius in elephantia:ſi illinant & ulcera ſordida & excreſcētia in iis. Auctores quidā & oculoꝝ albugines:caligineſq; in unxere eo. Et cōtra pulmonis ulcera cyatū eius ſorbere iuſſerūt. Itē aduerſus tineas. Fit & ex ea oleum: qd piſſeleon uocāt:uehementioris ad oīa eadē uſus. Cedri ſcobe ſerpentes fugari certū eſt. Itē baccis tritis cum oleo ſi qui punganf. Cedrides hoc eſt fructus cedri tuſſim ſanant:urinā ciunt:aluū ſiſtunt:utiles ruptis:cōtuliis:ſpaſticis:ſtrangurię uuluis admoti. Contra lepores marinos eadē:quæ collectionibus ſupra inflammationibuſq;. De galbano diximus neq; humidū neq; aridū probat. ſed quale docuimus. Per ſe bibitur ad tuſſim ueterē:ſuſpiria:rupta cōuulſa. Imponitur iſchiadicis:lateris doloribus:panis:furunculis:corpori ab oſſibus recedenti. Strumis:articuloꝝ nodis:dentiū quoq; doloribus. Illinitur & cū melle capitis ulceribus. Purulentis infundit auribus cū roſaceo aut nardo. Odore comitialibus ſubuenit:& uuluæ in ſtrangulatu: & ſtomachi defectu. Abortus nō exeuntes trahit appoſitu uel ſuffitu. Item ramis hellebori circūlitum atq; ſubiectum. Serpentes nidore urentium fugari diximus. Fugiunt & peruncti os galbano. Medetur:& a ſcorpione percuſſis. Bibitur & in difficili partu fabæ magnitudine in uini cyatho:uuluaſq; conuerſas corrigit. In myrrha autem & in uino mortuos partus extrahit. Aduerſatur & uenenis maxime toxicis cum myrrha & uino. Serpentes oleo & ſpondylio mixto tactu necat. nocere urinæ exiſtimatur.

De ammoniaco & ſtyrace:& ſpondylio:& ſphagno:& terebintho:& chamæpite:& pityuſa:& reſinis:& picea:& lentiſco. CA. VI.

SImilis ammoniaci natura atq; lachrymæ pbandæ:ut diximus mollit:calfacit:diſcutit:diſſoluit. Claritati uiſus in collyriis cōuenit. Pruritū:cicatrices:albugines oculoꝝ tollit. Dentiū dolores ſedat:efficacius accenſum. Prodeſt diſpnoicis:pleureticis:pulmonibus:ueſicis:urinæ cruētæ:lyeni:iſchiadicis potū. Sic & aluū ſoluit. Articulis & podagræ cū pari pondere picis:aut cæræ & roſaceo coctū. Maturat panos:extrahit clauos cū melle. Sic & duritias emollit. Lyeni cū acæto & cæra cypria uel roſaceo efficaciſſime imponitur. Laſſitudines perungi cū aceto & oleo exiguoq; nitro utile. Et ſtyracis naturam in peregrinis arboribus diximus. Placet præter illa quæ diximus:maxime pinguis:purus:albicātibus fragmentis. Medetur tuſſi:facibus:pectoris uitiis:uuluæ præcluſæ: duricieue laboranti. Cit menſes potu:appoſituq;:aluum mollit. Inuenio potu modico triſticiam animi reſoluit:largiore contrahi. Sonitus aurium emendat infuſu:ſtrumas illitu neruorūq; nodos. Aduerſat uenenis:quæ frigore nocent:iō & cicutæ. Spondylion una demonſtratū. Infundit capitibus phreneticoꝝ:& lethargicorum. Item capitis doloribus longis. Cum uetere oleo bibitur & in iocinerum uitiis:morbo:regio:comitialibus:orthopnoicis:uuluarum ſtrangulatione:quibus & ſuffitu prodeſt. Aluum mollit. Illinitur ulceribus ſerpentibus cum ruta. Flos auribus purulentis efficaciter infunditur. Sed ſuccus cum exprimitur:integendus eſt:quoniam mire appetitur a muſcis & ſimilibus. Radix de raſa & in fiſtulas conięcta callum earum derodit. Auribus quoq; inſtillatur cum ſucco. Datur & ipſa contra morbum regium & in iocineris uitio: & uuluarum. Capillos criſpos facit peruncto capite. Sphagnos ſiue ſphacos ſiue bryon:& in gallia ut indicauimus naſcitur uuluis inſidentium utilis. Item genibus & feminum tumoribus mixtus naſturtio & aqua ſalſa tritus. Cum uino aut reſina ſuccus potus urinam pellit celerrime. Hydropicos inanit cum uino & iunipero tritus & potus.

Terebinthi folia & radix colectionibus imponuntur. Decoctum eorum ſtomachum firmat. Semen in capitis dolore bibitur in uino: & contra difficultatem urinæ. Ventrē leniter emollit. Venerem excitat. Piceæ & laricis folia trita & decocta in aceto dentiū dolori proſunt. Cinis corticū intertrigini & ambuſtis. Potus aluū ſiſtit. Vrinā mouet. Suffitu uuluas corrigit. Piceæ folia priuatim & iocineri utilia ſunt drachmæ pondere in aqua mulſa pota. Syluas eas dumtaxat: quæ picis reſinæ quæ gratia raduntᵉ: utiliſſimas eſſe phthiſicis: aut qui longa ægritudine non recolligunt uires: ſatis cōſtat. Et illum cæli aera plus ita q̄ nauigationem ægyptiā, pficere: plus q̄ lactis herbidos p montiū æſtiua potus. Chamæpitis latine a iuga appellatᵉ: diciturq; pp abortus ab aliis thus terræ. Cubitalibus ramis: flore pinus & odore. Altera leuior & icuruæ ſimilis. Tertia eodē odore: & ideo noīe quoq; paruula coliculo craſſitudine digitali: foliis: ſcabris: exilibus: albis: in petris naſcens. Oēs herbæ: ſed propter cognationē noīs non differendæ. Proſunt aduerſus ſcorpionū ictus. Item iocineri illitæ cū palmis: aut cotoneis. Renibus & ueſicæ decoctum eaꝝ cum farina hordeacea. Morbo quoq; regio: & urinæ difficultatibus ex aqua decoctæ bibunᵗ. Nouiſſima cōtra ſerpētes ualet cū melle. Sic & appoſita uuluas purgat. Sanguinē denſatū extrahit pota. Sudores facit perunctis ea. Peculiariter renibus utilis eſt. Fiunt ex ea & hydropicis pilulæ cū fico aluū trahētes. Lumboꝝ quoq; doloē uictoriati pondere in uino finit: & tuſſim recentē. Mortuos partus ex aceto cocta potaq; eiicere protinus diciᵗ. Cū honore & pityuſa ſimili de cauſa diceᵗ: quā qdā in titymalli genere numerant. Frutex eſt ſimilis piceæ: flore paruo purpureo. Bilem & pituitā per aluū detrahit: radix decocti hemina aut ſeminis ligula in balanis. Folia in aceto decocta: furfures cutis emendāt. Māmas quoq; mixto rutæ decocto: & tormina: & ſerpentiū ictus: & in totū collectione incipientes. Reſinam e ſupradictis arboribus gigni docuimus: & genera eius: & nationes in rōne uini: ac poſtea in arboribus. Cuius ſūmæ ſpēs duæ: ſicca & liqda. Sicca quæ in pinu & picea fit. Liquida e terebintho: larice: lentiſco: cupreſſo. Nā & eæ ferunt in aſia & ſyria. Fallunᵗ qui eandē putant eſſe picea atq; larice. Picea enī pinguem & turis mō ſuccoſam fundit. Larix gracilē ac mellei liquoris uirus redolentē. Medici liqda raro utunᵗ & in ouo fere. Larice pp tuſſim ulceraq; uiſcerū. Nec pinea magnopere in uſu. Cæteris nō niſi coctis. Et coquēdi genera ſatis demōſtrauimus. In arboꝝ differentia placet terebinthina odoratiſſima: atq; leuiſſima nationū cypria & ſyriaca utraq; mellis attici colore. Sed cypria carnoſior: ſiciorq;. In ſicco genere quærūt ut ſit candida: pura: perlucida. In oi autē ut montana potiuſq; cāpeſtris. Item aquilonia potius q̄ ab alio uento. Reſoluit reſina ad uulnerū uſus: & malagmata oleo in potiones amygdalis amaris. Natura in medēdo cōtrahere uulnera: purgare: diſcutere: collectiones: itē pectoris uitia. Terebinthina illinit: & eadē callida mēbroꝝ doloribus ſpaſticiſq; illinit in ſole: totiſq; corporibus. Mangonū maxime cura ad gracilitatē emendandā: ſpatiis ita laxantiū cutē per ſingula mēbra: capacioraq; ciboꝝ facienda corpora. Proximū locū optinet e lentiſco. Ineſt ei uis aſtringendi. Mouet & ante cæteras urinā. Reliquæ uētre emolliunt. Cruda cōcoquūt. Tuſſim ueterē ſedant. Vuluæ onera extrahūt ēt ſuffitæ. Priuati aduerſant uiſco. Panos & ſimilia cum ſeuo taurino & melle ſanāt. Palpebras lētiſcina cōmodatiſſime replicat. Fractis quoq; utiliſſima: & auribus purulētis: itē i pruritu genitaliū. Pinea capitis uulneribus optime medetur.

Vel breuior

Vel coloris

Vel craſſior

De pice ſpiſſa & liqda: & palimpiſſa: & piſſaſphaltos: & zopiſſa: & tæda: & lentiſco. CA. VII.

Vlx quoq; unde & qbus cōficereᵗ modis: indicauimus. Et eius duo genera. Spiſſum liqdūq;. Spiſſaꝝ utiliſſima medicinæ eſt brutia: quoniā pinguiſſima & reſinoſiſſima: utraſq; p̄bet utilitates. Ob id magis rutila q̄ cæteræ. Id enī qd in hoc adiiciunt: ex maſcula arbore meliorē eſſe: non arbitror poſſe intelligi. Picis natura excalfacit: explet. Aduerſat priuatim ceraſtæ morſibus cū polenta. Itē anginæ cum melle. Diſtillationibus & ſternutamentis. Pituitis auribus infundit cum roſaceo. illinit cum cæra. Sanat lichenas. Aluū ſoluit. Excreationes pectoris adiuuat eligmate aut illita. Tonſillis cū melle. Sic & ulcera purgat. Explet cū uua paſſa & axungia. Carbunculos purgat: & putreſcētia ulcera. Quæ uero ſerpunt cū pineo cortice: aut ſulphure. Pthiſicis ēt cyathi mēſura qdā dederunt: & cōtra ueterē tuſſim. Rhagadas ſedis & pedū. panoſq;: & ungues ſcabros emēdat. Vuluæ duricias & cōuerſiones odore. itē lenthargicos: ſtrumas. itē cū farina hordeacea & pueri īpubis urina decocta ad ſuppurationē pducit. Et ad alopecias ſicca pice utunᵗ. Ad mulierū māmas brutia ex uino ſubferuefacta cū poline farraceo quā calidiſſimis īpoſitis. Liqda pix oleūq; qd piſſeleon uocant: quēadmodū fieret diximus. Quidā iterū decoquunt: & uocāt palimpiſſam. Liqda anginæ perunguntᵉ intus & uua. Ad auriū dolores: claritatem oculoꝝ: oris circūlitiones: ſuſpirioſos: uuluas: tuſſim ueterē. Et crebras execrationes pectoris: ſpaſmos: tremores: opiſthotonos: paralyſes: neruoꝝ dolores præſtantiſſimū ad canū & iumentoꝝ ſcabiē. Eſt & piſſaſphaltos mixta bitumini pice: naturaliter ex apolloniataꝝ agro. Quidā aūt ipſi miſcent: præcipuū ad ſcabiē pecorū remediū. Aut ſi fœtus māmas leſerit: naturale optimū ex eo: qd cū ſeruet: innatat. Zopiſſam eradi nauibus diximus cæra marino ſale macerata. Optima hæc a tyrocinio nauiū. Addit autē in malagmata ad diſcutiendas collectiones. Tædæ decocto in aceto dentiū dolores efficaciter colluūt. Lentiſci & arbores & ſemen & cortex & lachryma urinā ciunt: aluunt ſiſtunt. Decoctū eorū ulceribus quæ ſerpunt fotu. Illinitur in humidis & igni ſacro gingiuas colluunt. Folia dētibus in dolore atterunᵗ. Mobiles decocto colluuntur. Capillū tingunt. Lachryma ſedis uitiis prodeſt: cum quid ſiccari excalfieriue opus ſit. Decoctum & e lachryma ſtomacho utile ructum & urinam mouens: quod & capitis dolori cum polenta illinitur. Folia uero tenera oculis inflāmatis illinuntur. Item maſtiche lentiſci replicandis palpebris: & ad exterendā cutem in facie & ſmegmata. Adhibetur & ſanguinē reiicientibus: tuſſi ueteri: & ad oīa ammoniaci ui. Medeᵗ & attritis partibus ſiue oleo e ſemine eius facto cæraq; mixto: ſiue foliis ex oleo decoctis: ſiue cum aqua uirilia ſoueantur. Scio Democritum medicum in ualitudine Conſidiæ. M. Seruilii conſularis filiæ omnem curationem auſteram recuſantis diu efficaciter uſum lacte caprarum: quas lentiſco paſcebat.

De platano:& fraxino:& acere:& alba populo:& ulmo:& tilia:& sambuco:& iunipero. CA. VIII.

PLatani aduersantur uespertilionibus. Pilulæ eaꝝ in uino potæ.x.iiii.pondere oĩbus serpentiũ: & scorpionum uenenis. Item ambustis tusæ:aut cum aceto acri magisq; scyllite sanguinẽ omnẽ sistunt:& lentiginẽ & carcinomata:melandrias quoq; ueteres addito melle emendant. Folia & cortex illinunt collectionibus & suppurationibus:& decoctum eorũ. Cortex autẽ in aceto dentium remediũ est. Folia eoꝝ tenerrima in uino albo decocta oculoꝝ. Lanugo folioꝝ: & auribus & oculis inutilis. Cinis pilulaꝝ sanat ambusta igni uel frigore. Cortex e uino scorpionũ ictus restringuit. Fraxinus quã uim aduersus serpentes hẽret indicauimus. Semen foliis eius inest:quæ medent iocineris & lateris doloribus in uino. Aquã:quæ subit cutem extrahunt. Corpus obesum leuant onere sensim ad maciem reducentes iisdem foliis cũ uino tritis ad uiriũ portionẽ. ita ut puero qnq; folia tribus cyathis dentur. Robustio
Vel p̃ci- ribus septem folia quinq; cyathis uini. Non omittendũ ramenta eius & scobẽ a quibusdã cauẽda prædici.
pi Aceris radix contusa iocineris doloribus utilissime imponit. Populi albæ uuarũ in unguentis usum exposuimus. Cortex potus ischiadicis & stranguriæ prodest. Folioꝝ succus calidus auriũ dolori. Virgam populi in manu tenentibus ĩtertrigo non metuat. Populus nigra efficacissima habet:quæ in creta nascit. Comitialibus semen ex aceto utile. Fundit illa & resinã exiguã:qua utuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponunt. Humor e cauis populi nigræ effluẽs uerrucas papulasq; & attrita corporis tollit. Populi ferunt in foliis guttã:ex qua apes ꝓpolin faciunt. Gutta quoq; aquæ ꝓpolis ex qua remedium q̃ efficax est. Vlmi & folia & cortex & rami uim habẽt spissandi:& uulnera cõtrahendi. Corticis utiq; iterior tilia lepras sedat:& folia ex aceto illita. Corticis denarii pondus potũ in hemina aquæ frigidæ:aluũ purgat. Pituitasq; & aq̃s priuatim trahit. Imponit & collectionibus lachryma. Et uulneribus ambustisq; decocto fouere ꝓdest. Humor in folliculis arboris huius nascẽs cuti nitorẽ inducit:faciẽq; gratiorẽ p̃stat. Cauliculi foliorũ primi uino decocti tumores sanant:extrahũtq; p fistulas. Idẽ præstant e tilia cortices. Multi corticẽ commanducatũ uulneribus utilissimũ putant. Folia trita aq̃ aspersa pedũ tumori. Humor quoq; e medulla uti diximus castratæ arboris effluens:capillũ reddit capiti illitus:defluentesq; cõtinet. Arbor tilia leniter rusa ad eadẽ fere utilis est:atq; oleaster. Folia aũt tantũ in usu:& ad infantiũ ulcera in ore:& cõmanducata & decocta urinam ciunt:menses sistunt illita:sanguinẽ pota detrahunt. Sambucus hẽt alterũ genus magis siluestre:qd̃ græci chameacten:alii helion uocãt multo breuius. Vtriusq; decoctũ in uino ueteri folioꝝ uel seminis uel radicis ad cyathos binos potũ stomacho inutile est:aluo detrahens aquã. Refrigerat etiã inflãmationẽ:maxime recentis ambusti. Et canis morsum cum polenta mollissimis folioꝝ illitis. Succus cerebri collectiones priuatimq; mẽbranæ:quæ circa cerebriũ est:lenit infusus. Acini eius inferiores q̃ reliq̃ tingunt capillum. Poti acetabuli mẽsura urina mouent. Foliorũ molissima ex oleo & sale edunt ad pituitã bileq; detrahendã. Ad oia efficacior quæ minor. Radicis eius in uini decocti duo cyathi poti hydropicos exinaniunt. Vuluas emolliunt:hoc est folioꝝ decocto insidentiũ. Caules teneri minoris sambuci in patinis cocti aluum soluunt. Resistunt folia & serpentiũ ictibus in uino pota. Podagris cum seuo hircino uehemẽter ꝓsunt cauliculi illiti. Lideq; in aqua macerant:ut ea sparsa pulices necentur. Foliorũ decocto si locus spargatur:muscæ necantur. Boa appellatur morbus papularum cum rubent corpora:sambuci ramo uerberatur. Cortex interior tritus ex uino albo potus aluũ soluit. Iuniperus uel ante cætera oĩa excalfacit:extenuat:cedro assimilis. Et eius duo gña. Altera maior:altera minor. Vtraq; accensa serpẽtes fugat. Semẽ stomachi:pectoris:lateris: doloribus utile. Inflationes langoresq; discutit. Tusses cõcoquit & durities. Illitũ tumores sistit. itẽ aluum: baccis ex uino nigro potis. itẽ uentris tumores illitis. Miscẽt & antidotis oxyporis. Vrinas cit. illinit & oculis in epiphoris. Datur cõuulsis:ruptis:torminibus:uuluis:ischiadicis cũ uino albo potũ pilulis q̃ternis:aut decoctis uiginti in uino. Sunt qui & perungant corpus e semine eius in serpentium metu.

De salice:& amerina:& uitilibus:& erice. CA. IX.

SAlicis fructus ante maturitatẽ in araneã abit. Sed si prius colligat:sanguinẽ reiiciẽtibus prodest. Corticis e ramis primis cinis clauũ:& callum aqua mixta sanat. Vitia cutis in facie emendat: magis admixto succo suo. Est autẽ hic trium generũ. Vnũ arbor ipa exudat gũmi modo. Alterum manat in plaga cum floret excisо cortice trium digitorũ magnitudine. Hic ad purgãda quæ obstent oculis. Item ad spissanda quæ opus sunt:ciendamq; urinam:& ad oẽs collectiones intus extrahendas. Tertius succus est detruncatiõe ramoꝝ a falce distillans. Ex iis ergo aliquis cum rosaceo in calice punici calfactus auribus infundit. Vel folia cocta:& cum cæra trita imponunt. item podagricis. Cortice & foliis in uino decoctis foueri neruos utilissimũ. Flos tritus cum foliis furfures purgat in facie. Folia cõtrita & pota in temperantiã libidinis coercent:atq; in totũ auferunt usum sæpius sumpta. Amerinæ nigræ semen cum spuma argenti pari pondere a balneo illitum psilothrũ est. Nõ multum a salice uitilium usu distat uitex:foliorum quoq; aspectu:nisi odore gratior esset. Sed græci ligon uocãt:alii agnon:quoniã matronæ in thesmophoriis athenienſium castitatẽ custodientes iis foliis cubitus sibi sternunt. Duo genera eius. Maior in arborem salicis modo assurgit. Minor ramosa foliis candidioribus lanuginosis. Prima arborum album florem mittit cum purpureo:quæ & candida uocatur. Nigra:quæ tantum purpurerum. Nascũtur in paluſtribus campis. Semen potũ uini quendam saporem habet:& dicitur febres soluere. Et cum unganẽt oleo admixtum sudorem facere:sic & lassitudines dissoluere. Vrinam ciunt & menses. Caput tentant uini modo:nam & odor similis est. Inflationes pellunt in inferiora. Aluum sistũt. Hydropicis & lyenibus perquã utiles. Lactis ubertatem faciunt. Aduersantur uenenis serpentium:maxime quæ frigus inferũt. Minor efficacior ad serpentes. Bibitur seminis draghma in uino uel posca:aut duabus foliorum tenerrimorum. Illinuntur & utræq; aduersus araneorum morsus uel peruncti s tantum. Suffitu quoq; aut subſtratu fugant uenenata.

At uenereæ rei impetus inhibent. Eoq; maxime phalangiis aduerſantur quorum morſus genitale excitat. Capitis dolorem ex ebrietate ſedant cum roſaceo flos teneriq; cauliculi. Seminis decoctum uehementiorẽ capitis dolorem diſſoluit fotu: & uuluam etiã ſuffitu uel appoſitu. Purgat aluum cum pullegio & melle potum. Vomicas panoſq; difficile cõcoquentes cum farina hordeacea mollit. Lichenas & lentigines cũ aphronitro & aceto ſemẽ ſanat: & oris ulcera & eruptiões cum melle. Teſtium cum butyro & foliis uitium. Rhagadas ſedis cum aqua illitum. Luxatis cum ſale & nitro & cæra & ſemine & folio. Addit in malagmata neruorum & podagras. Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phreneſi. Virgam qui in manu habeant aut cinctu: negantur intertriginẽ ſentire. Ericen græci uocant fruticẽ nõ multum a myrice differentem colore roris marini: & pene folio. Hoc aduerſari ſerpentibus tradũt. Geniſta quoq; uinculi uſum præſtat. Flores apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit: quam græci auctores ſparton appellauere: cũ ex ea lina piſcatoria apud eos factitari docuerim. Et nunquid hãc deſignauerit Homerus cum dixit nauiũ ſparta diſſoluta? Nõdum enim fuiſſe africanum uel hiſpanũ ſpartum in uſu certũ eſt. Et cum ſutiles fierent naues: lino tamen nõ ſparto unquã ſutas. Semen eius: quod græci eodẽ nomine appellant: in foliculis paſſiolorum modo naſcens: purgat hellebori uice drachma & dimidia pota in aquæ mulſæ cyathis quattuor ieiunis. Ramis ſimiliter fronde in aceto maceratis pluribus diebus & tuſis ſuccum dant iſchiadicis utilẽ cyathi unius potu. Quidam marina aqua macerare malunt: & infundere clyſtere. Perunguntur eodem ſucco iſchiadici addito oleo. Quidam ad ſtrangurian utuntur ſemine. Geniſta tuſa cum axungia genua dolẽtia ſanat. Myricẽ q; & tamaricẽ uocat Leneus ſimilem ſcopis amerinis. Sanari dicit ea carcinomata in uino decocta trita que melle illita. Arbitrantur quidam hanc eſſe tamaricem. Sed ad lyenem p̃cipua eſt: ſi ſuccus eius expreſſus in uino bibatur. Adeoq; mirabilem eius antipathiam contra ſolum hoc uiſcerum faciunt: ut affirment ſi ex ea alueis factis bibant ſues: ſine lyene inueniri. Et ideo homini ſplenetico cibum potumq; dant i uaſis ex ea factis. Grauis autem auctor in medicina uirgam ex eadem fractam: ut neq; terram neq; ferrum attingeret: ſedare uẽtris dolores aſſeuerauit impoſitam: ita ut tunica cinctuq; corpori apprimeretur. Vulgus infœlicem eam arborem appellat: ut diximus: quoniam nihil ferat: nec feratur unquam. Corinthus & quæ circa eſt regio: brianeam uocat. Eiuſq; duo genera facit. Silueſtrem plane ſterilem: alteram mitioré. Hæc fert in ægypto ſyriaq; etiam abundanter lignoſum fructum: maiorem galla: aſperũ guſtu: quo medici utũtur uice gallæ: & in compoſitionibus: quas antheras uocant. Lignum autem & flos & folia & cortex in eoſdem uſus adhibentur quãquam remiſſiora. Datur ſanguinem reiicientibus cortex tritus: & contra profluuia fœminarum: cœliacis quoq;. Idem tuſus impoſituſq; collectiones omnes ihibet. Foliis exprimitur ſuccus. Ad hæc eadem & in uino decoquuntur. Ipſa uero adiecta melle gangrenis illinuntur. Decoctum eorũ in uino potum uel impoſitum cum roſaceo & cæra ſedat. Sic & epinyctidas ſanant. Ad dentium doloré aurium q; decoctum eorum ſalutare eſt: radix ad eadem: ſimiliter folia. Hæc amplius ad ea quæ ſerpunt: imponuntur cũ polenta. Semẽ drachmæ põdere aduerſus phalangia: & araneos bibitur. Cum altiliũ uero pingui furunculis iponitur. Efficax & cõtra ſerpentiũ ictus: præterq; aſpidũ. Necnõ morbo regio: phthiriaſi: lẽdibuſq; decoctũ infuſum ꝓdeſt. Abundãtiãq; mulierũ ſiſtit. Cinis arboris ad oía eadẽ prodeſt: ſi bouis caſtrati urinæ imiſceatur: uel in potu uel in cibo uenerẽ finiri. Carboq; ex eo genere urina ea reſtinctus in umbra cõditur. Idẽ cũ libeat accẽdere: reſoluitur. Magi & id ex ſpadonis fieri urina tradiderunt.

De uirga ſanguinea: & ſilere: & liguſtro: & alno: & hedera: & cyſtho: & ciſſo: & erythrano: & chamæciſſo: & ſmilace: & de clematide. CA. X.

NEc uirga ſanguinea fœlicior habef. Cortex eius interior cicatrices: quæ p̃ſanauere: aperit. Sileris folia illita fronti capitis dolores ſedant. Eiuſdem ſemẽ tritũ in oleo phthiriaſes coercet. Serpentes & hunc fruticẽ refugiunt: baculũq; ruſtici ob id ex eo gerũt. Liguſtrũ eadẽ arbor eſt: quæ in oriente cypros: ſuos in europa uſus habet. Succus eius neruis articulis: argoribus: folia ubiq; ueteri ulceri cum ſalis mica: & oris exulcerationi proſunt. Acini contra phithiriaſin: item contra intertrigines foliaue. Sanant & gallinaceorũ pituitas acini. Folia alni ex feruenti aqua certiſſimo remedio ſunt tumori. Hederæ genera. xx. demonſtrauimus. Natura omniũ in medicina anceps. Mentem turbat: & caput purgat largius pota. Neruis intus nocet. Iiſdem neruis adhibita foris prodeſt. Eadẽ natura quæ & aceto ei eſt. Omnia genera eius refrigerant: Vrinam ciunt potu. Capitis dolorem ſedant: præcipue cerebro: continentiq; cerebrum membranæ utiliter mollibus impoſitis foliis cum aceto & roſaceo tritis & decoctis addito poſtea roſaceo oleo. Illinuntur autem fronti & decocto eorum fouetur os: caputq; perungitur. Lyeni & pota & illita proſunt. Decoquuntur & contra horrores febrium: eruptioneſq; pituitæ: aut in uino terũtur. Corymbi quoq; poti uel illiti lyenem ſanant: iocinera autem illiti. Trahunt & menſes appoſiti. Succus hederæ tedia narium graueolentiamq; emendat: præcipue albæ ſatiuæ. Idem iſuſus naribus caput purgat. Efficacius addito nitro infunditur etiam purulentis auribus: aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus quoq; decorẽ facit: ad lyenes efficacior albæ eſt ferro calfactus. Satiſq; ẽ acinos ſex in uini cyathis duobus ſumi. Acini quoque ex eadem alba terni in aceto mulſo poti tineas pellunt. In quæ curatione uentri quoq; impoſuiſſe eos utile eſt. Hederæ: quam chriſocarpon appellauimus: baccis aurei coloris uiginti in uini ſextario tritis ita uterni cyathi potentur: aquam: quæ cutem ſubierit: per urinam educit. Eraſiſtratus eiuſdem acinos. v. tritos in roſaceo oleo: calfactoſq; in cortice punico inſtillauit dentium dolori a contraria aure. Acini qui croci ſuccum habent: præſumpti potu a crapula tutos præſtant. Item ſanguinem excreantes aut torminibus laborantes. Hederæ nigræ candidiores corymbi poti ſteriles etiam uiros faciunt. Illinitur decocta in uino omnium ulcerum generi: etiam ſi cacoetæ ſint. Lachryma hederæ pſilothrum eſt phthiraſinq; tollit. Flos cuiuſcunq; generis trium digitorum carptu dyſentericos & aluum citam emẽdat in uino auſtero bis die po-

tus. Et ambustis illinitur utiliter cū cæra. Denigrant capillū corymbi. Radicis succus in aceto potus contra phalāgia ꝓdest. Huius quoq; ligni uase spleneticos bibentes sanari inuenio. Et acinos terunt: moxq; comburūt: & ita illinūt ambusta prius perfusa aqua calida. Sunt qui & icidant succi gratia: eoq; utant̄ ad dentes erosos frangiq; tradūt proximis cæra munitis: ne ledātur. Gummi etiā in hedera quærunt: qđ ex aceto utilissimū dentibus ꝓmittunt. Græci uicino uocabulo cisthō appellant fruticem maioré thymo foliis ocimi. Duo eius genera. Flos masculo rosaceus: fœminæ albet. Ambo prosunt dysentericis: & solutionibus uētris in uino austero trinis digitis flore capto: & similiter bis die poto. Vlceribus ueteribus & ambustis cum cæra: & per se oris ulceribus. Sub his maxime nascit̄ hypocisthos: quā iter hederas diximus. Cissos erythranos ab iisdem appellatur similis hederæ: coxēdicibus utilis e uino potus: item lumbis: tantáq; uim accipiūt ut sanguinē urina detrahāt. Itē chamæcisson appellāt hederā nō attollentē se a terra. Et hæc contusa in uino acetabuli mēsura lyeni medet̄. Folia ambustis cū axungia. Smilax quoq; quæ nicophoros cognominat̄: similitudinē hederæ habet: tenuioribus foliis. Coroná ex eo factā impari folioꝝ numero aiunt capitis doloribus mederi. Quidā duo genera smilacis dixere. Alteꝝ imortalitati proximū cōuallibus opacis scandentē arbores comātibus acinoꝝ corymbis cōtra uenenata oīa efficaciſſimis: in tantū ut acinoꝝ succo infantibus sæpe instillato nulla postea uenena nocitura sint. Alteꝝ genus culta a mare: & in iis gigni nullius effectus. Iā esse smilacē priorē: cuius lignū ad aures sonare diximus. Similē huic aliqui clematida appellauerunt repentē per arbores geniculatam & ipsam. Folia eius lepram purgant. Semen aluū soluit acetabuli mēsura in aquæ hemina ut aqua mulsa. Datur ex eadem causa & decoctum eius.

De harundine: & papyro: & hebeno: & rhododēdro: de ruse: & erythro: & canchri: & sabina: & selagine: & samulo: & gummi medicinis. CA. XI.

HArundinis genera. xxix. demōstrauimus: nō aliter euidentiore illa natura quā continuis iis uoluminibus tractamus. Si quidē harūdinis radix cōtrita & ꝓposita filicis stirpē corpore extrahit. Itē harundinē filicis radix. Ex quo plura genera fecimus. Illaq; in india syriaq; nascit̄ odoꝝ unguentorūq; causa: urinā mouet cū gramine: aut apii semine decocta. Cit & mēstrua admotu. Medetur cōuulsis duobus obolis pota: iocineri: renibus: hydropi: tussi etiā suffitu: magisq; cū resina. Furfuribus ulceribusq; manātibus cū uino radix decocta. Excipit̄ & succus eius: fitq; elaterio similis. Efficaciſſima aūt ī omni harūdine quæ ꝓxima radici. Efficacia & genicula. Harundo cypria: quæ donax uocat̄ corticis cinere alopecias emēdat. Item putrescētia ulcera. Foliis eius ad extrahēdos eius aculeos uruntur. Efficacius & contra ignes sacros: collectiōesq; oēs. Vulgaris harundo extractoriā uim habet: & recens tusa: nō in radice tantum. Multū enim & ipsam harundinē ualere tradunt. Medet̄ & luxatis: & spinæ doloribus radix ī aceto illita. Eadem recens trita & in uino pota uenerē cōcitat. Harundinū lanugo illata auribus obtūdit auditū. Cognata res est in ægypto harūdini Papyrus ꝑcipue utilitatis cū inaruerit: ad laxādas siccādasq; fistulas: & ī tumescēdo ad introitū medicamētorū aperiēdas. Charta quæ fit ex ea cremata: inter caustica est. Cinis eius ex uino potus somnū facit. Ipsa ex aqua ꝓposita callū sanat. Ne in ægypto quidē nascit̄ hebenus: ut docuimus. Nec tractamus in medicina alienos orbes. Nō omittet̄ tamē ꝓp miraculū. Scobem eius oculis unice mederi dicunt. Lignoq; ad cotē trito cū passo caliginē discutit. Ex aqua uero & radice albugines oculoꝝ. Item tussim pari modo dracūculi radicis cū adiecto melle. Hebenū medici & inter erodētia assumūt Rhododendros ne nomē qdē apud nos iuenit latinū: rhododaphnen uocāt: aut neriū. Mirū folia eius quadrupedū uenenū eē. Homini uero cōtra serpētes ꝑsidiū: ruta addita & e uino pota. Pecus etiā & capræ si aquā biberit: in qua folia ea maduerit: mori dicunt̄. Nec rhus latinū nomē habet: cū in usum pluribus modis ueniat. Ná & herba est siluestris: foliis myrti: caulicul̄isq; breuibus: quæ uenena & tineas pellit: & frutex excoriarius appellatur subrutilus: cubitalis: crassitudine digitali: huius aridis foliis ut malicorio coria pficiunt̄. Medici aūt rhoicis utunt̄ ad cōtusa. Item cœliacos: & sedis ulcera: aut q̄ phagedenas uocāt: trita cū melle & illita cū aceto. Decoctum eoꝝ instillat̄ auribus purulētis. Fit & stomachice decoctis ramis: ad eadē; quæ ex moris: sed efficatior admixto alumine. Illiniturq; eadē hydropicoꝝ tumoribus. Rhus quæ erythros appellat̄: frutex est: & huius fruticis semē uim habet astringēdi refrigerādiq;. Aspergit̄ ꝓ sale obsoniis. Aluos soluit: oēsq; carnes cū silphio suauiores facit. Vlceribus medet̄ manātibus cū melle. Asperitati līguæ ꝑcussis: liuidis: desquamatis eodē modo. Capitis ulcera ad cicatricē celerrime ꝓducit: & fœminaꝝ abundātiā sistit cibo. Erythrodanus quā aliqui eruthodanū uocāt: nos rubiā: qua tinguntur lanæ pelleſq; pficiunt̄: in medicina uriná ciet. Morbū regiū sanat ex aqua mulsa. Et lichēas ex aceto illita. Et ischiadicos & paralyticos: ita ut bibētes lauent̄ quotidie. Radix semenq; trahūt mēses. Aluū sistunt: & colectiōes discutiūt. Cōtra serpētes rami cū foliis imponunt̄. Folia & capillū tingunt. Inuenio apud quosdā morbū regiū sanari hoc frutice: etiā si adalligatus spectetur tantū. Distat ab eo qui alysson uocat̄ foliis tantū & ramis minoribus. Quippe nomen accepit q; a cane emorsos rabiē sentire nō patitur: potus ex aceto adalligatusq;. Mirūq; est qđ additur: insaniā cōspecto eo oīno frutice sanari. Tingētibus & radicula ramos præparat: quā struthion uocari diximus a græcis. medet̄ morbo regio ipsa decocta & ius potū: item pectoris uitiis. Vriná ciet: aluum soluit: & uuluas purgat. Quāobrem aureū poculū medici uocāt. Ea & ex melle prodest magnifice ad tussim. Orthopnoeæ cochlearis mēsura. Cum polēta uero & aceto lepras tollit. Eadē cū panace & capparis radice calculos frangit: pellitq;. Panos discutit cū farina hordeacea & uino decocta. Miscet̄ & malagmatis & collyriis: claritatis causa. Ad sternutamenta utilis inter pauca. Lieni quoq; ac iocineri. Eadē pota denarii unius pōdere ex mulsa aqua: suspiriosos sanat. Sic & pleureticos: & oēs lateris dolores. Apotyni semen ex aqua: frutex est: folio hederæ: molliore tamē & minus lōgis uiticulis: semine acuto: diuiso: lanuginoso: graui odore. Canes & oēs quadrupedes necat in cibo datū. Est & rosmarinū. Duo genera eius. Alterū sterile: alterū cui & caulis & semen resina-

ceum: quod canchrys uocatur. Foliis odor thuris. Radix uulnera ſanat uiridis impoſita & ſedis procidẽtia: cõdylomata & hæmorrhoidas. Succus & fruticis & radicis morbũ regiũ: & ea quæ repurganda ſunt. Oculorũ aciẽ exacuit. Semẽ ad uetera pectoris uitia datur potui. Et ad uuluas cũ uino & pipere. Mẽſes adiuuat. Podagris illinit cũ ærinea farina. Purgat & lentigines: & quæ ex calfaciẽda ſunt: aut cũ ſudor quærẽdus illitum. Itẽ cõuulſis. Auget & lac in uino potũ. item radix. Ipſa herba ſtrumis cũ aceto illinitur: ad tuſſim cum melle prodeſt. Cãchrys multa genera habet ut diximus. Sed hæc: quæ ex rore ſupradicto naſcit: ſi fricetur: reſinoſa eſt. Aduerſat uenenis & uenenatis: præter anguibus: Sudorẽ mouet: tormina diſcutit. Lactis ubertatem facit. Herba ſabina brathy appellata a græcis duoꝝ generũ eſt. Altera tamaricæ ſimilis folio eſt: altera cupreſſo. Qua ex re quidã creticam cupreſſum dixerunt: utilis in ſuffitus pro thure aſſumitur. In medicamẽris uero duplicato põdere eoſdem effectus habere quos cynnamũ tradit. Collectiões minuit: & nomas cõpeſcit. Illita ulcera purgat. Partus emortuos appoſita extrahit & ſuffitu. Illinitur igni ſacro & carbũculis. Cum melle & uino pota regio morbo medet. Gallinacei generis pituitas fumo eius herbæ ſanari tradunt. Similis herbæ huic ſabinæ eſt ſelago appellata. Legitur ſine ferro dextra manu per tunicã: qua ſiniſtra eruit uelut furãte: cãdida ueſte ueſtito pureꝙ lotis nudis pedibus: ſacro facto prius q̃ legat: pane uinoꝙ præfert in mappa noua. Hãc cõtra omnẽ pernicieẽ habendã prodidere druidæ gallogꝝ: & cõtra oia oculorũ uitia fumum eius prodeſſe. Idem ſamolum herbã nominauere naſcentẽ in humidis. Et hanc ſiniſtra manu legi a ieiunis contra morbos ſuum boumꝙ: nec reſpicere legentẽ: nec alibi q̃ in canali deponere: ibiꝙ cõterere poturis. Gummi genera diximus. Ex iis maiores effectus melioris cuiuſꝙ erunt. Dentibus inutiles ſunt. Sanguinem coagulant: & ideo reiicientibus ſanguinẽ proſunt: item ambuſtis: arteriæ uitiis. Inutilẽ urinã ciunt: amaritudines hebetant aſtrictis cæteriſꝙ: ex amygdala amara: eſt ſpiſſandiꝙ uiribus efficacior. Habet excalfactorias uires. Preponuntur autem prunorũ & ceraſorum ac uitium. Siccant illitæ & aſtringũt. Ex aceto uero infantium lichenas ſanant. Proſunt & tuſſi ueteri: quattuor obolis in mixto potis. Creduntur & colorem gratiorem facere: ciborumꝙ appetentiam: & calculoſis prodeſſe cum paſſo potæ. Oculorum & uulnerum in utilitatibus maxime conueniunt ab ſpina ægyptia.

Vel eruinea

Vel a multis

De ſpina arabica & ſpina alba: & acantho: & acatia. CA. XII.

SPinæ arabicæ laudes in odorũ loco diximus: & ipſa ſpiſſat: ſtringitꝙ diſtillatiões oẽs: & ſanguinis excreatiões: mẽſiumꝙ abundantiã: etiãnum radice ualentior. Spinæ albæ ſemen cõtra ſcorpiones auxiliatur. Corona ex ea ipoſita capitis dolores minuit. Huic ſimilis eſt ſpina illa: q̃ græci acanthion uocãt: minoribus multo foliis aculeatis per extremitates: & araneoſa lanugine obductis. Qua collecta etiã ueſtes quædã bombicinis ſimiles fiunt in oriẽte. Ipſa folia uel radices ad remedia opiſthotoni bibunt. Eſt & acaciæ ſpina. Fit in ægypto alba nigraꝙ arbore: item uiridi: ſed longe melior eſt prioribus. Fit & in gallatia tenerrima ſpinoſiore arbore. Semẽ oĩum lenticulæ ſimile: minore eſt tãtum & grano & foliculo. Colligit autũno ante collectũ nimio ualidus. Spiſſat ſuccus ex foliculis aqua cæleſti pfuſus: mox in pila tuſis: exprimit orgãis: tũc denſat in ſole mortariis in paſtillos. Fit & ex foliis minus efficax. Ad coria pficiẽda ſemine pro galla utunt. Folioꝝ ſuccus & gallatiacæ acaciæ nigerrimus iprobat: itẽ q̃ualde ruffus. Purpurea aut leucophea: & quæ facillime diluitur. Vis ſumma ad ſpiſſandum refrigerandumꝙ eſt. Oculorum medicamentis ante alias utiles. Lauantur in eos uſus paſtilli: ab aliis torrentur: ab aliis capilli tinguntur. Sanant ignem ſacrum. Vlcera quæ ſerpunt: & humida uitia corporis: collectiones: articulos cõtuſos: perniones: pterygia. Abundantiam menſium fœminis ſiſtunt: uuluamque & ſedem procidentes: itẽ oculos: oris uitia & genitalium.

Vel ſerpentes

De uulgari ſpina: & ſilueſtri: & de ſyriſceptro: & de apendice ſpina: & pyxachantho: & paliuro: aquifolia: & taxo: & rubis medicinæ. CA. XIII.

VVlgaris quoꝙ hæc ſpina: ex qua uenæ fulloniæ implent: radicis uſus habetur. Per hiſpanias qdẽ multi & inter odores: & ad unguẽta utuntur illa aſpalathũ uocãtes. Eſt ſine dubio hoc noĩe ſpina ſilueſtris in oriente (ut diximus) cãdida magnitudine arboris iuſtæ. Sed & frutex humilior: atꝙ ſpinoſus. In niſyro & rhodiorũ inſulis: quã alii eriſiſceptrũ: alii adipſatheũ ſiue dipſacon ſiue diaxylon uocãt. Optimus q minime ferulaceus: rubẽs: & in purpurã uergẽs detracto cortice: naſcit pluribus locis: ſed nõ ubiꝙ odoratus. Quã uim haberet cæleſti arquu in eũ innixo: diximus. Sanat tetra oris ulcera: & ozenas: genitalia exulcerata: aut carbunculãtia: item rhagadia: inflationes potu. Diſcutit & ſtrangurias cortex. Sanguinẽ reddentibus medetur decoctũ eius. Aluum ſiſtit cortex. Similia præſtare quoꝙ ſilueſtrẽ putant. Spina eſt appendix appellata: quoniã baccæ puniceo colore in ea appendices uocãtur. Hæ crudæ per ſe & aridæ in uino decoctæ aluũ citant: ac tormina cõpeſcunt. Pyxacanthi baccæ cõtra ſerpentiũ ictus bibuntur: proſunt purgatiõi fœminaꝝ: cœliacis: dyſentericis: ac cholericis. In uino potæ aluũ ſiſtunt. Radix decocta & illita extrahit infixa corpori. Vtiliſſima eſt & luxatis: tumoribuſꝙ. Paliurus quoꝙ ſpinæ genus eſt. Semen eius afri zuram uocãt: cõtra ſcorpiones efficaciſſimũ. item calculoſis & tuſſi. Folia aſtrictoriã uim habent. Radix diſcutit panos: collectiões: uomicas: urinas trahit pota. Decoctum eius potum in uino aluum ſiſtit. Serpentibus aduerſatur: radix præcipue datur in uino. Alioquin folia cõtuſa addito ſale articulorum morbis imponunt. Aquifolia arbor in domo: aut uilla ſata ueneficia arcet. Flore eius aquã glaciari pythagoras tradit. Itemꝙ baculũ ex ea factũ in quoduis animal emiſſum etiã ſi citra ceciderit defectu mittentis: ipſum per ſeſe recubitu propius adlabi: tam præcipuã naturã ineſſe arbori. Taxi arboris fumus mures necat. Nec rubos ad maleficia tantũ genuit natura: ideoꝙ ex eis mora uel hominibus cibos dedit. Vim habẽt ſiccandi: aſtringendi. Gingiuis: tonſillis genitalibus accomodatiſſimi. Aduerſantur ſerpentiũ ſceleratiſſimis: hemorrhoidi & præſteri flos aut mora. Scorpionum uulnera ſine collectionũ periculo inungunt. Vrinam

ciunt. Caules eorum tonduntᵉ teneri: exprimiturqꝫ ſuccus: mox ſole cogitur in craſſitudinē mellis ſingulari remedio cōtra mala oris oculorumqꝫ: ſanguinē excreātes: anginas: uuluas: ſedes: cœliacos: potus aut illitus. Oris quidem uitiis etiā folia cōmanducata proſunt: & ulceribus manātibus: aut quibuſcunqꝫ in capite illinūtur: cardiacis: uel ſic per ſe iponuntᵉ a māma ſiniſtra. Item ſtomachi doloribus: oculiſqꝫ procidētibus. Inſtillatur ſuccus eoꝝ & auribus. Sanat cōdylomata cū roſaceo cærato. Calculorumue ex uino decoctū uel præſentaneū remediū eſt. Item per ſe in cibo ſumpti cymæ modo: aut decocti in uino auſtero labātes dentes firmāt. Aluū ſiſtunt & profluuia ſanguinis: dyſentericis proſunt. Siccātur in umbra ut cinis crematorū uuam reprimat. Folia quoqꝫ arefacta & cōtuſa iumentoꝝ ulceribus utilia tradūtur. Mora quæ in iis naſcūtur uel efficacioré ſtomachicé p̄buere q̄ ſatiua morus. Eadēqꝫ cōpoſitiōe uel cū hypociſthide tantū & melle bibuntᵉ in cholera: & a cardiacis: & cōtra araneos. Inter medicamēta: quæ ſtyptica uocāt: nihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in uino ad tertias partes: ut colluantᵉ eo oris ulcera & ſedis foueantᵉ. Tantaqꝫ uis eſt: ut ſpōgiæ ipſæ lapideſcāt. Alterū genus rubi eſt in quo roſa naſcitur. Gignit pilulam caſtaneæ ſimilem: præcipuo remedio calculoſis. Alia eſt cynorhoda: quā proximo dicemus uolumine.

De cynoſbato: & ideo rubo: & rhamno: & lycio: & ſarcocolla: & oporice medicinæ. CA. XIIII.

CYnoſbaton: quā alli cynoſpaſton: alii neuroſpaſton uocāt: foliū habet ueſtigio hoīs ſimile. Fert & uuam nigrā: in cuius acimo neruū habet: unde neruuſpaſſus dicitur. Alia ē cappari ſimilis: quā medici cynoſbaton appellauerūt. Huius thyrſus ad remedia ſplenis & inflationes conditus ex aceto māditur. Neruus eius cū maſtice chia cōmanducatus os purgat. Ruborū roſa alopecias cum axungia emēdat. Mora capillum tingunt cū omphacino oleo. Flos mori per meſſes colligiᵉ. Cādidus pleureticis præcipuus ex uino potus: item cœliacis. Radix ad tertias decocta: aluum ſiſtit & ſanguinē: item dentes collutos decocto. Eodē ſucco fouentur ſedis atqꝫ genitaliū ulcera. Cinis e radice deprimit uuam. Idæus rubus appellatus eſt: quoniā in ida nō alias naſcitur. Eſt autem tenerior ac minor rarioribus calamis innocentioribuſqꝫ: ſub arborum umbra naſcens. Huius flos cū melle epiphoris illiniᵉ & ignibus ſacris. Stomachiciſqꝫ ex aqua bibendus datur. Cætera eadē præſtatqꝫ ſupradicta. Inter genera ruborum rhānos appellatur a græcis candidior & fruticoſior. Is floret ramos ſpargēs rectis aculeis nō ut cæteri aduncis: foliis maioribus. Alterum genus eius ſilueſtre nigrius & quadantenus rubens. Fert ueluti folliculos. Huius radice decocta in aqua: fit medicamētum: quod uocatur lyciū. Semē ſecundas trahit. Alterqꝫ ille candidior aſtringit magis: refrigerat: collectiōibus & uulneribus accomadatior. Folia uero utriuſqꝫ & cruda & decocta illinūtur cum oleo. Lycium præſtātius e ſpina fieri tradunt: q̄ & pyxacanthō chironiā uocāt: quales in idicis arboribus diximus: quoniā longe præſtātiſſimū exiſtimatur idicū. Coquuntᵉ in aqua tuſi rami: radiceſqꝫ ſummæ amaritudinis æreo uaſe fere p̄ triduū. Iterūqꝫ exempto ligno donec mellis craſſitudo fiat. Adulteratᵉ amaris ſuccis: etiā amurca ac felle bubulo. Spuma eius ac flos quidē oculorū medicamētis additur. Reliquo ſucco faciem purgat: & pſoras ſanat: eroſos angulos oculorū: uetereſqꝫ fluctiōes: aures purulentas: tonſillas: gingiuas: tuſſim: ſanguinis excreatiōes: fabæ magnitudine deuoratum. Aut ſi ex ulceribus fluat: illitum rhagadas: genitalium ulcera: Attritus: ulcera recentia: & ſerpentia: ac putreſcentia. In naribus clauos: ſuppuratiōnes. Bibitur & a mulieribus in lacte contra profluuia. Indici differentia glebis extrinſecus nigris intus ruffis cum fregeris: cito nigreſcentibus. Aſtringit uehementer cum amaritudine. Ad eadem omnia utilis eſt: ſed præcipue ad genitalia. Sunt qui & ſarcocollam & ſpinæ lachrymam putent pollini turis ſimilem cum quadam acrimonia dulcem. Cum uino tuſa ſiſtit fluctiones. Illinitur infantibus. Maxima uetuſtate & hæc maxime nigreſcit. Melior quo candidior. Vnum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum: quod oporicem uocant. Fit ad dyſentericos ſtomachiqꝫ uitia in congio muſti albi lento uapore decoctis malis cotoneis quinqꝫ cum ſuis ſeminibus: punicis totidem: ſorborum ſextario & pari menſura eius: quod rhos ſyriacō uocāt: croci ſemuncia. Coquitur uſqꝫ ad craſſitudinem mellis. His ſubnectemus ea quæ græci comunicatione nominum in ambiguo fecere an ne arborum eſſent.

Vel uulneribus

De camædrye: & camædaphne: & chamælea: & chamæſyce: & chamæciſſo: & chamæleuce: & chamæcyperiſſo: & ampelopraſo: & ſtachye: & clinopodio: & cētunculo: & clematide ægyptia medicinæ. CA. XV.

CHamædris herba eſt: quæ latine triſago dicitur: Aliqui eam chamædropē: alii theucriā appellauere. Folia habet magnitudine mētæ: colore & diuiſura quercus. Alii ſerratā: & ab ea ſerram in uentā eſſe dixere: flore pene purpureo. Carpitur prægnās ſucco in petroſis. aduerſus ſerpētium uenena potu illituqꝫ efficaciſſima. Item ſtomacho: tuſſi uetuſtæ: pituitæ in gula cohæreſcēti: ruptis: cōuulſis: lateris doloribus. Lyenē cōſumit. Vrinā & mēſes cit. Ob id icipiētibus hydropicis efficax: manualibus ſcopis eius in tribus heminis aquæ decoctis uſqꝫ ad tertias. Faciūt & ex ea paſtillos terentes eam ex aqua ad ſupradicta. Sanat & uomicas & uetera ulcera: uel ſordida cū melle. Fit & uinū ex ea pectoris uitiis foliorū ſuccus cū oleo caliginē oculorū diſcutit. Ad ſplenem ex aceto ſumitur. Excalfacit peruńctione. Chamædaphne unico ramulo eſt cubitali fere: folio tenui lauri ſimilitudine. Semen rubēs admixtū foliis illinitur capitis doloribus recens. Ardores refrigerat. Ad tormina cū uino bibitur. Mēſes ſuccus eius & urinam cit potu: partuſqꝫ difficiles in lana appoſitus. Chamælea ſimilitudinē folioꝝ oleæ habet. Sunt aūt ei amara odorata: in petroſis naſcens palmi altitudinē nō excedēs. Aluū purgat. Detrahit pituitā bilēqꝫ: foliis in duabus partibus abſinthii decoctis: ſuccoqꝫ eo cum melle poto. Foliis ipoſitis & ulcera purgātur. Aiunt ſi quis ante ſolis ortum eam capiat: dicatqꝫ ad albugines oculorū ſe capere: adalligata diſcuti id uitium: Quoquo modo collectam iumētorum pecorumqꝫ oculis ſalutarem eſſe. Chamæſyce lentis folia habet nihil ſe attollentia: in aridis petroſiſqꝫ naſcens. Claritati oculorum: & contra ſuffuſiones utiliſſima: & cicatrices: caligines: nubeculas in uino cocta: inuncta. Vuluæ dolores ſedat appoſita in linteolo. Tollit & uerrucas omnium

generum illita. Prodeſt & orthopnoicis. Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo ramulis quinis fere folioſa: cum floret exiſtimari poteſt alba uiola radice tenui. Cuius bibunt iſchiatici folia tribus obolis: in uini cyathis duobus ſeptem diebus admodū amara potione. Chamæleucen apud nos farranum: ſiue farfugiū uocant. Naſcitur ſecus fluuios: folio populi: ſed ampliore. Radix eius imponitur carbōibus cupreſſi: atq; is nidor per infundibulum imbibitur in uetere tuſſi. Chamæpeuce laricis foliis ſimilis: lumborū: & ſpinæ doloribus propitia eſt. Chamæcypariſſos herba ex uino pota cōtra uenena ſerpentium omnium ſcorpionūq; pollet. Ampelopraſon in uinetis naſcitur: foliis porri: ructu grauis. Cōtra ſerpentium ictus efficax. Vrinam & menſes cit: eruptiones ſanguinis per genitale inhibet potū impoſitūq;. Datur & a partu mulieribus: & cōtra canis morſum. Ea quoq; quæ ſtachys uocatur: porri ſimilitudinē habet odoris iucundi: coloriſq; in luteum inclinati. Pellit mēſtrua. Clinopodion: quod alii cleonicon: alii zopyron: alii ocimoides appellant: ſerpillo ſimilem: ſurculoſam palmi altitudine. Naſcitur in petroſis: orbiculato foliorum ambitu: ſpeciem lectipedum præbēs. Bibitur ad cōuulſa rupta ſtrangurias: ſerpentiū ictus: Item decoctæ ſuccus. Nūc ſubtexemus herbas mirabiles quidem: ſed minus claras: nobilibus inſequētia uolumina dilatis. Italicentunculū uocant roſtratis foliis ad ſimilitudinē capitis penularum iacentē in aruis: græci autem clematidē. Eſt eius egregius effectus ad ſiſtendā aluum in uino auſtero. Idem ſanguinē ſiſtit tritus cum oxymellite: aut aquæ calidæ cyathis quinq; denarii unius pōdere. Sic & ad ſecundas mulierum efficax. Sed græci clematidas & alias habent: unam quam aliqui echiten uocāt: alii laginem nōnulli tenuem ſcamoneā: & pedales folioſos: nō diſſimiles ſcamoneæ ramos habet: niſi q; nigriora minoraq; ſunt folia. Inuēitur in uineis aruiſq;. Eſtur ut olus cum oleo & ſale. Aluū cit. Eadē a dyſentericis cū lini ſemine in uino auſtero ſorbet. Folia epiphoris īponunt cū poléta: ſuppoſito udo linteolo. Strumas īpoſita ad ſuppurationē pducūt: deinde axūgia adiecta percurāt: itē hemorrhoidas cū oleo uiridi. Pthiſicos iuuāt cū melle. Lactis quoq; ubertatē faciūt ī cibis ſumpta. Et infantibus illita capillū alunt. Ex aceto dētiū dolores ſedāt: uenerē ſtimulāt. Eſt & alia clematis ægyptia cognomine: quæ ab aliis daphnoides: ab aliis polygonoides uocat folio lauri longa tenuiſq; : aduerſus ſerpentes ac priuatim aſpides ex aceto pota efficax. Aegyptus hanc maxime gignit.

De aro: & dracunculo: & dracontio: & eri: & millefolio: & herba eiuſdē nominis: & pſeudounio: & myrrhi: & onobryce medicinæ. CA. XVI.

Est & aron: de qua inter bulbos diximus magnæ cū dracuntio litis. Quidam enim eſſe dixerunt eandē. Glaucias ſatu diſcreuit: dracūtiū ſilueſtrem arum pronunciādo. Aliqui radicem aron appellauerunt: caulem uero dracuntium: in totum alium. Si modo hic eſt: qui uocatur apud nos dracunculus. Nanq; aros radicem nigram in latitudinē rotundam habet: multo quoq; maiorē: & qua manus impleatur. Dracunculus ſubrutilam & draconis conuoluti modo: unde ei & nomen. Quin & ipſi græci immenſam poſuere differentiā. Semen dracunculi feruens mordaxq; tradendo: tantūq; ineſſe ei uirus ut olfactum grauidis abortum inferat. Aron miris laudibus extulere: primum in cibis fœminarū præferentes: quoniam mas dulcior eſſet: & in coquēdo lentior: pectoriſq; uitia purgaret. Aridū impoſitione inſperſum aut eligmate: urinam & menſes cieret. Sic & in oxymelite potum ſtomacho īterraneis exulceratis ex lacte ouillo bibendum. Ad tuſſim in cinere coctum ex oleo dedere. Alii coxere in lacte: ut decoctū biberetur. Epiphoris elixum impoſuere: item ſuggillatis: tonſillis. Ex oleo hemorrhoidum uitio infudere: lentigines ex melle illinentes. Laudauit Cleophantus & pro antidoto contra uenēa: pleureticis: peripneumonicis quoq; & tuſſientibus. Semen intritum cum oleo aut roſaceo infundens aurium dolori Dieucles. Cleophantus tuſſientibus aut ſuſpirioſis & orthopnoicis & purulenta excreantibus farina permixtum in pane cocto dedit. Diodotus phthiſicis e melle eligmata & pulmonis uitiis: oſſibus etiam fractis impoſuit. Partus omnium animalium extrahit naturæ circumlitum. Succus radicis cum melle attico: oculorum caligines: ac ſtomachi uitia diſcutit: tuſſim decocti ius cum melle. Vlcera omnium generum ſiue phagedenæ ſint: ſiue carcinomata: ſiue ſerpāt: ſiue polypi in naribus: ſuccus mire ſanat. Folia ambuſtis proſunt ex uino & oleo cocta. Aluum inaniunt ex ſale & aceto ſumpta. Etiam luxatis cocta cum melle proſunt. Item articulis podagricis cum ſale recentia uel ſicca. Hippocrates utraſlibet ad collectiones cum melle impoſuit: ad mēſes trahendos ſeminis uel radicis drachmæ duæ in uini cyathis duobus ſufficiunt. Eadem potio ſi a partu non purgantur: & ſecundas trahit. Hippocrates & radicem ipſam appoſuit. Dicunt & in peſtilentia ſalutarem eſſe in cibis. Ebrietatem diſcutit. Serpentes nidore cum cremat priuatimq; aſpides fugat: aut inebriata ut torpentes inueniantur. Perunctos quoq; aro laureo oleo fugiunt. Ideo & contra ictus dari potu in uino nigro putant utile. In foliis ari caſeus optime ſeruari traditur. Dracunculus quē dixi: hordeo matureſcēte effodit luna creſcente. Oīno habentē ſerpentes fugiunt. Ideo percuſſis prodeſſe in potu aiunt maiorē: ut & menſes: ſi ferro non attingatur: ſiſtat. Succus eius & aurium dolori prodeſt. Id autem quod græci dracōtion uocant triplici effigie mihi demonſtratum eſt: foliis betæ: non ſine thyrſo: flore purpureo. Hoc eſt ſimile aro. Alii radice longa ueluti ſignata articuloſaq; monſtrauere tribus omnino cauliculis. Folia eius ex aceto decoqui contra ſerpentium ictus iubentes. Tertia demonſtratio fuit folio maiore q̄ cornus: radice harundinea: totidem ut affirmabant geniculata nodis: quot haberet annos: totidemq; eſſe folia. Hi ea ex uino uel aqua contra ſerpentes dabant. Eſt & aris quæ in eadem ægypto naſcitur ſimilis aro: minor tantum: minoribuſq; foliis: & utiq; radice: quæ tamen oliuæ grandis magnitudinem implet. Alba geminum caulem: altera unum tantum emittens. Medetur utraq; ulceribus manantibus: item combuſtis ac fiſtulis. Collyrio immixta: & nomas ſiſtunt: decoctarum in aqua & poſtea tritarum roſaceo addito. Sed unum miraculum ingens: contacto genitali cuiuſq; fœminini ſexus: animal in perniciem agi. Myriophyllon: quod noſtri millefolium uocant caulis eſt tener. Similis fœniculo plurimis foliis: unde & nomen accepit. Naſcitur in palu-

uel marrubii

Vel floru

Vel ut laureo

Vel grāi

ſtribus:magnifici uſus ad uulnera.Cum aceto bibitur ad difficultates urinæ & ueſicæ:& ſuſpiria: præcipitatiſq; ex alto.Efficaciſſima eadem ad dentium dolores.Ethruria hoc nomine appellat herbam in patris tenuem:a lateribus capillamenti modo folioſam:eximii uſus ad uulnera:boum neruos abſciſſos uomere ſolidari ea:rurſuſq; iungi addita axungia affirmãs.Pſeudobuniõ napi folia habet:fruticans palmi altitudine. Laudatiſſima in creta.Cõtra tormina atq; ſtrãguriã:latere; p̃cordiorũq; dolores bibunt rami eius quini ſeniue.Myrrhis q̃ alii ſmyrrhizã alii myrrhã uocãt ſimillima eſt cicutæ.Caule foliiſq; & flore minor tãtum & exilior:cibo nõ inſuauis.Cit mẽſtrua & partus cũ uino.Aiunt quoq; eandẽ potam in peſtilentia ſalutarẽ eſſe.Subuenit & phthiſicis in ſorbitiõe.Auiditatẽ cibi facit.Phalangio; morſus reſtringit.Vlcera quoque in facie aut capite ſuccus eius in aqua triduo macerata ſanat.Onobrychis folia habet lentis longiora paulo florem rubentem:radicẽ exiguã & gracilem.Naſcitur circa fontes.Siccata in farinæ modũ & inſparſa uino albo ſtrangurias finit. Aluum ſiſtit.Succus eius perunctis cum oleo ſudores mouet.

De coriaceſia:& callicia:& menaide:& aliis.xxiii.& medicinis ea;:quas quidã magicas eſſe dicunt: & de conſidia:& de aproxi:& recidiuis morborum. CA. XVII.

IN promiſſo herbarũ mirabilium occurrit aliqua dicere & de magicis.Quæ.n. mirabiliores ſũt? Primi eas in noſtro orbe celebrauere Pythagoras atq; Democritus cõſectati magos. Coriaceſiam & calliciam Pythagoras qua aquam glaciari tradit:& quarũ mentionẽ apud alios nõ reperio: nec apud eum alia de his.Idem menaidẽ appellat & nomine alio corinthadem:cuius decocto in aqua ſucco protinus ſanari ictus ſerpentium ſi foueantur:dicit.Eundemq; effuſum in herba qui e ueſtigio contigerint:aut forte reſperſi fuerint inſanabili læto perire:monſtrifica prorſus natura ueneni præterquã cõtra uenena.Ab eodem Pythagora aproxis appellatur herba:cuius radix e longinquo concipiat ignes ut naphta de qua in terræ miraculis diximus.Idem tradit:Si qui morbi humano corpori acciderint florente aproxi: quamuis ſanatos admonitionem eorum ſentire quotiens florere eam contigerit & frumẽtum:& cicutam: & uiolam ſimilẽ conditionẽ habere.Nec me fallit hoc uolumẽ eius a quibuſdã Cleemporo medico aſcribi. Pythagoræ uero eſſe pertinax fama antiquitaſq; uendicãt.Et idipſum auctoritatem uoluminibus affert: ſi quis alius curæ ſuæ opus illo uiro dignum iudicauerit:Quod feciſſe ſcimus Cleemporum:cum & alia ſuo nomine ederet:quis credet? Democriti certe chirocineta eſſe conſtat.At in iis ille poſt pythagoram magorum ſtudioſiſſimus quãto portentoſiora tradit? Aglaophotin herbam:quæ admiratiõe hominũ propter eximium colorem acceperit nomẽ in marmoribus arabiæ naſcentẽ perſico latere:Qua de cauſa & marmaritiden uocari.Magos utiq; ea uti:cum uelint deos euocare.Achemenidõ colore eſt electri ſine folio naſcẽs in taradaſtilis indiæ:cuius radix in paſtillos digeſta in dieq; pota in uino noxii per cruciatus nocte cõfitentur omnia per uarias numinum imaginatiões.Eandem hippophoruadem appellat:quoniam equæ præcipue caueant eam.Theombrotion.xxx.ſcœnis a Choaſpe naſci pauonis picturis ſimilẽ odore eximio: Hanc autẽ a regibus perſarum bibi cõtra omnia corporũ incõmoda:inſtabilitatemq; mentis.Eandẽ deniq; ſemniona potentiæ maieſtate appellari.Aliam deinde Adamãtidem armeniæ cappadociæq; alumnã. Hac admota leones reſupinari cum hiatu laxo.Nominis cauſam eſſe q; conteri nequeat.Arianidẽ in arianis gigni igneam colore.Colligi cũ ſol in leone fit.Huius tactu peruncta oleo ligna accendi:therionarca in cappadocia & myſia naſcẽte:omnes feras torpeſcere:nec niſi hyenæ urinæ aſperſu recreari.Ethiopida in meroe naſci.Ob id & meroidem appellari:folio lactucæ:hydropicis utiliſſimam ẽ mulſo potã.Ophiuſam in elephãtine eiuſdem æthiopiæ liuidam: difficilẽq; aſpectu:qua pota: terrorem minaſq; ſerpentium obſeruari: ita ut mortem ſibi eo metu cõſciſcant:ob id cogi ſacrilegos illam bibere.Aduerſari autem ei palmeum uinũ. Thalaſſeglen circa indum amnem inueniri:quæ ob id nomine alio potamautis appellatur. Hac pota lymphari homines obuerſantibus miraculis.Theangelida in libano ſyriæ:dictæo cretæ mõtibus & babylone & ſuſis perſidis naſci:qua pota magi diuinent.Gelotophyllida in bactris & circa boryſtenem.Hæc ſi bibatur cum myrrha & uino:uarias obuerſari ſpecies:ridendiq; finem non fieri:ni potis nucleis pineæ nucis cũ pipere & melle in uino palmeo.Syſſitieterida a conuictu in perſide nominari:quoniã hilarẽtur illa eadem protomedia:qua primatũ apud reges optineãt.Caſignetem:quoniã ſecum ipſa naſcatur:nec cum ullis aliis herbis.Eandẽ Dionyſionymphadẽ:quoniã uino mire cõueniat.Heliathen uocant in themiſcyra regiõe & ciliciæ mõtibus maritimis:folio myrti.Hac cum adipe leonino decocta addito croco & palmeo uino perungi magos:& perſarum reges:ut fiat corpus aſpectu iucundũ.Ideo eandẽ heliocallidẽ nominari. Hermeſias ab eodem uocatur ad liberos generandos pulchros bonoſq;.Nõ herba:ſed compoſitio e nucleis pineæ nucis tritis cum melle myrrha croco uino palmeo:poſtea admixto theombrotio & lacte bibere generaturos iubet:& a conceptu puerperas partum nutrientes ita fieri excellentes animo & forma:atq; bonos. Harumq; omniũ magica quoq; uocabula ponit.Adiecit his Apollodorus aſſectator eius herbam eſchynomenem:quoniã appropinquãte manu folia cõtraheret.Aliam crocidem:cuius tactu phalangia morerent.Crateias oenotheridem:cuius aſperſu e uino feritas omnium animaliũ mitigaretur.Anacampſerotem celeberarte grammatica paulo ante:cuius omnino tactu redirent amores uel cum odio depoſiti.Et abunde ſit hactenus attigiſſe inſignia magorum in iis herbis:alio de his aptiore dicturus loco.

De eriphia:& lanaria:& ſtratiote medicinæ. CA. XVIII.

ERiphiam multi prodidere.Scarabeum hæc in habena habet ſurſumdeorſumq; decurrentẽ cũ ſono hædi:unde & nomen accepit.Hac ad uocem nihil præſtantius eſſe tradunt.Herba lanaria ouibus ieiunis data:lactis abundantiam facit.Aeq; nota lactoris uulgo eſt plena lactis:quod deguſtatum uomitiones concitat.Eandem hanc aliqui eſſe dicunt:& alii ſimilem illi:quam militarem uocant:quoniam uulnus ferro factum nullum nõ intra dies quinq; ſanat ex oleo impoſita.Celebra-

tur autem & a græcis ſtratiotes. Eſt ea in ægypto tantum: & inundatione nili naſcitur aizoo ſimilis: ni maiora haberet folia. Refrigerat mire: & uulnera ſanat ex aceto illita: item ignes ſacros ac ſuppurationes. Sanguinem quoq; qui defluit a renibus pota cum thure maſculo mirifice ſiſtit.

De herba quæ naſcitur in capite ſtatuæ: & de herba de fluminibus: & herba lingua: & cribro: & fimetis: & rhodora: & impia: & ueneris pectine: & nodia: & philanthropo: & canaria lappa: & tordyle: & de gramine: & dactylo: & fœnogræco medicinæ. CA. XIX.

HErba in capite ſtatuæ nata collectaq; alicuius in ueſtis panno: & alligata in lino ruffo capitis dolorem confeſtim ſedare traditur. Herba quæcunq; e riuis aut fluminibus ante ſolis ortum collecta ita ut nemo colligentem uideat: cõtra tertianas adalligata leuo brachio: ita ut æger quid ſit illud ignoret: tertianas arcere traditur. Lingua herba naſcitur circa fontes. Radix eius combuſta & trita cum adipe ſuis: adiiciunt ut nigra ſit & ſterilis: alopecias emendat unguentium in ſole. Cribro in limite abiecto: herbæ intus extantes decerptæ: adalligatæq; grauidis partus accelerant. Herba quæ gignitur ſupra fimeta ruris: contra anginas efficaciſſime pollet ex aqua pota. Herba iuxta quam canes urinam fundũt euulſa ne ferro attingatur: luxatis celerrime medetur. Rumbotinum arborem demõſtrauimus inter arbuſta. Iuxta hanc uiduam uite naſcitur herba: quam galli rhodoram uocant: caulem habet uirgæ ficulneæ modo geniculatam folia urtice in medio exalbida: eadem procedente tempore tota rubentia: florem argenteum: præcipua contra tumores feruoreſq; & collectiones. Cum axungia uero ueteri tuſa: ita ut ferro non attingatur: qui perunctus eſt: ſi deſpuat ad ſuam dexteram ter: efficacius remedium eſſe aiunt: ſi tres quoq; trium nationum homines perungant dextrorſus. Herba impia uocatur incana: roris marini aſpectu thyrſi modo ueſtita atq; capitata. Inde alii ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes: ob id impiam appellauere: quoniam liberi ſuper parentem excellãt. Alii potius ita appellatam: q; nullum animal eã attingat: exiſtimauere. Hæc inter duos lapides trita feruet: præcipuo aduerſus anginas ſucco lacte & uino admixto: mirumq; traditur: nunquam ab eo morbo tentari qui guſtauerint. Itaq; & ſuibus dari: quæq; medicamentũ id noluerint haurire: eo morbo interire. Sunt qui & in auium nidis inſeri aliquid ex ea putent: atq; ita non ſtrangulari pullos auidius deuorantes. Veneris pectinem appellant a ſimilitudine pectinum. Cuius radix cum malua tuſa omnia corpori infixa extrahit. Veternoſa curat: quæ exedum uocatur. Nodia herba coriariorum officinis nota: ea mularis dicitur aliiſq; nominibus. Efficaciſſimam aduerſus ſcorpiones eſſe potam in uino aut poſca reperio. Philanthropon herbam græci appellant hirſutam: quoniam ueſtibus adhæreſcat. Ex hac corona impoſita capitis dolores ſedantur. Nam quæ canaria appellatur lappa cum plantagine & millefolio trita ex uino carcinomata ſanat: ternis diebus ſoluta. Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro: & addita in colluuiem poturis uel ex lacte & uino. Quidam adiiciunt & fodientem dicere oportere: hæc eſt herba argemon quam Minerua repperit ſuibus iis remedium: qui de illa guſtauerint. Tordylen alii ſemẽiſilis eſſe dixerũt. Vel ſemẽſilis Alii herbam perſe: quam & ſyreon uocauerunt. Neq; aliud de ea proditum inuenio quam in montibus naſci. Combuſtam potu ciere menſes: & pectoris excreationes. Efficatiore etiamnum radice: ſucco eius: ternis obolis hauſto renes ſanari. Addi radicem eius & in melagmata. Gramen ipſum eſt inter herbas uulgatiſſimum: geniculatis ſerpit internodiis: crebroq; ab iis & ex cacumine nouas radices ſpargit. Folia eius in reliquo orbe in exilitatem faſtigantur. In parnaſo tantum hederacea ſpecie denſius quam uſquam fruticante: flore odorato candidoq;. Iumentis herba non alia gratior ſiue uiridis ſiue in fœno ſiccata. Tunditur aſperſa aqua. Succum quoq; eius in parnaſo excipi tradunt propter ubertatem. Dulcis enim hic eſt. In uicem eius in reliqua parte terrarum ſuccedit decoctum ad uulnera conglutinanda: quod & ipſa herba tuſa præſtat. Tueturq; & ab inflammationibus placat. Decocto adiicitur uinum ac mel: ab aliquibus & thuris & piperis myrrhæq; tertiæ portiones. Rurſuſq; coquitur in æreo uaſe ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta in uino torminibus medetur & urinæ difficultatibus. Vlceribus ueſicæ. Calculos frangit. Semen uehementius urinam impellit. Aluum uomitioneſq; ſiſtit. Priuatim autem draconum morſibus auxiliat. Sunt qui genicula. ix. uel unius uel e duabus tribuſue herbis ad hunc articulorum numerum inuolui lana ſuccida nigra iubeant: ad remedia ſtrumæ panorumue. Ieiunum debere eſſe qui colligat. Ita ire in domum abſentis cui medeatur: ſuperuenientiq; ter dicere ieiuno ieiunum medicamẽtum dare. Atq; ita adalligare: triduoq; id facere. Quod e graminum genere ſeptem internodia habet: efficaciſſime capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter ueſicæ cruciatus decoctum ex uino gramen ad dimidias e balneis bibi iubent. Sunt qui & aculeatum gramen uocant trium generum: cum in cacumine aculei ſunt plurimum quini: dactylon uocant: hos conuolutos naribus inſerunt: extrahũtq; ſanguinis ciendi gratia. Altero quod eſt aizoo ſimile ad paronychia & pterygia unguium: & cum caro unguibus excreuerit utuntur cum axũgia. Ideo dactylon appellantes quia digitis medeatur. Tertium genus dactyli ſed tenuis naſcitur in parietinis aut tegulis. Huic cauſtica uis eſt. Siſtit ulcera quæ ſerpunt. Gramen capiti circundatum ſanguinis e naribus fluctiones ſiſtit. Camelos autem necare traditur in babylonis regione id quod iuxta uias naſcitur. Nec fœnogræco minor auctoritas: quod telin uocant: alii carpos: Aliqui buceras: alii ægoceras: quoniam corniculis ſemẽ eſt ſimile: nos ſiliciam: quod quomodo ſereretur: ſuo loco diximus. Vis eius ſiccare: mollire: diſſoluere. Succus decocti fœminarum pluribus malis ſubuenit: ſiue duricia: ſiue tumor: ſiue contractio ſit uuluæ: fouentur: inſidunt: inſuſum quoq; prodeſt. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & impoſitũ medetur: item ex aceto. Sic iocineri decoctum. Diocles difficile parientibus ſemen eius dedit acetabuli menſura tritum in nouem cyathis ſæpe ad tertias partes bibere: ut qui biberint in calida lauarẽtur. Et in balneo ſudantibus dimidium ex relicto iterum dedit: mox a balneo reliquum pro ſummo auxilio. Farinam fœno græci cum hordeo aut lini ſemine decoctam aqua mulſa contra uuluæ cruciatus ſubiecit. Itemq; impoſuit.

imo uentri. Lepras lentigines: ſulphuris pari portione mixta farina curauit nitro ante præparata cute ſæpius die illinens; perungiq; præcipiés. Theodorus fœnogræco miſcuit quartã partẽ purgati naſturtii acerrimo aceto ad lepras. Damion fœnogræci ſemen acetabuli dimidia mẽſura cum ſæpe & aquæ nouẽ cyathis ad menſes ciendos dedit potu. Nec dubitatur quin decoctum eius utiliſſimũ ſit uuluis: interaneiſq; exulceratis: ſicuti ſemen articulis atq; præcordiis. Si uero cum malua decoquatur: poſtea addito mulſo potus ante cætera uuluis interaneiſq; laudatur: Quippe cum uapor quoq; decocti plurimum proſit. Alarumq; etiã grauæolentiam decoctum fœnogræci ſemen emendat. Farina prurigines capitis furfureſq; cum uino & nitro celeriter tollit. In hydromelite autem decocta addita axungia: genitalibus medetur: item pano parotidi: podagræ: chiragræ: articulis: carnibuſq; quæ recedunt ab oſſibus. Aceto uero ſubacta luxatis. Illinitur & lyeni decocta in aceto & melle tantum. Carcinomata ſubacta ex uino purgat. Mox addito melle perſanat. Sumitur & ſorbitio e farina ad pectus exulceratum longãq; tuſſim. Diu decoquitur: donec amaritudo deſinat. Poſtea mel additur. Nunc ipſa claritas herbarum dicetur.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXV.

PROOEMIVM.

Natura herbarum ſponte naſcentium. CA. I.

IPSA QVAE NVNC dicaſ herbarũ claritas: medicinæ tantũ gratia gignente eas tellure: in admirationẽ curæ priſcorũ diligentiæq; animum agit. Nihil ergo intentatũ inexpertũq; illis fuit. Nihil deinde occultatum quod non ꝓdeſſe poſteris uellẽt. At nos eleborata iis abſcondere atq; ſupprimere cupimus; & fraudare uitã etiam alienis bonis. Ita certe recõdunt: qui pauca aliqua nouere: inuidẽtes aliis: & neminem docere in auctoritaté ſcientiæ eſt. Tantũ ab excogitandis nouis ac adiuuanda uita mores abſunt. Summũq; opus ingeniorum diu in hoc fuit: ut intra unumquẽq; recte facta ueterum perirent. At hercule ſingula quoſdã inuenta deorum numero addidere: omniumq; uitam clariorem fecere cognominibus herbarum tam benigne gratiam memoria referente. Non æque hæc cura eorum mira eſſet in iis: quæ ſatu blandiuntur: aut cibo inuitant: ſed culmina quoq; montium inuia & ſolitudines abditas omniſq; terræ fibras ſcrutati inuenere: quid quæque radix polleret: ad quos uſus herbarum folia pertinerent: etiam quadrupedum pabulo intacta ad ſalutis uſus uertentes.

Qui latine uſus herbarum ſcripſerint: & quando ad Romanos noticia earũ peruenerit: & qui primi græcorum de his compoſuerint: & de herbarum inuentione: & antiqua medicina: & quare minus exerceantur earum remedia: & de cynorhodo: & de dracunculo medicinæ. CA. II.

MInus hoc q̃ par erat: noſtri celebrauere omnium utilitatum & uirtutum rapaciſſimi. Primuſq; & diu ſolus idem ille. M. Cato omnium bonarum artium magiſter paucis dũtaxat attigit. Boum etiam medicamina non omiſſa. Poſt eum unus illuſtrium tentauit. C. Valgius eruditione ſpectatus: imperfecto uolumine ad Diuum Auguſtum: inchoata etiam præfatione religioſa: ut omnibus malis humanis illius potiſſimum principis ſemper mediceꝰ maieſtas. Ante condiderat ſolus apud nos quod equidem inueni: Pompeius Leneus Magni Pompeii libertus: quo primũ tempore hanc ſcientiam ad noſtros perueniſſe animaduerto. Nãq; Mithridates maximus ſua ætate regum: quem debellauit Põpeius: omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus uitæ fuiſſe argumentis præterq̃ fama intelligitur. Vni ei excogitatum quotidie uenenũ bibere: præſumptis remediis: ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. Primo inuenta genera antidoti: ex quibus unum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumant ſanguinem anatum ponticarũ miſcere: antidotis: quoniã ueneno uiuerent. Ad illum Aſclepiadis medendi arte clari: uolumina compoſita extant: cum ſollicitatus ex urbe Roma præcepta pro ſe mitteret. Illum ſolum mortaliũ Mithridatem. xxii. linguis locutũ certum eſt. Nec de ſubiectis gentibus ullum hoſtem per interpretẽ appellatum ab eo annis. lvi. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinæ peculiariter curioſus ab hoſtibus ſubiectis: qui fuere pars magna terrarũ ſingula exqrés: ſcriniũ cõmẽtationũ harũ & exẽplaria eſſe ctuſq; in arcanis ſuis reliquit. Põpeius aũt omni regia põda potitus: trãſferre ea ſermõe noſtro libertũ ſuum Leneum grãmaticæ artis doctiſſimum iuſſit. Vitæq; ita profuit non minus quam reipublicæ victoria illa.

Præter hos græci auctores medicinæ ꝓdidere:quos ſuis locis diximus.Ex iis Euax rex arabū qui de ſimpliciū effectibus ad Neronē cōſcripſit.Crateias:Dionyſius:Metrodorus rōne blandiſſima:ſed qua nihil pœne aliud q̄ rei difficultas intelligat.Pinxere nāq; effigies herbaꝝ:atq; ſubſcripſere effectus.Verū & pictura fallax eſt ex coloribus tā numeroſis:p̄ſertim in æmulatiōe naturæ:multūq; degenerat trāſcribētiū ſors uaria. Præterea parū eſt ſingulas eaꝝ ætates pingi:cū quadripartitis uarietatibus anni facie mutent.Quare cæteri ſermone eas tradidere.Aliq effigie quidē indicata:& nudis qdē plerunq; noibus defuncti:quoniā ſatis uidebat poteſtates uimq; demonſtrare q̄rere uolētibus.Nec eſt difficile cognitu.Nobis certe:exceptis admodum paucis:contigit reliquas contēplari ſciētia Antonii Caſtoris:cui ſūma auctoritas erat in ea arte noſtro æuo.Viſendo hortulo eius:in quo plurimas alebat:centeſimū ætatis annū excedens nullū corporis malum expertus:ac ne ætate quidem memoria aut uigore cōcuſſis.Nec aliud mirata magis antiquitas reperietur. Inuenta iampridem rō eſt p̄nuncians horas non mō dies ac noctes.Solis lunæq; defectuū.Durat tamē tradita perſuaſio in magna parte uulgi ueneficiis & herbis id cogi.In eo namq; fœminarū ſcientiā prævalere. Certe quid non repleuere fabulis colchis Medea:aliæq;? In primiſq; italica circe diis etiam ad ſcripta? unde arbitror natum ut Aeſchylus e uetuſtiſſimis in poetica re refertam italiam herbarū potētia proderet.Multiq; circeios agros ubi habitauit illa:in magno argumento etiānum durante in marſis a filio eius orta gente:quos eſſe domitores ſerpentium conſtat.Homerus quidem primus doctrinarū & antiquitatis parens: multus alias in admiratione Circes:gloriam herbarum ægypto tribuit:tum etiam cū rigaret ægyptus illa non aūt eſſet:poſtea fluminis limo inuecta.Herbas certe ægyptias a regis uxore traditas ſuæ Helenæ pluri mas narrat:ac nobile illud Nepenthes obliuionem triſtitiæ ueniamq; afferens:& ab Helena utiq; omnibus mortalibus propinandū.Primus aūt oium:quos memoria nouit.Orpheus de iis herbis curioſius aliq̄ prodidit.Poſt eū Muſeus & Heſiodus polion herbā inquantū mirati ſunt:diximus.Orpheus & Heſiodus ſuffitiones cōmendauere.Homerus & alias noiatim herbas celebrat:quas ſuis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus ſapientia primus uolumen de earū effectu cōpoſuit:apollini Aeſculapioq;:& in totū diis īmortalibus ſuentiōe:& origine aſſignata.Cōpoſuit & Democritus:anno peragratis p̄ſidis arabiæ æthiopiæ ægyptiq; magis.Adeo ad hæc attonita antiqtas fuit:ut affirmauerit etiā incredibilia dictu. Xanthus hiſtoriarū auctor in p̄mia eaꝝ tradidit occiſum draconis catulū reuocatū ad uitā a parente herba:quā balin nominat. Eadēq; tillonē quē draco occiderat:reſtitutū ſaluti.Et iuba in arabia herba reuocatū ad uitā hoiem tradit. Dixit Democritus:credidit theophraſtus eē herbā cuius cōtactu illatæ ab alitæ:quā rettulimus: exiliret cuneus a paſtoribus arbori adactus.Quæ ēt ſi fide carent:admirationē tamē īplent:coguntq; confiteri multū eſſe:quod uero ſuperſit.Inde & pleroſq; uideo exiſtimare:nihil non herbarum ui effici poſſe.Sed plurimū uires eſſe incognitas.Quorum numero fuit Herophilus clarus in medicina:a quo ferūt dictum quaſdam etiam fortaſſis calcatas prodeſſe.Obſeruatum certe eſt:inflāmari uulnera:ac morbos ſuperuentu eorum: qui pedibus iter confecerint.Hæc erat antiqua medicina:quæ tota migrabat in græciæ linguas. Sed quare nunc non plures noſcantur cauſæ? niſi q̄ eas agreſtes litterarumq; ignari experiuntur:utpote:qui ſolis iter illas uiuant.Præterea ſecuritas quærendi obuia medicorum turba.Multis etiam inuentis noīa deſunt: ſicut illi quā rettulimus in frugū cura:ſcimuſq; defoſſam in angulis ſegetis p̄ſtare ne qua uis intret. Turpiſſima cā raritatis:qd etiā qui ſciunt:demonſtrare nolūt:tanq̄ ipſis pariturū ſit qd tradiderint aliis. Accedit rō inuentionis anceps.Quippe etiam in repertis:alias inuenit caſus:alias (ut uere dixerim) deus.Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabibi canis morſus:pauorem aquæ:potuſq; oīs afferens odiū. Nuper cuiuſdā militāris in prætorio mater uidit in quiete:ut radicem ſilueſtris roſæ:quā cynorhodon uocant:ebládītam ſibi aſpectu pridie in fruteto mitteret folio bibēdam in lacte.In luſitania res gerebatur hiſpaniæ proxima parte.Caſuq; accidit:ut milite a morſu canis incipiente aquas expaueſcere ſuperueniret epiſtola orātis:ut pareret religioni.Seruatuſq; eſt ex inſpirato.Et poſtea quiſq; auxiliū ſimile tentauit. Alias apud auctores cynorhodi una medicina erat:ſpongiæ:quæ in mediis ſpinis eius naſcitur cinere cum melle alopecias capitis expleri. In eadem prouincia cognoui in agro hoſpitis nuper ibi repertum dracunculū appellatū caulem pollicali craſſitudine uerſicoloribus uiperatum maculis:quam ferebant contra omnium morſus eſſe remedium. Alius eſt quem nos in priori uolumine eiuſdem nominis diximus:ſed huic alia figura.Aliudq; miraculum exeuntis e terra ad primas ſerpentium uernationes bipedali fere altitudine:rurſuſq; cum iiſdem in terram ſe condentis:nec omnino occultato eo apparet ſerpēs:uel hoc per ſe ſatis officioſo naturæ munere: ſi tantum præmoneret:tempuſq; formidinis demonſtraret.

De quodā peſtifero fonte germaniæ:& de britannica:& maximis morboꝝ doloribus. CA. III.

NEc beſtiarū ſolum ad nocendū ſcelera ſunt:ſed interim aquaꝝ quoq;:ac locoꝝ. In germania transrhenū caſtris a Germanico Cæſare ꝓmotis maritimo tractu fons erat aquæ dulcis ſolus:qua pota intrā bienniū dentes deciderent.Cōpageſq; in genibus ſoluerent.Stomacacen medici uocabāt:& ſceletirben.Ei malo reperta auxilio eſt herba:quæ uocat britānica non neruis mō & oris malis ſalutaris:ſed cōtra anginas quoq; & ſerpētes.Folia hēt oblōga nigra:radicē nigrā. Succus eius exprimit & ex radice.Florē uibones uocant:q collectus prius q̄ tonitrua audiant:& deuoratus ſecuros in totū reddit:Friſi qua caſtra erāt nīis demonſtrauere illā.Miror quidē quæ noīs eēt cā:niſi forte cōfini oceano britāniæ uelut ꝓpinquæ dicauere.Non enī inde appellatā eam:quoniā ibi plurima naſceret:certū eſt.Etiā tum britannia libera fuit quidem: & hic quondam ambitus nominibus ſuis eas adoptandi: ut docebimus feciſſe reges:ut res tanta debeatur: herbam inuenire:uitam iuuare: non fortaſſis credet aliquis:cum hæc noſtra'ſri uola quoque exiſtimentur:adeo deliciis ſordent:etiam quæ ad ſalutem pertinent.Auctores tamen quarū iueniuntur in primis celebrare par eſt:effectu earum digeſto in genera morborum. Qua quidem in repu-

tatione miſereri ſortis humanæ ſubit: & p̃ter fortuita caſuſq; & noia quæ oís hora excogitat: ad millia morboꝝ ſingulis mortalibus timẽda. Qui grauiſſimi ex iis ſint: diſcernere ſtultitia ꝓpe uideri põt: cũ ſuus cuiq; ad p̃ſens qſq; atrociſſimus uideat. Et de hoc tñ iudicauere aui experimẽto aſperrimos cruciatus eſſe calculoꝝ & ſtillicidiũ ueſicæ. Proximũ ſtomachi. tertiũ eorũ qui in capite doleant. Nõ ob aliud fere morte cõſcita græcis: & noxias herbas demõſtratas. miror æquidẽ. Nec uenenorũ tantũ: quoniã ea cõditio uitæ eſt: ut mori plerũq; ẽt optimi portus ſit: tradatq; Varro Seruiũ Clodiũ æquitẽ romanũ magnitudine doloris in podagra coactũ ueneno crura perunxiſſe: & poſtea caruiſſe ſenſu oĩ æque q̃ dolore in ea parte corporis. Sed quæ fuit uenia monſtrandi: qua mentes ſoluerẽtur? Partus eliderentur? multaq; ſimilia? Ego nec abortiua dico. Ac ne amatoria quidem nemoro. Lucullum imperatorem clariſſimũ amatorio periiſſe. Nec alia magica portenta: niſi ubi cauenda ſunt aut coarguenda in primis fide eorum damnata. Satis operæ fuit abundeq; præſtitum uitæ ſalutares dixiſſe: ac poſtea inuenta.

Vel uſi

De moly: & dodecatheo: & pæonia uel pentorobo: uel glycyſide: & panace uel aſclepio: & heracleo panace: chironio: & panace centaureo: uel pharnaceo: & heracleo ſiderio: & hyoſcyamo: uel apollinari ſiue altercangeno. CA. IIII.

Vel floribus

Vel eryſimi

Vel lini

Laudatiſſima herbaꝝ eſt Homero teſte: quã uocari ab diis putat moly. Aſt iuentionẽ eius Mer. aſſignat. Cõtraq; ſũma ueneficia demõſtrat. Naſci eã hodie circa pheneũ & i cyllene arcadiæ tradũt. Speciæ illa homerica radice rotũda nigraq; magnitudíe cepæ folio ſcyllæ: effodi ãt difficulter. Græci auctores florẽ eius luteũ pinxere: cũ Homerus cãdidũ ſcripſerit. Inueni e peritis herbarũ medicis: q̃ & in italia naſci eã diceret: afferriq; cãpania mihi aliquot diebus effoſſam iter difficultates ſaxeas radicis. xxx. pedes lõgæ. Ac ne ſic qdẽ ſolidæ: ſed abruptæ. Ab ea maxía auctoritas herbæ eſt: quã dodecatheon uocãt: oíum deoꝝ maieſtatẽ cõmẽdantes. In aqua potã oíbus morbis mederi tradũt. Folia eius ſeptẽ lactucis ſimillima exeunt: a lutea radice. Vetuſtiſſima iuentu pæonia eſt: Nomẽq; auctoris retinet. Quã qui dã pentorobon appellãt: alii glycyſidẽ. Hæc quoq; difficultas eſt: q; eadẽ aliter alibi nũcupaĩ. Naſciĩ opacis mõtibus caule iter folia digitoꝝ q̃ttuor ferẽte in cacumine ueluti græcas nuces q̃ttuor aut q̃nq;. Ineſt iis ſemen copioſum: rubrũ: nigrũq;. Hæc medeĩ & faunoꝝ in qete ludibriis. Præcipiunt eruere noctu: qm̃ ſi picus martius uideat: tuẽdo in oculos ipetũ faciat. Panaces ipſo noíe oíum morboꝝ remedia ꝓmittit numeroſum & diis inuẽtoribus adſcriptũ. Vnũ qppe aſclepion cognominaĩ: qm̃ is filiam panaciã appellauit. Succus eius eſt coactus: ferulæ qualẽ diximus. Radix eſt multi corticis & ſalſi. Hac euulſa ſcrobẽ repleri uario genere frugũ religio eſt: ac terræ piamẽtũ. Vbi: & quoná fieret mõ: & q̃le maxĩæ ꝓbaretur: iter pegrina docuimus. Id qd̃ e macedonia afferĩ: bucolicon uocãt: armẽtariis ſpõte erũpentẽ ſuccũ excipiẽtibus: hoc celerrime euaneſcit. Et in aliis aũt generibus ſprobaĩ maxĩæ nigrũ ac molle. Id enĩ argumentũ eſt cæra adulterati. Alteꝝ genus heracleon uocãt: & ab Hercule inuentũ tradũt. Alii origanũ heracleoticũ ſilueſtre: qm̃ eſt origano ſimile: radice iutili. De origano diximus. Tertiũ panaces chironeon cognominaĩ ab inuentore. Folium eius lappato ſimile: maius tamẽ & hirſutius. Flos aureus: radix parua. Naſciĩ pinguibꝰ locis. Huius flos efficaciſſimus eoq; amplius q̃ ſupradicta ꝓdeſt. Quartũ genus panaces ab eodẽ Chirone repertũ cẽtaurion cognominaĩ. Sed & pharnaceon in cõtrouerſia inuentiõis a pharnace rege deductũ. Seritur hoc lõgioribus q̃ cætera foliis: & ſerratis. Radix odorata in umbra ſiccaĩ: uinoq; gratiã adiicit: Huius genera duo fecere: alterũ leuioris folii: alterũ tenuioris. Heracleon ſiderion & ipſum ab Hercule inuentũ eſt: caule tenui digitorũ q̃ttuor altitudine. Flore puniceo: foliis coriandri. luxta lacus & amnes inueniĩ. Oiaq; uulnera ferro illata efficaciſſime ſanat. Eſt Chironis inuentũ ampelos q̃ uocaĩ chironia: de q̃ diximus inter uites. Sicuti de herba cuius iuentio aſſignaĩ mineruæ. Herculi quoq; eã adſcribũt: quæ apollinaris: apud arabas altercũ ſiue altercãgenũ: apud græcos uero hyoſcyamos appellaĩ. Plura eius gña. Vnũ nigro ſemíe foliis pœne purpureis ſpinoſũ. Talis naſciĩ in gallacia. Vulgare ãt cãdidius é & fruticoſius: altius papauere. Tertii ſemẽ irionis ſemini ſimile: & oía iſaniã gignentia: capitiſq; uertigines. Quartũ genus molle: lanudinoſum pinguius cæteris. Candidi ſeminis: in maritimis naſcens: hoc recepere medici. Itẽ ruffi ſeminis nõnunq̃ ante cãdidũ rufeſcit: ſi nõ e maturuit: ꝓbaturq;. Et alioqn nullũ: niſi cũ inaruerit legitur: natura uini. lõq; menté caputq; infeſtãs. Vſus ſeminis & p ſe & ſucco exp̃ſſo. Exprimiĩ ſeparatim: & caulibus foliiſq; utunĩ & radice: temeraria in totũ (ut arbitror) medicina. Quippe ẽt foliis cõſtat menté corrũpi: ſi plura q̃ quattuor bibanĩ. Etiã antiqui in uino febré depelli arbitrabanĩ. Et oleum fit ex ſemine: ut diximus: qd̃ ipſum auribus infuſum tentat mẽtem: mireq; contra uenenum remedia prodidere iis: qui id bibiſſent: & ipſum pro remediis adeo nullo omnia experiendi fine: ut cogerentur etiam uenena prodeſſe.

De linozoſte: ꝓthenio: hermupoa: ſiue potius mercuriali: & achillea: & panace: heraclea: ſideriti: millefolio: & de ſcopa regia: & hermíeo: teucrio: ſplẽio: de melãpodio: ſiue helleboro: quotue eoꝝ gña: & de nigro helleboro: & albo medicinæ: & qñ deĩ: & qũo ſumẽdũ: & qbus nõ dãdũ: & q; mures necet. CA. V.

Linozoſtis ſiue parthenion a Mercurio iuentus eſt: iõ apud græcos hermupoá multi uocãt. Eam apud nos oĉs mercurialẽ. Duo eius genera: maſculus & fœmina quæ efficacior: caule cubitali íterdum ramoſo in cacumíe: ocimo anguſtioribus foliis: geniculis denſis: alarum cauis multis: ſemine in geniculis dependente: fœminæ copioſo: mari iuxta genicula ſtanti rariore ac breui: contortoq;. Fœminæ ſoluto & candido. Folia maribus nigriora: fœminis candidiora: radix ſuperuacua: p̃tenuis. Naſcuntur in campeſtribus cultis. Mirum eſt quod de utroque eorum genere proditur. Vt mares gignantur hunc facere: ut fœminæ: illam. Hoc contingere ſi a conceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo: edanturue folia decocta ex oleo & ſale: uel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in nouo fictili cum heliotropio: & duabus aut tribus ſpicis donec decoquatur. Decoctum dari iubent: & herbam ipſam in cibo

altero die purgationi:mulieribus per triduum:quarto die a balneo coire eas. Hyppocrates miris laudibus in mulierũ uſu prædicauit illas. Eaſq; ad hunc modũ adhuc medicoꝝ nemo nouit. Ille eas uuluæ cũ melle uel roſaceo uel lilino:uel irino admouit:item ad ciendos menſes ſecundaſq;. Hoc idem præſtare potu fotuq; dixit. Inſtillauit auribus ſurdis ſuccũ inunxitq; cum uino uetere. Aluo folia impoſuit:epiphoris:ſtrãguriæ:& ueſicæ. Decoctũ eius dedit cum myrrha & thure. Aluo quidẽ ſoluendæ:uel in febri decoquatur quantũ manus capiat in duobus ſextariis aquæ ad dimidias bibitur ſale & melle admixto:necnon cũ ungula ſuis:aut gallinaceo decoctũ ſalubrius. Purgationis cauſa putauere aliqui utranq; dandam: ſiue cũ malua decoctum. Thoracem purgat. Bilem detrahunt. Sed ſtomachũ lædunt. Reliquos uſus dicemus ſuis locis. Inuenit & achilleon Achilles diſcipulus Chironis:qua uulneribus mederet:quæ ob id achilleos uocatur. Hac ſanaſſe Thelephum dr. Alii primũ eruginem inueniſſe utiliſſimã emplaſtris:ideoq; depingitur ex cuſpide decutiens eam gladio in uulnus Thelephi. Alii utroq; uſum medicamento uolunt. Aliq & hanc panacem heracleon:alii ſideritẽ. Hanc apud nos millefoliã uocant cubitali ſcapo ranoſam:minutioribus q̃ fœniculi foliis ueſtitam ab imo: Alii fatent quidẽ illã uulneribus utilẽ:ſed uerã achilleon eẽ ſcapo cæruleo pedali:ſine ramis ex oĩ parte ſingulis foliis rotundis elegãter ueſtitã. Alii quadrato caule:capitibus marrubii folio quercus. Hanc etiã præciſos neruos glutinare faciunt. Alii ſideriten in maceriis naſcentẽ cum teritur fœdi odoris. Etiãnum aliam ſimilem huic:ſed candidioribus foliis & pinguioribus tenuioribus cauliculis in uineis naſcentẽ. Aliam uero binum cubitorũ ramulis exilibus triangulis:folio filicis:pediculo longo: betæ ſemine:oẽs uulneribus præcipuas. Nr̃i eam quæ eſt latiſſimo folio:ſcopam regiam uocant. Medet anginis ſuũ. Inuenit & teucer eadem ætate teucrion:quã quidã Hemionion uocant:ſpargentẽ iuncos tenues: folia curua aſperis locis naſcentẽ:auſtero ſapore:nunq̃ florentẽ. Neq; ſemen gignit. Medetur lyenibus. Cõſtatq; ſic inuentam:cum exta ſuper eam pecta eſſent:fertur adhæſiſſe lyeni:eumq; exinaniſſe. Ob id a quibuſdã ſplenion uocatur. Narrant ſues qui radicẽ eius edunt:ſine ſplene inueniri. Quidã ramis hyſopi ſurculoſam folio fabæ. Eodem noĩe appellant:& colligi florentẽ adhuc iubent adeo florere non dubitant: maximæq; ex ciliciis & pyſidiæ mõtibus laudant. Melampodis fama diuinationis artibus nota eſt. Ab hoc appellatur unũ hellebori genus melampodion. Aliqui paſtorẽ eodem noĩe inueniſſe tradunt: capras purgari paſtore illo aĩaduertẽte:datoq; lacte eaꝝ:ſanaſſe prœtidas furentes. Quãobrem de oĩbus eius generibus dici ſimul cõuenit. Prima duo ſunt candidũ ac nigrũ. Hoc radicibus tantũ intelligi tradunt pleriq;. Alii folia nigri platani ſimilia:ſed minora nigrioraq;:& pluribus diuiſuris ſciſſa. Albi betæ ĩcipientis. Hæc quoq; nigriora & canaliũ dorſo rubeſcentia. Vtraq; caule palmi ferulaceo bulboꝝ tunicis conuoluto radice fibrata ceparum mõ. Nigro:equi:boues:ſues necantur. Itaq; cauent id cũ candido ueſcantur. Tempeſtiuũ eſſe tradunt meſſibus. Plurimũ aũt naſcitur in oeta monte. Et optimo uno eius loco circa pyram. Nigrũ ubiq; prouenit:ſed melius in helicone:qui mons & aliis laudatur herbis. Candidũ probatur oeteũ. Secundũ ponticũ. Tertio loco heleaticũ:quod in uitibus naſci ferunt. Quarto parnaſiũ qđ adulteratur etolico ex uicino. Nigrũ ex iis melampodion uocant:quo & domos ſuffiunt purgantq; aſpergẽtes ſe & pecora. Cũ præcatione ſolẽni hoc & religioſius colligit. Primũ enĩ gladio circũſcribitur. Deinde qui ſucciſurus eſt ortum ſpectat. Et præcat ut id liceat ſibi concedentibus diis facere. Obſeruatq; aquilæ uolatus:fere enĩ ſecantibus intereſt. Et ſi ppe aduolauerit:moriturũ illo anno qui ſuccidit:auguriũ eſt. Nec albũ facile colligitur:caput aggrauans maximæ:niſi præſumat aliũ:& ſubinde uinũ ſorbeat:celeriterq; fodiat. Nigrũ alii entomon uocant. alii polyrhyzon:purgat per iferna. Candidũ aũt uomitione. Cauſaſq; morboꝝ extrahit. Quondã terribile. Poſtea tam promiſcuũ:ut plerisq; ſtudioꝝ gratia ad quidẽda acrius quæ cõmẽtabant:ſæpius ſumptitauerint. Carneadẽ reſpõſurũ Zenonis libris. Druſum quoq; apud nos tribunoꝝ populariũ clariſſimũ:cui ante omnes plebs adſtans plauſit:optimates uero bellũ marſicũ ĩputauere:cõſtat hoc medicamento liberatũ comitiali morbo in antycira inſula. Ibi enĩ tutiſſime ſummiſ:quoniã(ut diximus)ſeſamoides admiſcent. Italia uerarum uocat. Farina eoꝝ per ſe & mixta radicula:qua lanas diximus lauari:ſternutamentum facit. Amboq; ſomnũ. Legunt aũt tenuiſſime radices breueſq; ac uelut decurtatæ ẽt hæ. Nã ſũma quæ eſt craſſiſſima cepis ſimilis canibus tantũ datur purgatiõis cauſa. Antiq radicẽ corticẽq; carnoſiſſimũ eligebant:quo tenuior eximeret medulla. Hanc humidis ſpongiis opertã turgeſcentẽq; in longitudinẽ findebant. Deinde fila in umbra ſiccabãt iis utentes. Nunc ramulos ipſos ab radice ſua grauiſſimi corticis:ita dantes. Optimũ quod acre guſtu:feruenſq; in frangendo puluerem emittit. Durare uim eius. xxx. annis ferunt. Nigrũ medet paralyticis:inſanientibus:hydropicis dummodo citra febrim:podagris ueteribus:articulariis morbis. Trahit aluum & bilem:pituitaſq;. Ex aqua datur ad leniter moliendam aluum plurimum drachma:modice quatuor obolis. Miſcuere aliqui & ſcamoneam:ſed tutius ſalem. In dulcibus datum copioſius periculũ infert. Oculorum caliginẽ fotu diſcutit. Ob id quidã & inunxere. Tritum ſtrumas:ſuppurata:duritias concoquit & purgat. Item fiſtulas tertio die exemptum. Verrucas tollit cum ſquamis æris:& ſandaraca. Hydropicorum uentri ĩponitur cum farina hordeacea & uino. Pecorum & iumentorũ pituitas ſanat ſurculo per aurẽ traiecto:& poſtero die eadem hora exempto. Scabiem quadrupedũ cum ture & cæra ac pice uel cum piſſe leo. Albũ optimum:quod celerrime mouet ſternutamẽta:ſed multũ terribilius nigro: præcipue ſi quis apparatum poturorum apud antiquos legat:contra horrores:ſtrangulatus:intempeſtiuas ſomniu ires: ſingultus infinitos: aut ſternutamenta: ſtomachi diſſolutiones: tardiores uomitus aut longinquiores: exiguos aut nimios. Quippe alia da re ſoliti:quæ concitarent uomitiones:ipſumq; helleborum extraherent medicamentis:aut clyſteribus:ſæpe etiam ſanguine uenis emiſſo. Iam uero & cum proſpere cedat terribilius uiſu in uariis coloribus uomitionum:& poſt uomitiones obſeruatione alui:balneaꝝ diſpenſatione:totius corporis cura antecedente:oĩa hæc magno terrore & fama. Nãq; tradunt abſumi carnẽ ſi coquat una.

Vel gnũ
Vel her
mineũ
Vel pua

Vel cala
mi

Sed antiquoꝝ uitium erat: ꝙ propter hos mœtus parcius dabant: cum celerius erumpat: quo largius ſumi tur. Themiſon binas nō amplius drachmas donauit: ſequentes & quaternas dedere. Claro Herophili præ conio: qui helleboꝝ fortiſſimi ducis ſimilitudini æquabat. Concitatis. n. intus oībus: ipſum in primis exi re. Præterea mirū inuentū eſt: ꝙ inciſum forficulis ut diximus: cribrāt: cortex remanet. Hoc inanito medu la cadit. Hæc in nimia purgatione data: uomitiones ſiſtit. Cauendū eſt fœlici quoꝙ cura: ne nubilo det die: quippe ipatibiles cruciatus exiſtunt. Nā æſtate potius q̄ hyeme dandū nō eſt in dubio. Corpus ſeptē diebus præparandū cibis acribus: abſtinentia uini: quarto & tertio die uomitionibus: pridie cœnæ abſtinentia. Al bum e dulci datur aptiſſimæ uero in lacte aut pulte. Nup inuenere diſſectis rhaphanis inſerere helleborū: rurſuſꝙ cōprimere rhaphanos: ut tranſeat uis: atꝙ eo lenimēto dare. Reddi poſt q̄ttuor fere horas incipit. Totū opus ſeptenis peragit horis. Medet ita morbis comitialibus: ut diximus: uertigini: melancholicis: in ſanientibus: lymphaticis: elephantiæ albæ: lepris: tetano: tremulis: podagricis: hydropicis: incipientibuſꝙ tympanicis: ſtomachicis: ſpaſticis: clinicis: iſchiadicis: quartanis: quæ aliter nō deſinant: tuſſi ueteri: inflāma tionibus: torminidus redeuntibus. Vetant dari ſenibus & pueris. Itē mollibus ac fœminei corporis: aīæue exilibus: aut teneris: & fœminis minus q̄ uiris. Itē timidis: aut ſi exulcerata ſint p̄cordia: uel tumeant: mini meue ſanguinē excreantibus: cauſariis: uel latere: uel faucibus. Medet extra corporis eruptionibus pituitæ cum axungia ſalſa illitum: item ſuppurationi ueteri. Mures polenta admixtum necat. Galli ſagittas in ue natu helleboro tingunt: circūciſoꝙ uulnere tenerioꝛē ſentiri carnem affirmant. Muſcæ quoꝙ necantur al bo trito & cum lacte ſparſo. Eodem & phthiriaſis emendatur.

De mithridatia: & ſcordoti ſiue ſcordio: & polemonia: uel philæteria: uel chiliodynama: & eupatoria: & cētaurea: ſiue chironia: & de lecto centaureo: libadio: felle terræ: & triorche medicinæ. CA. VI.

IPſi Methridati Crateias adſcripſit unam mithridatiā uocatā. Huic folia duo a radicæ achanto ſi milia. Caulis inter utraꝙ ſuſtinens roſeū florem. Alterā lenē ſcordotin ſiue ſcordion: ipius manu ad ſcriptā: magnitudine cubitali: q̄drangulo caule ramoſam q̄rnæ ſimilitudine foliis lanugino ſis. Reperit in ponto cāpis pinguibus humidiſꝙ guſtus amari. Eſt & alterius generis: latioribus foliis: mentaſtro ſimilis: plurimoſꝙ utraꝙ ad uſus: p ſe & inter alia in antidotis. Polæmoniā alii philæteriā a certamine regū iuentionis appellāt. Capadoces aūt chiliodynamā radicæ craſſa: exilibus ramis: qbus in ſū mis corymbi dependēt: nigro ſeminæ: cætero rutæ ſimilis. Naſcit in montoſis. Eupatorio quoꝙ regiā au ctoritatē hēt. Caulis lignoſi nigricātis hirſuti: cubitalis aliq̄do: & amplioris: foliis p iterualla. v. ut canabis p ambitū inciſis qnque partito: nigris & ipſis plumoſiſꝙ radicæ ſupuacua. Semen dyſentericis in uino potū auxiliat unicæ. Cētauria curatus dr Chiron cū Herculis exceptus hoſpitio ptractanti arma: ſagitta excidiſ ſet in pedē: quare aliq chironiū uocant. Folia ſūt lata & oblonga: ſerrata ambitu denſa ab radice: caules ter num cubitoꝝ geniculati. In iis capita ceu papauerū. Radix uaſta: rubeſcens: tenera fragiliſꝙ ad bina cubita madida. Succo amara cū q̄dā dulcedine. Naſcit in collibus pinguiſolo. Laudatiſſima in arcadia: elide: meſ ſenia: pholoe: & lycæo: atꝙ in alpibus: pluribuſꝙ locis in lycia. Quidā & ex ea lyciū faciūt. Vis i uulneribus Vel ob uius tāta: ut cohæreſcere ēt carnes tradāt: ſi coquant ſimul. In uſu radix tantū duabus drachmis bibēda qbus di cet: ſi febris ſit: in aqua trita: cæteris in uino. Medet & oīum morbis decoctæ ſuccus. Eſt alterū centaurion cognomine lecton: minutis foliis: qđ aliq libadion uocant: qm̄ ſecundū fontes naſcit: origani ſimile: angu ſtioribus & lōgioribus foliis anguloſo caule: palmū alto fruticāti: flore lychnidis: radice tenui: & ſupuacua ſucco efficax. Ipſa herba autūno legit: ſuccus e fronde. Quidā caules conciſos madefaciūt diebus. xviii. atꝙ ita exprimūt. Hoc cētaurion nri fel terræ uocāt: pp amaritudinē ſūmā. Galli exacū: qm̄ oia mala medicamē ta potū e corpore exigat p aluū. Tertia eſt cētauris cognomine triorchis. Qui eā ſecat rarū eſt ut nō uulneret ſeſe. Hæc ſuccū ſanguineū mittit. Theophraſtus defendi eā: impugnariꝙ colligētes tradit a triorche accipi trum genere: a quo & nomen accepit. Imperiti cōfundunt hæc omnia: & uni generi aſſignant.

De clymeno: & gentiana: & lyſimachia: & parthenide: & artemiſia: & ambroſia: & nymphea: heracleo: & euphorbia medicinæ. CA. VII.

CLimenos a rege herba appellata eſt hederæ foliis ramoſa caule inani articulis p̄cincta: odore gra ui & ſemine hederæ: ſilueſtribus & mōtoſis naſcens. Quibus morbis pota medeatur: dicemus. Sed hic indicandū eſt dum medeatur: ſterilitatem pota etiā in uiris fieri. Græci plantagini ſimi lem eſſe dixerunt: caule quadrato: folliculis cū ſemine iter ſe implexis: uelut in polyporū cirris. Eſt ſuccus autem in uſu. Vis eius ſumma in refrigerando. Gentianam inuenit Gentius rex illyriorū ubiꝙ naſcentē: in illyrico tamen præſtantiſſimā folio fraxini: ſed magnitudine lactucæ: caule tenero pollicis crai ſitudine: cauo & inani: ex interuallis foliato. trium aliquando cubitorum: radice lēta: ſubnigra ſine odore aquoſa: montibus ſubalpinis plurima. Vſus in radice & ſucco. Radicis natura eſt excalfactoria: ſed prægnan tibus non bibenda. Inuenit & Lyſimachus herbam lyſimachiam: quæ ab eo nomen retinet: celebrata Era ſiſtrato. Folia habet ſalicis uiridia: florem purpureū: fruticoſa: ramulis erectis odore graui: gignit in aquo ſis. Vis eius tanta eſt: ut iumentis diſcordantibus iugo ipoſita aſperitatē cohibeat. Mulieres quoꝙ hac glo riam affectauere. In qbus artemiſia uxor Mauſoli adoptata herba: quæ antea parthenis uocabat. Sunt qui ab artemide artemiſiā cognominatam putent: quoniam priuatim medicatur fœminarum malis: abſinthii autem modo fruticoſa maioribus foliis pinguibuſque. Ipſius duo genera. Altera latioribus foliis: altera te nera tenuioribus: & non niſi in maritimis naſcens. Sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellāt ſim plici caule: minimis foliis: flores copioſi erumpentes: cum uua matureſcit odore non in iucundo: quā qui dam botrin: alii ambroſiam uocant. Talis in cappadocia naſcitur. Nymphea nata traditur a nympha zelo typia erga Herculem mortua. Quare heracleon uocāt aliqui: alii rhopalon a radice clauæ ſimili. lōꝙ eos q

bibant eam. xii. diebus coitu genituraq; priuari. Laudatiſſima in orchomeno & marathone Boeoti Madon uocant: qui & ſemen edunt. Naſcit in aquoſis: foliis magnis in ſũma aqua & aliis ex radice ꝓdeuntibus flore lilio ſimili: & cum defloruerit capiti papaueris. In caule ſecat autũno. Radix nigra in ſole ſiccat. Aduerſatur q; & aluinis. Eſt & alia nymphea in theſſalia amne peneo: radice alba: capite luteo: roſæ magnitudine. Inuenit & patrũ noſtroꝝ ætate rex iuba: quã appellauit euphorbiã medici ſui nomine & fratris muſæ: a quo Diuũ Auguſtũ conſeruatũ indicauimus. Iidẽ fratres inſtituere a balneis frigida multa corpora aſtringi. Antea nõ erat mos niſi calida tantũ lauari ſicut apud Homerũ etiã inuenimus. Sed lubæ uolumen quoq; extat de ea herba: & claꝝ præconiũ. Inuenit eam in monte athlante: ſpectat foliis acanthinis. Vis tanta eſt: ut uel e longinquo ſuccus excipiat inciſæ conto. Suſcipit excipulis utriculo hædino. Humor lactis uidet effluere. Siccatur conto. Sic thuris effigiem habet. Qui colligunt clarius uident. Cõtra ſerpentes medet. Quacunq; parte percuſſa uertice inciſo & medicamento addito. Ibi getuli qui legunt: hædino lacte adulterant: ſed diſcernitur igni. Id enim quod ſincerum non eſt faſtidiendum odorem habet. multũ infra hunc ſuccum eſt qui in gallia fit ex herba chamælea granum occiferẽte. Fractus ammoniaco ſimilis eſt: etiam leui guſtu os accenſum diu detinens: & magis ex interuallo donec fauces quoq; ſiccet. Vel tepido

De plãtagine & bugloſſo: & cynogloſſo: & buphthalmo: & ſchythica: & de ſpartania: & hippice: & iſchæmone: & betonica: & cantabrica: & cõſiligine: & hyberida: & chelidonia: & canaria: & elaphoboſco: & dictãno: & ariſtolochia: & qũ eius delectatione iuoluant piſces: & ſtatim capiantur: & medicinæ cõtra ſerpentiũ ictus ex herbis quas ſuperius nominauit: & de argemonia.

CA. VIII.

CElebrauit & themiſon medicus uulgarẽ herbam plantaginẽ tanq; inuentor uolumine de ea edito. Duo eius genera. Minor anguſtioribus foliis & nigrioribus: linguæ pecorũ ſimillimis: caule anguloſo in terrã inclinato in pratis naſcens. Altera maior foliis laterũ mõ incluſa: quæ qa ſeptena ſũt quidã eam heptapleuron uocauere. Huius & caulis cubitalis eſt: & napi ſimilis. Naſcitur in humidis multo efficacior. Vis mira in ſiccando denſandoq; corpore cauterii uicem optinens. Nulla res æque ſiſtit fluctiones: quas græci rheumatiſmos uocant. Iungitur huic Bogloſſos boum linguæ ſimilis: cui præcipuũ q; in uinũ deiecta aĩ uoluptates auget: & uocat eupraſinũ. Iungit & cynogloſſos caninas imitans linguas topiariis operibus gratiſſima. Aiuntq; quæ tres thyrſos ſeminis emittat: eius radicẽ potam ex aq̃ ad tertianas prodeſſe: quæ q̃ttuor ad quartanas. Eſt alia ſimilis ei: & q̃ ferat lappas minutas. Eius radix pota ex aq̃ ranis & ſerpentibus aduerſat. Eſt & buphthalmos ſimilis boum oculis: folio fœniculi: circa oppida naſcens fruticoſa caulibus: q & manducant decocti. Quidã cochlã uocant. Hæc cũ cæra ſciromata diſcutit. Inuenere herbas & uniuerſæ gentes. Scythia eam primũ: quæ ſcythice uocatur: circa boœtiam naſcens prædulcis. Aliam quoq; utiliſſimã quã ſpartaniã uocant. Magna & ea cõmendatio: q; in ore eam habentes famem ſitimq; non ſentiunt. Idem præſtat apud eos hyppice dicta: q; in equis quoq; eundem effectum habeat. Traduntq; his duabus herbis ſcythas etiam in duodenos dies durare in fame ſitiq;. Iſchemonẽ thracia inuenit: qua ferunt ſanguinem ſiſti: non aperta modo uena: ſed etiam præciſa. Serpit e terra milio ſimilis: foliis aſperis & lanuginoſis farcit in nares. Quæ in italia naſcitur: & ſanguinem eodem adalligata ſiſtit. Vetones in hiſpania eam quæ betonica dicitur in gallia. In italia autẽ ſerratula a græcis ceſtron aut pſychotrophon ante cunctas laudatiſſima. Exit anguloſo caule cubitorum duum a radicæ ſpergens folia fere lappathi ſerrata ſemine purpureo. Folia ſiccantur in farinam plurimos ad uſus. Fit uinum ex ea & acetum ſtomacho & claritati oculorum. Tantumq; gloriæ habet: ut domus in qua ſata ſit tuta exiſtimetur a piaculis omnibus. In eadem hiſpania inuenta eſt cãtabrica per Diui Auguſti tempora a cantabris reperta. Naſcitur ubiq; caule iunceo pedali in quo ſunt floſculi oblongi uelut calathi. In iis ſemẽ perquã minutum. Nec alias defuere hiſpaniæ herbis exquirendis: ut in quibus etiamnum hodiæ in uirorum lætiore conuictu potionem e centum herbis mulſo additis credidere ſaluberrimam ſuauiſſimamq;. Nec quiſquã genera earum iam nouit aut multitudinem. Numerus tantum conſtat in nomine. Noſtra ætas meminit herbam in marſis repertam. Naſcitur & aquiculis circumuicum neruesiæ: uocatur conſiligo. Prodeſt ut demõſtrabimus ſuo loco deploratis in phthiſi. Inuenit nuper & Seruilius Democrates primus medentium quã appellauit hiberidam quanq̃ ficto nomine inuentioni eius aſſignato carmine. Naſcitur maximæ circa uetera monumenta parietinaſq; & inculta itinerum. Floret ſemper folio naſturtii: caule cubitali: ſeminæ tam paruo: ut uix aſpici poſſit. Radici odor naſturtii. Vſus æſtate efficacior: & recẽti tantum. Tunditur difficulter. Coxendicibus & articulis oĩbus cum axungia modica utiliſſima: uiris plurimũ q̃ternis horis: fœminis minus dimidio adalligata: ut dein in balneum deſcẽdatur in calidam & poſtea oleo & uino corpus perungatur: diebuſq; uicenis interpoſitis idem fiat ſi qua admonitio doloris ſuperſit. Hoc modo rheumatiſmos omnes ſanat occultos. Imponitur non in ipſa inflammatione ſed iminuta. Animalia quoq; inuenere herbas: in priſq; chelidoniam. Hac enim hirundines oculis pullorum in nido reſtituunt uiſum: ut quidam uolunt etiam erutis oculis. Genera eius duo. Maior fruticoſo caule: folio paſtinacæ erraticæ ampliore: ipſa altitudine duum cubitorum. Colos albicans: flos luteus. Minori folia hederæ rotundiora minus candida. Succus croci mordax. Semen papaueris. Florent aduentu hirundinum. Diſceſſu marceſcunt. Florentibus ſuccus exprimitur: & in æreo uaſe cum melle attico leniter cinere feruenti decoquitur: ſingulari remedio contra caligines oculorum. Vtuntur & per ſe ſucco in collyriis: quæ chelidonia appellantur ab ea. Inuenerũt & canes canariam qua faſtidiũ deducunt: eamq; in noſtro cõſpectu mandunt: ſed ita ut nunq̃ itelligatur quæ ſit etenim depaſta cernitur. Notata eſt autem animalis huius malignitas in alia herba maior. Percuſſus enĩ a ſerpente: mederi quadã ſibi dicitur: ſed illam homine inſpectante non decerpit. Simplicius ceruæ mõſtra uere elaphoboſcon: de qua diximus. Item ſeſeli enixæ a partu dictamum oſtẽdere (ut indicauimus) uulne- Vel cachlam

ratæ eo paſtæ ſtatim decidentibus telis. Non eſt alibi q̃ in creta: ramis prætenue: pulegio ſimile: feruens & acre guſtu: foliis tantum utuntur. Flos nullus ei eſt: aut ſemen aut caulis. Radix tenuis & ſuperuacua. Et in creta autem nõ ſpacioſe naſcitur: mireq; a capris expetitur. Pro eo eſt & pſeudo dictamũ multis in terris naſcens: folio ſimili: ramulis minoribus a quibuſdam condris uocatũ. Minoris effectus ſtatim ĩtelligitur. Dictamũ enim minima portione accendit os. Qui legere eam: in ferula uel arundine condunt: præligantque: ne potentia euaneſcat. Sunt qui dicant utrãq; naſci multifariam: ſed deteriorem in agris pinguibus: ueram quidam dictamum non niſi in aſperis. Eſt & tertium genus dictãnum uocatum: ſed neq; facie neq; effectu ſimile folio ſiſymbrii: ramis maioribus procedente perſuaſione illa: quicqd increta naſcitur: ĩfinito præſtare cæteris eiuſdem generis alibi genitis. Proxime quod in parnaſo: alioquin herbiferum eſſe & peliũ montem in theſſalia. Et telethrium in euboea. Et totam arcadiam ac laconicam. Tradunt arcades quidem non medicaminibus uti: ſed lacte circa uer: quoniã tunc maximæ ſuccis herbæ turgeant: medicenturq; uberes paſcuæ. Bibunt autem lac uaccinũ: quoniã boues oĩno uociferæ ſũt in herbis. Potentia earũ per quadrupedes etiãnum duobus claris exemplis manifeſta fit. Circa abderã: & limitẽ: qui Diomedis uocatur æqui paſti inflãmant rabie: circa pothniã uero & aſini. Inter nobiliſſimas ariſtolochiæ nomẽ dediſſe grauide uidentur: quoniã eſſet ariſte lechuſes. Noſtri malum terræ uocant: & q̃ttuor genera eius ſeruant. Vnũ tuberibus radicũ rotundis foliis inter maluam & hederã nigrioribus pinguioribuſq;. Alterũ maſculæ radicæ longa quattuor digitorum longitudine: baculi craſſitudine. Tertiũ longiſſimæ tenuitatis uitis nouellæ cui ſit p̃cipua uis: quæ clematitis uocatur: ab aliis cretica. Oẽs colore buxeo: caulibus paruis: flore purpureo. Ferunt bacculas paruas uelut cappares. Valent radicæ tãtũ. Eſt & quæ piſtolochia uocatur quarti generis: tenuior q̃ proximæ dicta: denſis radicis capillamentis iunci plenioris craſſitudine. Hanc quidã polyrrhizon cognominant. Odor oĩum medicatus. Sed oblonga radicæ tenuioriq; gratior. Carnoſi enĩ eſt corticis: unguentis quoq; nardinis cõueniens. Naſcunt pinguibus locis & campeſtribus. Effodere eas meſſibus tempeſtiuum ita deſquámato terreno ſeruãt. Maximæ tamẽ laudant pontica. Et in quocũq; genere põderoſiſſima quæq; medicinis aptior. Rotũda cõtra ſerpentes. Oblõga in ſũma tamẽ gloria eſt ẽt mõ. A conceptu admota uuluis in carne bubula mares figurat: ut tradit. Piſcatores cãpaniæ radicẽ eam: quæ rotunda eſt: uenenũ terræ uocant: coramq; nobis cõtuſam ĩmixta calce in mari ſparſere: aduolant piſces cupiditate mira: ſtatimq; examinati fluitãt. Quæ polyrrhizos cognominant: cõuulſis contuſis ex alto p̃cipitatis radicæ pota ex aq̃ utiliſſima eſſe tradit. Semine pleureticis & neruis cõfirmare excalfacere. Eadẽ ſatyrion eſt. Verũ & effectus earũ uſuſq; dicendi ſunt. Ordiendũq; a maloꝛ oĩum peſſimo. i. ſerpentiũ ictu. Medent ergo britannica hærba. Panaces generũ oĩum radix e uino. Chironiæ & flos & ſemẽ potũ illitũq; ex uino & oleo. Priuatimq; quæ cunila bubula appellat. Polemõia uel phileteris radicis drachmis q̃ttuor ex mero. Teucria: ſideritis ſcordotis: ex uino priuatim ad angues potæ & illitæ: ſiue ſucco ſiue folio ſiue decocto. Centauriæ maioris radicæ drachma in uini albi cyathis tribus. Gẽtiana p̃cipue aduerſus angues duabus drachmis cũ pipere & ruta uini cyathis. vi. ſiue uiridis ſiue ſicca. Et lyſimachiæ odorẽ fugiunt ſerpẽtes. Dat ex uino p̃cuſſis chelidonia. Morſibus ĩponit betonica p̃cipue: cui uis tanta perhibet: ut incluſæ circulo eius ſerpẽtes ipſe ſeſe interimãt flagellando: Dat & ad ictus ſemen eius denarii põdere cũ tribus cyathis uini: uel farina drachmis tribus ſextario aquæ ĩponit. Cantabricæ: dictami: ariſtolochiæ radicis drachma in uini hemina ſæpius bibenda: prodeſt & illita ex aceto. Similiter piſtolochiæ. Quin & oĩno ſuſpẽſa ſupra focũ fugat e domibus ſerpentes. Argemonia quoq; radicæ eius denarii põdere in uini cyathis tribus potatur. Plura de ea cõuenit dici cæteriſq; quæ primũ nominabunt. In eo aũt genere medendi primũ cõuenit: q̃q̃ nominari in quo maxime ualebit. Folia habet anemonæ æqualia diuiſa apii modo: caput in cauliculo papaueris ſylueſtris: item radicem. Succum croci colore acrem & acutum. Naſcitur & in aruis apud nos. Noſtri tria genera eius faciũt: & id demũ probant cuius radix thus redoleat.

Vel ubera paſcuis

De agarico: & echyo: & hyoſcyamo: & hierabotane: & blattria: & lemonia: & quinq; folio: & ſparganio: & dauco: & perſolata: & arctio: & cyclamino: & peucedano. CA. IX.

AGaricon ut fungus naſcit in arboribus circa boſpoꝛ: colore cãdido. Dat obolis q̃ttuor contritũ cũ binis cyathis aceti mulſi. Id qd in gallia naſcit ĩfirmius hẽt. Præterea mas ſpiſſior amariorq;. Hic & capitis dolores facit. Fœmina ſolutior in initio guſtus dulcis: mox in amaritudinẽ tranſit. Echyos utriuſq; gñis pulegio ſimilis. Foliis coronata: drachmis duabus ex uini cyathis quattuor dat. Itẽ altera q̃ lanugine diſtinguit ſpinoſa: cui & capitula uiperæ ſimilia ſũt hæc ex uino & aceto. Quidã echyon pſonatã uocãt: cuius folio nullũ eſt latius: grãdes lappas ferentẽ. Huius radicẽ decoctã ex aceto dant potui. Hyoſcyamũ cõtuſum cũ foliis ex uino datur peculiariter cõtra aſpidas. Nulla tñ romanæ nobilitatis plus hẽt q̃ hierabotane. Aliq; periſtereon: nñi uerbenacã uocãt. Hæc eſt quã legatos ferre ad hoſtes indicauimus. Hac Iouis mẽſa uertit. Domus purgãt: luſtrãturq;. Gña eius duo ſũt. Folioſa quã fœminã putãt. Mas rarioribus foliis. Ramuli utriuſq; plures: tenues: cubitales: anguloſi. Folia minora q̃ q̃rcus: anguſtioraq;: diuiſuris maioribus: flos glaucus: radix lõga: tenuis. Naſcit ubiq; in planis aquoſis. Quidã nõ diſtinguũt: ſed unũ oĩno genus faciũt: qm̃ utraq; eoſdẽ effectus hẽat. Vtraq; ſortiũt galli: & p̃cinũt rñſa. Sed magi utiq; circa hãc ĩſaniũt. Hac punctos ĩpetrare q̃ uelint: frebres abigere: amicitias cõciliare nulliq; nõ morbo mederi. Colligi circa canis ortũ debere: ita ut ne luna aut ſol cõſpiciat: fauis ante & melle terræ ad piamẽtum datis. Circũſcriptã ferro effodi ſiniſtra manu: & ĩ ſublime tolli. Siccari ĩ umbra ſeparatĩ: folia: caulẽ: radicẽ. Aiũtq; ſi aq̃ ſpargat tricliniũ: q̃ maduerit: lætiores cõuictus fieri. Aduerſus ſerpẽtes cõterit ex uino. Eſt filis uerbaſco hærba: q̃ ſæpe fallit, p ea capta: foliis minus candidis: cauliculis pluribus: flore luteo. Hæc abiecta blattas in ſe contrahit: ideoq; romæ blattariam uocant. Lemoniũ ſuccum lacteũ mittit: cõcreſcentẽ gummi modo

Vel adiecta fuerit

humidis locis. Dat denarii põdus in uino. Quinq; foliũ nulli ignotũ est: cũ etiã fraga gignẽdo cõmẽdetur. Græci uocant pentapentes siue chamezeleon siue pentaphyllon. Cum effoditur rubram habet radicem. Hæc inarescens nigrescit & angulosa. Fit nomen a numero foliorum habet. Et ipsa herba incipit & desinit cum uitæ. Adhibetur & purgandis domibus. Aduersus serpẽtes bibitur & eius radix quæ sparganion uocatur ex uino albo. Dauci genera quattuor fecit Petronius Diodorus quæ persequi nihil attinet: cum sint differentiæ duæ. Probatissimæ in creta mox in achaia & in siccis ubicunq; nati: fœniculi similitudine: candidioribus foliis & minoribus hirsutisque. Caule pedali recto: radicæ suauissimi gustus & odoris. Hoc genus in saxosis nascitur meridianis. Reliqua genera ubiq; nascũtur terrenis collibus limitibusq; nec nisi pingui solo: foliis coriandri: caule cubitali: capitibus rotundis: sæpe pluribus q̃ ternis: radicæ lignosa: sed cum inaruerit superuacua. Semen eius Cymino simile: prioris milio album acre odoratum oĩbus & feruens: secundum priore uehemẽtius est: ideoq; parce summi debet. Si iam maximæ tertium genus facere libeat est simile staphylino: quod pastinacam erraticam appellant: semine oblongo: radicæ dulci. Omnia hæc & hyeme & æstate sunt intacta quadrupedi nisi post abortus. Ex aliis usus fœminis. Ex creta radicis dulcis: & magis ad serpentes est. Bibitur e uino drachma una. Datur & quadrupedibus percussis. Therionarca alia q̃ magica & in nostro orbe nascitur: fruticosa foliis subuiridibus: flore roseo. Serpentes necat cuicunq; admota fuerit. Et hæc torporem affert. Persolatam quã nemo ignorat: græci uero arction uocant folia habet maiora etiam cucurbitis & hirsutiora nigrioraq; & crassiora: radicem albam & grandem. Hæc ex uino bibit denariorum duum pondere. Item cyclamini radix contra serpentes omnes. Folia habet minora q̃ hædera nigriora & tenuiora sine angulis in quibus albicant maculæ. Caule exiguo: inani: floribus purpureis: radicæ lata: ut rapum uideri possit: cortice nigro. Nascitur in umbrosis. A nostris tuber terræ uocat. In omnibus serenda domibus. Si uerum est ubi fata sit nihil nocere mala medicamenta Amuletum uocant: narrantq; ea ebrietatem repræsentari. Addita in uinum radicæ: & siccata scyllæ modo concisa reponitur: decoquiturq; eadem ad crassitudinem mellis. Suum tamen uenenũ inest ei: traduntq; si prægnans radicẽ transgrediatur: abortum fieri. Est & altera cyclaminos cognomine cyssanthemos geniculatis caulibus superuacuis a priore distans circa arbores se uoluens acinis hederæ: sed mollibus. Flore candido: speciosо: radice superuacua. Acini tantũ in usu: gustu acri: sed lenti. Siccantur in umbra: tusiq; diuiduntur in pastillos. Mihi & tertia cyclaminos demõstrata est: cognomine chamæcissos uno oĩno folio: radicæ ramosa: qua pisces necabantur. Sed iter primas celebratur peucedanum: laudatissimũ in arcadia: mox samothrace. Caulis est ei tenuis longus: fœniculo similis: iuxta terram folioſus: radicæ nigra crassa graui odore: succosa. Gignitur in montibus opacis. Foditur exitu autũni. Placent tenerrimæ & altissimæ radices. Hæ conciduntur in quaternos digitos osseis cultellis: fundũtq; succũ in umbra capite prius & naribus rosaceo punctis: ne uertigo sentiat. Et alius succus inuenit caulibus adhærens incisisq; manat. Probat crassitudine mellea: colore ruffo odore suauiter graui feruẽs gustu. Et hic in usu & radix: & decoctũ eius pluribus medicamẽtis. Succo tñ efficacissimo: q resoluit amaris amygdalis: aut ruta. Bibiturq; cõtra serpentes & ex oleo perunctos tuetur.

Vel pentapetalõ

Vsus

De ebulo: & uerbasco: & thelegono: & de phrynio: & de alisma: & de peristereo: & de moly: & de antirrhino: & contra mala medicamenta: & de pericarpo. CA. X.

EBuli quoq; quẽ nemo ignorat: fumo fugant serpẽtes. Priuatim aduersat scorpionibus polemoniæ radix uel alligata tantũ. Itẽ phalangio ac cæteris minoribus uenenatis: Scorpionibus aristolochia. Agaricũ obolis q̃ttuor in uini mixti cyathis totidẽ. Verbenaca & phalãgio cum uino aut posca. Itẽ q̃nquefoliũ daucũ. Verbascũ græci plomõ uocãt. Genera hẽt prima duo. Albũ in quo mas intelligit. Alterũ nigrũ: in quo fœmina. Tertiũ genus nõ nisi in syluis inuenit. Sũt folia brassicæ latiora: pilosa: caulis erectus: cubitali amplior. Semen nigrũ inutile. Radix una, crassitudine digiti. Nascunt & in cãpestribus. Syluestri folia elelisphaci: alta: ramis lignosis. Sũt & plomides duæ hirsutæ: rotundis foliis: humiles. Tertia lychnitis uocat. Ab aliis ãt thryalis foliis ternis aut cũ plurimũ q̃ternis crassis pinguibusq; ad lucernaꝝ lumina aptis. Aiunt in foliis eius quã fœminã diximus: ficus oĩno non putrescere. Distingui gña hæc pœne superuacuũ est: cũ sint oĩa eiusdẽ effectus. Cõtra scorpiones bibit radix cũ ruta ex aqua: magna amaritudine: sed effectu pari. Thelegonon herba ab aliis scorpion uocatur pp similitudinẽ radicis: cuius tactu moriunt scorpiones. Itaq; cõtra eoꝝ ictus bibitur. Scorpionẽ mortuũ si quis helleboro cando linat: reuiuiscere aiunt. Thelegonon oẽm quadrupedem necat imposita uerendis radicæ. Folio quidem intra eundem diem qđ est simile cyclamino. Ipsa geniculata nascit in opacis. Scorpionibus aduersat & betonicæ succus ac plãtaginis. Sũt & ranis uenena rubetis maximis. Vidimusq; psyllos in certamine patinis candefactas admittẽtes ociore ẽt q̃ aspidũ pniciæ. Auxiliat eis phrynion in uino pota. Aliq neurada appellãt: alii poterion floribus paruis: radicibus multis neruosis bene olentibus. Itẽ alisma quã alii damasonion: alii lyron appellãt. Folia ei plantaginis nisi angustiora eẽnt: & magis lacinioſa: cõuexaq; in terram. Alias ẽt uenosa similiter. Caule simpliciter tenui: cubitali: capite thyrsi: radicibus densis: tenuibus: ut ueratri nigri: acribus: odoratis: pinguibus. Nascitur in aquosis. Alterũ genus eiusdem in syluis nigrius maioribus foliis. Vsus in radice utriusq; aduersus ranas & lepores marinos drachmæ pondere in uino potũ. Lepori marino aduersat: & cyclaminos. Veneni uim canis quoq; rabidi morsus habẽt: cõtra quos erit cynorhodum: de quo diximus. Plantago ad oẽs bestiaꝝ morsus pota atq; illita pdest. Betonica ex mero ueteri. Peristereos uocat caule alto foliato cacumine in alios caules se spargẽs: colũbis admodũ familiaris. Vnde & nomẽ. Hanc habẽtes negãt latrari a canibus. Proxima ab his malis uenena sunt: quæ sibimetipsi homines excogitant. Contra hæc oĩa magicasq; artes erit primum illud Homericum moly. Dein mithridatia & scordotis & centauriũ. pota oĩa mala medicamenta exigit per aluum. Betonicæ semen in mulso aut passo uel farina drachma in uini ue-

Vel thelypho non

Vel polirrhizon

teris cyathis.iiii.uomere cogendi atq; iterum bibere:iis qui quottidie guſtent eam nulla nocitura mala medicamenta tradunt.Poto ueneno ariſtolochia ſubuenit eadem menſura quã contra ſerpentes. Quinque folii ſuccus.Agaricum poſtquã uomuerint denarii pondere ex aquæ mulſæ cyathis tribus.Anthirrinon uocatur ſiue anarrhinõ;ſiue lychnis agria;ſiue ſimilis lino:radice nulla:flore hyacinthi:ſemine uitulinarium. Ex hoc perunctos uenuſtiores fieri:nec ullo malo medicamento lædi poſſe:aut ueneno:ſi quis in brachiali habeat:arbitrantur magi.Similiter eam quã eupleam uocant:traduntq; ea perunctos cõmendationis eẽ ſamæ.Artemiſiam quoq; ſecum habentibus negant nocere mala medicamenta beſtiamue ullam:ne ſolem quidem.Bibitur & hæc ex uino aduerſus opium.Alligata priuatim potẽs traditur potaue aduerſus ranas. Pericarpum bulbi genus eſt.Duæ eius ſpecies:cortice rubro alterum:alterũ nigro papaueri ſimile. Sed uis maior q̃ priori:utriq; autem excalfaciendo.Ideo contra cicutam dantur:contra quam & thus & panaces & chironium præcipue.Hoc uero & contra fungos.

De remediis:quæ generatim membratim q; ſingulis corporum morbis eueniunt. CA. XI.

VErum & generati mẽbratim q; ſingulis corporũ morbis remedia ſubtexemus.Orſi a capite.Alopecias emendat nympheæ & cicutæ radix:ſi una tritæ illinantur.Polytricha diſtat a callitricha q; iuncos albos habet & folia plura maioraq;.Fruticæ quoq; maior eſt:& defluentem capillum confirmat:& denſat.Item lingulaca circa fontes naſcens:cuius radix admixta combuſta teritur cum adipe ſuis nigræ:id quoq; excipitur ut eius ſit ſuis:quæ nunq̃ pepererit.Sol ſubinde plurimum confert illitæ.Similis uſus ẽ cyclamini radicis.Pruriginem ueratri radix tollit in oleo decocta uel in aqua.Capitis dolori medetur panacis oĩum generum radix in oleo cõtrita.Ariſtolochia & hiberis adalligata hora:uel diutius ſi pati poſſit comitante balnei uſu.Medetur & daucum.Purgat autem cyclaminos cum melle in nares addita:& ulcera capitis ſanat illita.Medetur & periſtereos.Cacalia ſiue leontice uocatur ſemen margaritis minutis ſimile dependens inter folia grandia in montibus fere.Huius grana.xv.in oleo macerantur:atq; ita aduerſo capillo caput ungitur.Fit & ex callitriche ſternutamentum.Folia ſunt lenticulæ ſimilia.Caules iuncis tenuiſſimis:radicæ minima.Naſcitur in opacis & humidis:guſtatu feruens. Hyſopum in oleo contritum phthiriaſi reſiſtit & prurigini in capite. Eſt autem optimũ cilicium e tauro monte. Dein pamphylium:& ſmyrnæum.Stomacho contrarium.purgat cum fico ſumptũ per inferna:cum melle uomitionibus:putant & ſerpentium ictus aduerſari tritum cum melle & ſale & cumino.Ionchitis non(ut pleriq; exiſtimauerunt)eadem eſt quæ xyphion:aut phaſganion q̃q̃ cuſpidi ſimilis ſemine.Habet enim folia porri rubentia ad radicem & plura quã in caule capitula perſonis comicis ſimilia paruam exerẽtibus linguam radicibus prælongis.Naſcitur in ſitientibus.Ẽ diuerſo xyphion:& phaſganion in humidis:cum primum exit gladii præbet ſpẽm caulæ duum cubitorum:radicæ ad nucis auellanæ figuram fimbriata:quam effodiante meſſes oportet:ſiccari in umbra.Superior pars eius cum thure trita æquo pondere admixto uino:oſſa fracta e capite extrahit:aut ſi quid in corpore ſuppurat:uel ſi calcata ſunt oſſa.Serpentis eadem contra uenena efficax.Caput in dolore ueratro in oleo uel roſaceo decocto tritoq; ungi cõuenit.peucedano ex oleo uel roſaceo & aceto.Tepidum hoc prodeſt & doloribus qui plerunq; ex dimidia parte capitis ſentiuntur:& uertigini.perungunt & radice eius ſudoris cauſa eliciendi:quoniam cauſtica uis ei eſt.pſyllion alii cynoides:alii

Vel floribus

cryſtalion:alii ſicelion:alii cynomiam appellãt: radice tenui:ſuperuacua:ſarmentoſum:fabæ granis in cacuminibus:foliis canino capiti non diſſimilibus:ſeminæ autem pullici:unde & nomen hoc in baccis.Ipſa herba in uineis inuenitur.Vis ei ad refrigerandum & diſcutiendum ingens.Semen in uſu. Fronti imponitur in dolore & temporibus:ex aceto & roſaceo:aut poſca.Ad cætera illinitur acetabuli menſura ſextario aquæ denſat ac contrahit.Tunc terere oportet:& craſſitudinem illinere cuicunq; dolori & collectioni inflammationiq;.Et uulneribus capitis medetur ariſtolochia:fracta extrahens oſſa & in alia quidem parte corporis: ſed maxime e capite.Similiter plyſtolochia.

De thyſſelio:& centaurea:& chelidonia:& panace:& hyoſcyamo:& euphorbio. CA. XII.

THyſſelium eſt non diſſimile apio.Huius radix cõmanducata purgat capitis pituitas. Oculorum aciem cẽtaurio maiore putant adiuuari:ſi addita aqua foueantur.Succo uero minoris cum melle oculorum nubeculas:obſcuritatem diſcuti:cicatrices extenuari.Albugines quidem etiam iumentorũ ſiderite.Iam chelidonia ſupradictis omnibus mire medetur.panacis radix cum polenta epiphoris imponitur.Hyoſcyami ſemẽ bibunt obolo tantũdem meconii adiicientes:uinumq; ad epiphoras inhibendas.Adiungunt & gentianæ ſuccum:quem colyriis acrioribus pro meconio miſcẽt. Facit claritatẽ & euphorbiũ inũctis. Inſtillat plantaginis ſuccus lippitudini.Caligines ariſtolochia diſcutit.Hiberis adalligata capiti cũ q̃q; folio epiphoras:& ſi q̃ in oculis uitia ſunt emẽdat.Verba ſcũ epiphoris imponit.periſtereos ex roſaceo uel aceto.Ad hypochyſis & caliginẽ cyclaminon in paſtillos diluũt.peucedani ſuccũ ut diximus ad claritatẽ & caligines cũ meconio & roſaceo.pſyllion illitum fronti epiphoras ſuſpendit.

De anagallide ſiue acoro:& mandragora:ſiue circelo:& cicuta:& cremno agrio:& molibdena:& capno:& alia:& acorio:& iride:& cotiledo:& aizoo:& andrachne:& erigeno:& de ephemero:& delabro Veneris:& de ramũculo medicinæ:& de oris uitiis. CA. XIII.

ANagallida aliqui corchoron uocant.Duo genera eius.Mas flore phœniceo:fœmina cæruleo:nõ altiores palmo:frutice tenero:foliis puſillis:rotundis:in terra iacentibus:naſcuntur in hortis & iaquoſis.prior flore cærulea.Vtriuſq; ſuccus oculorum caliginem diſcutit cum melle:& ex ictu cruorẽ & argema rubens:magis cũ attico melle inunctis.pupillas dilatat:& iõ hoc inunguẽt ante q̃bus paracenteſis fit.Iumentorũ quoq; oculis medentẽ.Succus caput purgat p̃ nares infuſus:ita ut deĩde uino colluatur.Bibit & contra angues ſucci drachma in uino.Mirũ q; fœminã pecora uitant. At ſi decepta

uel acharon

ſimilitudine(flore enim tantum diſtant)deguſtauere:ſtatim eam quæ aſyla uocatur in remedio quærunt. Ea a noſtris ferus oculus nũcupat. Præcipiũt aliqui effoſſuris ante ſolẽ ortũ priuſq̃ quicq̃ aliud loquant ter ſalutare eã: tunc ſublatã exprimere. Ita p̃cipuas eſſe uires. De euphorbio ſatis dictũ eſt: cuius ſuccus lippitudini ſi tumor erit. Itẽ abſinthiũ cũ melle tritũ. Itẽq̃ betonicæ farina cõuenit. Et ægylopas ſanat herba eodem noie: quæ in hordeo naſcitur tritici folio ſemine cõtrito cũ farina permixta ipoſitaq̃ uel ſucco. Exprimitur hic e caulibus foliiſq̃ prægnãtibus dempta ſpica: & in trimeſtri farina digeritur ĩ paſtillos. Aliqui & mandragoræ utebãtur. Poſtea abdicatus in hac curatiõe eſt. Sed epiphoris quod certũ eſt: medet: & oculorum dolori. Radix tuſa cũ roſaceo & uino. Nã ſuccus multis oculorũ medicamẽtis miſcetur. Mandragorã alii circeium uocãt. Duo eius genera. Cãdidus qui & mas: niger quæ fœmina exiſtimatur. Anguſtioribus foliis quã lactucæ. Hirſutis & caulibus: radicibus binis terniſue nigris foris. Intus albis: carnoſis: teneriſque pene cubitalibus. Ferũt mala auellanaq̃ nucũ magnitudine. Et iis ſemẽ ceu pyroq̃. Albũ hoc alii arſen: alii moriõ: alii hippoplomõ uocãt. Huius folia alba q̃ alterius latiora: ut lappati ſatiuæ. Cauent effoſſuri cõtrarium uentũ. Et ter circulis ante gladio circunſcribũt. Poſtea fodiunt ad occaſum ſpectãte. Succus fit & e malis & e caule deciſo cacumine & radice: punctis aperta: aut decocta utilis hæc uel ſurculo. Cõciſa quoq̃ in or biculos ſeruat in uino. Succus nõ ubiq̃ inuenit: ſed ubi poteſt: circa uindemias quærit. Odor grauis ei ſed radicis & mali grauior. Mala matura in umbra ſiccãtur. Succus ex iis ſole denſat. Item radicis tuſæ: uel in uino nigro ad tertias decoctæ. Folia ſeruãtur in muriis efficatius. Albus rore tantũ: ſuccus peſtis eſt. Sic quoq̃ noxiæ uires. Grauedinẽ afferunt etiã olfactu: q̃q̃ mala in aliis terris mãdantur. Nimio tamen odore obmuteſcunt ignari. Potu quidẽ largiore etiã moriuntur. Vis ſomnifica pro uiribus bibentiũ. Media potio cyathi unius. Bibitur & cõtra ſerpẽtes: & ante ſectiões punctiõeſq̃ ne ſentiãtur. Ob hæc ſatis eſt aliquibus ſomnum odore quæ ſiſſe. Bibitur & pro helleboro duobus obolis in mulſo. Efficacius helleborũ ad uomitiões & ad bilem nigram extrahendã. Cicuta quoq̃ uenenũ eſt: publica athenienſium pœna inuiſa. Ad multa tamen uſus nõ omittendi. Semen habet noxium. Caulis autem eius & uiridis: ſed eſtur plerunq̃ & in patinis. Leuis hic & geniculatus: ut calami nigricans. Altior ſæpe binis cubitis: in cacuminibus ramoſus. Folia coriã dri tenuiora: graui odoratu. Semen aniſo craſſius: radice cõcaua nullius uſus. Semini & foliis refrigeratoria uis: quæ ſi enecat: incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio eſt: priuſq̃ perueniat ad uitalia: uini natura excalfactoria. Sed in uino pota irremediabilis exiſtimatur. Succus exprimitur foliis floribuſque: tunc enim maxime tempeſtiuus eſt & melior. Semine trito expreſſus & ſole denſatus in paſtillos necat: ſanguinem expiſſando. Hæc altera uis. Et ideo ſic necatorũ maculæ in corporibus apparent. Ad diſſoluẽda medicamẽta utuntur illo pro aqua. Fit ex eo ad refrigerãdũ ſtomachũ malagma. Præcipuus tamẽ eſt ad cohibẽdas epiphoras æſtiuas oculorũq̃ dolores ſedãdos circunlitus. Miſcetur collyriis. Et alios oẽs rheumatiſmos cohibet. Folia quoq̃ tumorẽ omnem doloremq̃ & epiphoras ſedant. Anaxilaus auctor eſt mammas a uirginitate illitas ſemper eſſe ſtaturas. Quod certũ eſt: lac puerperarum mammis impoſita extinguit. Veneremq̃ teſtibus circa pubertatem illita. Remedia liberatiõi quibus bibenda cenſetur: nõ equidem præcepimus. Maxima uis terræ parthorum: mox laconicæ: creticæ: aſiaticæ. In græcia uero megaricæ: deinde atticæ: Crethmos agrios gremias tollit oculorũ impoſitus: tumorẽ quoq̃ poléta addita. Naſcitur uulgo molibdena: ideſt plumbago etiam in aruo: folio lappati: craſſa radice hiſpida. Hæc cõmãducata; ſi oculis ſubinde religatur: plumbũ qd̃ eſt genus uitii: ex oculis tollit. Capnos prima q̃ pedes gallinaceos uocãt: naſcens in parietinis: & ſepibus ramis tenuiſſimus ſparſiſq̃: flore purpureo uiridis: ſucco caliginẽ diſcutit. Itaq̃ in medicamenta oculorũ additur. Similis & nomine & effectu alia eſt capnos fruticoſa: prætenera foliis coriãdri: cineracei coloris: flore purpureo. Naſcitur in hortis & ſegetibus hordeaceis. Claritatem facit inunctis oculis delachrymationẽq̃ ceu fumus: unde nomen accepit. Eadẽ euulſas palpebras renaſci prohibet. Acorõ iridis folia habet anguſtiora tantum & lõgiore pediculo: radices nigras: minuſq̃ uenoſas. Cætero & has ſimiles iridis: guſtu acres: odore nõ ingratas: ructu faciles. Optimæ põticæ: dein galaticæ: mox creticæ. Sed primæ in colchide iuxta phaſin amnẽ: & ubicunq̃ in aquoſis. Recẽtibus uirus maius q̃ uetuſtis. Creticæ candidiores põticis. Siccãtur utribus in umbra digitalibus fruſtis. Necnõ inueniunt qui oxymyrſinæ radicẽ acoron uocant. Ideoq̃ quidam hanc acron agrion uocare malunt. Vis ei ad calfaciendũ extenuãdũq̃ efficax cõtra ſuffuſiões & calligines oculorũ ſucco eiuſdem poto: cõtraq̃ ſerpentes. Cotyledõ paruula herba caulículo tenero: puſillo pingui folio: & cõcauo ut coxendices. Naſcitur in maritimis petroſiſq̃ uiridis: radice oliuæ modo rotunda. Oculis medetur ſucco. Eſt aliud genus eiuſdem ſordidis foliis: latioribus: denſioribuſq̃ circa radicem uelut oculũ cingẽtibus: aſperrimi guſtus lõgiore caule: ſed pergracili. Vſus eius ad eadẽ quæ iridis. Aizoi duo genera: maius infictilibus uaſculis ſeritur: quod aliqui buphthalmõ uocãt: alii zoophthalmon: alii ſtergetõ: qd̃ amatoriis cõueniat. Alii hypogeſſon: quoniam in ſuggrundis fere naſcitur. Sunt qui ambroſiam potius uocãt: & qui amerimnõ. Itali ſedum magnum: aut oculum: aut digitellũ. Alterũ minuſculũ: qd̃ eritheles uocant: alii tritheles: quia ter floreat: alii chryſotheles: aliqui iſoetes: ſed alii itali ſedum: alii aizoum. Vtrunq̃ quoniã uireat ſemper. Aliqui ſemperuiuũ. Maius cubiti altitudinem excedit craſſitudine pluſquã pollicari. Aliud in cacumine linguæ ſimile carnoſum: pingue: largo ſucco latitudine pollicari. Alia in terram cõuexa: alia ſtantia: ita ut ambitu effigiẽ imittẽtur oculi. Quod minus eſt: in muris parietiniſq̃ naſcit: & tegulis. Fruticoſum a radice: & ſurſum uſq̃ ad cacumẽ. Foliis anguſtis mucronatis; ſuccoſis: palmo alto caule: radix inutilis. Huic ſimilis eſt: quã græci andrachnen agriam uocãt. Itali illecebrã puſillis latioribus foliis & breuiori cacumine. Naſcitur in petris: & colligitur cibi cauſa: Omnium harum uis eadẽ: perfrigerare & aſtringere. Medentur epiphoris folia impoſita: uel ſuccus inunctus. Purgãt enim ulcera oculorum explentq̃: & ad cicatricẽ perducũt: palpebras deglutinãt. Eædem capitis doloribus medentur: ſucco

Vel apta

uel folio tēporibus illitis. Aduerſant̃ phalāgioꝝ ictibus. Aconito uero maius aizoū p̄cipue. A ſcorpionibus quoq; feriri id habētē negāt. Medent̃ & auriū dolori. Itē ſuccus inūctis hyoſcyami modice. Item achileæ & minoris cētaureæ & plātaginis peucedāi cū roſaceo & meconio. Acori ſuccus cū roſa. Oſs aūt ſtrigili calefactus ifundit̃. Cotyledō ēt ifundit̃ purulētis cū medulla ceruina calefacta. Ebuli radices tritæ & ſuccus liteo colatus: mox in ſole dēfatus & cū opus ē roſaceo dilutus & calefactus potidas: Verbēaca quoq; itē plantago ſanat: itē ſideritis cū axungia ueteri. Nariū ozenas emēdat ariſtolochia cū cypero. Dētibus remedio ſunt panacis radix cōmāducata: p̄cipue chirōicæ: itē collutis ſucco. Radix hyoſcyami ex aceto māducata. Item polemōiæ cōmāducant̃: & plātaginis radices: aut colluńt̃ i aceto decoctæ ſucco. Et folia ſunt utilia. Vel ſi ſanguine gigiuæ putreſcāt: uel ſemē eiuſdē apoſtemata: & collectiōes gingiuaꝝ ſanat. Et ariſtolochia gingiuas dē teſue cōfirmat. Verbenaca cū radice māducata & decoctæ ex uino aut aceto ſuccus collutus. Itē qnq; folii radices decoctæ ad tertias uino aut aceto. Prius uero q̄ decoquat̃ aq̄ maria aut ſalſa lauant̃. Decoctū diu tuendū in ore. Quidā cinere qnq; folii fricare malūt. Et uerbaſci radix decoqt̃ i uino ad colluēdos dētes. Et hyſopo colluunt̃: & peucedāi ſucco cū mecōio uel radicū anagallidis magis fœmiæ ſucco: ab altera nare q̄ doleat ifuſo. Erigerō a græcis: q̄ a nr̄is uocat̃ ſenecio. Hāc ſi ferro circūſcriptā effodiat aliqs: tāgatq; ea dētē & alternis ter deſpuat ac repōat in eūdē locū: ita ut uiuat herba: aiūt dētē eū poſtea nō doliturū. Herba eſt trixaginis ſpecie & mollicia: cauliculis ſubrubicūdis. Naſcit̃ & i tegulis & i muris. Nomē hoc græci dederunt: qa uere caneſcit. Caput eius nūeroſa diuidit̃ lāugine: q̄lis ē ſpinæ iter diuiſuras exeūte. Quare cā callimachus achāti da appellat: alii pappū. Nec deīde græcis de ea cōſtat. Alii erucæ foliis eē dixerūt: alii roboris: ſed minoribus multo. Radice alii ſupuacua: alii neruis utili: alii potu ſtrāgulāti. E diuerſo qda regio morbo cū uino dederūt. Et cōtra oia ueſicæ uitia. Itē cordis & iocineris. Renibus extrahere harenā dixere. Iſchiadici drachmā cū oxymellite ab ambulatiōe ꝓpinauere. Torminibus quoq; i paſſo utiliſſimā: p̄cordiis ēt: cibo ex aceto eā p̄dicātes ſerēteſq; i hortis. Nec defuere q & alteꝝ gēus facerēt. Nec q̄le eēt demōſtrarēt: cōtra ſerpētes in aq̄ bibēdā edēdāq; comitialibus dātes. Nos eā romāis expimētis p uſus digeremus. Lāugo eius cū croco & exiguo aq̄ frigidæ trita illinit̃ epiphoris. Toſta cū mica ſalis ſtrumis. Ephemerō folia hēt lilii: ſed miora: caulē parē: floré cæruleū: ſemē ſupuacuū: radicē unā digitali craſſitudie: dētibus p̄cipuā cōciſā in aceto: decoctāq; ut tepido colluant̃. Et ipa ēt radix mobiles ſiſtit. Cauis & exeſis iprimit̃. Chelidōiæ radix ex aceto trita cōtinet̃ ore. Eroſis ueratrū nigrū iponit̃. Mobiles dētes utrālibet decocta i aceto firmāt̃. Labrū uenereū uocāt i flumie naſcētē. Eſt ei uermiculus q circa dētes ligat̃: aut cauis dētiū cæra īcludit̃. Cauēdū ne euulſa herba terrā tāgat. Ranūculū uocamus q̄ græci batrachiō. Genera eius q̄ttuor. Vnū pinguioribus q̄ coriādri foliis: & ad latitudinē maluæ accedētibus: colore liuido: caule albo: gracili: & radice alba. Naſcit̃ in limitibus hūidis & opacis. Alteꝝ folioſius pluribus folioꝝ īciſuris: altis caulib⁹. Tertiū minimū ē: graui odore: flore aureo. Quartū ſimile huic flore luteo. Oībus uis cauſtica ſi cruda folia iponant̃: puſtulaſq; ut ignis faciūt. Ideo ad lepras & pſoras utunt̃ & ad tollēda ſtigmata. Cauſticiſq; oībus miſcēt. Alopeciis iponūt: celeriter remouentes. Radix i dolor cōmāducata diutius rūpit dētes. Eadē ſicca cōciſa ſternutamētū facit. Noſtri herbarii ſtrumeā uocāt: qm̄ medet̃ ſtrumis & panis pte i fumo ſuſpēſa. Credūtq; ea rurſus ſata rebellare q̄ curauerit uitia. Quo ſcelere & plātagine utunt̃. Oris ulcera intus ſuccus plantaginis emēdat & folia radiceſq; cōmāducata: uel ſi rheumatiſmo laboret os. Vlcera fetoremq; quinquefoliū. Vlcera pſyllium. Cōpoſita quoq; ad fetorem uel maxime pudendū uitiū trademus. Ergo folia myrti & lentiſci pari pōdere gallæ ſyriace dimidiū pōdus ſimul terere in uino uetuſto ſparſa māderē matutino optimū eſt. Vel hederæ baccas cū caſia & myrrha pari pōdere ex uino. Naribus utiliſſimū eſt dracontii ſemen corticū ex melle: etiam ſi carcinomata in iis ſunt. Suggillata hyſopo emendātur. Stigmata in facie mandragora illita delet.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXVI. PROOEMIVM.

Reliquæ per morborum genera medicinæ: & de nouis morbis: & quid lichena ſit: & quando primum in Italia cœperint: & de carbunculo: & de elephantiaſi: & colo.

CA. I.

ENSIT ET FACIes hominum nouos omniq; æuo priore i cognitos non italiæ modo: uerum etiam uniuerſæ p̄pe europæ morbos. Tunc quoq; nec tota Italia nec p illyricū galliaſue: aut hiſpāias magnopere uagatos aut alibi q̄ romæ: circaq; ſine dolore quidem ullo: aut ſine pernicie uitæ: ſed tanta fœditate: ut quæcunq; mors præferēda eſſet. Grauiſſimum ex iis lichenas appellauere græco nomine: latine quoniam a mento fere oriebatur ioculari primum laſciuia: ut eſt procrax natura multorū in alienis miſeriis: Mox & uſurpato uocabulo mentagram: occupantem multis: totos utiq; uultus: ocu

lis tantum immunibus:deſcendentem uero & in colla pectuſq; ac manus fœdo cutis furfure. Non fuerat hæc lues apud maiores patreſq; noſtros. Et primum Tiberii Claudii Cæſaris principatu medio irrepſit in Italia quodam Peruſino equite Romano quæſtorio ſcriba cum in Aſia apparuiſſet:inde contagionem eius importante. Nec ſenſere id malum fœminæ:aut ſeruitia:plebeſq; humilis aut media ſed ꝓceres ueloci trā/ſitu oſculi:maxime fœdiore multorum:qui perpeti medicinam tolleraverant cicatrice q̄ morbo. Cauſticis nāq; curabatur:nec niſi uſq; in oſſa corpus exuſtum eſſet non rebellante tedio. Aduenerunt q; ex ægypto ge nitrice talium uitiorū medici hanc ſolam operam afferentes magna ſua præda. Siquidem certum eſt Manilium Cornutum ex prætoriis legatum aquitanicæ prouinciæ ſeſtertia.cc.elocaſſe in eo morbo ad curandū ſeſe. Accidit q; ſæpius:ut noua contra genera morborū gregatim ſentirentur. Quo mirabilius quid poteſt reperiri? aliqua gigni repente uitia terrarum in parte certa:certiſq; membris hominum: uel ætatibus: aut etiam fortunis tanquā malo eligēte:hæc in pueris graſſari:illa in adultis:hæc proceres ſentire:illa pauperes. L. Paulo. Q. Martio cenſoribus primum in italia carbunculum ueniſſe:analibus conſcriptum eſt peculia/re narbonenſis prouinciæ malum:quo duo conſulares obiere:condentibus hæc nobis. Eodem anno Iulius Ruffus:&. Q. Lecanius Baſſus:ille medicorum inſcitia ſectus:hic uero pollice leuæ manus euulſo acu ab ſe metipſo tam paruo uulnere ut uix cerni poſſet. Naſcitur in occultiſſimis corporum partibus:& plerunque ſub lingua duricia rubens uariis modis:ſed nigricans capite alias liuida corpus incendens neq; intumeſcens ſine dolore:ſine pruritu:ſine alio q̄ ſomni indicio:quo grauatos in triduo aufert:aliquando & horrorē affe rens:circaq; puſtulas paruas:rarius feriens ſtomachum. Fauceſq; cum inuaſerit ociſſime exanimans. Dixi/mus elephantiaſin ante Pompeii magni ætatem non accidiſſe in italia:& ipſam a facie ſæpius incipientē. In nare prima ueluti lenticula mox inualeſcente per totum corpus maculoſa uariis coloribus & inæquali cu/tæ alibi craſſa:alibi tenui dura ceu ſcabie aſpera ad poſterum uero nigreſcente:& ad oſſa carnes apprimente intumeſcentibus digitis in pedibus manibuſq;. Aegypti peculiare hoc malum:& cum in reges ĩcidiſſet: po pulis funebre. Quippe in balneis folia temperabantur humano ſanguine ad medicinam eam. Et hic quidē morbus in italia celeriter reſtinctus eſt:ſicut & ille quem gemurſam appellauere priſci inter digitos pedum naſcentem etiam nomine obliterato. Idipſum mirabile:alios deſinere in nobis morbos:alios durare: ſicuti colum. Tiberii Cæſaris principatu irrepſit:id malum. Nec quiſquam prior imperatore ipſo ſenſit: magna ciuitatis ambage cum edicto eius excuſantis ualitudinem legeret nomen incognitum. Quid hoc eſſe dice/mus:aut quas deorum iras? Parum enim erant homini cætera morborum genera:cum ſupra.ccc.eſſent:ni ſi etiā noua timerentur. Neq; ipſi homines pauciora ſibi opere ſuo negocia ĩportāt. Hæc apud priſcos erant quæ memoramus remedia:medicinā ipſa quodā modo rerum natura faciente:& diu fuere.

Laus Hippocratis. CA. II.

HIppocratis certe qui primus medendi præcepta clariſſime condidit: referta herbarum mētione inuenimus uolumina. Nec minus dioclis Cariſtii qui ſecundus ætate famaq; extitit. Item praxa goræ & Cryſippi:ac deinde Eraſiſtrati. Erophilo quidem q̄q̄ ſubtilioris ſectæ cōditori ante om nes celebratam ratiōem eam paulatim uſu efficaciſſimo rerum omnium magiſtro peculiariter utiq; medicinæ ad uerba garrulitatemq; deſcendente. Sedere nanq; in iis ſcholis auditioni occupatum gra tius erat:q̄ ire per ſolitudines:& quærere herbas alias aliis diebus anni.

De noua medicina:& Aſclepiade medico:& qua ratiōe ueterē medicinam mutauerit. CA. III.

DVrabat tamen antiquitas firma:magnaſque cōfeſſæ rei uindicabat reliquias:donec Aſclepiades ætate magni Pompei rhetoricæ magiſter:nec ſatis in ea arte quæſtuoſus:ut ad alia ſagacis inge/nii huc ſe repente cōuertit:atq; ut neceſſe erat homini qui nec id egiſſet:nec remedia noſſet ocu lis uſuq; percipienda torrenti ac meditata quottidie oratiōe blandiēs:omni abdicauit:totamq; medicinā ad caſum reuocādo cōiecturam fecit. Quinq; res maxime cōmunium auxiliorum profeſſus. Ab ſtinentiā cibi:alias uini:fricationem corporis:ambulationē:geſtationeſq;:cum unuſquiſq; ſemetipſum ſibi præſtare poſſet intelligere. Fauētibus cunctis ni eſſent uera:quæ facillima erant:uniuerſum prope humanū genus circūegit in ſe:nō alio modo q̄ ſi cælo emiſſus aduenisſet. Trahebat præterea mentes artificio mira/bili:uinum promittēdo ægris:dandoq; tempeſtiue tum frigidam aquam. Et quoniā cauſas morborū pri/or ſcrutari Herophilus inſtituerat:uini ratione illuſtrauerat. Cleophātus apud priſcos: ipſe cognominari: ſe frigidam dando præferēs:& ut auctor eſt. M. Varro:alia quoq; blādimēta excogitabat iam ſuſpendendo lectulos:quorū iactatu aut morbos extenuaret:aut ſomnos alliceret:iam balneas auidiſſima hominū cupi dine inſtituendo:& alia multa dictu grata atq; iucunda magna auctoritate:nec minore fama:cum occurriſ/ſet ignoto funeri:relati homine ab rogo atq; ſeruato:nequis leuibus momentis tantam conuerſionē factā exiſtimet. Id ſolum poſſumus indignari unum hominē e leuiſſima gente ſine opibus ullis orſum uectiga/lis ſui cauſa repente leges ſalutis humāo generi dediſſe:quas tamen poſtea abrogauere multi. Aſclepiadē ue ro adiuuere multi:quorū cura nimis anxia & rudi:aut obruendi ægros ueſte ſudoreſq; omni modo ciēdi. Nunc corpora ad ignes torrendo:ſoleſue aſſidue quærēdo in urbe umbroſa:immo uero tota italia impera trice tum primum penſili balneatū uſu ad infinitū blandiēte. Præterea in quibuſdā morbis medēdi crucia tus detraxit:ut in anginis quas curabāt in fauces organo demiſſo. Damnauit merito & uomitiones tunc ſu pra modum frequētes. Arguit & medicamentorum potus ſtomacho inimicos: quod eſt magna ex parte uetitum. Itaq; nos in primis quæ ſunt ſtomacho utilia ſignemus.

Vel cur renti

Irriſio magicæ artis:& de lichene. CA. IIII.

SVper omnia adiuuere eum magicæ uanitates:in tantum euectæ ut abrogare herbis fidem cun/ctis poſſent. Aethiopide herba amnes ac ſtagna ſiccari cōiectu. Tactu clauſa omnia aperiri. Ache/

mentide coniecta in aciem hoſtium trepidare agmina:ac terga uertere.Latacen dari ſolitam a perſarum rege legatis:ut quocunq; ueniſſent omnium rerum copia abundarent:ac multa ſimilia. Vbi nam iſte fuere: cum cimbri teutoniq; terribili Marte ululārent?aut cum Lucullus tot reges magorum paucis legionibus ſterneret?Cur ue Romani duces primam ſemper in bellis rationem commertiorum habuere?Cur Cæſaris miles in pharſalia famem ſenſit:ſi abundantia omnis contingere unius herbæ fœlicitate poterat?Nō ſatius fuit Aemilianum Scipionē carthaginis portas herba patefacere:q̄ machinis clauſtra per tot annos quatere?Siccentur æthiopide pontinæ paludes:tantumq; agri ſuburbani reddatur italiæ. Nāq; apud eundem Democritum inuenitur compoſitio medicamenti:quo pulchri boniq; & fortunati gignantur liberi. Cur nunq̄ perſarum regi talis eſt dedita.Mirum eſſet profecto hucuſq; prouectam credulitatem antiquorū ſaluberrimis ortam initiis:ſi in ulla re modum humana ingenia nouiſſent. Atqui nos hanc ipſam medicinā ab Aſclepiade repertam ſuo loco probaturi eſſemus:euectam ultra magos etiam.Sed hæc ē omni in re animorum conditio:ut a neceſſariis orſa primum cuncta uenerint ad nimium.Igitur demonſtratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus:adiiciemuſq; quas ratio dictauerit. Sed in lichenis remediis atq; tam fœdo etiam malo:plura undiq; aceruabimus:quamquam non paucis iam demonſtratis.Medetur ergo plantago trita.Quinquefolium.Radix albuci ex aceto.Ficulni caules aceto decocti.Hibiſci radix cum glutino & aceto acri decocta ad quartas.Defricantur etiam pumice.& rumicis radix trita ex aceto illinitur. Et flos uiſci cum calce ſubactus.Laudatur & tithymallum cum reſina decoctū.Lichen uero herba his omnibus præfert:inde nomine inuento.Naſcitur in ſaxoſis folio uno ad radicem lato:caule uno: paruo: longis foliis dependentibus.Hæc delet & ſtigmata.Teritur cum melle.Eſt aliud genus lichenis petris tantum adhærens:ut muſcus:qui & ipſe illinitur.Hic & ſanguinem ſiſtit uulneribus inſtillatus: & collectiōes illitus. Morbum quoq; regium cum melle ſanat ore illito & lingua.Qui ita curantur: aqua ſalſa lauari iubentur: ungi oleo amygdalino:hortenſibus abſtinere. Ad lichenas & tapſiæ radice utuntur trita cum melle.Anginæ & argemonia medetur ſumpta ex uino.Et hyſopum cum uino decoctum & gargariſſatum.Peucedanū cum coagulo uituli marini æquis partibus.Proſerpinaca cum muria & ex oleo trita uel ſub lingua habita. Item ſuccus de quinquefolio potus cyathis tribus.Hic & omnibus faucium uitiis medetur gargariſſatus. Verbaſcum priuatim tonſillis in aqua potum.

Vel lon go puis

Ad ſtrumas:& ad digitos:& ad pectus:& ad tuſſim medicinæ. CA. V.

STrumis plantago.Chelidonia cum melle & axungia.Quinquefolium.Et radix perſolatæ.Item cum axungia operitur folio ſuo impoſita.Item artemiſia.Radix mandragoræ ex aqua.Sideritis lata folia clauo ſiniſtra manu circunfoſſa adalligantur cuſtodiēda ſanatis:ne rurſus ſata diro herbariorum ſcelere ut in quibuſdam rebellet.Quod & in iis:quos artemiſia ſanauerit: prædici reperio.Item in iis quos plantago Damaſion quæ & caucalis uocatur ſub ſolſtitio collecta imponitur ex aqua cæleſti folium tritum uel radix cum axungia tuſa:ita ut impoſita folio ſuo operiatur.Sic & ad omnes cerui cis dolores tumoreſq; quacunq; in parte.Bellis in pratis naſcitur:flore albo aliquatenus rubente. Hanc cū artemiſia illatam efficaciorem produnt. Condurdon herba ſolſtitialis flore rubro ſuſpenſa in collo comprimere dicitur ſtrumas.Item uerbenaca cum plantagine digitorum uitiis omnibus:& priuatim pterygiis.Quinquefolium medetur pectoris uitiis.Vel quod grauiſſimum eſt tuſſis: huic medetur panacis radix in uino dulci.Succus hyoſcyami etiam ſanguinem excreantibus.Nidor quoque accenſi tuſſientibus. Item ſcordotis mixto naſturtio:& reſina cum melle tuſa arida.Facit & per ſe faciles excreationes. Item centaurium maius:& ſanguinem reiicientibus.Cui uitio & plantaginis ſuccus medetur. Et betonica obolis tribus in aqua contra purulentas:contraque cruentas excreationes.Perſolatæ radix drachmæ ponderis cum pineis nucleis.xi.Peucedani ſuccus.pectoris doloribus & acorum ſubuenit. Et ideo antidotis miſcetur. Tuſſi daucum.Item ſcyticha herba.Ea demum omnibus pectoris uitiis tuſſi & purulenta excreantibus obolis tribus in paſſo.

Vel aliſma

De uerbaſco:& chamæleuce:& bechio:& ſaluia. CA. VI.

IOtidem obolis bibitur uerbaſcum:cuius flos aureus.Tanta huic uis eſt: ut ſumentis etiam non tuſſientibus modo:ſed ilia quoq; trahentibus auxilietur potus.Quod & de gētiana reperio. Radix chamæleuce quæ tuſſilago dicitur:commanducata:& in uino madefacta non tuſſi tantum: ſed & faucibus prodeſt.hyſopi quoq; quinq; rami cum duobus rutæ & ficis tribus decoctis thoracem purgant. Tuſſim ſedat bechion:quæ & tuſſilago dicitur.Duo eius genera.Silueſtris ubi naſcit: ſub eſſe aquas credunt:& hoc habent ſignum aquileges.Folia ſunt maiuſcula q̄ hædere.v. aut.vii. ſubalbida a terra ſuperne palida:ſine caule:ſine flore:ſine ſemine radice tenui.Quidam eandem eſſe bechion:& alio nomine chamæleucen putant.Huius aridæ cum radice fumus per arundinem hauſtus aut deuoratus ueterē ſanare dicitur tuſſim.Sed in ſingulos hauſtus paſſum guſtādum eſt.Altera a quibuſdam ſaluia appellatur ſimilis uerbaſco:conteritur ea & colata calefit:atq; ita ad tuſſim lateriſq; dolores bibitur.Contra ſcorpiōes eadem & dracones marinos efficax.Cōtra ſerpentes quoq; ex oleo perungi ea prodeſt:Hyſopi faſciculus cū quadrante mellis decoquitur ad tuſſim.

Ad lateris dolores & pectoris:ad orthopnoeas ad iocinoris doloré:& cordis pulmoni:urinæ:tuſſi:pectori ulceribus:renibus:epaticis:ad uomitiones:ad ſingultus:& pleureticos. CA. VII.

LAteris & pectoris dolores uerbaſcum cum ruta ex aqua. Betonicæ farina bibitur ex aqua calida. Stomachum corroborat ſcordotis ſuccus:centaurium: gentiana ex aqua potæ.Plantago autem per ſe ſumpta in cibo cum lente alicæue ſorbitione.Betonica alias grauis ſtomacho uitia tamen ſanat pota uel foliis cōmāducata.Item ariſtolochia pota.Agaricū māducatū ſiccū ut ex īteruallo

merum ſorbeatur. Nymphea heraclea illita. Peucedani ſuccus. Pſyllion ardoribus impõitur uel cotelydon trita cum polenta: uel aizoum. Molõ ſcapo eſt ſtriato foliis mollibus paruis radice quattuor digitorum: in qua extrema allii caput eſt. Vocat a quibuſdã ſyron: ex uino ſtomacho & diſpnoeæ medet. Centauriũ maius eligmate. Plantago ſucco uel cibo. Betonicæ tuſæ põdo libra mellis attici ſemuncia ex aqua calida quotidie bibẽtibus. Ariſtolochia uel agaricõ obolis ternis ex aqua calida aut lacte aſini pota. Ciſſanthemos ad orthopnoeas bibitur. Itẽ hyſopũ. Et aſthmaticis. Peucedani ſuccus in iocinoris doloribus & pectoris lateriſq; ſi febres nõ ſunt. Sãguinẽ quoq; expuẽtibus ſubuenit agaricũ uictoriati põdere tritũ & in mulſi q̃nq; cyathis datũ. Idẽ & amomõ facit. Iocineri priuatim teucria bibit recẽs drachmis quattuor in poſcæ hemina betonicæ drachma una in aqua calida cyathis tribus ad cordis uitia: in frigida cyathis duobus. Quinq; folii ſuccus iocineris & pulmõis uitiis: ſanguinẽq; reiiciẽtibus: & cuicunq; ſanguinis uitio intus occurrit. Iocineri anagallides mire proſunt. Capniõ herbã q̃ edere: bilẽ per urinã trahũt. Acoron iocineri medet thoraci quoq;: & præcordiis. Caucũ: quæ & ephædra: ab aliis anabaſis uocata: naſcit uentoſo fere tractu: ſcandẽs arborẽ: & ex ramis ꝓpendẽs folio nullo: cirris numeroſa qui ſunt iunci geniculati: radice palida. Datur ex uino nigro auſtero trita ad tuſſim: ſuſpiria tormina & ſorbitiõe facta in quã uinũ addi cõuenit. Itẽ gentiana madefacta pridie cõtrita denarii pondere in uini cyathis tribus. Geum radiculas tenues habet nigras bene olentes. Medet nõ modo pectoris doloribus aut lateris: ſed & cruditates diſcutit iucundo ſapore. Verbena ca uero oĩbus uiſceribus medet: lateribus: pulmõibus: iocineribus: thoraci. Peculiariter autẽ pulmõibus: & quos ab iis phthiſis tentat. Radix uero herbæ cõſiliginis: quã nuper iuentã dixius: ſuũ q̃dẽ & pecorũ oĩum remediũ præſens eſt. Pulmonũ uitio uel traiecta tantũ in auricula. Bibi debet ex aqua: haberiq; in ore aſſidue ſub lingua. Supficies huius herbæ an ſit in aliquo uſu adhuc ĩcertũ ẽ. Renibus ꝓdeſt plãtaginis cibus. Betõicæ potus. Agaricũ potũ ut ĩ tuſſi. Tripoliũ ĩ maritimis naſcit ſaxis: ubi allidit unda: neq; ĩ mari: neq; ĩ ſicco folio Iſatis craſſiore: palmeo caule in mũcrone diuiſo: radice alba odorata craſſa calidi guſtus. Datur epaticis in farre cocta. Hæc herba eadẽ uidet quibuſdã quæ poliũ: de qua ſuo loco diximus. Syomphona uel cromphena alternis uiridibus roſeiſq; per caulẽ foliis in poſca ſanguinẽ reiiciẽtibus medet. Iocineri aũt herba melandryũ naſcẽs in ſegete ac pratis flore albo odorata. Eius cauliculus cõteritur ex uino uetere. Itẽ herba chalcetũ e uineis cõtrita imponit. Faciles præſtat uomitiões radix betonicæ hellebori modo quattuor drachmis in paſſo aut mulſo. Hyſopũ tritũ cũ melle utilius præſumpto naſturtio aut irione. Molemonium denarii põdere. Eſt & pſyllibus lacteus ſuccus qui denſatus in gũmi ſumit cũ melle ſupradicto põdere: præcipueq; bilem trahit. Rurſus ſiſtunt uomitionẽ cyminũ ſilueſtre: betonicæ farina: ſumunt ex aqua abſtergũtq; faſtidia: cruditateſq; digerunt daucũ betonicæ farina ex aqua mulſa: plantago decocta caulium modo. Singultus hemioniũ ſedat. Item ariſtolochia. Suſpiria clymenos. Pleureticis: & paripneumonicis cẽtauriũ maius. Item hyſopũ bibitur. Pleureticis peucedani ſuccus. Alus autem: quã galli ſic uocãt: ueneti cotoneam: medetur lateri: item renibus cõuulſiſq; & ruptis. Similis eſt cunilæ bubulæ cacuminibus thymo dulcis: & ſitim ſedat: raræ radicis alibi albæ: alibi nigræ. Eoſdem effectus lateris doloribus habet chamærops: myrteis circa caulem geminis foliis capitibus græculæ roſæ ex uino pota: iſchiadicos dolores & ſpinæ leuat agaricũ potũ ut in tuſſi. Item & ſthoecadis: aut betonicæ farina ex aqua mulſa.

uel ſolo

uel raſæ

De oĩbus uitiis uẽtris & remediis: & eoꝝ q̃ circa uel ĩtra ſunt: & de aluo ſiſtẽda uel ſoluẽda. CA. VIII.

PLurimum tamen negocii humano generi aluus exhibet: cuius cauſa maior pars mortalium uiuit. Alias enim cibos non tranſmittit: alias non continet: alias non capit: alias non conficit. Eoq; mores uenere: ut homo maxime cibo pereat. Peſſimum corporum uas. Inſtat ut creditor: & ſæpius die appellat. Huius gratia præcipue auaritia expetitur: huic luxuria conditur: huic nauigatur ad phaſin: huic profunda uada exquiruntur. Et nemo uilitatem eius æſtimat conſumationis fœditate. Ergo numeroſiſſima eſt circa hanc medicinæ opera. Siſtit eam ſcordotis recentis drachma cum uino trita uel decocta potu. Polemonia quoq;: & dyſentericis ex uino datur Verbaſci radix pota ex aqua duorum digitorum magnitudine. Nympheæ heracliæ ſemen cum uino potum. Radix ſuperior ex Xiphio drachmæ pondere ex aceto. Semen plantaginis in uino tritum: uel ipſa ex aceto cocta: aut alica ex ſucco eius ſumpta. Item cum lenticula cocta: uel aridæ farina inſperſa potioni cum papauere toſto & trito. Vel ſuccus infuſus: aut potus betonicæ in uino ferro calefacto. Eadem cœliacis in uino auſtero datur. Is & iberis imponitur ut dictum eſt. Tenaſmo radix nympheæ heracliæ e uino bibitur. Pſyllium in aqua cum radicibus decoctum. Aizoi ſuccus aluum ſiſtit: & dyſenterias & tineas rotundas pellit. Symphytis radix pota in uino aluum & dyſenteriam ſiſtit. Item dauci. Aizoum foliis contritis ex uino torminibus reſiſtit. Alcmeæ ſicce farina torminibus pota cum uino. Aſtragalus folia habet lõga inciſuris multis: obliqua circa radicem: caules. iii. aut .iiii. foliorũ plenos: florem hiacynthi: radices uiloſas: implicatas: rubras: præduras. Naſcitur ĩpetroſis apricis: & iiſdem niualibus: ſicut pheneo archadiæ. Vis ei ad ſpiſſanda corpora. Aluum ſiſtit radix in uino pota. quo fit ut moueat urinam repercuſſo liquore: ſicut pleraq; quæ aluum ſiſtunt. Sanat & dyſentericos in uino rubro tuſa. Difficile autem tunditur. Eadem gingiuarum ſuppurationi utiliſſima eſt fotu. Colligitur exitu autumni cum folia amiſerit. Siccatur in umbra. Et ladano ſiſtitur aluus utroq;. Quod in ſegetibus naſcitur contuſo & cribrato: bibitur ex aqua mulſa. Item nobili e uino. Ledon appellatur herba ex qua ladanum fit in cypro barbis caprarum adhæreſcens. Nobilius in arabia. Fit iam etiam in ſyria atq; africa: qd taxicon uocant. Neruos enim in arcu circundatos lanis trahunt adhæreſcente roſcida lanugine. Plura de eo diximus inter unguenta. Hoc grauiſſimum odore eſt: duriſſimum tactu. Plurimum enim terræ colligit: cum probetur maxime purum. odoratum: molle: uiride: reſinoſum. Naturæ ei molliendi: ſiccandi: coquẽdi: ſomnum alliciendi. Capillum fluentem cohibet nigriciamq; cuſtodit. Auribus cum hydromellite aut

Vel obliquis

roſaceo infunditur. Furfures cutis & manantia ulcera ſale addito ſanat. Tuſſim ueterem cum ſtorace ſumptum. Efficaciſſimū ad ructus. Aluum ſiſtit & chondris: ſiue pſeudodictamū: hypociſthis: orobathion uel orobāche a quibuſdā dictum malogranato immaturo ſimilis. Naſcitur ut diximus ſub ciſtho: unde nomē hoc. Arefacta in umbra ſiſtit aluum ex uino auſtero nigroq; utraq;. Duo enim genera eius candida & ruffa. Vſus in ſucco ſpiſſat: ſiccat. Et ruffa magis ſtomachi rheumatiſmos emendat. Pota tribus obolis ſanguinis excreationes. Cum amylo dyſenterias pota & infuſa. Item uerbenaca ex aqua data: aut carentibus febre ex uino amineo cochlearibus .v. additis in cyathis tribus uini. Lauer quoq; naſcēs in riuis cōdita & cocta torminibus medetur. Potamogeton uero ex uino dyſentericis etiā & cœliacis: ſimilis betæ: foliis minoribus tantum hirſutioribuſq; paululū ſupereminēs extra aquā: peculiariter refrigerāt: ſpiſſant: uſus in foliis: cruribus uitioſis utilia: & cōtra ulcerū nomas cū melle uel aceto. Caſtor hāc aliter nouerat tenui folio uelut equinis ſetis: thyrſo longo: & leui in aquoſis naſcentē. Radice ſanabat ſtrumas & duritias. Potamogeton aduerſatur & crocodilis: itaq; ſecum habent eam qui uenantur illos. Aluū ſiſtit & achillea. Eoſdem effectus pſtat & ſtatice. vii. caulibus ueluti roſæ capita ſuſtinēs. Ceratia uno folio: radice nodoſa & magna in cibo cœliacis & dyſentericis medetur. Leontopodion alii liceoron: alii doripetron: alii toriuētorō uocāt: cuius radix aluū ſiſtit: purgatq; bilem in aqua mulſa addito pondere denariorum duum. Naſcitur in campeſtri & gracili ſolo. Semen eius potum lymphatica ſomnia facere dicitur. Lagopus ſiſtit aluum e uino pota aut in febri ex aqua. Eadem inguini adalligatur in tumore. Naſcitur in ſegetibus. Multi ſuper omnia laudant ad deploratos dyſentericos quinquefolium decoctis in lacte radicibus & potis: & ariſtolochiam uictoriati pondere in cyathis uini tribus. Quæ ex ſupradictis calida ſumentur: hæc candente ferro temperari aptius erit. E diuerſo purgat aluum ſuccus centaurii minoris drachma in hemina aquæ cum exiguo ſalis & aceti: bilemq; detrahit. Maiore tormina diſcutiuntur. Betonica aluum ſoluit drachmis quattuor: in hydromelitis cyathis nouem. Item euphorbium uel agaricum drachmis duabus cum ſale modico potum ex aqua: aut in mulſo obolis tribus. Soluit & cyclaminos ex aqua pota: aut balanis ſubditis. Item chamæciſſi balanus. Hyſopi manipulus decoctus ad tertias cum ſale pituitas trahit: uel contritus cum oxymellite & ſale. Pellitq; uentris animalia. Pituitam & bilem detrahit peucedani radix. Aluum purgat anagallides ex aqua mulſa. Item epithymō: qui eſt flos e thymo ſatureiæ ſimilis. Differentia q; hic herbaceus eſt: alterius thymi albus. Quidā hypopheon uocant: ac ſtomacho minus utilis. Vomitiones mouet. Sedat tormina: & inflāmationes diſcutit. Sumitur & ex ea eligmate ad pectoris uitalia cum melle & aliquādo iride. Aluū ſoluit a quattuor drachmis ad ſex cum mellis exiguo: ſaliſq; & aceti. Quidam aliter epithymum trahūt ſine radice naſci tenuis ſimilitudine pallioli rubens: ſiccari in umbra: Bibi ex aqua acetabuli menſura: Dimidia detrahere pituitam bilemq;. Aluum leniter ſoluit & nymphea in uino auſtero. Soluit & pygmocomon erucæ foliis craſſioribus & acrioribus: radice rotunda: lutei coloris: terram olente caule quadrāgulo modico tenui flore ocimi: Inuenitur in ſaxoſis locis. Radix eius in aqua mulſa. xii. pondere denariorum & aluum & bilem & pituitā exinanit. Semen ſomnia tumultuoſa facit una drachma in uino potum. Et capnos ſtrumam diſcutit: detrahit bilem polypodion: quam noſtri filiculam uocant: ſimilis enim eſt filici. Radix in uſu piloſa: coloris intus herbacei: craſſitudine digiti minimi: acetabulis cauernoſa ceu polyporū cirri ſubdulcis: in petris naſcens aut ſub arboribus uetuſtis. Exprimitur ſuccus aqua madefacta: & ipſa minutim cōciſa inſpergitur oleri & betæ uel maluæ: uel ſalſamento: uel cum pulticula coquitur ad aluum leuiter ſoluendam: uel in febri. Detrahit bilem & pituitam. Stomachum offendit. Aridæ farina indita naribus polypum conſumit. Floret: & ſemen non fert. Scamonium quoq; ſtomachi diſſolutionē facit: bilem detrahit: aluum ſoluit: præterquam ſi adiiciantur aloes drachmæ duæ obolis eius duobus. Eſt autē ſuccus herbæ ab radice ramoſæ pinguibus foliis triangulis albis radice craſſa madida nauſeola. Naſcitur pingui & albo ſolo. Radix circa canis ortū excauatur: ut in ipſa cōfluat ſuccus: qui ſole ſiccatus digeritur in paſtillos. Siccatur & ipſa uel cortex. Laudatur natiōe colophoniū: myſium priennēſe. Specie autē nitidum: & q̄ ſimillimū taurino glutini: fungoſum tenuiſſimis fiſtulis: cito liqueſcens: uirus redolens: ſuminoſum: linguæ tactu lacteſcens: q̄ leuiſſimū: cū diluit albeſcens. Hoc euenit & adulterino: quod fit erui farina: & tithymalli marini ſucco in iudæa fere: quod etiā ſtrāgulat ſumptum. Deprehēditur guſtu. Tithymallus enim linguā excalfacit bulbi more: nec ante: nec poſtea utile. Dedere & per ſe ex aqua uel mulſa & ſale quaternis obolis. Sed utiliſſime cum aloe: ita ut incipiēte purgatiōe mulſum bibatur. Fit & decoctum radicis in aceto ad craſſitudinē mellis: quo lepræ illinūtur. Et caput unguitur in dolore cum oleo. Tithymallum noſtri herbam lactariā uocant: alii lactucam caprinā. Narrantq; lacte eius inſcripto corpore cum inaruerit ſi cinis inſpergatur apparere litteras & ita quidā adulteras alloqui malluere: q̄ codicillis. Genera eius multa. Primus cognominat carachias: qui & maſculus exiſtimatur: ramis digitali craſſitudine rubris rugoſis: quinq; aut ſex cubitali longitudine a radice foliis pendet: in cacuminibus coma iunci. Naſcitur in aſperis maritimis. Legitur ſemen autumno cum coma: ſiccatū ſole tunditur: & reponitur. Succus uero incipiente pomorū lanugine defractis ramulis excipit farina erui: aut ficis: ut cū iis areſcat. Quinas autem guttas ſingulis excipi ſatis eſt. Traduntq; etiam toriens purgari hydropicos fico ſumpta: quot guttas lactis exceperit. Succus cum colligitur: ne attingat oculos cauendū eſt. Fit & foliis tuſis priore minus efficax. Fit & decoctū e ramis. Eſt & ſemen in uſu cum melle decoctum ad catapotia ſoluēdæ alui gratia. Semen & dentiū cauis cæra includitur. Colluuntur & radicis decoctæ uino aut oleo. Illinunt & lichenas ſucco. Bibuntq; eum ut purgent uomitiones: & aluo ſoluta: alias ſtomacho inutilem. Trahit pituitam ſale adiecto in potu: bilem aphronitro. Si per aluum purgari libeat in poſca. Si uomitione: in paſſo aut aqua mulſa. Media potio tribus obolis conſtat. Ficos a cibo ſumpſiſſe melius eſt. Fauces urit leniter. Eſt enim tam feruentis naturæ: ut per ſe extra corpori impoſitum puſtulas ignium

Vel tēui

Vel ſuc coſis

Vel pene oleæ

modo faciat:& pro cauſtico in uſu ſit. Alterum genus tithymalli myrſiniten uocãt:alii caryten foliis myrti acutis & pungẽtibus:ſed mollioribus:& ipſum etiã in aſperis naſcens. Colliguntᵉ comæ eius hordeo turgeſcẽte:ſiccatæq; in umbra diebus .ix. in ſole inareſcũt. Fructus nõ pariter matureſcit:ſed pars anno ſequẽte:& nux uocatur. Inde cognomẽ græci dedere. Demetitur cũ meſſium maturitate. Lauatũ deinde ſiccatur & datur cũ papaueris nigri duabus partibus:ita ut ſit totũ acetabuli modo minus hic uomitiõibus q̃ ſuperior:cæteri iidem. Aliqui ſic & foliũ eius dedere:nucẽ uero ipſam in mulſo aut paſſo:uel cũ ſeſama. Trahit bilem & pituitã per aluum. Oris ulcera ſanat. Ad nomas oris folium cũ melle eſtur. Tertiũ genus eſt tithymalli:paralius uocatur ſiue tithymallis folio rotundo:caule palmũ alto:ramis rubentibus ſemine albo: qđ colligitur ĩcipiente uua:& ſiccatũ teritur:ſumiturq; acetabuli menſura ad purgatiões: Quartũ genus helioſcopion appellãt:foliis portulacæ:ramulis ſtantibus a radice quattuor aut quinq; rubẽtibus ſemipedali altitudine ſucci plenis. Hoc circa oppida naſcitur:ſemine albo:columbis gratiſſimo:quod colligitᵉ incipiente uua. Nomẽ accepit:quoniã capita cũ ſole circũagit. Trahit bilem per inferna in oxymellite dimidio acetabulo:cæteri uſus qui characiæ. Quintum cypariſſian uocãt propter foliorum ſimilitudinẽ:caule gemino aut triplici naſcentem in campeſtribus:cui eadẽ uis quæ helioſcopio aut characiæ. Sextũ platyphyllon uocant: alii corymbiten:alii amygdaliten a ſimilitudine. Nec ullius latiora ſunt folia. Piſces necat:aluum ſoluit: radice:uel foliis:uel ſucco in mulſo aut aqua mulſa drachmis quattuor. Detrahit priuatim aquas. Septimum dendroides cognominãt:alii cobion:alii leptophyllon in petris naſcens:comoſiſſimũ ex omnibus maxime cauliculis rubentibus:& ſemine copioſiſſimũ:eiuſdem effectus:cuius characias. Apioſcylla ſiue rhaphanoſagria iuncos duos ſiue tres ſpargit in terra rubẽtes:foliis rutæ:radice cepe:ſed amplior:quare quidam rhaphanum ſilueſtrẽ uocant. Intus habet mãmam candidam extra cortices nigros. Naſcitᵉ in mõtuoſis & aſperis:aliquãdo & herboſis. Effoditur uere:tuſaq; in fictili mergitur. Deiectoq; quod ſupernatat: reliquus ſucꝰ purgat utraq; parte ſeſquiobolo in aqua mulſa. Sic & hydropicis datur acetabuli menſura. Inſpergitur & aridæ radicis farina potioni:aiuntq; ſuperiorẽ partem eius uomitiõe biles extrahere: inferiorẽ per aluũ. Tormina diſcutit:quodcunq; betonica & panaces præterquã a cruditate. Peucedani ſuccus:inflatiões & ructus gignit. Acori radix daucumue ſi lactucæ modo ſumatur. Ladanũ cyprium potum ĩteraneorum uitiis occurrit. Item gẽtianæ farina ex aqua tepida fabæ magnitudine. Plantago mane ſumpta duabus linguis & tertia papaueris in uini nõ ueteris cyathis .iiii. datur in ſomnũ euntibus addito nitro ſeu polenta. Simul ſi poſt cibum detur. Colo infundiᵗ hemina ſucci:uel in febri. Agaricũ potũ obolis tribus in uini ueteris cyatho uno lyeni medeᵗ. E panace oĩum generũ radix in mulſo:ſed teucria p̃cipue pota arida & decocta quantum manus capiat in aceti heminis tribus. Ad uulnus illiniᵗ eadẽ cum aceto:aut ſi tolerari nõ poſſit ex fico uel aqua. Polemonia bibiᵗ ex uino. Betonicæ drachma in oxymelitis cyathis tribus. Ariſtolochia cõtra ſerpentes. Argemonia .vii. diebus in cibo ſumpta lyenẽ cõſumere dicitur. Agaricũ in aceto mulſo obolis duobus. Nympheæ heracliæ radix in uino pota & ipſa cõſumit. Ciſſanthemus drachma bis die ſumpta in uini albi cyathis duobus per dies .xl. lyenem dicitur paulatim emittere per urinã. Prodeſt & hyſopum cum fico decoctum. Lonchitidis radix decocta prius q̃ ſemen emittat. Peucedani quoq; radix decocta & lyeni & renibus. Lyen acoro poto cõſumitur. Præcor diis & ilibus utiliſſimæ radices. Climeni ſemen potũ diebus .xxx. Vel piclimeni
põdere denarii in uino albo. Betonicæ farina ex melle & aceto ſcyllite pota. Padix lõchitidis in aqua & teucrium illinitur. Item ſcordiũ cũ cæra:agaricũ cũ farina fœnogræci ueſicæ malis:contraq; calculos grauiſſimis cruciatibus:ut diximus:auxilio eſt. Polemonia ex uino pota:item agaricũ. Plantago radice uel foliis potis ex paſſo. Et betonica ut in iocinere diximus. Item ramici pota atq; illita. Eadem ad ſtrãgurias efficaciſſima:ad calculos quidã betonicam & uerbenacã & millefolium æquis portionibus ex aqua pro ſingulari remedio bibere ſuadent. Strangurias diſcutere & dictamum certum eſt. Item quinquefoliũ decoctũ ad tertias in uino ictericis dari atq; illini utiliſſimũ eſt. Xiphii quoq; radix ſuperior urinã ciet infantibus. Entero Vel enterocœlicis datur ex aqua:& illinitur ueſicæ uitiis. Peucedani ſuccus infantiũ ramici: & umbilicis eminentibus pſylliõ illinitur. Vrinã cient anagalides:achoriq; radicis decoctũ:uel ipſa trita potaq;:& omnia ueſicæ uitia ſanat:& calculos herba & radix cotiledonis. Itemq; genitaliũ inflãmationẽ pari põdere:& caulis & ſeminis & myrrhæ. Ebulũ tenerũ cum foliis tritum ex uino potũ calculos pellit. Impoſitum teſtes ſanat. Erigeron quoq; cum farina thuris & uino dulci:teſtium inflãmatiões ſanat. Symphyti radix illita enterocœlas cohibet:aufert & genitalium nomas hypociſthis alba. Artemiſia quoq; datur cõtra calculos ex uino dulci: & ad ſtranguriã. Dolores ueſicæ ſedat ex uino nympheæ heracliæ radix. Eadem uis crethmo ab Hippocrate admodum laudata. Eſt autem inter eas quæ eduntur ſilueſtriũ herbarum. Hancq; certe apud Callimachum apponit ruſtica illa hecale. Speciesquã elatæ hortenſis: Caulis palmũ unum altus. Semen ferues: odoratum Vel ſpeceu libanotidis:rotundum. Siccatũ rumpitur. Habet intus nucleum candidũ:quem aliqui cachryn uocant cieq; bafolio pingui:albicãte:ueluti oliuæ:craſſiore:& ſalſo guſtu:radices digiti craſſitudine tres aut quattuor. Naſcitur in maritimis petroſis. Eſtur crudum coctumue cũ olere odorati ſaporis & iucundi. Seruatur etiã in muria:præcipueq; eius uſus ad ſtranguriã folio uel caule aut radice ex uino. Colorẽ quoq; corporis gratiorem facit. Verũ largior quoq; inflationes. Aluũ ſoluit decocto. Vrinamq;:& a renibus dolorẽ trahit. Sic & alcmeæ ſiccæ farina in uino pota ſtranguriã tollit:efficacius addito dauco. Lyeni quoq; utilis. Aduerſus ſerpentes bibitur. Iumẽtis quoq; in pituita aut ſtranguria hordeo inſperſa ſuccurrit. Anthylliõ eſt lenti ſimillima:quæ in uino pota ueſicas uitiis liberat. Sanguinẽ ſiſtit. Altera eſt anthylis chamæpityos ſimilis: flore purpureo:odoris grauis:radice intubi:uel magis cepea:ſimilis portulacæ:nigriore radice:ſed inutili:naſcẽs in littoribus harenoſis:guſtu amara. In uino cũ aſparagi radice ueſicæ plurimũ prodeſt. Eadẽ præſtat hypericon:quã alii chamæpityn:alii corion appellãt:oleraceo frutice:tenui cubitali rubente:folio rutæ: odore

Vel in siliqua Vel minoribus

acri:ſemine ſiliquæ:nigro:matureſcéte cū hordeo. Natura ſemini ſpiſſandi. Aluū ſiſtit. Vrinā cit. Ad calculos ueſicæ cū uino bibitur. Eſt aliud hypericō:qđ alii corin appellāt:folio tamarice:& ſub ea naſcit:ſed pinguioribus foliis:& minus rubētibus:odoratū:palmo altius:ſuaue:léiter:aculeatū. Vis ſemini excalfactoria: & ideo inflationē facit enterocœlicis:ſed ſtomacho nō inutile:p̄cipuū ad ſtrāguriā ſi exulcerata non ſit ueſica. Medetur & pleureticis ex uino potū. Veſicæ aūt callitrichon trita ſimilis cumino medet:& data ex uino albo. Verbenaca quoq; foliis decocta ad tertias:uel radix eius e mulſo calido calculos eiicit. Itemq; perpreſſa:quæ arretii & in illyrico naſcitur in aquā decocta e tribus heminis ad unū & pota. Trifoliū ex uino ſumptū & chryſanthemū primū. Anthemū quoq; calculos eiicit:paruis e radice foliis gnis:caulibus lōgis duobus:flore roſeo:radices tritæ per ſe:ceu lauer crudū. Silaus naſcit glareoſis & perēnibus riuis:cubitalis: apii ſimilitudine. Coquit ut olus atrum:magna utilitate ueſicæ. Quæ ſi ſcabiē ſentiat:panacis radice ſanatur. Aliter inutili ueſicis. Calculos pellit malū erraticum radicis libra in uini congio decocta ad dimidias. Inde heminæ ſumunt per triduum. Reliquū ex uino cum zio:& urtica marina:& daucū:& plantaginis ſemē ex uino. Et herba ſuluiana trita ex uino:quæ & nomē inuentoris habet nota tractātibus urinas cit. Scordion teſtium tumores ſedat. Hyoſcyamū genitalibus medet. Peucedani ſuccus ex melle & ſemē ſtrāguriæ. Agaricū obolis tribus in uini ueteris cyatho uno. Trifolii radix drachmis duabus in uino: dauci una drachma uel ſeminis. Iſchiadici & ſemine & foliis erythrodani tritis ſanātur panace pota. Et ifricata polemōia ariſtolochiæ decoctæ foliis. Agarico qdem & neruus qui platys appellatur:atq; humerorum dolor ſanatur obolis tribus in uini ueteris cyatho uno poto. Quinquefolium iſchiadicis:& bibitur & impōitur. Item ſcamonia decocta cum hordei farina. Semen hyperici utriuſque bibitur ex uino. Sedis uitia & attritus celerrime ſanat plantago. Condylomata uero quinquefolium. Sedem conuerſam cyclamini radix ex aceto. Anagallides tærulea procidentia ſedis retro agit. E diuerſo rubens proritat. Cotelydon cōdylomata & hemorrhoidas mire curat. Teſtium tumores acori radix decocta in uino tritaq; & illita. Intertrigines negat fieri Cato abſinthium ponticum ſecum habentibus.

Vel cōyza

De pulegio & argemone. CA. IX.

ALii adiiciunt:& pulegiū:qđ ieiunus quis legerit:ſi poſt ſe alliget. Inguinis dolores ꝓhibet: aut ſedat cœptos. Inguinaria:quā quidā argemonē uocāt:paſſim i uepribus naſcēs. Vt proſit iguinibus in manu tantū habēda eſt. Panos ſanat panaces cū melle. Plātago cū ſale. Quinquefoliū. Perſolatæ radix ut in ſtrumis. Item damaſoniū. Verbaſcū cū ſua radice tuſum uino aſperſum:foliisq; iuolutum:& ita in cinere calfactū:ut imponat calidum. Expertiq; affirmauere plurimū remedium eſſe: ſi uirgo imponat nuda ieiuna ieiuno:& manu ſupina tangens dicat:Negat Apollo peſtem poſſe creſcere: quā nuda uirgo reſtinguat:atq; ita retrorſa manu ter dicat:totienſq; diſpuāt ambo. Medetur & radix mādragoræ ex aqua:radicis ſcamoniæ decoctum cū melle. Sideritis cum adipe ueteri:cōtuſa:marubium cum axungia uetere:uel chryſippea cum ficis pinguibus:quæ hoc ab inuentore habet nomen.

De nymphea:& abſtinētia:& appetētia ueneris:& de ſatyrio:erythrococco:& crategi:& ſideriti. C. X.

VEnerē in totū adimit (ut diximus) nymphea heraclia:eadē ſemel pota in. xl. dies. Iſomnia quoq; ueneris a ieiuno pota & in cibo ſumpta. Illita quoq; radix genitalibus ihibet nō ſolū uenerē: ſed affluentiā genituræ:ob id corpus alere uocēq; dicit. Appetētiā ueneris facit radix e Xiphio ſuperior data potu i uino. Itē quā crethmos agrios appellāt. Et ormios agrios cū poléta cōtritus. Sed inter pauca mirabilis eſt orchis herba:ſiue ſarapias:foliis porri:caule palmeo:flore purpureo:gemina radice:teſticulis ſimili:ita ut maior:ſiue (ut aliqui dicūt) tenuior:ex aqua pota excitet libidinē:minor ſiue mollior e lacte caprino ihibeat. Quidā folio ſcyllæ eſſe dicūt leuiori ac minori:caule ſpinoſo. Eiuſq; radices ſanant oris ulcera:thoracis pituitas:aluū ſiſtunt e uino potæ. Cōcitatricē uim habet ſatyrion. Duo eius genera:una lōgioribꝰ foliis q̄ oleæ:caule q̄ttuor digitorū flore purpureo:radice gemia ad formā hoīs teſtiū alternis annis intumeſcēte ac reſidēte. Altera ſatyrion orchis cognominat:& fœmina eſſe credit. Diſtinguitur internodiis:& ramoſiore frutice:radice faſcinis utili. Naſcitur fere iuxta mare. Hæc tumores & uitia partiū erumpētia cū poléta illita ſedat:uel per ſe trita. Superioris radix in lacte ouis colōicæ data:neruos intendit. Eadē ex aqua remittit. Græci ſatyrion:foliis lilii rubri minoribus & tribus nō amplius e terra exeuntibus tradūt:caule leui cubitali nudo:radice gemina:cuius iferior pars & maior mares gignit: ſuperior ac minor fœminas. Eſt & aliud genus ſatyriō erythrococcon appellāt:ſemine uiticis:maiore:leui:duræ radicis:cortice rubro:ītus albū icludit:ſapore ſubdulci. Ferē in mōtoſis iueniri. Venerē ét ſi oino manu teneat radix ſtimulat. Magis adeo ſi bibat in uino auſtero. Arietibus quoq; & hircis ſegnioribus in potu dari. Et a ſarmatis eqs ob aſſiduū laborē pigrioribus in coitu:qđ uitiū ꝓſedamū uocāt. Vim eius reſtīguit aqua mulſa aut lactuca ſumpta. In totū qdē græci cū cōcitationē hāc uolūt ſignificare:ſatyriō appellāt. Sic & crategin cognominātes & thelygonō:quaꝝ ſemen teſtiū ſimile eſt. Tithymalli quoq; ramoꝝ medullā habētes: ad uenerē ꝓniores fieri dīr. Prodigioſa ſunt q̄ circa hoc tradit theophraſtus auctor alioqn grauis:ſeptuagēo coitu durare libidinē cōtactu herbæ cuiuſdā:cuius nomē ſpeciēq; nō poſuit. Sideritis adalligata uarices minuit:& ſine dolore ꝑſtat. Podagræ morbus rarior ſolebat eē nō mō patrū auorūq; mēoria:ueꝝ ét noſtra pegrinus & ipſe. Nā ſi italiæ fuiſſet antiqtus:latinū nomē iueniſſet. Inſanabilis nō eſt credēdus. Quippe qm̄ in multis & ſpōte deſinit:& in pluribus curat. Medentur panacis radices cum uua paſſa:ſuccus hyoſcyami cum farina: uel ſemen ſcordion ex aceto Iberis uti dictum eſt. Verbenaca cum axungia trita cyclamini radix:cuis decoctum & pernionibus prodeſt. Podagras refrigerat radix e Xiphio. Semen e pſyllio. Cicuta cum lythargyrio aut axungia. Aizoum in primo impetu Podagræ rubentis: hoc eſt calide. Vtrilibet uero conuenit erigeron cum axungia. Plantaginis folia trita addito ſale modico. Argemonia tuſa ex melle. Medetur

Vel durior Vel fungoſo Vel ramoſo Vſ lacte ouilo

uel. xvii.

& uerbenaca illita: aut ſi pedes macerentur in eius decocto. Eſt & lappago ſimilis anagallidi: niſi eſſet ramoſior ac pluribus foliis: aſpera: rugoſa: aſperioris ſucci: grauis odoris: quæ talis eſt mollugo uocatur. Similis & aſperioribus foliis aſparago. Superioris ſuccus expreſſus põdere. xi. denariorum in uini cyathis duobus quotidie ſumitur. Præcipue uero liberat eo malo phycoſthalaſſion. i. fucus marinus lactucæ ſimilis: qui conchyliis ſubſternitur: non podagræ mõ: ſed oĩbus articulorũ morbis impoſitus priuſq̃ exarefiat. Tria aũt genera eius. Latum. Et alterũ longius: q̃dantenus rubens. Tertium criſpis foliis: quo in creta ueſtes tinguntur: oĩa eiuſdem uſus. Nicander eam & aduerſus ſerpentes in uino dedit. Salutare eſt & ſemen eius herbæ: quã pſyllion appellauimus: madefactum aqua admixtis in heminam ſeminis reſinæ colophoniæ cocleari bus duobus thuris uno. Laudantur & mandragoræ folia cum polenta tuſa.

Medicinæ generales de pedibus: talis: articulis: neruis: & remedia contra morbos: qui totum corpus occupat: & de myrtido: & uigiliis: & paralyſi: & de febribus frigidis: & febre iumentorum: & phreneticis: & chamæacta: & aizoo: & igne ſacro. CA. XI.

TAlis uero tumentibus limus aquaticus cũ oleo ſubactus mire ꝓdeſt. Articulis ſuccus e centaurio minore. Item neruis utiliſſimus. Itẽ centaurium. Betonica neruis diſcurrentibus per ſcapulas humeris: ſpinæ: lumbis: pota ut in iocinere. Articulis q̃nquefoliũ impoſitum. Mandragoræ folia cũ polenta: uel radix recens tuſa cum cucumere ſilueſtri: uel decocta in aqua. Cubitorũ ac pedũ rimis polypodii radix. Articulis ſuccus hyoſcyami cum axungia. Amomi ſuccus cũ decocto. Itẽ centũculus decocta: uel muſcus recẽs ex aqua obligatus donec iareſcat. Itẽ lappæ boariæ radix e uino pota. Cyclaminos decocta in aqua ꝓniunculos curat: oĩaq; alia frigoris uitia. Perniunculos curat & cotelydon cum axungia. Folia ex batrachio. Epictymi ſuccus. Clauos pedũ extrahit ladanũ cum caſtoreo. Verbenaca ex uino. Nũc peractis malis quæ mẽbratim ſentiunt: dicemus de iis quæ totis corporibus graſſant. Remedia autem hæc cõmunia inuenio. Ante oẽs pota dodecatheũ de qua diximus. Deinde panacis oĩum generũ radices peculiariter longinquis morbis. Et ſemen interaneorũ uitiis. Ad oẽs uero corporis dolores ſuccũ e ſcordio. Itẽ betonicæ: quæ pota colorẽ plumbeũ corporis priuatim emendat: gratioremq; reducit. Geranion aliq̃ myrrhin: alii mirthida appellãt. Similis eſt cicutæ foliis minutioribus: & caule breuiori rotundo: ſaporis & odoris iucundi. Noſtri ſic eam tradũt. Græci foliis candidioribus paulõq̃ maluæ caulibus tenuioribus & piloſis: ramoſam ex iteruallis binũ palmorũ & in iis foliis: iter quæ in cacuminibus capitula ſunt gruũ. Alterũ genus foliis anemones: diuiſuris longioribus: radice mali mõ rotunda: dulci: reficientibus ſe ab ibecillitate utiliſſima: & fere talis uera eſt. Bibit contra phthiſin drachma in uini cyathis tribus bis die. Itẽ cõtra inflationes: quæ & cruda idẽ præſtat. Succus radicis auribus medet. Opiſthotonicis ſemen drachmis q̃ttuor cũ pipere & myrrhapotũ phthiſin ſanat: & plantaginis ſuccus: ſi bibat. Et ipſa decocta in uino cũ ſale & oleo a ſomno matutino refrigerat. Eadẽ datur iis: quos atrophos uocãt: iterpoſitis diebus. Betonica phthiſicis eligmate cũ melle fabæ magnitudine. Agaricũ potũ duobus obolis in paſſo: uel daucũ cum cẽtaurio maiore in uino. Phagedenis: qd̃ nomen ſine mõ eſurientiũ eſt: & aliis ulcerũ: tithymalli medent cum ſeſamis ſumpti. Inter mala uniuerſi corporis uigiliæ ſunt pleriſq;. Harũ remedio monſtratur panaces: clymenos ariſtolochia: & odore: & perunctο capite. Aizoum ſiue ſedũ ſi inuolutũ panno nigro ignorantis puluino ſubiiciat: onothera ſiue onuris hylaritatẽ afferunt in uino. Amygdalino eſt folio: flore roſaceo: fruticoſa: longa radice: & cũ ſiccata eſt uinũ olente. Hæc in potu data feras quoq; mitigat. Cruditates: quæ nauſeam faciũt digerit betonica. Eadem pota a cœna concoctionẽ facit in oxymelitis cyathis tribus drachmæ pondere: & crapulam diſcutit. Itẽ agaricum poſt cibos in aqua calida potũ. Paralyſin betonica ſanare dr. Item iberis ut dictum eſt. Eadẽ & torpentibus mẽbris prodeſt. Item argemonia oĩaq; quæ periclitent ſecari diſcutiẽdo. Comitiales ſanantur panacis: quã heracleam diximus: radice pota cũ coagulo uituli marini: ita ut ſint panacis tres partes. Plantago pota. Betonica in oxymelitis drachma: uel agarici obolis tribus. Folia quinq; folii ex aqua. Sanat & archezoſtis: ſed cũ amineo pota. Sanat & baccharis radix arida in puluerẽ contrita cyathis tribus cum coriãdro in aqua calida. Et centũculus trita in aceto aut melle: aut in aqua calida. Verbenaca ex uino pota. Hyſopi baccæ ternæ contritæ & in aqua potæ diebus ſexdecim. Peucedanum cum coagulo uituli marini æquis portionibus potum. Quinq; folii contrita folia ex uino ſumpta diebus. xxx. in betonicæ farinæ põdo denariorũ. xiii. cũ aceti ſcyllitici cyatho mellis attici uncia. Scamoniũ obolis duobus cum caſtorei drachmis quattuor. Febres frigidas leuiores facit agaricũ potum in calida aqua. Tertianas ſideritis cũ oleo. Item ladanum: qd̃ in ſegetibus naſcitur contuſum. plantago ex aqua mulſa duabus horis ante acceſſionem pota binis drachmis. Vel ſuccus radicis madefactæ uel tuſæ. Vel ipa radix trita in aq̃ ferro calfacta. Quidaq; ternas radices in tribus cyathis aquæ dedere. Iidẽ in quartanis q̃rtanas fecerunt. Bugloſſo inareſcente ſi qs medullã e caule eximat: dicatq; ad quẽ liberandũ febre id faciat: & alliget ei ſeptẽ folia ante acceſſionẽ: aiunt a ſebre liberari. Item q; betonicæ drachmã in aquæ mulſæ cyathis tribus uel agaricũ: maximæ in iis febribus quæ cum horrore ueniunt. Quinquefolii folia quidam terna tertianis dedere: quaterna quartanis: plura cæteris: aliis omnibus obolis tribus cum pipere ex aqua mulſa. Verbenaca quidem & iumẽtorum febribus in uino medetur. Sed in tertianis a tertio geniculo inciſa: quartanis a quarto. Bibitur & ſemen hyperici utriuſq; in q̃rtanis: & horroribus betonicæ farina: quæ oẽs horrores coercet. Itẽ panaces adeo excalfactoria natura: ut per niuem ituris bibere: id ac perungi eo põcipiant. Et ariſtolochia pfructionibus reſiſtit. phreneticos ſomnus ſanat: q cõtingit peucedano ex aceto capiti ifuſo anagallidũ ſucco. E diuerſo lethargicos excitari labor é. Hoc põſtat euphorbiũ (ut pibẽt) ex aceto naribus tactis peucedani ſucco: cõtra iſanias betonica bibit. Carbũculos rũpit panaces. Sanat betonicæ farina ex aqua aut braſſica cũ thure frequenti poſitu calidæ uel e carbone in conſpectu extincto fauilla digito ſublata & illita: uel plantago tuſa. Tithymallus chara-

Vel annuo

Vt uno

cites hydropicos ſanat. Panaces: plantago in cibo: cum prius panẽ ſiccum comederint ſine potu. Betonica drachmis duabus in duobus cyathis uini aut mulſi. Vel agaricum: uel ſemen lonchitidis duabus linguis ex aqua potum. Pſylliũ ex uino. Anagallidũ ſuccus. Cotelydonis radix ex mulſo. Ebuli recentis radix excuſſa tantũ nec colluta quantũ duo digiti cõpræhendant: ex uini ueteris calidi hemina. Trifolii radix drachmis duabus in uino. Tithymallũ: platyphyllon cognomine. Semen hyperici: qđ coris appellaſ. Actæ quã quidã eſſe ebulũ putant radice contrita in uini cyathis tribus ſi febris abſit: uel ſemine ex uino nigro. Itẽ uerbenaca faſciculo manus plenæ decocta in aqua ad dimidias. Præcipue tamẽ chamæactæ ſuccus aptiſſimus credi tur. Eruptiones pituitaſq; emendat plantago. Cyclamini radix cũ melle. Ebuli folia contrita & e uetere uino ĩpoſita etiam boam ſanãt. i. rubentes papulas. Pruriginẽ ſuccus ſtrychni illitus. Igni ſacro medeť aizoũ. Folia trita cicutæ. Mandragoræ radix. Siccať in aſſes ut cucumis: primoq; ſuper muſtũ ſuſpendiť: mox in fumo: dein tunditur in uino: aut aceto. Prodeſt & uino myrteo fouere: mentæ ſextans: uiui ſulphuris uncia ex aceto ſimul trita: fuligo ex aceto. Ignis ſacri plura ſunt genera. Inter quæ mediũ hoíem ambiens: qui zoſter appellatur: & enecat: ſi cinxerit. Medetur plantago cum creta cymolia: & periſtereos per ſe. Radix perſolatæ. Aliis quæ ſerpunt cotelydonis radix cum mulſo. Aizoum. Succus linozoſtis ex aceto.

Ad eluxata membra: & contra morbum regium: & contra furunculos: & fiſtulas: & iflationes: & ambuſtionem: & contra alios morbos: ad neruos: & ſanguinem. CA. XII.

RAdix polypodii illita luxatis medeť. Doloremq; & tumores tollunt ſemen pſyllii. Folia plantaginis tuſa: ſale modico addito. Verbaſci ſemen ex uino decoctũ & contritũ. Cicuta cũ axungia. Folia ephemeris tuberibus atq; tumoribus. Illinunturq; etiã dum diſcuti poſſunt. Morbũ regium in oculis præcipue mirari eſt tenuitatẽ illã denſitatemq; tunicularẽ felle ſubeunte. Hippocrates a ſeptimo die in febre mortiferũ ſignum eſſe docuit. Nos ſcimus uixiſſe aliquos etiã ab hac deſperatione. Fit uero & citra febres: ĩpugnaturq; cẽtaurio maiore (ut diximus) poto. Betonica agarici obolis tribus ex uini ueteris cyatho. Item uerbenacæ folio obolis tribus ex uini calidi hemina quatriduo. Sed celerrime quinq; folii ſuccus medeť tribus cyathis potus cũ ſale & melle. Cyclamini radix drachmis tribus bibiť in loco calido: & perfrictionibus tuto: ſudores eni felleos mouet. Folia tuſſilaginis ex aqua. Semen linozoſtis utriuſq; inſperſum potioni: uel cũ abſynthio aut cicere decoctũ. Hyſopi baccæ cũ aqua potæ. Lichen herba ſi cũ ſumitur: cætero olere abſtineatur. Polytrix in uino data. Struthion in mulſo. Paſſim & in quacunq; parte ac maximo incõmodo naſcunť: qui furunculi uocanť: mortiferũ aliq̃do malum confectis corporibus. Remedio ſunt pignocomi folia trita cũ polenta: ſi nondũ caput fecerint. Diſcutiunt & folia ephedri illitæ. Fiſtulæ quoq; in oĩ parte ſerpunt: medicoq; uitio maleſectis corporibus. Auxilio eſt centauriũ minus: collyriis cum melle decocto additis. Plantaginis ſuccus ĩfuſus. Quinq; folium cũ ſale & melle. Ladanũ cum caſtoreo. Cotyledon cũ medulla ceruina calefacta ĩpoſita. Verbaſci radicis medulla collyrii tenuitate in fiſtulã additur. Vel ariſtolochiæ radix. Vel ſuccus tithymalli. Collectiones inflãmationeſq; ſanant argemoniæ folia illita. Duritias & collectiones oẽs uerbenaca uel quinq; foliũ: decoctũq; in aceto uerbaſci folia uel radix. Hyſopũ e uino impoſitũ. Acori radix decocto eius herbæ fouentibus. Aizoum. Itẽ quæ contuſa ſint: duritiaſq; & ſinus corporis & tela oĩa infixa corpori extrahunt: folia tuſſilaginis. Daucũ. Semen leontopodi tritũ in aqua cum polenta. Suppurationibus ĩponunť pignocomi folia trita cũ polenta: uel ſemen. Itẽ orchis. Vitia quæ ſũt in oſſibus ſatyrii radice ĩpoſita efficaciſſime ſanari dicunť. Nomæ & collectiones oẽs fuco maris priuſq; inareſcat. Et alchmeæ radix collectiões diſcutit. Ambuſta ſananť plantagine arctio: ita ut cicatrix fallat. Folia eius in aqua decocta & contrita illinunť. Radices cyclamini cũ aizoo. Herba ipſa hyperici: qđ corion appellauimus. Neruis & articulis cõuenit plantago trita cũ ſale. Argemonia tuſa ex melle. Peucedani ſucco p. unguntur ſpaſtici: tetanici. Neruoq; duriciæ ægylopis ſucco. Doloribus erigeron ex aceto illinitur. Epithymo ſpaſticis & opiſthotonicis pungi: ſemine hyperici: qđ coris uocatur. Idemq; bibere prodeſt. Phrynion dicitur etiam abſciſſos ſanare neruos ſi confeſtim imponatur trita uel manſa. Spaſticis: tremulis: opiſthotonicis alchmeæ radix bibitur ex aqua mulſa. Sic & rigores excalfacit. Sanguinis profluuium ſiſtit herbæ peoniæ ſemẽ rubrum. Eadem & in radice uis. Cyclaminos uero ſi ore ſanguis reiiciať: ſiue e naribus ſemẽ. ſiue aluo fluat: ſiue fœminarum utero. Item lyſimachia pota uel illita: uel naribus indita. Item plantaginis Quinq; folium potum & illitum. Cicutæ ſemen in nares ſi inde fluat tritum ex aqua & inditũ. Aizoum. Aſtragali radix ſiſtit. Et iſchemon. Et achillea.

De herba equiſeto: & ſtephanomeli: & eriſitale: & contra uermes. CA. XIII.

EQuiſetũ hippuris a græcis dicta & in pratis naſcens: uituperata a nobis. Eſt aũt pilus terræ equinæſetæ ſimilis: lienẽ curſorum extinguit decocta fictili nouo ad tertias quãtum uas capiat: & p triduum heminis pota: unctis eſculentis ante diem unum interdicitur. Græcorũ uaria circa hãc opinio. Alii pini foliis ſimilem nigricantẽ eodẽ nomine appellant: uim eius ammirabilẽ tradẽtes: q; etiam ſanguinis profluuia uel tacto eo tãtum homine ſiſtat: alii hippurin: alii ephedron: alii anabaſin uocant. Traduntq; iuxta arbores naſci & ſcandentẽ eas dependere comis iunceis: multis nigris: ut exequorũ cauda geniculatis ramis: folia hẽre pauca: tenuia: exigua: ſemen rotundũ ſimile coriandro: radice lignoſa naſci in ambuſtis maximæ. Vis eius ſpiſſare corpora. Succus ſanguinẽ e naribus fluentẽ incluſus ſiſtit. Item aluum. Medeť dyſentericis in uino dulci potus cyathis tribus. Vrinã cit. Tuſſim ortopnoeam ſanat. Itẽ rupta & quæ ſerpunt. Inteſtinis & ueſicæ folia bibunť. Enterocœlen cohibet. Faciunt & aliã hippurin breuioribus & mollioribus comis candidioribuſq; p q̃ utilem iſchiadicis: & uulneribus ex aceto impoſitã: pp ſanguinem ſiſtendũ. Et nymphea trita plagis imponiť. Peucedanũ cum ſemine cupreſſi bibitur: ſi ſanguis per os redditus eſt: fluitq; ab infernis. Sideritis tantam uim habet: ut quãuis recenti gladiatoris uulneri illigata:

Vel ieiunis
Vel ſex tante

ſanguinẽ claudat. Qđ facit & ferulæ cinis uel carbo. Fungus uero ẽt efficacius: q̃ ſecundũ radicẽ eius naſcit. Per nares ãt fluẽti & cicutæ ſemẽ tritũ ex aq̃ inditũq; efficax hẽt. Itẽ ſtephanomelis ex aq̃. Betonicæ farina e lacte caprino pota ſiſtit ex ubere fluentẽ. Plãtagoq; cõtuſa. Eiuſdẽ ſuccus uomẽtibus ſanguinẽ dat. Ad erraticũ ãt radix pſolatæ cũ axungia uetere illita. Potæ a ruptis cõuulſiſq; & ex alto deiectis cẽtauriũ maius. Gẽtianæ radix trita uel decocta uel ſuccus betonicæ. Et hoc amplius addo iocineris aut lateris cõtortionibus: panaces ſcordion ariſtolochia pota cũ agarico. Itẽ cõtuſis & euerſis potũ duobus obolis ĩ mulſi cyathis tribus. Aut ſi febris ſit: in aq̃ mulſa uerbeſcũ: cuius flos ſimilis auro ẽ. Acori radix. Aizoũ oẽ. Sed e maiori ſuccus efficaciſſime. Itẽ ſymphyti radices: uel decoctũ. Daucũ crudũ. Eryſithale ẽ flore luteo foliis achanti. Bibĩt e uino. Itẽ chamærops: & in ſorbitiões irio uel plantago oĩbus modis. Itẽ phthiriaſi: quo Sylla dictator cõſumptus eſt. Naſcunt quoq; in ſanguine ipſo hoĩs aĩalia exeſura corpus. Reſiſtit uuæ taminiæ ſucco aut ueratri cũ oleo perunctis corporibus. Taminia quidẽ in aceto decocta etiam ueſtes eo tedio liberat.

De ulceribus: & ad plagas: & de polycnemo. CA. XIIII.

VLcera multoq; ſũt geneq; : ac multis modis curant. Panacis oĩum geneq; radix ex uino calido illiniẽt manãtibus. Siccat priuati q̃ chironiã dixius. Cũ melle trita tubera apit: ulceribuſq; q̃ ſerpũt. Deploratis auxilio ẽ cũ æris flore uino tẽperata oĩbus modis uel flore uel ſemine uel radice. Eadẽ cũ polẽta uetuſtis uulneribus ꝓdeſt. Heracleõ quoq; ſidereõ. Apollinaris. Pſylliũ. Tragacãtha ſcordotis cũ melle purgat. Farina eius carnes excreſcẽtes p ſe iſparſa cõſumit. Polemonia ulcera: q̃ cacoethe uocãt: ſanat. Cẽtauriũ maius iſparſum uel illitũ. Itẽ mioris coma decocta uel trita: uerera quoq; ulcera purgat & pſanat. Foliculi climeni recẽtibus plagis ĩponũt. Illinit autẽ gẽtiana ulceribus q̃ ſerpũt radice tuſa uel decocta ĩ aq̃ ad mellis craſſitudinẽ: uel ſucco uulneribus. Ex ea factũ lichiũ. Lyſimachia recẽtibus plagis medet. Plãtago oĩum geneq; ulceribus: peculiariter fœminaq; ſenũ & ĩfantiũ: igne mollita melior: & cũ cæroto craſſa ulcerũ labra purgat. Nomas ſiſtit. Et tritã ſuis foliis ĩtegere optet. Suppuratiões: collectiões: ſinus ulceraq;. Chelidonia quoq; ſiccant ulcera adeo: ut ẽt ꝓ ſpodio utant eadẽ iã deſpatis cũ axungia ĩponit. Dictamũ pota ſagittas pellit: & alia tæla extrahit illita. Bibĩt ex aq̃ cyatho folioq; obolo. Proxie pſeudodictamũ. Vtraq; etiã ſuppurationes diſcutit. Ariſtolochia quoq; putrida ulcera exeſt. Sordida expurgat cũ melle. uermeſq; extrahit. Itẽq; clauos ĩ ulceribus natos. Et ĩfixa corpori oĩa: p̃cipue ſagittas & oſſa fracta cũ reſina. Cauа uero ulcera explet p ſe. Et cũ iride recẽtia uulnera ex aceto. Vetera ulcera uerbenaca: q̃nquefoliũ cũ ſale & melle. Radices pſolatæ uulneribus ferro illatis recẽtibus ĩponunt: folia ueteribus. Cũ axũgia utraq; & ſuo folio operiũt. Damaſoniũ ãt & ĩ ſtruma. Folia uerbaſci ex aceto aut uino. Periſtereos ad oĩa gña uel calloſorũ putreſcẽtiũq; ulcerũ facit. Manãtia nympheæ heracliæ radix ſanat. Itẽ cyclamini radix uel p ſe: uel ex aceto: & cũ melle: eadẽ & cõtraſteatomata efficax: ſicut ad ulcera manãtia hiſopũ. Itẽ peucedanũ: cui ad recẽtia uulnera tãta uis ẽ: ut ſaniẽ oſſibus extrahat. Præſtãt hoc & anagalides: cohibẽtq; q̃s uocãt nomas: & rheumatiſmos. Vtiles & recẽtibus plagis: ſed p̃cipue ſenũ corpori. Cũ cæroto apoſtemata: & ulcera tetra folia mãdragoræ recẽtia. Radix uulnera cũ melle aut oleo. Cicuta cõſiligini mixta mero. Aizoũ herpetas quoq; & nomas ac putreſcẽtia: ſicut erigerõ uermioſa. Recẽtia ãt uulnera aſtragali radix: & uetera quoq; ulcera purgat hypociſtis utraq;. Leõtopodii ſemẽ tritũ ĩ aq̃ & cũ polẽta illitũ ſpicula ſagittarioq; extrahit. Itẽ pycnocomi ſemẽ: tithymallus. Characites ſucco gãgrenas phagedenas putria: uel decocto ramoq; cũ polẽta & oleo. Orchis radices. Hoc amplius & cacoethe ex aceto cũ melle ſiccæ & recẽtes. Per ſe uulnera onothera efferẽtia ſeſe ulcera ſanat. Scythæ uulnera ſcythice curãt. Ad carcinomata argemonia ex melle efficaciſſima ẽ. Vulneribus p̃ſanatis aſphodeli radix decocta ut dixius: trita cũ polẽta & illita. Quibuſcũq; uero apollinaris. Aſtragali radix ĩ puluerẽ trita humidis ulceribus ꝓdeſt. Itẽ callitrix decocta ĩ aq̃. priuati uero iis q̃ calciamẽto facta ſint: uerbenaca. Necnõ & lyſimachia cõtrita: ac nymphea arida ĩfricata. polytrix iueteratis iiſdẽ utilior. policnemon cunilæ bubulæ ſimilis ẽ ſemine pulegii ſurculoſas multis geniculis corymbo odorata acri & dulci odore: q̃ ferro factis uulneribus cõmãducata ĩponit: q̃nto die ſoluit. Symphyton ad cicatricẽ celerrime ꝓducit. Itẽ ſyderitis. Hæc ĩponit ex melle. Verbaſci ſemine ac foliis ex uino decoctis ac tritis oĩa corpori ĩfixa extrahũt. Itẽ mãdragoræ foliis cũ polẽta. Cyclamini radicibus cũ melle. Trixaginis folia in oleo cõtrita iis maxiæ adhibent ulceribus: q̃ ſerpũt. Et alga in melle trita. Betonica ad carcinomata. Et melandria: ac ueteres addito ſale. Verrucas tollit argemonia ex aceto uel batrachii radix; quæ & ungues ſcabros aufert. Linozoſtidis utriuſq; folia uel ſuccus illitus. Tithymalli oẽs genera uerrucarum oĩum. Item omnia pterygia: uaroſq; tollunt. Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum.

De pluribus experimẽtis ad ĩficiẽdos capillos: & ptus eiiciẽdos: & cõtinẽdos: & aliaq; remedia. CA. XV.

ARtemiſiã & eleliſphacũ alligatas qui hẽt uiator: negator laſſitudinẽ ſentire. Muliebribus morbis medet maximæ in uniuerſum peoniæ herbæ ſemen nigrum ex aqua mulſa. Eadẽ & in radice uis: mẽſes cit. panacis ſemẽ cũ abſinthio mẽſes & ſudores. Scordotis potu & illitu. Betonica drachma in uini cyathis tribus bibitur contra omnia uuluarũ uitia. Aut quæ a partu fiunt. Menſes nimios ſiſtit achillea impoſita: & decoctum eius inſidentibus. Mãmis ĩponitur hyoſcyami ſemen ex uino. Loti radix ex cataplaſmate. Et mãmis etiã chelidonia. Secundas morantes uel partus emortuos radices panacis appoſitæ extrahũt. Ipſum panacis ſemen e uino potũ uuluas purgat: appoſitũq; cũ melle. polemonia pota ex uino ſecũdas pellit. Nidore purgat uuluas centaurii minoris ſuccus potus: fotuq; menſes cit. Itẽ maioris radix in uuluæ doloribus iiſdem modis prodeſt. Deraſa uero & appoſita extrahit partus emortuos. Plantago imponit in lana in dolore uuluæ. In ſtrangulatu bibit. Sed præcipua dictãno uis eſt. Menſes cit. Partus emortuos uel tranſuerſos eiicit. Bibit ex aqua folioq; obolo: adeo ad hæc efficax: ut ne in cubiculũ qdẽ pgnantiũ inferat. Nec potu tantũ: ſed & illitu & ſuffitu ualet. Proximæ pſeudodictamũ. Sed mẽſes cit cũ me-

Vel licinium

ro decoctũ põdere denarii. Pluribus tñ molochis & aristolochia, pdest: ná & menses & secũdas cit. Et emortuos partus extrahit: myrrha & pipere additis pota uel subdita. Vuluas quoq; pcidẽtes ihibet potu uel suffitu uel subiectu maxiæ tenuis. Strangulatũ ab iis mẽsiũq; difficultatẽ agaricũ tribus obolis tritũ in uini uteris cyatho potũ emẽdat. peristeros apposita in adipe suillo recẽti. Antyrrhinon cũ rosaceo & melle. Itẽ apposita nympeæ thessalæ radix pota dolori medet. In uino pota nigro, pfluuia inhibet. E diuerso ciet cyclamini radix pota & apposita. Et uesicæ insidentiũ decocto medet. Secundas pota cissanthemos pellit. Vuluã sanat. Et xiphii radix superior mẽses cit drachma ex aceto pota. peucedanũ strãgulatus uuluæ nidore ustũ recreat. Menses aluosq; pcipue psylliũ drachma in cyathis tribus aquæ mulsæ. Semẽ quoq; mãdragoræ potũ uuluã purgat. Menses cit succus appositus: & emortuos partus. Nimia rursus, pfluuia sistit semẽ cũ uino & sulphure. Alui, pfluuia sistit & cõtrahit batrachion potu: uel cibo ardẽs: alias ut diximus cruda. Sed cocta cõmendat sale & oleo & cymino. Daucũ & mẽses & secundas potũ facillime, pellit. Ladanũ suffitu corrigit uuluas: dolori eaq; exulceratisq; iponit. Emortua scamoniũ pellit potũ uel appositũ. Menses ciet hypericũ: utrunq; appositũ. Ante alia uero ut Hippocrati uidet erysimon e uino semine uel radice. Cortice trahit & secũdis succurrit & strãgulationibus ex aq̃ pota. Itẽ radix e geranio peculiariter secundis inflãmationibusq; uuluaq; cõueniens. purgat hippuris pota & appositа uuluas. polygonus pota mẽses cit. Et alchmeæ radix. Folia plãtaginis pellũt. Itẽ agaricũ ex aq̃ mulsa. Artemisia uuluæ medet trita ex oleo irino aut fico: aut cum myrrha appositа. Eiusdẽ radix pota in tantũ purgat: ut partus enectos extrahat. Mẽses & secũdas cit ramorũ decoctũ ĩsidẽtibus: itẽ folia pota drachma. Ad eadẽ oia, psunt uel ipositа uẽtri imo cũ farina hordeacea. Achoron quoq; utile est iterioribus fœminaq; morbis. Et coniza utraq;. Et crethmos. Et anthyllides quæ uuluis utilissimæ. Torminibus & secũdaq; moræ in uino potæ. Callitrix fotu locis medet. Albugines ĩ capite tollit. Capillos ĩficit oleo trita. Geranion in uino albo potũ: & hypocisthis in rubro, pfluuiũ sistũt. Hysopũ suffocatiões laxat. Radix ue: benacæ pota ex aq̃ ad oia in partu: aut ex partu mala pstantissima est. peucedano qdã miscent in uino nigro semẽ cupressi cõtritũ. Ná semen psylliі deferuefactũ in aq̃ cũ intepuerit: epiphoras oẽs uteri lenit. Symphyton tritum in uino nigro euocat menses. partus accelerat scordotis pota drachma succi in aq̃ mulsa cyathis q̃ttuor. Dictami folia pclare dant ex aq̃. Cõstat unius oboli põdere: uel si mortui sint in uterõ ĩfantes: ptinus reddi sine uexatiõe puerperæ. Similiter prodest pseudodictamũ: sed tardius. Cyclaminos adalligata. Cissanthemos pota. Itẽ betonicæ farina ex aq̃ mulsa. Arsenogonon & thelygonon herbæ sũt habẽtes uuas floribus oleæ similes: pallidiores tñ. Semen albũ: papaueris mõ. Theligoni potu fœminã cõcipi narrãt. Arsenogonon ab ea semine oleæ: nec alio distat. Huius potu mares generari phibent: si credimus: alii utrãq; ocimo simlẽ tradũt. Arsenogoni aũt semẽ geminũ eẽ testibus simile. Mãmaq; uitiis aizoum: qd̃ digitellũ appellauimus unice medet. Erigeron ex passo mãmas uberiores facit. Sonchũ in farre coctũ. Quæ uero mastos uocat indita pilos mãmaq; e partu nascentiũ: & tineas aufert in facie: aliaq; cutis uitia emẽdat. Gẽtiana nymphea heraclia illita cyclamini radix maculas oẽs. Cacaliæ grana mixta cæræ liqdæ extendũt cutẽ in facie: erugãtq;. Vitia oia acori radix emẽdat. Capillũ lisimachia flauũ facit.

Vel ophryõ

Denigrat hypericõ: qd̃ & corion uocat. Itẽ ophrys herba denticulato oleri similis: foliis duobus. Nigritiã dat & polemonia in oleo decocta. psilothrum nos quidem in mulieribus medicamentis tractamus: uerum etiam uiris in usu est. Efficacissimum autem habetur archezostis. Item tithymalli succo uel in sole cũ oleo illito crebro: uel euulsis pilis. Quadrupedum scabiem sanat hysopum ex oleo fotum. Anginas peculiariter sideritis. Verum & reliqua genera herbarum reddamus.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXVII. PROOEMIVM.

Reliqua herbarum genera. CA. I.

RESCIT Apud me certe tractatu ipso admiratio antiquitatis. Quantoq; maior copia herbarum dicenda restat: tãto magis adorare priscoq; inueniendo curã: in tradendo benignitatem subit. Nec dubie superata hoc mõ posset uideri etiam rerũ naturæ ipsius munificentia: si humani operis eẽt inuentio. Nunc uero deorum fuisse eã apparet: aut certe diuinam: etiam cum homo inuenerit. Eandemq; oium parentem genuisse hæc: & ostendisse: nullo uitæ miraculo maiore: si uerum fateri uolumus. Scythicam herbã a mæotidis paludibus & euphorbiã e mõte athlante: ultraq; Herculis colũnas: & ipso reg-

naturæ defectu. Parte alia britannicam ex oceani insulis extra terras positis: itemq; æthiopidem ab exusto syderibus axe. Alias præterea aliunde: ultro citroq; humanæ saluti in toto orbe terrarum portare immensa romanæ pacis maiestate: non homines modo diuersis inter se terris gentibusq; : uerum etiam montes: & excedentia in nubibus iuga: pastusq; pecorum: & herbas quoq; inuicem ostentant. Aeternú quæso deorum sit monus istud. Adeo romanos uelut alteram lucem dedisse rebus humanis uidentur.

De aconito: & panthera: & quæ extinguitur aconito. CA. II.

SEd antiquoꝝ curam diligentiáq; quis possit satis uenerari? cum constet omnium uenenorum ociissimum esse aconitum: & tactis quoq; genitalibus fœmini sexus animalium eodem die inferre mortem. Hoc fuit uenenum quo interemptas dormientes a Calsurnio Bestia uxores. M. Cecilius accusator obiecit. Hinc illa atrox peroratio eius in digito eas mortuas. Fabulæ narrauere e spirituis Cerberi canis extrahente ab iferis Herculæ. Ideoq; apud eracleam ponticam ubi monstratur eius ad inferos aditus gigni. Hoc quoq; tamẽ in usus humanæ salutis uertere. Scorpionú ictibus aduersari experiendo: aconitũ datum in uino calido. Ea est natura ut hoiem occidat: nisi iuenerit quod in hoie perimat. Cum eo solo colluctatur: uelut pari intus inuento. Sola hæc pugna est: cum uenenũ in uisceribus repererit. Mirumq; exitialia per se ambo cũ fuerint duo uenena in hoie cõmoriuntur: ut hõ supersit. Immo uero ẽt feraꝝ remedia antiqui prodiderunt: demonstrando qũo uenenata quoq; ipso sanant. Torpescunt scorpiones aconiti tactu: stupentq; pallentes: & uinci se confitentur. Auxiliatur eis helleborum album tactu resoluente. Creditq; aconitum duobus malis suo & oĩum. Quod si quis illa forte ab homine excogitari potuisse credit: ingrate deorum intelligit munera. Tangunt carnes aconito: necantq; gustatu earum pantheras: nisi hoc fieret repleturas illos situs. Ob id quidam pardaliaches appellauere. At illas statim liberari morte excrementorum hominis gustu demonstratum. Quod certe casu repertum qs dubitet? & quotiens fiat etiãnum: ut nouum nasci: quoniam feris ratio & usus inter se tradi non possit.

Vel indignum

Vel reperit

Vel sanarentur

Quod oĩum creaturarum conditor sit deus. CA. III.

HIc ergo casus hic est ille: qui plurima iuenit in uita deus. Hic hẽt nomen: per quẽ intelligiť eadẽ & parens rerũ oĩum & magistra natura: utraq; coniectura pari: siue ista quottidie feras inuenire: siue semp scire iudicemus. Pudendúq; rursus oĩa aĩalia quæ sint salutaria ipsis: nosse ipsa: p̃ter hoiem. Sed & maiores oculoꝝ quoq; medicamentis aconitú misceri saluberrime ꝓmulgauere: aperta ꝓfessione: malũ quidẽ nullũ sine aliquo bono dicere. Fas ergo nobis erit: qui nulla diximus uenenata: núc demonstrare q̃le sit aconitũ uel dep̃hendendi gratia. Folia habet cyclamini: aut cucumeris nõ plura quattuor ab radice leniter hirsuta. Radicẽ modicam cãmaro simílẽ marino. Quare qdã cámaron appellauere. Alii lycocthonon ex qua diximus causa. Arida radix incuruatur paulum scorpionum modo: quare & scorpion aliqui appellauere. Nec defuere qui myoctonon appellare mallent: quoniã procul & e lõginquo odore mures necat. Nascitur in nudis cautibus: quas aconas uocãt. Et ideo aconitum aliqui dixere nullo iuxta ne puluerem quidem nutriente. Hanc aliqui rationem nominis attulere. Alii quoniam uis eadem in morte eẽt: quæ cotibus ad ferri aciem deterendam statimq; admota uelocitas sentiretur.

Vel lypho non

De æthiopide: & amaranto: & aloe: & alcea: & alipho: & alsina: & androsace: & androsemo: & ambrosia: & anconi: & anagyro: & anonymo. CA. IIII.

AEthiopis folia habet phlomo similia: magna & multa: & hirsuta ab radice. Caulẽ quadrangulum scabrũ: similem arctio: multis concauũ. In alis semen eruo simile candidũ geminú: radices numerosas longas. Plenas: molles: glutinosas: gustu siccæ nigrescũt durãturq; ut cornua possint uideri. Præterea in æthiopia nascuntur: & in ida monte troadis: & in messenia. Colligunť autúno: siccantur in sole aliquot diebus: ne situm sentiant. Medent uuluis potæ in uino albo: ischiadicis: pleureticis: faucibus scabris: decocta potu dantur. Sed q̃ ex æthiopia uenit: eximia est: atq; illico ꝓdest. Aeraton ferulacea est duorũ palmorũ altitudine: origano similis: flore bullis aureis. Huius ultæ nidor urinã cit. uuluáq; purgat: tãto magis ĩsidentibus. Causa nois non hæc: sed quoniã diutissime non marcescit. Aloe scylle similitudinẽ hẽt maior & pinguioribus foliis ex obliquo striata. Caulis eius tener est rubẽs medius: nõ dissimilis antherico: Radice una ceu palo in terra dimissa: graui odore: gustu amara. Laudatissima ex idia afferť: sed nascit & in asia: nõ tñ ea utunť: nisi ad uulnera recẽtibus foliis: mirifice enĩ cõglutinat: uel succo: ob id iturbinibus cadorũ eam ferunt ut aizoũ maius. Quidã & caulẽ ante maturitatẽ feminis incidunt succi gratia: aliq & folia. Inueniť & per se lachryma adhærens. Ergo pauimentandũ ubi sata sit censent: ut lachryma nõ absorbeat. Fuere qui traderent in iudæa sup hierosolymã metallicã eius naturam: sed nulla magis ĩproba est: neq; alia nigrior est: aut humidior. Erit ergo optima pinguis: ac nitida: ruffi coloris: friabilis: ac iocineris mõ coacta: facile liquescens. Improbanda nigra & dura: harenosa quoque: quæ & gustu intelligitur. Gummi adulteratur & acacia. Natura eius spissare: densare: & leuiter calfacere. Vsus in multis & principalis aluum soluere: cum pœne sit sola medicamentorum: quæ per se id prestant. Confirmat etiam stomachum: adeo ut non infestet ulla uis contraria: bibitur drachma. Ad stomachi uero dissolutionem in duobus cyathis aquæ tepidæ uel frigidæ: coclearis mensura bis terue in die ex interuallis ut res exigit. Purgationis etiam causa plurimum tribus drachmis. Efficacior si pota ea sumatur cibus. Capillum fluentem continet cum uino austero capite in sole contra capillum peruncto. Dolorem capitis sedat temporibus & fronti imposita ex aceto & rosaceo. Dilutiorque infusa: oculorum uitia omnia sanari ea conuenit. Priuatim prurigines & scabiem genarum. Item insignata ac liuida illita cum melle: maxime pontico. Tonsillas: gingiuas & oĩa oris ulcera. Sanguinis excreationes si modicæ sint: drachmæ pondere ex aqua: si minus ex aceto pota. Vulnerum quoq; sanguinem & undecunq; fluẽtem sistit per se uel ex aceto. Alias etiam est uulneribus uti-

Vel iundis

Vel gustu siccãti

u iliaco

liſſima ad cicatricem perducens. Eadem inſpergitur exulceratis genitalibus uirorũ: condylomatis: rimiſq; ſedis: alias ex uino: alias ex paſſo: alias ſicca per ſe: ut exigit mitiganda curatio: aut coercenda. Hemorrhoidum quoque abundantiam leniter ſiſtit. Dyſenteriæ infunditur. Et ſi difficilius concoquantur cibi: bibitur a cœna modico interuallo. Et in regio morbo tribus obolis ex aqua. Deuorantur pilulæ cum mellis decocto: aut reſina terebinthina ad purganda interiora. Digitorum pterygia tollit. Oculorum medicamentis lauatur: ut quod ſit arenoſiſſimum ſubſidat. Aut torretur in teſta: pennaq; ſubinde uerſatur: ut poſſit æqualiter torreri. Alcea folia habet ſimilia uerbenacæ: quæ & periſtereon cognominatur. Caules tres aut quattuor foliorum plenos: florem roſæ: radices albas cum plurimum ſex cubitales: obliquas. Naſcitur in
Vel alyphon pingui ſolo: nec ſicco. Vſus radicis ex uino uel ex aqua dyſentericis: aluo citæ: & ruptis conuulſis. Alypon cauliculus eſt molli capite non diſſimilis betæ: acre guſtatu: ac lentum: mordenſq; uehemẽter & accendẽs.
Vel fere Aluum ſoluit in aqua mulſa addito ſale modico. Minima potio duarum drachmarum: media quattuor:
Vel offerre maxima ſex: ea purgatione quibus datur e gallinaceo iure. Alſine: quam quidam myoſoton appellant: naſcitur in lucis: unde & alſine dicta eſt. Incipit a media hyeme. Areſcit æſtate media cum prorepit: muſculorum aures imitatur foliis. Sed aliam docebimus eſſe quæ iuſtius myoſotis uocetur. Hæc eadem erat quæ.
Vel alſine Helſine: niſi minor minuſq; hirſuta eſſet. Naſcitur in hortis & maximæ in parietibus. Cum teritur: odorem cucumis reddit. Vſus eius ad collectiones inflationeſque. Quin emendat omnia quæ Helxine ſed in-
Vel nari firmius. Epiphoris peculiariter imponitur. Item uerendis: ulceribuſq; cum farina hordeacea. Succus eius
bus auribus infunditur. Androſaces herba eſt alba amara ſine foliis: folliculos in citris habens: & in iis ſemen. Naſcitur in maritimis. Hiſtriæ maximæ. Datur hydropicis drachmis duabus tuſa aut decocta in aqua uel aceto uel uino. Vehementer enim urinas cit. Datur & podagris: illinitur q. Idem effectus eſt & ſemini. Androſemon: ſiue (ut alii appellauere) aſcyron: nõ abſimile eſt hypetico: de qua diximus cauliculis maioribus denſioribuſq; & magis rubentibus. Folia alba rutæ figura. Semen papaueris nigri. Comæ tritæ ſanguineo ſucco manant. Odor ei reſinoſus. Gignitur in uineis. Fere medio autumno effoditur: ſuſpenditurque. Vſus ad purgandam aluum tuſæ cum ſemine potæq; matutino: uel a cœna duabus drachmis in aqua mulſa: uel uino uel aqua pura: totius potionis ſextario. Trahit bilem prodeſt iſchiadicis maxime. Sed poſtera die capparis radicem reſinæ permixtam deuorare oportet drachmæ pondere. Iterumq; quatridui interuallo eadem facere. A purgatione autem ipſa robuſtiores uinum bibere: infirmiores aquam. Imponitur & podagris & ambuſtis & uulneribus cohibens ſanguinem. Ambroſia uagi nominis eſt: & circa alias herbas fluctuans: fruticem unum habens denſum ramoſum: tenuem: trium fere palmorum. Tertia parte radice breuiore: foliis rutæ: circa imum caulem in ramulis ſemen eſt uuis dependentibus: odore uinoſo: qua de cauſa botrys a quibuſdam uocat: ab aliis artemiſia. Coronant illa cappadoces. Vſus eius ad ea quæ diſcuti opus ſit. Anonin quidam ononida malunt uocare ramoſam: ſimilem fœnogræco: niſi fruticoſior hirſutiorque eſſet: odore iucundo. Poſt uer ſpinoſa. Eſtur etiam muria condita. Recens uero margines ulcerum erodit. Radix decoquitur in poſca dolori dentium. Eadem cum melle pota calculos pellit. Comitialibus datur in oxymelite decocta ad dimidias. Anagyros: quã aliqui acopon uocant: fruticoſa eſt: grauis odore: flore oleris: ſemen in corniculis non breuibus gignit: ſimile renibus: quod dureſcit per meſſes. Folia collectionibus imponuntur difficulterq; parientibus adalligantur: ita ut a portu ſtatim auferãtur. Quod ſi emortuus hæ-
Dio. reat: & ſecundæ menſeſq; morentur: drachmæ pondere bibuntur in paſſo folia. Sic & ſuſpirioſis dantur: &
braſſicæ in uino uetere ad phalangiorum morſus. Radix diſcutiendis concoquendiſq; adhibetur. Semen commanducatum uomitiones facit. Anonymos a non inueniendo nomine nomen inuenit. Affertur e ſcythia celebrata ab Hiceſio non paruæ auctoritatis medico. Itẽ ariſtogeton in uulneribus præclara ex aqua tuſa & impoſita. Pota uero mãmis præcordiiſq; pcuſſis. Itẽ ſanguinem excreantibus. Putauerunt & bibendã uulneratis. Fabuloſa arbitror: quæ adiiciuntur: recente ea ſi uratur: ferrum aut æs ferruminari.

De aparine: & arctio: & aſpleno: & aſclepiade: & aſtere: uel bubonio: & aſcyro: uel aſcyroide: & aphace: & de alcibio: & alectorolopho. CA. V.

AParinem aliq omphacocarpon: alii philãtropon uocãt: ramoſam: hirſutã: gnis ſeniſue in orbẽ circa ramos foliis p interualla: ſemen rotundũ: durũ: concauũ: ſubdulce. Naſcit in frumẽtario agro: aut hortis: pratiſue: aſperitate ẽt ueſtiũ tenaci. Efficax cõtra ſerpentes ſemine poto ex uino drachma: & cõtra phalangia. Sanguinis abundantiã ex uulneribus reprimunt folia ipoſita. ſuccus auribus infundit. Arction aliq potius arcturũ uocãt: ſimilis eſt uerbaſco foliis: niſi q hirſutiora ſũt: caule longo molli: ſemine cymini. Naſcit in petroſis: radice tenera: alba: dulciq. Decoquit in uino ad dentiũ doloré: ita ut cõtineant ore decoctũ. Bibit pp iſchiada: & ſtrangurią e uino: ambuſtis ponit & pnionibus. Fouent eadẽ cũ radice ſemine trito in uino. Aſplenũ ſũt q hemionion uocãt: foliis triẽtalibus multis radice limoſa: caulis uernoſa: ſicut filicis cãdida: hirſuta: nec caulẽ nec florẽ nec ſemẽ hẽt. Naſcit in petris: parietibuſq; opacis: humidis: laudatiſſima in creta. Huius foliorum iure in aceto decocto per dies. xl. poto lyenem abſumi aiunt. Et illinuntur. Eadem autẽ ſedant ſingultus: non danda fœminis: quoniã ſterilitatem facit. Aſclepias folia hedere habet ramos longos: radices numeroſas: tenues: odoratas: floris uirus graue: ſemen ſecuridace. Naſcitur in montibus. Radices torminibus medentur: & contra ſerpentiũ ictus non ſolum potũ ſed ẽt illitũ. Aſter ab aliquibus buboniõ appellatur: quoniam inguinum præſentaneum remedium eſt. Cauliculus foliis oblongis duobus aut tribus in cacumine capitula ſtellę mõ radiata. Bibit aduerſus ſerpentes. Sed & ad inguinum medicinam: ſiniſtra manu decerpi iubent: & iuxta cinctus alligari. Prodeſt & coxendicis dolori adalligata. Aſcyron & aſcyroides ſimilia ſunt inter ſe & Hyperico: ſed aſcyron maiores habet ramos: qui aſcyroides uocantur ferulaceos omnino rubentes: capitulis paruis luteis. Semen in caliculis puſillum: ni-

grum:reſinoſum.Comæ tritæ uelut cruentatæ.Qua de cauſa quidam hanc androſemon uocauere. Vſus ſeminis ad iſchiadicos potus duabus drachmis in hydromelitis ſextario. Aluum ſoluit,Bilem detrahit,Illinitur & ambuſtis,Aphace tenuia admodum folia habet:puſillo altior lenticula eſt,Siliquas maiores fert: in quibus terna aut quaterna ſemina ſunt nigriora & madidiora & minora lenticula.Maſcitur in aruis.Natura ei ad ſpiſſandum efficacior q̃ lenti.Reliquo uſu eoſdem effectus habet.Stomachi aluiq; fluctiões ſiſtit ſemen decoctum.Alcibion qualis eſſet herba apud auctores non repperi.Sed radicem eius & folia trita ad ſerpentis morſus imponi & bibi iubent.Folia quantum manus capiat trita cum uini meri cyathis tribus: aut radicem drachmarum trium pondere cum uini eadem menſura. Alectorolophos quæ apud nos criſta dicitur:folia habet ſimilia gallinaceæ criſtæ plura:caulem tenuem:& ſemen nigrum in ſiliquis. Vtilis tuſſientibus cocta cũ faba freſſa melle addito:& caligini oculoꝝ.Solidũ ſemen coniicitur in oculũ: nec turbat:ſed in ſe caliginem contrahit,Mutat colorẽ:ſed ex nigra albicare incipit:& itumeſcit:ac per ſe exit.

De Alo. CA. VI.

ALum nos uocamus:græci ſymphyton petreum:ſimile cunilæ bubulæ:foliis paruis: ramis tribus aut quattuor a radice:cacuminibus thymi:ſurculoſum odoratum:guſtu dulce:ſaliuam ciens:longa radice:rutila.Naſcitur in petris:ideoq; petreum cognominatum.Vtiliſſimum lateribus:lyenibus:renibus:torminibus:pectoribus:pulmonibus:ſanguinem reiicientibus:faucibus aſperis. Bibitur radix trita & in uino decocta:& aliquando ſuperlinitur.Quin & commanducata ſitim ſedat: præcipueq; pulmonem refrigerat.Luxatis quoq; imponitur & conuulſis:lyeni:interaneis. Aluum ſiſtit coacta in cineres.Detractis quoq; folliculis trita cum piperis nouẽ granis & ex aq̃ pota. Vulneribus ſanandis tãta præſtantia eſt:ut carnes quoque cum coquuntur conglutinet addita.Vnde & græci nomẽ impoſuere.Oſſibus quoque fractis medetur.

De alga & actea:& de ampeloſagria: & abſinthio. CA. VII.

ALga ruffa ſcorpionem ictibus. Actea graui foliorum odore:caulibus aniſi geniculatis:ſemine nigro ut hederæ:baccis mollibus.Naſcitur in opacis & aſperis & aquoſis. Datur acetabulo pleno interioribus fœminarum morbis. Ampelos agria uocatur herba foliis duris cineracei coloris: qualem ſupra ſatis diximus:uiticulis longis calloſis rubentibus:qualiter flos quem Iouis flammam appellauimus in uiolis:fert ſemen punici mali ſimile in acinis.Radix eius decocta in aquæ cyathis ternis additis uini coi cyathis duobus albuum ſoluit leniter.Ideo hydropicis datur.Vuluæ uitia & cutis in facie mulierum emendat.Iſchiadicos quoq; uti hac herba prodeſt tuſa cum foliis & illita cum ſucco ſuo. Abſinthii genera ſunt plura.Santonicum appellatur a galliæ ciuitate. Ponticum a ponto: ubi pecora pingueſcunt illo:& ob id ſine felle reperiuntur.Neq; aliquod præſtantius. Multoq; italico amarius: ſed medulla pontici dulcis. De uſu eius conuenit dicere herbæ facillimæ atq; inter paucas utiliſſimæ. Præterea ſacris populi Romani celebratæ peculiariter.Siquidem latinarum feriis quadrigæ certant in capitolio: uictorq; abſinthium bibit.Credo ſanitatem præmio dari honorifice arbitratis maioribus. Stomachum corroborat:& ob hoc ſapor eius in uina tranſfertur ut diximus.Bibitur & decoctum aqua ac poſtea nocte & die refrigeratum ſub diuo decoctis ſex drachmis foliorũ cum ramis ſuis in cæleſtis aquæ ſextariis tribus.Oportet & ſalem addi.Vetuſtiſſime in uſu eſt.Bibitur & madefacti dilutum.Ita enim appellatur hoc genus.Diluti ratio ut quiſquis fuerit modus aquæ:tegatur per triduum.Tritũ raro in uſu eſt:ſicut & ſuccus expreſſi. Exprimitur autem cum primum ſemen turgeſcit madefactum aqua triduo recens aut ſiccum ſeptem diebus.Deide coctum in æneo uaſe ad tertias.x.heminis in aquæ ſextariis.xlv.Iterumq; percolatum. Herba electa lenta coquitur ad craſſitudinem mellis qualiter ex minore centaureo quæritur ſuccus.Sed hic abſinthii inutilis ſtomacho capitiq; eſt:cum ſit ille decoctus ſaluberrimus. Namq; aſtringit ſtomachum bilemq; detrahit:Vrinam cit.Aluum emollit:& in dolore ſanat.Ventris animalia pellit.Malaciam ſtomachi & inflammationes diſcutit cum ſile & nardo gallico:aceto exiguo addito.Faſtidia abſtergit.Concoctiones adiuuat. Cruditates detrahit cum ruta & pipere & ſale. Antiqui purgationis cauſa dabant: cum marinæ aquæ ueteris ſextario ſeminis ſex drachmis:cum tribus ſalis & mellis cyatho.Efficacius purgat duplicato ſale.Diligenter autem teri debet propter difficultatem.Quidam & in polenta dedere ſupradictum põdus addito pulegio:alii contra paralyſim:alii pueris folia in fico:ſic ut amaritudinem fallerent.Facile thoracem purgat:cum iride ſumptum. In regio morbo crudum bibitur cum appio aut adianto. Aduerſus inflationes calidum paulatim ſorbetur ex aqua.Iocineris cauſa cum gallico nardo.Lyenis cum aceto aut pulte aut fico ſumitur.Aduerſatur fungis ex aceto.Item uiſco.Cicutæ ex uino:& muris aranei morſibus. Draconi marino.Scorpionibus.Oculorum claritati multum confert.Epiphoris cum paſſo imponitur. Suggillatis cum melle.Aures eius decoctum uaporis ſuffitu ſanat. Aut ſi manat ſanies cum melle tritum. Vrinam ac menſes ciunt tres quattuorue ramuli cum gallici nardi radice una cyathis aquæ.vi.menſes priuatim cum melle ſumptum:& in uellere appoſitum anginis ſubuenit cum melle & nitro.Epinyctidas ex aqua ſanat. Vulnera recentia prius q̃ aqua tanguñ ipoſitũ.Prætereaq; capitis ulcera.Peculiariter ilibus imponiť cũ cypria cæra:aut cũ fico.Sanat & pruritus.Nõ eſt dandũ in febri:Nauſeas maris arcet in nauigatiõibus potũ. Inguinũ tumorẽ i uẽtrali habitũ.Sõnos allicit olfactũ:aut iſcio ſub capite poſitũ.Veſtibus inſertũ tineas arcet.Culices ex oleo punctis abigit:& fumo ſi urať. Atramentũ librariũ ex diluto eius tẽperatũ lras a muſcis tueť.Capillũ denigrat abſinthii cinis unguento roſaceoq; pmixtus.Eſt & abſinthiũ marinũ:qđ quidã ſeriphiũ uocant:pbatiſſimũ in tapoſiri ægypti.Huius ramũ iſiaci pferre ſolẽne habent.Anguſtius priore:minuſq; amarũ:ſtomacho inimicũ.Aluũ mollit.Pellitq; aialia interaneoꝝ.Bibitur cum oleo & ſale:aut in ſa rinæ trimeſtris ſorbitione dilutum.Coquitur quãtum manus capiat:in aqua ſextario ad dimidias.

Vel aſperis

Vel ſale

uſ aceto

Vel miſiaci

De ballote:& botrye fruticoſa:& brauylla:& brio:& bupleuri:& catanance:& calla:& circæa:& circeſio:& crategono:& theligo:& crocodilo:& cynoſorchi:& chryſollachano:& cuculo:& cõſerua. CA. VIII.

Nuſpra ſion Dio.

BAlloten alio nomíe melampraſion græci uocant:herbam fruticoſam angulosis caulibus:nigris: hirſutis:foliis:ueſtientibus:maioribus q̃ marrubii:& nigrioribus:graue olentibus. Vis eius efficax aduerſus canis morſus: ex ſale foliis tritis impoſita. Item ad condylomata coctis cinere in folio oleris. Purgat & ſordida ulcera cum melle. Botrys fruticoſa herba eſt luteis ramulis. Semẽ circa totam naſcitur:folia cicorio ſimilia. Inuenitur in torrentium ripis. Medetur orthopnoicis. Hoc cappadoces ambroſiam uocant:alii artemiſiam. Brabylla ſpiſſandi uim habet cotonei mali modo: nec amplius de ea tradunt auctores. Brion marina herba ſine dubitatione lactucæ foliis ſimilis:rugoſa ueluti contracta: ſine caule ab ima radice exeuntibus foliis. Naſcitur in ſcopulis maximæ:teſtiſq; terra comprehenſis. Præcipua ſiccandi ei ſpiſſandiq; uis & collectiones omnes inflammatiõeſq; cohibendi:præcipue podagræ: & quicquid refrigerare opus ſit. Bupleuri ſemen ad ictus ſerpẽtium dari reperio:foueriq; plagas decocta ea herba adiectis foliis mori aut origani. Catannacen theſſalam herbam qualis ſit:a nobis deſcribi ſuperuacuum eſt cum ſit uſus eius ad amatoria tantum. Illud non ab re eſt dixiſſe ad detegendas magicas uanitates electam ad hunc uſum coniectura:quoniam areſcens contraheret ſe ad ſpeciem unguium milui examinati. Eadem ex cauſa & cemos ſilebitur a nobis. Calla duorum generum eſt. Vna ſimilis aro. Naſciť in arationibus. Colligitur antequã inareſcat. Vſuſq; eoſdem habet quos arum. Bibitur quoq; radix huius ad exinaniendas aluos:mẽſeſq; mulierum. Item caules cum foliis in leguminibus decocti ſanant tenaſmum. Alterum genus eius quidam anchuſam uocant. alii rinocliſiam. Folia lactucæ longiora:plumoſa:radice rubra:quæ ignes ſa

Vi cirica

cros cum folio polẽtæ ſanat impoſita. Iocineris autem uitia in uino albo pota. Circæa ſtrychno ſatiuo ſimilis eſt:flore nigro puſillo. Paruo ſemine:ut milii naſcente in quibuſdam corniculis:radice ſempedali:tripliciferme aut quadruplici:alba:odorata:guſtus calidi. Naſcitur ĩ apricis ſaxis. Diluitur in uino. Bibiturq; ad dolorem uuluæ & uitia. Macerari oportet in ſextariis tribus quadrãtem radicis tuſæ per noctem & diem.

Vi circe ſion u. circeõ

Trahit eadem potio ſecundas ſemine. Lac minuit in uino aut mulſa aqua pota. Cirſion cauliculus eſt tenerum cubitorum:triangulo ſimilis:foliis ſpinoſis circundatus. Spinæ molles ſunt. Folia bouis linguæ ſimilia:minora:ſubcandida:& in cacumine capitula:purpureas quæ ſoluuntur in lanugines. Hanc herbam radicemue eius adalligatam dolores uaricum ſanare tradunt. Crategonon ſpice tritici ſimile eſt:multis calamis ex una radice emicantibus multorumq; geniculorum. Naſcitur in opacis:ſemine:milii:uehementer aſpero guſtu. Quod ſi bibant ex uino ante cœnam tribus obolis in cyathis aquæ totidem mulier ac uir ante conceptum diebus.xl. uirilis ſexus partum futurum aiunt. Eſt & alia crategonos:quæ theligonos uocatur. Differentia intelligitur lenitate guſtus. Sunt qui florem crategoni bibentes mulieres intra.xl. diem cõcipere tradant. Eadem ſanant ulcera uetera nigra cum melle:explent ſinus ulcerum. Et atropha carnoſiora faciunt:purulenta expurgant. panos diſcutiunt podagras:collectioneſq; omnes leniunt:peculiariter mámarum. Theophraſtus arboris genus intelligi uoluit crategonon ſiue crategona:quam italia aquifolium uocat. Crocodilon chamæleontis herbæ nigræ figuram habet:radice lõga:æqualiter craſſa:odoris aſperi. Naſcitur in ſabuletis. pota ſanguinem per naris pellit copioſum craſſumq;. Atq; ita lyenem conſumere dicitur Cynoſorchin aliqui orchin uocant:foliis oleæ:mollibus:ternis:ſemipedis longitudinis in terra ſtratis: radice bulboſa:oblonga:duplici ordine:ſuperiore quæ durior eſt:& inferiore quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti in urneis fere inuenti. Ex iis radicibus ſi maiorem edant uiri mares generari dicuntur. Si minorem fœminæ alterum ſexum. In theſſalia molliorem in lacte caprino uiri bibunt ad ſtimulandos coitus: durio rem uero ad ĩhibendos. Aduerſať alter alteri. Chryſolacanũ in pineto lactucæ ſimile naſciť. Sanat neruos ĩciſos:ſi cõfeſtim ĩponať. Et alibi genus chryſolacani tradiť:flore aureo:foliis oleris. Coctum eſtur:ut olus molle. Herba hæc alligata morbũ regiũ habẽtibus:ita ut ſpectari ab iis poſſit:ſanare id malũ tradiť. De cryſolachano nec ſatis dici ſcio:nec plura reperio. Náq; & hoc uitio laborauere ꝓximi utiq; herbarii nr̃i:qđ ipſis notas ueluti uulgares ſtrictim & noĩbus tantũ indicauere. Tanq̃ coagulo terræ aluũ ſiſti:ſtranguriã diſ-

Vel cuculi

ſolui:ſi bibať ex uino aut aq̃. Cacubali folia trita cũ aceto ſerpentiũ ictibus:& ſcorpionũ mederi. Quidam alio hanc noĩe ſtrumũ appellant:alii græcæ ſtrichnon:acinos hẽt nigros. Ex iis cyathus ſucci cũ mulſi duobus medeť lumbis. Itẽ capitis doloribus cũ roſaceo infuſus. Ipſa ſtrumis illita ſanãdis peculiaris eſt: alpinis maxíe fluminibus. Cõſerua appellata a cõferruminando:ſpongia aquaꝝ dulciũ uerius q̃ muſcus aut herba uilloſæ denſitatis:atq; fiſtuloſæ. Curatũ ea ſcio oĩbus fere oſſibus cõfractis ꝓplaſum ex arbore alta putatorem:circũdata uniuerſo corpori:aquã ſuã inſpergentibus quotiens inareſceret:raroq;:nec niſi deficientem herbam mutationis cauſa reſoluentibus conualuiſſe uix credibili celeritate.

De cocco gnidio:& dryopteri:& dryphono:& elatine:& empetro ſiue calcifraga:& epicacti:uel helleborine:& epimedio:& enneaphyllo:& filice:& de femore bubulo. CA. IX.

COcco gnidio color cocci:magnitudo grano piperis maior:uis ardẽs. Itaq; in pane deuoratur:ne adurat cum gulam tranſit. Huic uis præſentanea contra cicutam. Siſtit aluum. Dipſacos folia habet lactucæ:bullaſq; ſpinoſas in dorſi medio:caulem duorum cubitorum: iiſdem ſpinis horridum:genicula eius binis foliis amplectentibus:concauo alarum ſinu:in quo ſubſiſtit ros ſalſus. In cacumine capitula ſũt echinata ſpinis. Naſciť in aquoſis. Sanat rimas ſedis. Itẽ fiſtulas decocta in uino radice uſq; dum ſit craſſitudo cæræ:ut poſſit in fiſtulam collyrium mitti. Item uerrucas omniũ generum. Quidam & alarum quas ſupra diximus ſuccum illinunt iis. Dryopteris filici ſimilis in arboribus naſcitur: tenui foliorum ſubdulcium ĩciſura:radice hirſuta. Vis ei cauſtica eſt. Iõ & pſylothrũ eſt radix tuſa. Illinitur enim uſq; dum ſudores euocet. Iterumque & tertio:ita ne ſudor abluatur. Dryphonon ſimilis herba eſt:

cauliculis tenuibus:cubitalibus:circundatis utringꝫ foliis:pollicari amplitudine:qualibus & oxymyrſine. Sed candidioribus mollioribuſqꝫ:flore candido ſambuci. Edunt cauliculos decoctos. Semíe uero eius pro pipere utuntur. Elatine folia habet helxinæ:puſilla:piloſa:rotunda:ſemipedalibus ramulis quinis ſeniſue: a radice ſtatim folioſis. Naſcitur in ſegetibus. Acerba guſtu:& ideo oculoꝝ fluctiõibus efficax:foliis cũ polenta tritis & ípoſitis:ſubdito lintheolo. Eadẽ cũ lini ſemine cocta ſorbitionis uſu a dyſenteria liberat. Empetron quã noſtri calcifragã uocant:naſcitur in mõtibus maritimis fere in ſaxo:quo ꝓpius mari fuerit minus ſalſa eſt:potaqꝫ bilem trahit acpituitas:quo longius magiſqꝫ terrena:amarior ſentitur. Trahit aquam. Sumitur autẽ in iure aliquo aut in hydromelite. Vetuſtate uires perdit. Recens urinas cit decoctum ĩ aqua uel tritum calculos frangit. Qui fidem ꝓmiſſo huic quærunt:affirmant lapillos:qui ſufferuefiãt una rumpi. Epipactis ab aliis helleborine uocatur:parua herba:exiguis foliis iocineris uitiis utiliſſima:& contra uenena pota. Epimedion caulis nõ eſt magnus hederæ foliis denis:atqꝫ duodenis:nunq̃ florẽs:radice tenui nigra graui odore. Naſcitur in humidis:& huic ſpiſſandi refrigerãdiqꝫ natura. Fœminis cauenda. Folia in uino trita uirginum mãmas cohibent. Enneaphyllon longa folia nona habet:cauſticæ naturæ. Imponit lana circundata:ne urat latus:continuo enim puſtulas excitat:lumborũ doloribus & coxendicũ utiliſſimũ. Filicis duo genera nec florẽ habent:nec ſemẽ. Pterin græci uocant:alii blachnõ:cuius ex una radice q̃ plures exeunt filices:bina etiam cubita excedẽtes lõgitudine:nõ graues odore. Hanc marẽ exiſtimant. Alterũ genus thelipterin græci uocant:alii nympheopterin. Eſt aũt ſingularis atqꝫ nõ fruticoſa breuior molliorqꝫ & denſior foliis ad radicem canaliculata. Vtriuſqꝫ radice ſues pingueſcũt. Folia utriuſqꝫ lateribus pĩnata:unde nomen græci impoſuere. Radices utriqꝫ longæ in obliquũ:nigræ:præcipue cũ inaruere. Siccari autẽ eas ſole oportet. Naſcunt ubiqꝫ:ſed maxime frigido ſolo. Effodi debent uergiliis occidẽtibus. Vſus radicis in trima tu tantũ:neqꝫ ante neqꝫ poſtea. Pellunt interaneoꝝ aĩalia. Ex iis tineas cum melle. Cætera ex uino dulci triduo potæ. Vtraqꝫ ſtomacho iutiliſſima. Aluũ ſoluit primo bilem trahẽs mox aquã. Melius tineas cum ſcamonii pari põdere. Radix eius duum obolorũ põdere ex aqua poſt unius diei abſtinentiã bibitur: melle ꝓguſtato cõtra rheumatiſmos. Neutra danda fœminis:quoniã grauidis abortũ:cæteris ſterilitatẽ facit. Farina earũ ulceribus tetris inſpergitur. Iumentoꝝ quoqꝫ ceruicibus. Folia cimicẽ necant. Serpentẽ non recipiunt. Ideo ſubſterni utile eſt in locis ſuſpectis. Vſtæ etiã fugant nidore. Fecere medici huius quoqꝫ herbæ diſcrimen. Optima macedonica eſt. Secũda caſſiopica. Femur bubulũ appellatur herba neruis & ipſa utilis:recens in aceto ac ſale trita. Galeopſis:aut ut alii Galeobdolõ uel galion. Caulem & folia habet urticæ: leuiora:& quæ grauẽ odorẽ trita reddãt. Flore purpureo. Naſcitur circa ſepes ac ſemitas ubiqꝫ. Folia cauleſqꝫ duritias:& carcinomata ſanant:ex aceto trita & ípoſita. Item ſtrumas. Panos & parotidas diſcutiunt. Ex uſu eſt & decocto ſucco fouere. Putreſcẽtia quoqꝫ & grangrenas ſanat cum ſale. Glaux antiquitus eugalactõ uocabatur cythiſo & lenticulæ foliis ſimilis auerſa candidiora. Rami in terram ſerpunt quini ſeniue admodũ renues ab radice. Floſculi purpurei exuunt. Inuenitur iuxta mare. Coquitur in ſorbitione ſimilaginis ad excitandam ubertatem lactis:eamqꝫ qui hauſerint balneis uti conuenit.

De glaucio:& glycyſide:& glaphalio:ſiue chamæzelo:& galedraco:& dolco:& hyoſiri:& holoſteo:& hypopeſto. CA. X.

GLaucion in ſyria parthia naſcitur humilis herba denſis foliis fere papaueris:minoribus tamẽ:ſordidioribuſqꝫ:odoris tetri:guſtus amari cũ aſtrictione. Granũ habet crocei coloris. Hoc in olla fictili luto circũlitum in clibanis calefaciũt:deinde exẽpto ſuccũ exprimũt eiuſdẽ nominis. Vſus ẽ & ſucci & folioꝝ ſi terantur aduerſus epiphoras:quæ uniuerſæ uno impetu cadunt. Hinc temperatur collyrium:quod medici diaglaucion uocant. Lactis quoqꝫ ubertas intermiſſa reſtituitur. Sumitẽ eius rei cauſa ex aqua. Glycyſide:quã aliqui peoniam:aut pentorobon uocant:caulem habet duum palmorum comitantibus duobus aut tribus ſubrutilum cute lauri folia:qualia iſatis pinguiora rotundioraqꝫ & minora. Semen in ſiliquis aliud grano rubente:aliud nigro. Duo autem genera ſunt. Fœmina exiſtimatur: cuius radicibus ceu balani longiores circiter octo aut ſex inhærent. Mas plures habet:quoniã non una radice nixus eſt:palmi altitudine:cãdidaqꝫ. Ea guſtu aſtringit. Fœminæ folia myrrhã redolẽt:& denſiora ſunt. Naſcuntur in ſiluis. Tradũt noctu effodiendas:quoniã pico martio impetũ in oculos faciente interdiu periculoſum ſit. Radix uero cũ effodiat:periculũ eſſe ne ſedes procidat. Magna id uanitate ad oſtentationẽ rei fictum arbitror. Vſus in iis diuerſus. Rubra. n. grana rubẽtis menſes ſiſtunt. xv. fere pota in uino nigro. Nigra grana uuluis medentur ex paſſo:aut uino totidẽ pota. Radix oẽs uentris dolores ſedat in uino: aluũqꝫ purgat. Sanat opiſthotonũ:morbũ regium:renes ueſicam. Matricẽ autẽ & ſtomachum decocta in uino. Aluumqꝫ ſiſtit. Eſtur etiã cõtra malũ mẽtis:ſed in medẽdo. iiii. drachmæ ſatis ſunt. Grana nigra auxiliãtur & ſuppreſſiõibus nocturnis in uino pota quo dictũ eſt numero. Stomacho uero & roſiõibus & eſſe ea & illinire prodeſt. Suppuratiões quoqꝫ diſcutiunt. Recentes nigro ſemine:ueteres rubro. Vtrunqꝫ auxiliat a ſerpente percuſſis. Et pueris cõtra calculos incipiente ſtranguria. Gnaphalion alii chamæzelon uocant: cuius foliis albis mollibuſqꝫ pro Tomento utuntur. Sane & ſimilia ſunt. Datur in uino auſtero ad dyſenteriã:uẽtris ſolutiones. menſeſqꝫ mulierũ ſiſtit. infunditur autem tenaſmo. Illinitur & putreſcentibus ulcerum. Galedragõ uocat Xenocrates leucacantho ſimilem plauſtrem & ſpinoſam:caule ferulaceo alto:cui ſummo in capite inhæreat ſimile ouo. In hoc excreſcente ætate uermiculos naſci tradunt: pyxide conditos adalligari cum pane brachio ad eam partẽ qua dens doleat:mireqꝫ illico dolorẽ tolli. Valere nõ diutius anno & ita ſi terram nõ attigerit. Holcus in ſaxis naſcitur ſiccis. Ariſtas habet in cacumine tenues culmo:quale ordeum reſtibile. Hæc circa caput adalligata:uel circa lacertũ educit e corpore ariſtas. Hanc quidam ob id riſtidam uocant. Hyoſiris in tumo ſimilis:ſed minor:& tactu aſperior. Vulneribus contura præclare medetur. Ho-

Vel nucis

uel æſte

Vel mel losteon sine duricia herba ex aduerso appellata a græcis: sicut fel dulce: tenuis usq; in capillamenti speciem: longitudine quattuor digitorum ceu gramen foliis angustis astringés gustu. Nascitur in collibus terrenis. Vsus eius ad conuulsa rupta in uino pota. Vulnera quoq; conglutinat. Nam & carnes concoquuntur addi-

Vel uenæ ta. Hypophæston nascitur in spinis: ex quibus fiunt æneæ fulloniæ: sine caulículo: sine flore: capitulis tantũ inanibus: & foliis paruis: multis: herbacei coloris: radiculas habẽs albas: molles. Succus earum exprimitur æstate ad soluendam aluum tribus obolis: maxime in comitialibus morbis: & tremulis: hydropicis. Cõtra uertigines: orthopnoeas: paralyses incipientes.

De hypogloſſa: & hypecoo: idæa: isopyro: latyri: leontopetalo: litapso: litospermo: lapide uulgari: de limeo leuco. CA. XI.

HYpogloſſa folia habet figura silueſtris myrti cõcaua spinosa: & in iis ceu linguas folio paruo exeunte de foliis. Capitis doloré corona ex iis impoſita minuit. Hypecoon in ſegetibus naſcit: foliis rutæ. Natura eius eadẽ quæ papaueris ſucco. Idææ herbæ folia ſunt quæ oxymyrſinæ adhærét his uelut pãpini in quibus flos. Aluum méſeſq; & omnẽ abundantiã ſanguinis ſiſtit. Spiſſandi coibẽdiq; naturã habet. Isopyron uocãt aliqui phaſiolion: quoniã foliũ quod eſt aniſo ſimile in pãpinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia: plena ſeminis melanthii. Contra tuſſim & cætera pectoris uitia ex melle & aqua mulſa. item iocineri utiliſſima. Lathyris folia habet multa lactucæ ſimilia ternuiora: germina multa: in quibus ſemẽ tuniculis cõtinetur ut capparis: quæ cũ inaruere: eximuntur grana: piperis ma-

Vel rhapodion gnitudine: candida: dulcia: facilia purgatu. Hæc uicena in aqua pura aut mulſa pota hydropicos ſanãt. Trahunt & bilẽ. Qui uehemẽtius purgari uolunt: cũ folliculis ipſis ſumunt eam: ſtomachũ lædunt. Itaq; inuẽtum eſt ut cũ piſce aut iure gallinacei ſumerẽtur. Leontopetalon alii rhapeion uocãt: folio braſſicæ: caule ſemipedali: alæ multæ: ſemẽ in cacumine in ſiliquis ciceris modo. Radix rapæ ſimilis: grandis: nigra. Naſcit in aruis. Radix aduerſatur oíum ſerpentium generibus ex uino pota: nec alia res celerius proficit. Datur & iſchiadicis. Lycopſis longioribus q̃ lactuca eſt foliis craſſioribuſq;. Caule longo hirſutis: adnatis multis: cubitalibus: flore paruo: purpureo. Naſcitur in campeſtribus. Illinitur cum farina hordeacea igni ſacro. Sudorem in febribus mouet ſucco aquæ calidæ admixto. Inter oẽs herbas lithoſpermo nihil eſt mirabilius. Aliqui hægonycon uocant: alii dioſpyrõ: alii heraclion. Herba quincuncialis fere foliis duplo maioribus q̃ rutæ: ramulis ſurculoſis craſſitudine iunci. Gerit iuxta folia ſingulas ueluti barbulas: & in earũ cacuminibus lapillos candore: & rotũditate margaritæ magnitudine ciceris. Duritia uero lapidea. Ipſi qua pediculis adhereant cauernulas habent & intus ſemen. Naſcitur & in italia: ſed laudatiſſima in cræta. Nec quicquã iter herbas maiore quidẽ miraculo aſpexi. Tantus eſt decor uelut aurificum arte alternis inter folia cãdicãtibus margaritis tam exquiſita difficultas lapidis ex herba naſcentis. Iacere atq; humi ſerpere auctores tradunt. Ego uulſam non hærentem uidi. Iis lapillis drachmæ põdere potis uino albo calculos frangi: pelliq; conſtat: & ſtranguriam diſcuti. Neq; in alia herbarũ fides eſt. Viſus ſtatim ad quãcunq; medicinã nata ſit: eſt autem eius ſpecies ut etiam ſine auctore uſus ſtatim noſci poſſit. Lapis uulgaris iuxta flumina fert muſcũ ficum canũ. Hic fricatur altero lapide addita hominis ſaliua, illo lapide tangitur impetigo. Qui tangit dicit. Pheugete cantharides lychos agrios hymas dioci. Limeũ herba appellat a gallis: qua ſagittas in uenatu tinguñt medicamento: quod uenenum ceruarium uocant. Ex hac in tres modios ſaliuati additur quãtum in una ſagitta addi ſolet: ita offa dimittitur in boum faucibus in morbis. Alligari poſtea ad præſepia oportet donec purgent. Inſanire. n. ſolẽt. Si ſudor iſequit aqua frigida pfundi. Leuce mercuriali ſimilis nomen ex cauſa accepit per mediũ foliũ candida linea trãſcurrẽte. Quare meſoleucõ quidã uocãt. Succus eius fiſtulas ſanat. Ipſa cõtrita carcinomata. Fortaſſis eadem ſit quæ leucas appellatur. Cõtra oía marina uenena efficax. Speciem eius auctores nõ tradunt: nec aliud q̃ ſilueſtrem latioribus foliis eſſe: efficaciorẽ hanc ſemine acrio re. Leucographis qualis eſſet ſcriptũ non repperi. Quod & magis miror: quoniam utilis proditur ſanguinem excreantibus tribus obolis cum croco. Item cœliacis trita ex aqua & appoſita. Profluuio fœminarum. Oculorum quoq; medicamentis. Et explendis ulceribus: quæ fiunt in teneris partibus corporis.

De medio: & myoſota: & myagro: & natrice: & othõe: & onoſma: & onopordo: & oxyri: & oxye: & batrachio: & polygono: & leucanthemo: & plythema: & phyllo: & phellandrio: & phuleri: & polyrrhizo: & proſerpinaca: & de rhecoma: de reſeda & ſtoechade. CA. XII.

Vel ſeridis MEdion folia habet iridis ſatiuæ: caulem tripedalem: & in eo florem grandem purpureum rotundum ſemine minuto: radicem ſemipedalem. In ſaxis opacis naſcitur. Radix drachmis. ii. cũ melle menſes fœminarum ſiſtit eligmate per aliquot dies ſumpto. Semen quoq; in uino tritum cõtra abundantiã fœminarũ datur. Myoſota ſiue myoſotis læuis herba: caulibus pluribus ab una radice aliquarenus rubentibus cõcauis ab imo: foliis anguſtis oblongis: dorſo acuto nigris per ſterualla aſſidue geminatis & tenuibus cauliculis ex aliis prodeuntibus: flore cæruleo. Radix digitali craſſitudine multis capillamentis fibrata. Vis ei ſeptica & exulceratrix: ideoq; ægylopas ſanat. Tradunt ægyptii menſis quẽ thiatin uocãt: die. xxvii. fere in auguſto menſe incurrẽte: ſi quis huius herbæ ſucco inungat mane priuſquã loquat nõ lippiturũ eo anno. Myagros herba ferulacea eſt foliis ſimilis rubiæ tripedanea. Semen oleoſum quod & fit ex eo. Medetur oris ulceribus perunctis hoc ſucco. Herba quæ uocatur nigina tribus foliis longis intubaceis illita: cicatrices ad colorem reducit. Natrix uocatur herba cuius radix euulſa uirtus hirci redolet. Hac in piceno a fœminis abigunt: quos mira perſuaſione fatuos uocant. Ergo ſpecies lymphantium hoc modo animorũ eſſe credimus: qui tali medicamẽto iuuentur. Odontites inter fœni genera eſt: caulículis denſis ab eadẽ radice geniculatis triãgulis nigris geniculis: folia parua habet longiora tamen q̃ polygonon. Semẽ in alis hordeo ſimile, florem purpureũ: puſillũ. Naſcitur in pratis. Decoctum cauliculorũ eius

in uino auſtero quantum manus capiat, dentium dolori medetur: ita ut contineatur ore: Othone in ſyria naſcitur: ſimilis erucæ perforatis crebra foliis flore croci: quare quidã anemões uocauerũt. Succus eius oculorum medicamẽtis cõuenit. Mordet enim leuiter & excalfacit aſtringitq; ſiccãdo. Purgat cicatrices & nubeculas: & quicquid obſtat. Quidã tradũt lauari: atq; ita ſiccatã digeri in paſtillos. Onoſma lõga folia habet fere ad tres digitos in terra iacentia tria ad ſimilitudinẽ anchuſæ inciſa ſine caule: ſine flore: ſine ſemĩe. Prægnãs ſi edat eam aut ſupergradiat̃: abortũ facere dicit̃. Onopordon ſi comederint aſini: crepitus reddere dicuntur. Trahit urinas & menſes. Aluum ſiſtit ſupuratiões & collectiones diſcutit. Oſiris ramulos fert nigros tenues lentos: & in iis folia nigra ceu lini. Semẽq; ĩ ramulis nigrũ initio: dein colore mutato rubeſcẽs. Smegmata mulieribus faciũt ex iis: radicũ decoctũ potũ ſanat arquatos. Eædẽ: priuſquã matureſcat ſemẽ: concíſæ & ſole ſiccatæ aluum ſiſtunt. Poſt maturitatẽ uero collectæ & in ſorbitiõe decoctæ rheumatiſmis uentris medentur: & per ſe tritæ ex aqua cæleſti bibuntur. Oxis folia terna habet. Datur ad ſtomachũ diſſolutum. Edunt & qui enterocœlon habẽt. Polyanthemum: quam quidã batrachion appellant: cauſtica ui exulcerat cicatrices: & ad coloré reducit. Eadẽq; uitiligines cõcorporat. Polygonon græci uocãt quam nos ſanguinariã: nõ attollitur a terra foliis rutæ ſimilis gramini. Succus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinẽ: & potus cũ uino cuiuſlibet partis profluuiũ excreationeſq; cruentas inhibet. Qui plura genera polygoni faciunt: hãc marẽ intelligi uolunt: appellariq; a multitudine ſeminis: aut denſitate fruticis calligonõ. Alii polygonaton a frequẽtia geniculorũ. alii athalida: alii carcinothron: alii clema: multi myrtopetalõ. Nec nõ inueniunt̃ qui hanc fœminã eſſe dicãt. Marẽ autẽ maioré minuſq; nigram & geniculis denſiorem: ſemine ſub oĩbus foliis turgeſcentẽ. Quocũq; hæc modo ſe habeant: uis earum eſt ſpiſſare ac refrigerare. Semine aluum ſoluunt largius ſumpto. Vrinã cient. Rheumatiſmos cohibent. Qui ſi nõ fuere: nõ proſunt. Stomachi feruori folia imponunt̃. Veſicæ dolori illinunt̃ & ignibus ſacris. Succus & auribus purulẽtis inſtillat̃: & oculoꝝ dolori per ſe. Dabatur & in febribus ante acceſſiões duobus cyathis in tertianis quaterniſue præcipue. Item cholericis dyſentericis: & in ſolutione ſtomachi. Tertium genus oreon uocatur in mõtibus naſcens: arundini teneræ ſimile: uno caule: denſis geniculis: & in ſe fractis. Foliis ãt piceæ: radicis ſuperuacuæ: ineffacius q̃ ſuperiora: peculiare iſchiadicis. Quartũ genus ſilueſtre appellat̃ pene arboris frutice radice lignoſa ſtirpe cedri rubicundo. Ramis Iparti binũ palmoꝝ nigris geniculorum ternis quaterniſq; articulis. Huic quoq; ſpiſſandi natura. Sapor mali cotonei. Decequitur in aqua ad tertias: aut aridi farina inſpergitur & oris ulceribus: & attritis partibus. Propter gingiuarũ uero uitia ipſa cõmanducat̃. Nomas ſiſtit: omniaque quæ ſerpunt aut difficilem cicatricẽ habent. Priuatim uero ſanat: a niue facta ulcera. Herbarii & ad anginas utuntur illa. Et in capitis dolore coronã ex ea imponũt. Et cõtra epiphoras collo circundãt. In tertianis quidẽ ſiniſtra manu euulſam adalligãt: adeo cõtra profluuia ſanguinis. Nec ullam magis aridam q̃ polygonum ſeruant. Pancration aliqui ſcyllam puſillam appellare malunt: foliis albi lilii longioribus craſſioribuſq;. Radice bulbi magni colore ruffo. Aluum ſoluit ſucco cũ farina erui ſumpto. Vlcera purgat. Hydropicis ſpleniciſq; cum melle datur. Alii decoquunt eam donec aqua dulcis fiat. Eaq; effuſa radicem terentes digerunt in paſtillos ſole ſiccatos: & poſtea utuntur ad capitis ulcera: & cætera quæ repurganda ſunt. Item ad tuſſim quantum tribus digitis apprehenderint: in uino dantes. Et ad lateris dolores aut peripneumonicis eligma dantes. Propter iſchiada in uino bibendũ: Et ꝓpter tormina mẽſeſq; ciendos. Peplos: quã aliqui ſychem: alii meconiõ aphrodes uocãt ex una radice tenui fruticat: foliis rutæ paulo latioribus ſemine ſub foliis rotundo: minore candido q̃ papaueris. Inter uites fere colligit̃ meſſibus. Siccaturq; cũ fructu ſuo ſubiectis aquis: in quas excidant. Hoc poto aluus ſoluitur. Bilis ac pituita detrahitur. Media potio eſt acetabuli: mẽſura in aquæ mulſæ heminis tribus & cibis inſpergitur obſoniiſq; ad moliendam aluum. Periclymẽos fruticat & ipſa ex interuallo duo folia habens ſubcandida mollia. In cacumine autẽ ſemen inter folia durũ: & quod difficile euellatur. Naſcitur in aruis ac ſepibus conuoluens ſe adminiculis quibuſcunq;. Semẽ eius in umbra ſiccatũ tunditur: & in paſtillos digeritur. Ii reſoluti dantur in uini albi cyathis tribus tricenis diebus ad lyenem: eumq; urina cruenta aut per aluum abſumit: quod intelligitur a decimo ſtatim die. Vrinã cient & folia decocta: quæ & orthopnoicis proſunt. Partum quoq; adiuuant: ſecundaſq; pellunt pota ſimili modo. Pelecinum in ſegetibus diximus naſci fruticoſam: cauliculis: foliis ciceris. Semẽ in ſiliquis fert corniculorum modo aduncis ternis quaterniſue: quale git nouimus amarum: ſtomacho utilem. Additur in antidotis. Polygala palmi altitudinem petit: in caule ſummo foliis lenticulæ: guſtu aſtricto: quæ pota lactis abundantiam facit. Poterion aut ut alii uocant phrynion uel neruas large fruticat: ſpinis retorrida: lanugine ſpiſſa: foliis paruis: rotundis: ramulis longis: mollibus: lentis: tenuibus: flore longo: herbacei coloris: ſeminis nulli uſus: ſed guſtu acuto & odorato. Inuenitur in aquoſis collibus. Radices habet duas aut tres binum cubitorum in altitudine neruoſas candidas: firmas. Circunfoditur autumno & præciſo frutice: Dat ſuccum gummi ſimilẽ. Radix mira uulneribus ſanandis traditur: præcipueq; neruis uel preciſis illita. Decoctum quoq; eius cum melle potum diſſolutiones neruorum & firmitates & inciſuras iuuat. Phalãgites a quibuſdam phalangion uocatur: ab aliis leucanthemon: uel ut in quibuſdam exemplaribus inuenio leucacantha. Ramuli ſunt ei nunquam pauciores duobus in diuerſa tendentes. Flos candidus lilio rubro ſimilis: ſemine nigro: lato: ad lenticulæ dimidiæ figuram multo tenuiore: radice herbacei coloris. Huius folio uel flore uel ſemine auxiliantur contra ſcorpionũ phalangiorũq; & ſerpẽtiũ ictus. Item cõtra tormĩa. Phyteuma qualis ſit deſcribere ſuperuacuũ habeo: cum ſit uſus eius tantũ ad amatoria. Phyllon a græcis uocat̃ herba in ſaxoſis montibus fœmina magis herbacei coloris: caule tenui: radice parua: ſemine rotundo: papaueri ſimili. Hæc ſui ſexus facit partus. Mares aũt ſemine tantũ differunt: qđ eſt incipiente oliua. Vtrunq; bibitur in uino. Phellandrion naſcit̃ in paluſtribus: folio apii. Bibitur ſemẽ eius ꝓpter calculos & ueſicæ in-

Vel ſeminalẽ

Vel farctis

Vel qđẽ ſimile ĩcipienti oliuæ

commoda. Phalaris thyrſum habet longum tenuem ceucalamum in ſummo flore inclinatum. Semen ſimile ſeſamæ. Et hoc calculos frangit potum ex uino uel aceto uel cum melle & lacte. Itē etiā uitia ueſicæ ſanat. Polyrrhizon folia habet myrti: radices multas. Hæ tuſæ danť i uino cōtra ſerpētes. Proſunt & quadrupedibus. Proſerpinaca herba uulgaris eſt eximi aduerſus ſcorpiōes remedii. Eadem cōtrita addita muria & oleo anginā eximie curari tradūt. Præterea in quātalibet laſſitudine recreari defeſſos: etiā cū obmutuerint: ſi ſubiicieať linguæ. Si deuoreť: uomitionē ſequi ſalutarē. Rhecoma afferť ex iis q̄ ſupra pōtū ſunt regionibus. Radix coſto nigro ſimilis minor & ruffior paulo: ſine odore: calfaciēs guſtu & aſtringēs. Eadē trita uini colorē reddit ad crocū īclinantē. Illita collectiōes inflāmatiōeſq; ſedat. Vulnera ſanat. Epiphoras oculoꝝ ſedat ex paſſo illita. Inſignita cū melle. Et alia liuentia ex aceto. Farina eius inſpergiť cōtra cacoethe & ſanguinē reiicientes drachmæ pōdere in aqua. Dyſentericis etiā & cœliacis ſi febri careant in uino. Sin aliter ex aqua. Facilius teritur nocte antecedente madefacta. Datur & decoctū eius bibēdū duplici mēſura ad rupta conuulſa cōtuſis ex ſublimi deuolutis. Si pectoris ſint dolores addiť piperis aliqd & myrrhæ. Si diſſolutio ſtomachi ex frigida aq̄ ſumiť: ſiue itus: ſiue extra purulētis excreatiōibus. Itē epaticis: ſpleneticis: iſchiadicis ad renū uitia: ſuſpiria orthopneas. Arteriæ ſcabricias ſanat ex paſſo tribus obolis potius trita: aut decoctū eius. Lichenas quoq; ex aceto impoſita purgat. Bibitur contra inflationes: & perfricationes: febres frigidas: ſingultus tormina: aſperitates: capitis grauitates: melancholicas uertigines: laſſitudinem: dolores: & cōuulſiones. Circa ariminū nota eſt herba: quam reſedā uocāt. Diſcutit collectiones: inflāmationeſq; oēs. Qui curant ea: addūt hæc uerba. Reſeda morbos reſeda: ſciſne ſciſne quis hic pullos egerit? radices nec caput nec pedes habeāt. Hæc ter dicūt: totienſq; deſpuunt. Stoecas in inſulis tantū eiuſdem nominis gignitur: odorata herba: coma hyſopi: amara guſtu. Mēſes cit potu: pectoris dolores leuat. Antidotis quoq; miſcetur.

De ſolano: & ſmyrnio: & thelephio: & trichomāæ: & thalietro: & thlaſpe: & tragōia: & tragonio: & tragopogo: & ſpōdile. Et q̄ qdā morbi in qbuſdā nō ſunt gentibus. CA. XIII.

SOlanum græci ſtrychnon uocant: ut tradit Cornelius Celſus. Huic uis reprimēdi refrigerādiq;. Smyrnion caulem habet apii: folia latiora: & maxīe circa ſtolones multos: quorū a ſinu exiliunt pinguia ad terrā infracta: odore medicato cū quadā acrimōia iucunda colore: in luteū langueſcēte: a capitibus cauliū orbiculatis: ut apii ſemine rotundo nigro: qui areſcit incipiente æſtate. Radix quoq; odorata: guſtu acri mordet: ſuccoſa: mollis. Cortex eius foris niger. ītus pallidus. Odor myrrhæ habet qualitatē: unde & nomē. Naſcitur & in ſaxoſis collibus & terrenis. Vſus eius excalfacere: extenuare. Vrinā & menſes ciunt folia & radix. Aluum ſemē ſiſtit. Radix collectiōes & ſuppurationes non ueteres. Itē duricias diſcutit illita. Prodeſt & cōtra phalāgia: ac ſerpētes admixto chachry: aut pollie: aut mellyſſophyllo in uino pota: ſed particulatim: quoniā uniuerſa uomitionē mouet. Qua de cauſa aliquādo cum ruta datur. Medetur tuſſi & orthopnoeæ ſemen uel radix. Item thoracis: aut lyenis: & renū: & ueſicæ uitiis. Radix autē ruptis cōuulſis. Partus quoq; adiuuat: & ſecūdas pellit. Datur iſchiadicis cū crethmo in uino. Sudores ciet & ructus. Ideo inflationem ſtomachi diſcutit. Vulnera ad cicatricē pducit. Exprimiť ſuccus radicis utilis & fœminis: & thoracis: præcordiorūq; deſideriis. Calfacit enim & cōcoquit: & purgat. Semen peculiariter hydropicis datur potu: qbus & ſuccus illinitur & malagmate cortice arido. Et ad obſonia utuntur cum mulſo & oleo: & garo maxime in elixis carnibus ſimul. Concoctiones facit. Sapore ſimillima piperi. Eadē in dolore ſtomacho efficax. Telephion portulacæ ſimilis & caule & foliis. Rami a radice ſepteni octonique fruticant: foliis craſſis carnoſis. Naſcitur in cultis & maxime inter uites. Illinitur lentigini: & cū inaruit: teritur. Illinitur & uitiligini: ternis fere menſibus ſenis horis noctis aut diei: poſtea farina hordeacea illiniť. Medetur & uulneribus: & fiſtulis. Thricomanes adiantho ſimilis eſt: exilius modo: nigriuſq;: foliis lenticulæ denſis: amaris: aduerſis inter ſe. Decoctum eius ſtrāgurias ſanat in uino albo potū: addito cymino ruſtico. Succus cohibet capillos defluentes: aut ſi effluxerint reparat. Alopeciaſq; denſat tritū & in oleo illitum. Sternutamēta quoq; guſtatu mouet. Thalietrū folia coriandri habet: pinguiora paulo: caulē papaueris. Naſcitur ubiq;: præcipue in cāpeſtribus. Medētur ulceribus folia cū melle. Thlaſpe duū generū eſt anguſtis foliis digitali lōgitudine & latitudine in terrā uerſis: in cacumine diuiſis: cauliculo ſemipedali: nō ſine ramis peltarū ſpecie: ſemine incluſo lenticulæ effigie: niſi q̄ infringiť: unde nomē. Flos albicat. Naſcitur in ſemitis & ſepibus. Semen aſperi guſtus. Bilem & pituitā utriq; extrahit. Modus ſumēdi acetabuli mēſura. Prodeſt & iſchiadicis infuſum: donec ſanguinē extrahat. Mēſes quoq; cit: ſed partus necat. Alterū thlaſpen aliqui paſiconaps uocāt latis foliis: radicibus magnis. Et ipſum utile iſchiadicorū īfuſiōi. Prodeſt & īguinibus utrūque. Precipitur ut qui colligit: dicat ſumere ſe cōtra inguina: & cōtra oēs collectiōes: & cōtra uulnera: unaq; manu tollat. Tragonia herba qualis ſit: non traditur. Credo & falſum eſſe promiſſum Democriti. Portentoſum enim eſt: adalligatam triduo abſumere lyenes. Tragonis: ſiue tragion naſcitur in creta tātum inſula in maritimis: iunipero ſimilis: & ſemine & folio & ramis. Succus eius lacteus in gummi ſpiſſatus: uel ſemē impoſitione ſpicula e corpore eiicit. Tunditur recens: & cū uino illinitur: aut ſiccæ farina cum melle. Eadē lactis abundantiam facit: mammiſq; unice medetur. Eſt & alia herba tragos: quā aliqui ſcorpion uocāt: ſemipede alta fruticoſa: ſine foliis: puſilis racemis rubentibus grano tritici acuto cacumine: & ipſa in maritimis naſcens. Huius ramorū. x. aut. xii. cacumina trita ex uino pota cœliacis dyſentericis: ſanguinem excreātibus: menſiumq; abundātiæ auxiliantur. Eſt & tragopogon: quē alii comen uocant. Caulem habet paruū foliis croci radice longa: dulci: ſuper caulem calice lato: nigro. Naſcitur in aſperſis ſine uſu. Et de herbis quidem memoria digna hactenus aut accepimus: aut comperimus. In fine earum admonere non ab re iudicamus: aliis alias uirium ætates eſſe. Lōgiſſimo tempore durat elaterium: ut diximus. Chamæleon niger. xl. annis. Centaurium nō ultra duodecim. Peucedanum & ariſtolochia quinq; aut ſex. uitis ſilueſtris anno. In

Vel ane ti

uel utrā que

umbra ſeruantur. Et animalium quidem cæterorum nullum aliud radices a nobis dictas attingit: excepta ſpondile: quæ omnes perſequitur. Genus id ſerpẽtis eſt. Ne illud qdẽ dubitaꝛ: oĩum radicũ uim effectuſq; minui: ſi fructus prius matureſcãt. Itẽ ſeminũ ante radice ꝓpter ſuccũ inciſa. Reſoluiꝛ aũt oĩum uis conſuetudine. Et deſinũt ꝓdeſſe cũ opus eſt: quæ quottidie in uſu fuere: æque q̃ noçere. Oẽs uero herbæ uehemẽtiores effectu uiribuſq; ſunt in frigidis locis: & in aquilonis. Itẽ ſiccis. Sũt & gentiũ differẽtiæ nõ mediocres. Sicut accepimus de tineis lumbriciſq; in eẽ ægypti: Arabiæ: ſyriæ: Ciliciæ populis. E diuerſo græciæ phrygiæ oino nõ naſci. Minus id mirũ q̃ q; in cõfinio atticæ boeotiæq; thebanis inaſcunꝛ: cũ abſint athenienſibus. Quæ cõtẽplatio aufert nos ad ipſorũ aĩaliũ naturas: igenitaſq; iis uel certiores morboꝝ omniũ medicinas. Rurſus enim uero reꝝ oĩum parens nullũ animal ad hoc tãtum ut paſceretur: aut alia ſatiaret: naſci uoluit. Quin artes ſalutares ĩſeruit & uiſceribus. Quippe cũ ſurdis etiã rebus inſeruerit. Tum uero illa animæ auxilia præſtantiſſima ex anima: alia eſſe uoluit cõtemplatiõe ante cuncta mirabili.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXVIII.

PROOEMIVM.

De Medicinis ex animalibus. CA. I.

IICTAE Erant omnium rerũ naturæ inter cælum ac terrã naſcentium: reſtabãtq; quæ ex ipſa tellure fodiuntur: ſi non herbarũ: ac fruticũ tractata remedia auferrẽt tranſuerſos: ex ipſis aĩalibus: q̃ ſanãtur reperta maiore medicia. Qui ergo diximus herbas & florum imagines: ac pleraq; inuentu rara: ac difficilia: iidem tacebimus: quid in iꝑo hoĩe proſit homini? cæteraq; genera remediorum inter nos uiuentia? cũ præſertim niſi caréti doloribus morbiſq; uita ipſa pœna fiat. Minime uero. Quin omnẽ ĩſumemus operã: licet faſtidii periculũ urgeat: quãdo ita decretũ eſt minorẽ gratiæ q̃ utilitatum uitæ reſpectũ habere. Quinimo externa quoq; & barbaros etiã ritus ĩdagabimus. Fides tãtũ auctores appellet. Quãquã & ipſi cõſenſu proprii iudicii ita eligere laborauimus: potiuſq; curæ rerum: quam copiæ iſtitimus. Illud admonuiſſe perquã neceſſarium eſt: dictas iam a nobis naturas animalium: & quæ cuiuſq; eſſent inuenta. Neq; enim minus profuere medicinas reperiendo: quam proſunt præbendo. Nunc quæ in ipſis auxilientur indicari: neq; illic in totum omiſſa. Itaq; hæc eſſe quædam alia: illis tamen cõnexa. Incipiemus autem ab homine: ipſum ſibi exquirentes: immenſa ſtatim difficultate obuia. Sanguinem nanq; gladiatorum bibunt: ut bibentibus populis procul ſint comitiales morbi. Quod ſpectare facientes eadem harena feras quoq; horror eſt. At hercule illi ex homine ipſo ſorberi efficaciſſimum putant calidũ: ſpirantẽq;: & una ipſam animam ex oſculo uulnerum. Cum e plagis hũc ne ferarum quidem admoueri ori fas ſit humano. Alii medullas crurum quærunt: & cerebrum infantiũ. Nec pauci apud græcos ſingulorũ uiſcerum membrorũq; etiam ſapores dixere. Omnia perſecuti uſq; ad reſegmina unguium. Quaſi uero ſanitas uideri poſſit ferã ex hoie fieri. Quin morbo dignũ non ipſa medicinæ gratia. Egregia hercule fruſtratiõe ſi non proſit. Aſpici humana exta nefas habetur: quãtomagis mandi? Quis iſta inuenit oſtenta? Tecum enim res erit euerſor iuris humani: monſtrorũq; artifex: qui primus ea cõdidiſti. Feciſti credo ne uita tui obliuiſcerẽtur. Quis inuenit ſingula membra humana mãdere? Qua cõiectura inductus? Quam poteſt medicina iſta originem habuiſſe? Quis ueneficia innocentiora effecit q̃ remedia? Eſto barbari externiq; ritus iuenerint? Etiam ne græci ſuas fecere has artes? Democriti extant cõmẽtatiões ad alia noxii hominis & ex capite oſſa plus prodeſſe: ad alia amici & hoſpitis. Iam uero ui interempti dente gingiuas in dolore ſcarificari Apollonius efficaciſſimum ſcripſit. Miletus oculorũ ſuffuſiones felle hoĩs ſanari. Artemon caluaria ĩterfecti: igneque cremati propinauit aquam e fonte noctu comitialibus morbis. Ex eadem ſuſpendio interempti cataputia fecit cõtra canis rabidi morſus Antheus. Atq; etiã quadrupedes hoĩes ſanauere: cõtra ĩflatiões boum perforatis cornibus inſerentes oſſa humana. Vbi homo occiſus eſſet aut crematus ſiliginẽ: quæ pnoctaſſet ſuũ morbis dando. Procul a nobis noſtriſq; litteris abſint iſta. Nos auxilia dicemus nõ piacula. Si cubi lactis puerperarũ uſus mederi poterit: ſi cubi ſaliua tactuſue corporis cæteraq; ſimilia. Vitã qdem nõ adeo extẽdẽdam cenſemus: ut quoquomodo ptrahẽda ſit. Quiſquis es talis æque moriere ẽt cũ obſcenus uixeris: aut nefandus. Quapropter hoc primũ qſq; in remediis animi ſui habeat: ex oĩbus bonis q̃ homini tribuit natu

Vel cũ q dem ad moueri ora moſ ſit hũanus

Vel hoc more ferax qui dem ad moueri ori fas ſit. Hũanas alii medullas

ra:nullum melius esse tẽpestiua morte.In eaq; id optimũ:quod illam sibi quisq; præstare poterit.

An sit in medendo aliqua uis uerborum:& sanari & depelli. CA. II.

EX homine remedioq; primũ maxime quæstiõis & semper incertæ est:ualeant ne aliquid uerba & incãtamẽta carminũ.Quod si uerũ est homini acceptũ fieri oportere cõueniet.Sed uiritim sapiẽtissimi cuiusq; respuit fides.In uniuersum uero oĩbus oris hoĩs credit uita:nec sentit.Quippe uictimas cædi sine p̃caciõe nõ uidetur referre nec deos rite cõsuli.Præterea alia sũt uerba impetrantis:alia depulsoris: alia cõmentatiõis.Vidimusq; certis præcatiõibus obsecrasse summos magistratus.Et ne qd uerborũ prætereat aut præpostere dicat:de scripto præire aliqué.Rursusq; aliũ custodẽ dari qui attendat:aliũ uero præponi:q faueri linguis iubeat.Tibicinẽ canere:ne quid aliud exaudiat.Vtraq; memoria insigni:quotiens ipsæ diræ obstrepentes nocuerint:quotiensue præcatio errauerit. Sic repente extis adimi capita uel corda:aut geminari uictima stante acciderit.Duratq; imenso exẽplo Deciorũ patris filiiq; quo se deuouere carmen.Extat Tuciæ uestalis incestæ precatio:qua usa aquã tulit in cribro:anno urbis romæ.dc.nono.Boario uero in fõro græcũ græcamq; defossos:aut aliarum gentium: cum quibus tum res esset:etiam nostra ætas uidit.Cuius sacri precationem qua solet præire quindecẽuirum collegii magister: siquis legat profecto uim carminum fateatur.Ea oĩa approbantibus octingẽtoq;.xxx.annorum euẽtibus. Vestales nostras hodie credimus nondum egressa urbe mãcipia fugitiua retinere in loco precatiõis.Quod si semel recipiatur ea ratio:& deos preces aliquas exaudire:aut ullis moueri uerbis:confitendum sit de tota coniectatiõe.Prisci quidem nostri perpetuo talia prodidere.Difficillimumq; ex iis etiã fulmina elici:ut suo loco e docuimus.L.Piso primo annaliũ auctor est Tullum Hostilium regem ex Numæ libris eodẽ quo illum sacrificio Iouem cælo deuocare conatum:quoniã parum ritæ quædã feciſſet fulmine ictum.Multi uero magnarũ rerum fata & ostenta uerbis permutari.Cum enim in tarpeio fodientes delubro fundamenta caput humanũ inuenissent:missis ob id a senatu legatis ethruriæ celeberrimus uates Olenus Calenus præclarum id fortunatumq; cernẽs:interrogatiõe in suam gentẽ transferre tentauit:Scipione prius determinata templi imagine in solo ante se.Hoc ergo dicitis Romani hic templũ Iouis optimi maximi futurum est? Hic caput inuenimus.Cõstantissima annalium affirmatiõe transitorũ fuisse farum in ethruriã:ni præmoniti a filio uatis legati Romani respondissent:nõ plane hic sed Romæ inuentũ caput dicimus.Iterũ id accidisse tradunt cũ in fastigium eiusdẽ delubri præparatæ quadrigæ fictiles in fornace creuissent. Et iterum simili modo retentũ auguriũ. Hæc satis sint exemplis:ut appareat ostentorum uires & in nostra potestate esse:ac prout quæq; accepta sunt:ita ualere.In augurũ certe disciplina constat:neq; diras aues: neq; ulla auspicia pertinere ad eos:qui quãq; rem ingredientes obseruare se ea nauigauerint.Quo munere diuinæ indulgentiæ maius nullum est.Quinetiam & legum ipsarũ in.xii.tabulis uerba sunt:qui fruges excantasset. Et alibi.Qui malũ carmen incantasset.Verrius Flaccus auctores ponit:quibus credat:in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus euocari deum:cuius in tutela id oppidum esset: promittique illi eundem aut ampliorem locum apud Romanos cultumue.Durat in pontificũ disciplina id sacrum. Cõstatq; ideo occultatũ:in cuius dei tutela Roma esset:ne qui hostium simili modo agerent. Defici quidem diris deprecationibus nemo nõ meruit.Huc pertinet ut ouorũ exorbuerit quisq; calices:cochlearũq; protinus frangi:aut eosdem cochlearibus perforari.Hinc Theocriti apud græcos:Catulli apud nos: proximeq; Virgilii incantamentorũ amatoria imitatio.Figlinarum opera multi rumpi credunt tali modo. Non pauci etiam serpẽtes ipsos recantari.Et hunc unum esse ipsis intellectũ:contrahiq; marsorũ cantu etiam in no-

Vel abrogent

cturna quiete.Etiam parietes incendiorũ deprecatiõibus conscribuntur.Neq; est facile dictu: externa uerba atq; ineffabilia derogẽt fidem.Validius an latina inopinata:& quæ ridicula uideri cogit animus semper aliquid immẽsum expectans:ac dignum deo mouẽdo:immo uero qã numini iperet.Dixit Homerus profluuiũ sanguinis uulnerato fœmine Vlyxẽ inhibuisse carmine.Theophrastus ischiadicos sanari. Cato prodidit luxatis mẽbris carmẽ auxiliari.M.Varro podagris.Cæsarẽ dictatorẽ post unum ancipitẽ uehiculi casum ferunt semper ut primũ consedisset(id quod plerosq; nunc facere scimus) carmine ter repetito securitatem itinerũ aucupari solitũ.Licet hanc in partẽ singulorq; quoq; cõscientiã coarguere.Cur enim primum anni incipiẽtis diem lætis precationibus inuicẽ fausturũ ominamur? Cur publicis lustris etiam noĩa uictimas

Vel prospera eligimus

ducentiũ prospere legimus? Cur & fascinatiõibus adoratiõe peculiari occurrimus? Alii græcam Nemesim inuocantes:cuius ob id Romæ simulacrũ in capitolio est:quãuis latinum nomen nõ sit? Cur ad mentionẽ defunctorq; testamur memoriã eorum a nobis nõ sollicitari? Cur impares numeros ad oĩa uehementiores credimus.Idq; in febribus dierum obseruatiõe intelligitur? Cur ad primitias pomorũ hæc uetera esse dicimus:alia noua optamus? Cur sternutamẽtis salutamur? Quod etiã Tyberiũ Cæsarẽ tristissimũ (ut cõstat)

Vel sternutates salutãus

hominũ in uehiculo exegisse tradunt.Et aliqui noĩe quoq; cõsalutare religiosius putant.Quin & absentes tinnitu aurium præsentire sermões de se receptũ est. Attalus affirmat scorpiõe uiso si quis dicat:duo:cohiberi nec uibrare ictus.& quoniã scorpio admonuit:in africa nemo destinat aliquid:nisi præfatus africã. In

Vel incẽdia iter epulas noĩata aqs sub mẽsam ꝓfusis abominamur

cæteris uero gentibus deos ante obtestatur:ut uelint.Nã si mens adsit:nullũ ponere trãslaticiũ uidebimur: quoniã multas etiã pollere religiones manifestũ est. Alius saliua post aurẽ digito relata:sollicitudinẽ animi propiciat.Pollices cũ faueamus:premere etiã prouerbio iubemur.In adorãdo dexteram ad osculum referimus:totũq; corpus circũagimus.Quod in leuum feciſſe galliæ religiosius credunt. Fulgetras poppysimis adorare consensus gentiũ est.Incendio inter epulas nominato aquã sub mensa profundi abominamur.recedente aliquo ab epulis:simul uerri solum.Aut bibente conuiua mẽsam uel repositorium tolli inauspicatissimũ iudicatur.Seruii Sulpitii principis comentatio est:quãobrem mensa linquẽda nõ sit. Nondũ enim plures quã quinq; conuiuæ numerabãtur.Nam sternutamẽto reuocari ferculũ mẽsamue:postea si nõ gu-

ſtetur aliquid:interdira habetur. Aut oīno inane eſſe hæc inſtituere illi:qui oībus negociis horiſq; itereſſe credebant deos. Et ideo placatos etiā uitiis noſtris reliquerūt. Quin & repente cōticeſcere cōuiuium adnotatū eſt:nō niſi in pari præſentiū numero:qua in re fame labor eſt:ad quēcūq; eoꝝ pertinēs. Cibus ét e manu prolapſus reddebatur. Atq; per mēſas uetabant mundiciaꝝ cauſa deflare. Et ſunt condita auguria quid loquenti cogitantiue id acciderit:inter execratiſſima. Si pōtifici accidat ditis cauſa epulanti: in menſa utiq; id reponi adolerique ad larem piatio eſt. Medicamēta prius q̄ adhibeantur in menſa forte depoſita negantur prodeſſe. Vngues reſecari nundinis romāis tacenti atq; a digito indice:multorū pecuniæ religioſum eſt. Capillum uero cōtractari cōtra defluuia ac dolores capitis. xvii. luna atq; xxix. Pagana lege in pleriſq; italiæ p̄diis cauetur:ne mulieres p itinera ambulātes torqueāt fuſos:aut oīo detectos ferant:quoniā aduerſetur id omnium ſpei:præcipue frugum. M. Seruilius Nouianus princeps ciuitatis non pridē in metu lippitudinis prius q̄ eam ipſam nominaret:aliuſue ei prædiceret:duabus litteris græcis ρ & α chartā inſcriptam circūligatam lino ſubnectabat collo. Mutianus ter conſul eadem obſeruatione uiuentem muſcam in linteolo albo:his remediis carere ipſos lippitudine prædicātes. Carmina quædā extant cōtra grādines. Cōtraq; morborum genera. Contra ambuſta. Quædā etiam in partus. Sed in prodendo obſtat ingens uerecundia in tā ta animorum uarietate. Qua propter de his ut libitum cuiq; fuerit:opinetur.

Vel q̄ fame

Vel fame is labor eſt

Remedia ex homine contra magos. CA. III.

HOminum monſtrificas naturas & ueneficos aſpectus plēnius diximus in portentis gentiū & multas animalium proprietates:quæ repeti ſuperuacuum eſt. Quorundam hominum tota corpora proſunt:ut ex iis familiis:quæ ſunt terrori ſerpentibus:tactu ipſo leuant percuſſos:ſuctuue modico. Quorum e genere ſunt pſylli marſiq; : & qui oblongenes uocantur in inſula cypro. Ex qua familia legatus Hexagon nomine a conſulibus romæ in dolium ſerpentium coniectus experimenti cauſa cūmulcentibus linguis miraculum præbuit. Signum eius familiæ eſt ſi modo adhuc durat uernis temporibus odoris uirus. Atq; eorum ſudor quoq; medebatur:non modo ſaliua. Nam in inſula nili tētyri naſcētes tanto ſunt crocodilis terrori:ut uocem quoq; eorum fugiant. Horum omnium generum in ſua repugnantia interuentum quoq; mederi conſtat. Sicuti aggrauari uulnera ītroitu eorum:qui unquam fuerint ſerpentium caniſue dent læſi. Idem gallinarum incubitus:pecorum fœtus abortū uitiant. Tantum remanet uirus excepto ſemel malo:ut uenefici fiant uenena paſſi:remedio eſt ablui prius manus eorum: aquaq; illa eos quibus medearis inſpergi. Rurſus a ſcorpione aliquando percuſſi nunquā poſtea a crabronibus: ue ſpis:apibuſue:feriuntur. Minus miretur hoc:qui ſciat:ueſtem a tineis non attingi:quæ fuerit in funere. Serpentes ægre præterquā leua manu extrahi.

Vt ophiogenes

Vel accepto

De quibuſdam ſortilegiis & ſaliua hominis. CA. IIII.

PYthagoræ inuentis non temere fallere:impoſitiuorum nominum imparem uocalium numerum clauditates:oculorumue orbitatem:ac ſimiles caſus:dextris aſſignare partibus: parē leuis. Ferunt difficiles partus ſtatim ſolui:cum quis tectum in quo ſit grauida:trāſmiſerit lapide: uel miſſili:ex iis quæ tria aīalia ſingulis ictibus interfecerint:hoīem:aprum: urſam. Probabilius id facit haſta uelitaris euulſa a corpore hominis:ſi terrā nō attigerit. Eoſdē enim illata effectus habet. Sic & ſagittas corpore eductas:ſi terrā nō attigerit:ſubiectas cubantibus amatoriū eſſe Orpheus & Archelaus ſcribunt. Quin & comitialē morbū ſanari cibo e carne feræ occiſæ eodem ferro quo homo iterfectus ſit. Quorundam partes medicæ ſunt ſicuti diximus de Pyrrhi regis police. Et elide ſolebat oſtendi Pelopis haſta:q̄ eburneam affirmabant. Neuos in facie tondete religioſum habent etiam nunc multi. Omniū uero in primis ieiunam ſaliuam contra ſerpentes p̄ſidio eſſe docuimus. Sed & alios efficaces eius uſus recognoſcat uita. Ita deſpuimus comitiales morbos:hoc eſt contagia regerimus. Simili modo & faſcinationes repercutimus ſiniſtræ dextræq; clauditatis occurſu. Veniam quoq; a deis ſpei alicuius audacioris petimus in ſinum ſpuendo. Etiā eadē ratione terna deſpuere deprecatione in omni medicina mos eſt: atq; effectus adiuuare. Incipientes furunculos ter præſignare ieiuna ſaliua. Nunc mirum dicemus:ſed experimēto facile. Si quem pœniteat ictus eminus cominuſue illati:& ſtatim expuat mediam in manum:qua percuſſit:leuatur illico p cuſſus a pœna. Hoc ſæpe delumbata quadrupede approbatur: ſtatim a tali remedio correcto animalis ingreſſu. Quidam uero aggrauāt ictus ante conatum ſimili modo ſaliua in manu ingeſta. Credamus ergo & lichenas lepraſq; ieiuno illitu aſſiduo arceri. Item lippitudines matutina quottidie uelut inunctione. Carci nomata malo terræ ſubacto. Ceruicis dolorem ſaliua ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem relata:leua ad ſiniſtrum. Si quod animal aurem intrauerit:& inſpuatur exire. Inter amuleta eſt editæ quēq; urinæ expuere. Similiter in calciamentum dextri pedis antequam induatur. Item cum quis tranſeat locum in quo aliquod periculum adierit. Martion Smyrneus qui de ſimplicibus effectibus ſcripſit rumpi ſcolopendras marinas ſputo tradit. Item rubetas aliaſq; ranas. Ophilius ſerpentes ſiquis in hiatum earum expuat. Salpa torporem ſedari quocūq; membro inſtupente ſiquis in ſinum expuat. Aut ſi ſuperior palpebra ſaliua tāgatur. Nos ſi hæc & illa credamus rite fieri. Extranei interuentu:aut ſi dormiens expectetur infans a nutrice terna expui quāquā religione mutatur & faſcinus. Imperatorum quoq; non ſolum infantium cuſtos: qui deus inter ſacra romana a ueſtalibus collitur:& currus triumphantium. Sub his pendēs defendit medicus inuidiæ:iubetq; eoſdem recipere. Similis medicina linguæ ut ſit exorata a tergo fortuna gloriæ carnifex. Morſus hominis inter aſperrimos quoq; numeratur. Medentur ſordes ex auribus. Ac nequis miretur etiā ſcorpionum ictibus ſerpentiūq; ſtatim impoſitæ. Melius e percuſſi auribus proſunt. Ita & rediuiua ſanari ſerpentium uero ictum contuſi dentis humāi farina. Capillus puero qui primum deciſus eſt podagræ impetus dicitur leuare circūligatus. Et in totum impubium impoſitus. Virorum quoq; capillus canis mor-

Vel ne uos i faciem tē dere

Vel i ter ram

Vel in p cuſſo pœna

Vel per culſa culpa

Vel mutat & faſcias

Vel redi uias

ſibus medetur ex aceto. Et capitum uulneribus ex oleo aut uino. Si credimus a reuulſo cruci quartanis. Combuſtus æque capillus carcinomati. Pueri qui primus ceciderit dens: ut terram nō attingat incluſus in armillam & aſſidue in brachio habitus muliebrium locorum dolores prohibet. Pollex ī pede præligatus proximo digito tumores unguinū ſedat. In manu dextra duo medii lino leuiter colligati diſtillatiōes atq; lippitudines arcent. Quin & eiectus capillus calculoſo alligatus ſupra pubem leuare cæteros dicitur: ac iocineris etiam dolores. Ac celeritatem partus facere. Addidit Granius efficatiorem ad hoc eē ferro exemptū. Partus accelerat uicinos ex quo quæq; conceperit: ſi cinctu ſuo ſoluto fœminā cinxerit: dein ſoluerit: adiecta precatione ſe uinxiſſe eandem & ſoluturum: atq; abierit. Sanguine ipſius hominis ex quacunque parte emiſſo efficaciſſime anginam illini tradunt. Orpheus & Archelaus. Item ora comitiali morbo lapſorum. exurgere enim protinus. Quidam ſi pollices pedum pungantur. Exq; iis guttæ referantur in faciem. Aut ſi uirgo dextro pollice attingat. Hac coniectura cenſentes uirgines carnes edendas. Eſchines athenienſis excrementorum cinere anginis medebatur & tonſillis: uuiſq;: & carcinomatis. Hoc medicamentum uocabat botryon. Multa genera morborum primo coitu ſoluuntur: primoq; fœminarum menſe. Aut ſi non id cō tingat: longinqua fiunt: maximeq; comitiales. Quin & a ſerpente ac ſcorpione percuſſos coitu leuari produnt. Verum fœminas uenere ea lædi. Oculorum uitia fieri negant: nec lippire eos qui cum pedes lauant aqua inde ter oculos tangant. Immatura morte raptorum manu ſtrumas parotidas guttura tactu ſanari affirmant. Quidam uero cuiuſq; defuncti dum taxat ſui ſexus leua manu auerſa. Et e ligno fulgure icto reiectis poſt terga manibus demorderi aliquid ad dentem: qui doleat admoueri: remedio eſſe produnt. Sunt qui præcipiant dentem ſuffiri dente hominis ſui ſexus. Et eum qui caninus uocetur in ſepulto exemptum adalligari. Terram ex caluaria pſilothrum eſſe palpebrarum tradunt. Herba uero ſi qua ibi genita ſit commanducata dentes cadere. Vlcera non ſerpere ex oſſe hominis circunſcripta. Alii e tribus puteis pari menſura aquas miſcent: & prolibant nouo fictili. Reliquum dant in tertianis acceſſu febrium bibendum. Item in quartanis fragmentum claui a cruce inuolutum lana collo ſubnectunt. Aut ſpartum e cruce: liberatoq; condunt cauerna quam ſol non attingat. Magorum hæc commenta ſunt. Vt cotem qua ferramenta ſæpe exacuta ſint: ſubiectā ignari ceruicalibus de ueneficio deficiētes euocare. Indiciū ut ipſe dicat: quid ſibi datū ſit: & ubi: & quo tempore: auctorem tamen non nominare. Fulmine utique percuſſo circumactum in uulnus hominem loqui protinus conſtat. Inguinibus medentur aliqui licium telæ detractum alligantes nouenis ſeptenisue nodis ad ſingulos nominantes uiduam aliquam: atq; ita inguina adalligantes licio. Et clauum: aliudue quod quis calcauerit: alligatum ipſos iubent gerere: ne ſit dolori uulnus. Verrucas auellunt a uiceſima luna in limitibus ſupini ipſam intuentes ultra caput manibus porrectis: & quicquid comprehendere eo fricantes. Clauum corporis cum cadat ſtella ſi quis diſtringat: uel cito ſanari aiunt. Cardinibus hoſtiorum aceto affuſis lutum fronti illitum capitis dolorem ſedare. Item laqueum ſuſpendioſi circundatum temporibus. Si quid e piſce hæſerit faucibus: i aquam demiſſis frigidam pedibus cadere. Si uero ex aliis oſſibus: impoſitis capiti ex eodem uaſe oſſiculis. Si panis hæreat: ex eodem in utranque autem addito pane. Quin & ſordes hominis in magnis fecere remediis quæ ſtuoſorum gymnaſia græcorum: quippe ea ſtrigmenta molliunt: calfaciunt: diſcutiunt: complent ſudore & oleo medicinam facientibus. Vulnis inflammatis contractiſq; admouentur. Sic & menſes cient. Sedis inflammationes & condylomata leniunt. Item neuorum dolores: luxata: articulorum nodos. Efficaciora ad eadem ſtrigmenta a balneis: & ideo miſcentur ſuppuratoriis medicamentis. Nam illa quæ ſunt e cæromatæ permixto cœno: articulos tantum molliunt calefaciunt: diſcutiunt efficacius: ſed ad cætera minus ualent. Excedit fidem impudens cura: qua ſordes uirilitatis contra ſcorpionum ictus ſingularibus remediis celeberrimi auctores clamant. Rurſus in fœminis quas infantium aluo editas in utero ipſo contra ſterilitatē ſubdi cenſent: meconiū uocant. Immo etiā ipſos gymnaſiorū raſere parietes. Et ille quoq; ſordes excalfactoriā uim habere dicuntur. Panos diſcutiunt. Vlceribus ſenum puerorumq; & deſquāmatis ambuſtiſue illinuntur. Eo minus omitti conuenit ab animo hominis pendētes medicinas. Abſtinere a cibo nimio: aut potu: alias uino tantum: aut carne: alias balneis: cū quid eorū poſtulet ualitudo: in pſentiſſimis remediis habent. His remediis adnumerat exercitatio: intentio uocis: ungue fricari cū ratiōe: uehemēs. n. fricatio ſpiſſat: lenis molit. Multa adimit corpus. Auget modica. In primis uero prodeſt ambulatio: geſtatio: & ea pluribus modis. Equitatio ſtomacho & coxis utiliſſima. Phthiſi nauigatio. Longis morbis locorum mutatio. Item ſomno mederi ſibi: aut lectulo aut rara uomitiōe. Supini cubitus oculis cōducunt: at prōi tuſſibus. In latera aduerſum diſtillatiōes. Ariſtoteles & Fabianus plurimū ſomniari circa uernū & autūnū tradūt: magiſq; ſupino cubitu: at pno nihil. Theophraſtus celerius cōcoqui dextri lateris i cubitu difficilius in ſupinis. Solū quoq; remediorū maximū ab ipſo ſibi præſtari poteſt: ſicuti linteorū ſtrigiliūq; uehemētia. Perfundere caput aqua calida ante balnearū uaporationē: & poſtea frigida: ſaluberrimū intelligitur. Item præſumere cibos: & iterponere frigidā eiuſdēq; potu ſomnos antecedere: & ſi libeat interrumpere. Notādum nullum aliud animal præter hominem calidos potus ſequi: ideoq; non eſſe naturales. Mero ante ſomnos colluere ora: propter alitus. Frigida aqua matutinis impari numero ad cauendum dentium dolores. Item poſca oculos contra lippitudines.

De obſeruatione in uictu. CA. V.

CErta ſūt experimēta totius corporis ualitudinis uarietate uictus iobſeruata. Hippocrates tradit nō prādētiū extra celeriꝰ ſeneſcere. Vexꝫ id remediis cecinit: nō epulis. Quippe multo utiliſſima eſt tēperātia in cibis. L. Lucullus hāc de ſe pfectura ſeruo dederat. Vltimoq; probro maius in cibis triūphalibus ſedēti dicebat: uel in capitolio epulāti pudēda re: Seruo ſuo facilius pere q̄ ſibi.

De ſternutamento: & uenere: & cæteris remediis. CA. VI.

STernutamenta pinna grauedinem emendant. Et ſi quis muris nares (ut tradunt) oſculo attingat. Sternutamenta & ſingultum. Ob hoc Varro ſuadet palmam altera manu ſcalpere. plerique annulum e ſiniſtra in longiſſimum dextræ digitum tranſferre. Aut in aquâ feruentem manus imergere. Theophraſtus ſenes laborioſius ſternuere dicit. Venerem damnauit Democritus: ut in qua homo alius exiliret ex homine. Eſt hercule rariras eius utilior. Athletæ tamen torpentes reſtituuntur. Venere uox reuocatur: cum ea candida declinat in fuſcam. Nedetur & lumborum dolori. Oculorum hebetationi. Mentecaptis ac melancolicis. Adſidere grauidis uel cum remedium alicui adhibeatur digitis pectinatim inter ſeſe amplexis ueneficium eſt. Idq; compertum tradunt Alcmena Herculem pariẽte. Peius ſi circa unum amboue genua. Item poplites alternis genibus imponi. Ideo hæc in conſiliis ducum poteſtãue fieri uetuere maiores ue ut omnem actum impedientia. Vetuere uero & ſacris uotiſue ſimili mõ intereſſe. capita autem aperiri aſpectu magiſtratuum non uenerationis cauſa iuſſere: ſed ut Varro auctor eſt ualitudinis: quo firmiora conſuetudine ea fierent. Cum quid oculo inciderit: alterum comprimi prodeſt. Cum aqua dextræ auriculæ ſiniſtro pede exultare capite in dextrum humerum deuexo: inuicem e diuerſa aure. Si tuſſis concitet: ſiluam in fronte ab alio aſſiari. Si iaceat uua: a uertice morſu alterius ſuſpẽdi. In ceruicis dolore poplites fricare. Aut ceruicem in poplitũ. Pedes in humo deponi ſi nerui in his cruribuſue tendantur in lectulo. At ſi in leua parte id accidat: ſiniſtræ plantæ pollicem dextra manu apprehendi. Item e diuerſo. Extremitates corporis: uel aurium uellicatibus: perſtringi contra horrores corporis ſanguinẽue narium imodicũ. Lino uel papyro principia genitalium: femur medium: ad cohibẽda urinæ profluuia. In ſtomachi ſolutione pedes preſſare: aut manus in feruentẽ aquã dimittere. Iam & ſermoni parci multis de cauſis ſalutare eſt. Triennio Mæcenatem Meliſſũ accepimus ſilentium ſibi imparauiſſe a conuulſione reddito ſanguine. Nã e diuerſo ſtanden eſq; iacentes: ſi quid ingruat contraq; ictus ſpiritum cohibere ſingularis præſidii eſt. Quod inuẽtum eſſe an malis docuimus. Clauum ferreum defigere in quo loco primum caput defixerit corrũens morbo comitiali abſolutorium eius mali dicitur. Contra renum ac lumborũ ueſicæq; cruciatus in balnearum ſoliis pronos urinam reddere mitigatorium habetur. Ac uulnera nodo Herculis præligare: mirum quãtum ocior medicina eſt. Atq; etiam quottidiani cinctus tali modo uim quãdã habere utilem dicitur. Quippe cum Herculeſ eum prodiderit. Numerum quoq; quaternariũ Demetrius condito uolumine & quare quaterni cyathi ſextariue non eſſent potandi. Contra lippitudines retro aures fricare prodeſt: & lachrymoſis oculis frontem. Augurium ex homine ipſo non eſt timendi morbi in ægritudine: quãdiu oculorũ pupillæ imaginẽ reddant. Magna & urinæ non ratio ſolum: ſed etiam religio apud auctores inuenitur digeſta in genera. Spadonum quoq; ad fœcunditatis beneficia. Vesq; ex iis quæ referre fas ſit: impubiũ puerorũ cõtra ſaliuas aſpidum: quas ptyadas uocant: quũ uenena in oculos hoium expuant. Cõtra oculoq; albugines: obſcuritates: cicatricẽ: argema: palpebras: & cũ erui farina cõtra aduſtiones. Cõtra auriũ pituitas: uermiculoſq; ſi decoquat ad dimidias ptes cũ porro capitato nouo fictili. Vaporatio quoq; ea mẽſes fœminaq; cit. Salpa fouet illa cũ oculos infirmitatis cã illinit ſole uſta cũ oui albugine efficacius ſtruthiocameli binis horis. Hæc & atramẽti lituræ abluunt. Virilis podagris medet argumento fullonũ: quos iõ tẽtari eo morbo negãt. Veteri miſcet canis oſtreoq; aduerſus eruptiones in corpore infantiũ & oia ulcera manãtia. Ea exeſis amburis: ſedis uitiis: rhagadiis: & ſcorpionũ ictibus illinit. Obſtetricũ nobilitas nõ alio ſucco efficacius curari pronunciauit corpoq; pruritus nitro addito ulcera capitũ: prurigines: nomas: pcipue: genitaliũ. Sua cuiq; aũt (qđ fas ſit dixiſſe) maxie pdeſt. Cõfeſtim pfuſo canis morſu echinorũq; ſpinis inhærentibus & in ſpõgia laniſue poſita: aut aduerſus canis rabidi morſus cinere ex ea ſubacto. Cõtraq; ſerpentiũ ictus. Nã cõtra ſcolopẽdras mirum prodit uertice tacto urinæ ſuæ gutta liberari ptinus læſos. Auguria ualitudinis ex ea tradunt. Si mane cãdida dein ruffa ſit. Illo mõ cõquerere: hoc cõcoxiſſe ſignificat. Mala ſigna rubræ. Peſſima nigræ. Mala bullantis & craſſæ. In qua qđ ſubſidit ſi albũ eſt: ſignificat circa articulos: aut uiſcera dolorem iminere. Eadẽ uiridis morbũ uiſcerum: pallida bilis: rubens ſanguinis. Mala & in q̃ ueluti furfures atq; nubeculæ apparẽt. Diluta quoq; alba uitioſa eſt. Mortifera uero craſſa graui odore. Et in pueris tenuis ac diluta. Magi uerant eius cauſa contra ſolẽ lunamq; nudari: aut umbrã cuiuſq; ab ipſa reſpergi. Heſiodus iuxta obſtantia reddi ſuadet: ne deum aliquẽ nudatio offendat. Oſtanes contra mala medicamenta omnia, pmiſit auxiliari matutinis horis ſuam cuiq; inſtillatam in pedem.

Vel & ſi qs mu/co nares ut tra/dũt aut oculos attigat.

Vel i hu/mido

Vel iacẽ/tes.

De remediis muliebribus. CA VII.

QVæ ex mulieꝝ corporibus tradunt: ad portẽtoq; miracula accedũt: ut ſileamus diuiſa mẽbrati in ſcelera. Abortus: meſiũ piacula: q̃q; alia nõ obſtetrices mõ: ueꝝ ẽt ipſæ meretrices pdidere. Capilli mulieris ſi crement: odore ſerpẽtes fugari. Eodẽ odore uuluæ morbo ſtrãgulatus reſpirare. Cinere eo qdem ſi iteſta ſũt cremati: uel cũ ſpuma argẽti ſcabricias oculoꝝ ac prurigines emẽdari. Item uerrucas & infantiũ ulcera cũ melle. Capitis quoq; uulnera & oĩum ulceꝝ ſinus ſimul addito melle & thure. Panos podagras cum adipe ſuillo. Sacrum ignem ſanguinem ſiſti illico: & informicationes corpoꝝ. De lactis uſu conuenit eſſe dulciſſimũ moliſſimũq;. Quare & in longa febre cœliacis utiliſſimũ: maxime eius quæ iam infantem remouerit. Et in malacia ſtomachi: in febribus: roſionibus efficaciſſimũ experiuntur: Item mãmarũ collectionibus cum thure oculo ab ictu cruore ſuffuſo & in dolore aut epiphoris ſi in mulgeatur: plurimum prodeſt. Magiſq; cum melle & narciſſi ſucco: aut thuris polline. Semperq; in omni uſu efficacius eſſe eius quæ marem enixa ſit: multoq; efficaciſſimũ eius quæ geminos peperit mares. Et ſi uina ipſa cibiſq; acrioribus abſtineat. Mixto pterea ouorum candido liquore: madidaq; lana frontibus impoſitum fluctiones oculorum ſuſpendit. Nam ſi rana ſaliua ſua oculum aſperſerit præcipuũ eſt remediũ. Et cõtra morſum eiuſdem bibitur ſtillaturq;. Qui ſimul matris filiæq; lacte inunctus ſit: liberari oculorũ me/

tu in totam uitam affirmant. Aurium quoq; uitiis medetur modice admixto oleo. Aut si ab ictu dolét. An ſerino adipe tepefactum. Si odor grauior ſit (ut plerunq; fit) longis uitiis diluto melle lana includitur. Et contra morbū regium in oculis relictum inſtillatur cumelaterio. Peculiariter ualet potum contra uenena quæ data ſunt cum marino lepore bupreſtiq; ut Ariſtoteles tradit dorycnidion. Et contra inſaniā quæ facta ſit hyoſciami potu. Podagris quoq; iubét illini cum cicuta. Alii cum hyſopo & adipe anſerino: qualiter etiam uuluarum doloribus imponitur. Aluum etiam ſiſtit potum ut Rabirius ſcribit. Et mẽſes ciet. Eius uero quæ fœminá enixa ſit ad uitia tantum in facie ſananda prævalet. Pulmonum quoq; incõmoda lacte mulieris ſanantur: cui admiſceatur impubis pueri urina & mel atticũ. Omnia ſingulorum cochleariũ menſura. Marmora quoq; aurium eiici inuenio. Eius quæ marẽ peperit lacte guſtato canes rabioſos fieri negát. Mulieris quoq; ſaliuam ieiunæ unam potentem diiudicant oculis cruentatis. Et ſi contra epiphoras ſeruentes anguli oculoꝝ ſubinde madeficentur. Efficacius ſi cibo uinoq; ſe pridie ea abſtinuerit. Inuenio & faſcia mulieris alligato capite dolores minui. Poſt hæc nullus eſt modus. Iam primũ abigi grandines turbineſq; contra fulgura ipa in menſe cõnudata: ſic auerti uiolentiam cæli. In nauigando quidẽ tẽpeſtates etiam ſine menſtruis. Ex ipſis uero menſibus monſtrificis alia (utí ſuo loco indicauimus) dira & infanda uaticinátur. E quibus dixiſſe non pudeat: ſi in defectu lunæ ſoliſue congruat uis illa: irremediabilẽ fieri. Nõ ſegnius & in ſilente luna coitus ſuos maribus exitiales eſſe atq; peſtiferos. Purpuram quoq; ab iis eo tempore pollui. Tanto uim eſſe maiorem. Quocúq; aũt alio menſtruo: ſi nudatæ ſegeté ambiant: erucas ac uermiculos ſcarabeoſq; ac noxia alia decidere. Metrodorus Scepſius in cappadocia inuentum prodit ob multitudinẽ cantharidum illas ire per media arua retectis ſuper clunes ueſtibus. Alibi ſeruatur ut nudis pedibus eant capillo cinctuq; diſſoluto. Cauendũ uero ne id oriente ſole faciant: ſementẽ enim areſcere. Nouella uitis eius tactu in purpureũ lædítur. Vt ad noxiam res medicatiſſima tráſferatur rutá & hederas illico mori. Multa diximus de hac uiolentia. Sed præter hæc certũ eſt tactis aluearíis apes fugere. Linaq; cum coquantur nigreſcere. Aciem in cultris tonſorum hebetari. Aes cõtactum graue uirus odoris accipere & eruginem. Magis ſi decreſcente luna id accidat. Equas ſi ſint grauidæ tactas abortum pati. Quin & aſpectu oino quáuis procul uiſas: ſi purgatio illa poſt uirginitatem prima ſit: aut in uirginea ætate ſpontanea. Nam bitumen in iudæa naſcens ſola hac ui ſponte ſuperari. Et fila ueſtis cõtactæ ut docuimus: ne igne quidem uincuntur quo cuncta. Ciniſq; etiam ille ſi quis aſpergat eum lauádis ueſtibus purpuras mutat. Floribus colorem adimit. Ne ipſis quidẽ fœminis malo ſuo imunibus. Abortũ facit illitus: aut ſi oino prægnans ſupergrediat. Quæ Lais & Cleophantus inter ſe contraria prodidere de abortiuis carbone e radice braſſicæ uel myricæ uel tamaricis in eo ſanguine extincto. Itẽ aſinas non concipe tot annis: quot grana hordei cõtacta ederint. Quæq; alia nuncupauere monſtrifica aut inter ſe pugnantia: cum hic fœcunditatẽ fieri iiſdẽ modis quibus illa ſteri litatẽ pronunciaret: melius eſt non credere. Bythus dyrrhachinus hebetari aſpectu ſpecularé nitorem tradit. Iiſdem aduerſa rurſus cõtuentibus oẽmq; talem uim reſolui: ſi mulũ piſcem habeant ſecum. Multi uero ineſſe etiã remedia tanto malo aiunt. Podagras illini: ſtrumas: & parotidas: panos ſacros ignes: furunculos: epiphoras tractatu earũ mulierũ liniri. Laís & Salpa canum rabioſoꝝ morſus & tertianas quartanaſq; febres menſtruo in lana arietis nigri argento brachiali incluſo. Diothymus thebanus ueſtis oino ita ifectæ portiuncula acu: uel pellicio brachiali iſerta. Sotira obſtetrix tertianis q̃rtaniſq; efficaciſimũ dixit. Plantas ægri ſubter lini. Multoq; efficacius ab ipſa muliere ét ignoranti. Sic & comitiales excitari morboſq; ſanari. Icethidas medicus q̃rtanas coitu finiri incipiẽtibus dũtaxat menſtruis ſpopondit. Inter oẽs uero conuenit: ſi aqua potuſq; formidet a morſu canis ſuppoſita tantũ calici lacinia menſtruo tincta tali: ſtatim metum eũ diſcuti uidelicet prævalente ſympathia illa græcorũ: cum rabiem canum eius ſanguinis guſtatu incipere dixerimus. Cinere eo iumentoꝝ omnium ulcera ſanari certũ eſt. Addita caminoꝝ farina & cæra. Maculas autem e ueſte eas non niſi eiuſdem farina ablui. Cinerem per ſe roſaceo mixtum fœminarũ præcipue capitis ſedare dolores illitũ fronti. Aſperrimáq; uim pfluuii eius eẽ primis annis uirginitate reſoluta. Id quoq; conuenit: quo nihil equidem libentius crediderim: tactis omnino menſtruo poſtibus: irritas fieri magorũ artes: generis uaniſſimi ut æſtimare licet. Ponam enim uel modeſtiſſimũ ex promiſſis eorum. Ex homine ſiquidem reſegmina unguium e pedibus manibuſq; cæra permixta: ita ut dicatur tertianæ uel quotidianæ uel quartanæ febri remedium quæritante ſolis ortum alienæ ianuæ affigi iubét ad remedia in iis morbis: quanta uanitate ſi falſum eſt: quantaue noxa ſi tranſferunt morbos ad inocentiores. Ex iis omnium digitorum reſegmina ungium ad cauernas formicarum abiici iubent: eamq; quæ prima cœperit trahere correptam ſubnecti collo: & ita diſcuti morbum.

Medicinæ ex animalibus peregrinis: de elephanto & leone: & camelo: & hyena: & crocodillo: & chamæleonte: & ſtinco: & hippopotamo: & lyncibus. CA. VIII.

Vel naris

HAec ſunt quæ rettuliſſe fas ſit: ac pleraq; ex iis non ſine honore dicto. Reliqua inteſtabilia & ifanda: ut feſtinet oratio ab homine fugere. In ceteris claritates animalium: aut operum ſequemur. Elephanti ſanguis præcipue maris fluctiones omnes: quas rheumatiſmos uocant: ſiſtit. Ramentis eboris cum melle attico (ut aiunt) nubeculæ in facie. Scobe paronychia tolluntur efficacius ſi extenuata. Proboſcidis tactu capitis dolor leuatur: efficacius ſi & ſternutet. Dextra pars proboſcidis cũ lemnia rubrica adalligata impétus libidinum ſtimulat. Sanguis & iſchiadicis prodeſt: iecurq; comitialibus morbis. Leonis adeps cum roſaceo cutem in facie cuſtodit a uitiis: candoréq; ſeruat: & ſanat aduſta niuibus articulorumque tumores. Magorum uanitatẽs perunctis eo adipe faciliorem gratiam apud reges populoſ ue promittunt. Præcipue tamen eo pingui qđ ſit inter ſupercilia: ubi eſſe nullũ poteſt. Similiter dẽtis maxime ad dextera parte: uilliq; e roſtro inferiori promiſſa ſunt. Fel aqua addita claritatem oculis inunctis facit.

Et cum adipe eiuſdem comitiales morbos diſcutit leui guſtu:& ut protinus qui ſumpſere curſu id digerãt. Cor in cibo ſumptũ quartanis medetur. Adeſt cum roſaceo quottidianis febribus. Perunctos eo beſtiæ fugiunt. Reſiſtere etiam inſidiis uidetur. Cameli cerebrũ arefactum potumq; ex aceto comitialibus morbis aiunt mederi. Item fel cum melle potum:hoc & anginæ. Cauda arefacta ſolui aluum. Fimi cinere criſpari capillum cum oleo. Et dyſentericis prodeſt illitus cinis potuſq; quãtum trinis digitis capitur: etiam comitialibus mobis. Vrinam fullonibus utiliſſimam eſſe tradunt. Itemq; ulceribus manãtibus. Barbaros eam ſeruare quinquẽnio:& heminis pota ciere aluum. Setas e cauda contortas:& ſiniſtro brachio illigatas quartanis mederi. Hyena magi ex oĩbus animalibus in maxima admiratione poſuerunt:utpote cui & ipſi magicas artes dederunt:uimq; qua alliciat ad ſe homines mente alienatos. Permutationes ſexus ex iis annua uice diximus:cæteraq; monſtrifica naturæ eius. Nunc perſequamur quæcunq; medicinis produntur. Præcipue pantheris eſſe in metu hyenæ dicuntur:ut ne conentur quidẽ reſiſtere. Et aliquid decorio earum habẽtem non appeti. Mirumq; dictu ſi pelles utriuſq; contrariæ ſuſpendãtur decidere pilos pantheræ. Cum fugiunt uenantem declinant ad dextram:ut prægreſſi hoĩs ueſtigia occupent. Qđ ſi ſucceſſerit:alienari mente uel ex equo hoĩem decidere. At ſi in leuam detorſerit:deficientis:argumentũ eſſe: celeremq; capturam. Facilius autem capi ſi cinctus ſuos uenator flagellumq; & ipſos æquos ſeptenis alligauerit nodis. Mox aũt ut eſt ſollers ambagibus uanitas magorũ capi iubet geminorũ ſignum tranſeunte luna ſinguloſq; prope pilos ſeruari. Capitis dolori alligatam cutem prodeſſe quæ fuerit in capite eius. Lippitudini fel illitum frontibus. Aut ne oĩno lippiatur:decoctum cum mellis attici cyathis tribus & croci uncia illitum. Sic & caligines diſcuti:& ſuffuſiones. Claritatem excitari:melius inueterato medicamento. Aſſeruari autem in cypria pyxide. Eodem ſanari argema:ſcabricias:excreſcentia in oculis:item cicatrices. Glaucomata uero iocineris recentis inaſſati ſanie cum deſpumato melle inunctis. Dentes eius dentium doloribus tactu prodeſſe uel alligatos ordine. Humeros humerorum & lacertorum doloribus. Eiuſdem dentes ſi de ſiniſtra parte roſtri eruti ſint illigatos pecoris aut capri pelle:ſtomachi cruciatibus. Pulmones in cibo ſumptos iliacis uentriculis cinerem cum oleo illitum. Neruis medullas e dorſo cum oleo uetere ac felle. Febribus quartanis iecur deguſtatum ante acceſſiones. Podagris ſpinæ cinerem cum lingua & dextro pede uituli marini addito felle taurino omnia pariter cocta atq; illita hyenæ pelle. In eodẽ morbo prodeſſe:& fel cum lapide aſio. Tremulis:iſchiadicis exilientibus:& quibus cor parpitet aliquid ex corde mandendũ: ita ut reliquæ partis cinis cũ cerebro hyenæ illinatur. Pilos etiam auferri hac compoſitione illita:aut per ſe felle euulſis:prius quos renaſci non libeat. Sic & palpebris inutiles tolli. Lumborũ doloribus carnes e lumbis edendas: illinendaſque cum oleo. Sterilitatem mulierũ emendari oculo cum glycyrrhiza & aneto ſumpto in cibo:promiſſo in triduum conceptu. contra nocturnos pauores umbrarũq; terrorem unus e magnis dentibus lino alligatus ꝓdeſt. Suffiri furentes eodem & circũligari ante pectus ſuum cum adipe renum aut iocinere aut pelle præcipiunt. Mulieri prægnanti a pectore hyenæ caro:& pili ſeptem & genitale a ceruice ſi alligẽtur dorcadis pelle collo ſuſpenſa:contineri partus promittũtur. Venerem ſtimulari genitali ad ſexus ſuos in melle ſumpto, etiã ſi uiri mulierũ coitus oderint. Quinimo totius domus concordiam eodẽ genitali & articulo ſpinæ cũ adherente corio cõſeruatis conſtare: quẽ ſpinæ articulũ ſiue nodũ athlantion uocant. Eſt aũt primus. In comitialiũ quoq; remediis habent eũ. Adipe accenſo ſerpentes fugari dicunt. Maxillæ parte cõminuta in aniſo & in cibo ſumpta horrores ſedari. Eodẽ ſuffitu mulieribus mẽſtrua euocari. Tantumq; eſt uanitatis: ut ſi ad brachium aligeẽ ſuperioris roſtri dextræ partis dens:iaculantiũ ictus deerraturos negent. Palato eiuſdem arefacto:& cũ alumine ægyptio calefacto ac ter in ore ꝑmutato:fetores & ulcera oris emendari. Eos uero qui linguã in calciamẽto ſub pede habeãt:nõ latrari a canibus. Siniſtra parte cerebri naribus illita:morbos ꝓnitioſos mitigari:ſiue hoĩum:ſiue quadrupedũ. Frontis coriũ faſcinationibus reſiſtere. Ceruicis carnes ſiue mandant ſiue bibant arefactæ:lumboq; medent doloribus. Neruis a dorſo armiſq; ſuffiẽdos neruorũ dolores. Pilos roſtri admotos mulierũ labris:amatoriũ eẽ. Iecur potum torminibus & calculis mederi. Iam cor in cibo potuue ſumptum:omnibus doloribus corporũ auxiliari. Lyenem lyenibus. Omentum ulcerum inflãmationibus cum oleo. Medullas doloribus ſpinæ & neruorũ:laſſitudini renum. Neruos potos in uino cũ thure fœcunditatẽ reſtituere ademptã ueneficio. Vuluã cũ mali punici dulcis cortice in potu datã prodeſſe mulierũ uuluæ. Adipe e lumbis ſuffiri difficulter parientes:& ſtatim parere. E dorſo medullam adalligatã cõtra uanas ſpes opitulari. Spaſticis genitale e maribus ſuffitu. Itẽ lippientibus:ruptis:& contra iflationes ſeruatos pedes tactu leuos dextris ꝓtibus:dexteros leuis. Siniſtrũ pedẽ ſuperlatũ parturiẽti lætalẽ eſſe. Dextro illato facile eniti. Membranã quæ fel continuerat a cardiacis potã in uino uel in cibos ſumptam ſuccurrere. Veſicam in uino potam contra urinæ incontinentiã. Quæ autẽ in ueſica inuenta ſit urina additis oleo ex ſeſamo & melle aſiano hauſtã ꝓdeſſe agrimoniæ ueteri. Coſtarũ primã & octauã ſuffitu ruptis ſalutarẽ eſſe. Ex ſpina uero parturientibus oſſa. Sanguinẽ cũ polenta ſumptũ torminibus. Eodẽ tactis poſtibus ubicunq; magoq; infeſtari artes. Nõ elici deos:nec colloq; ſiue lucernis:ſiue uiſu: ſiue pluuiis:ſiue aq̃:ſiue pila:ſiue quo alio genere tententẽ. Carnes ſi edant:contra canis rabidi morſus efficaces eſſe. Etiãnũ iecur efficacius. Carnes uel oſſa hoĩs ſi quæ in uentriculo occiſæ inueniantur ſuffitu podagricis auxiliari. Si ungues inueniantur in iis:mortem alicuius capientium ſignificari. Excrementa ſiue oſſa reddita cum interimitur: contra magicas inſidias pollere. Fimum q in inteſtinis inuentus ſit: arefactum ad dyſentericos ualere potum. Illitumque cum adipe anſerino opitulari toto corpore læſis malo medicamento. A cane uero morſis adipem illitum. Et corium ſi ſit ſubſtractum. Rurſus tali ſiniſti cinere decocto cum ſanguine muſtellæ peruncti omnibus odio euenire. Idem fieri oculo decocto. Super omnia eſt: q extremam fiſtulam inteſtini contra ducum ac poteſtatum iniquitates cõminiſtrãt: & ad ſucceſſus petitionũ: iudicio/

Velargemoni

rumq; ac litium euentus: si omnino aliquantulum quis secum habeat. At eiusdem cauerna siniſtro lacerto religata si quis mulierem respiciat: amatorium esse: tam præsens ut ilico sequatur. eiusdem loci pilos cinere ex oleo illitũ uiris qui sint ꝓbrosæ moliciei non modo pudicos: sed & seueros mores induere. Proximæ fabulosus est crocodilus ingenio quoq; illo: cui uita in aqua terraq; cõmunis. Duo enim genera eorum illius e dextra maxilla dentes adalligati dextro lacerto coitus (si credimus) stimulant. Canini eius dentes febres statas arcent repleti. Sunt enim caui: ita ne diebus quinq; ab ægro cernantur qui adalligauere. Idẽ pollere & uentre exemptos lapillos: aduersus febriũ horrores uenientes tradunt. Hac ẽt de cã ægyptii perungunt adipe ægros suos. Alter illis similis multũ infra magnitudinẽ in terra tantũ: odoratissimisq; floribus uiuit. Ob id intestina eius diligenter exqruntꝰ iucundo nidore refarcta crocodileã uocant oculoꝝ uitiis utilissimã cum porri succo inunctã & contra suffusiões uel caligines. Illita quoq; ex oleo cyprino molestias in facie enascentes tollit. Ex aqua uero morbos oẽs: quoꝝ natura serpit in facie: nitoréq; reddit. Lẽtigines tollit ac uaros: oẽsq; maculas. Ẽt contra comitiales morbos bibiꝰ ex aceto mulso binis obolis. Apposita menses ciet. Optimaq; est quæ candidissima & friabilis: minimeq; ponderosa: cum teratur inter digitos fermẽtescens. Lauatur ut cærusa. Adulterant amylo aut cymolia: sed maxime sui captos oryza tantũ pascunt. Fel
Vel q captos
le inunctis oculis ex melle contra suffusiones nihil utilius prædicant. Intestinis & reliquo corpore eius suffiri uulua laboranteis salutare tradunt. Itẽ uelleribus circundari uapore eius infectis. Corii utriusq; cinis ex aceto illitus iis partibus q̃s secari opus sit: aut nidor cremati sensum oẽm scalpelli aufert. Sanguis utriusq; claritatẽ uisus inunctis donat: & cicatrices oculoꝝ emẽdat. Corpus ipsum excepto capite pedibusq; elixum manditur ischiadicis. Tussim ueterem emendat: præcipue in pueris. Itẽ lumboꝝ dolores. Et adipẽ habent quo tactus pilus defluit. Hic peruncto a crocodilis tuetur: instillaturq; morsibus. Cor annexũ in lana ouis nigræ: cui nullus alius color incurſauerit: & primo partu genita sic quartanas abigere diciꝰ. Iungemus illis simillima & peregrina æque aialia. Priusq; chamæleontẽ peculiari uolumine dignũ existimatũ. Democrito. Et per singula mẽbra desecratũ non sine magna uoluptate nostra cognitis proditisq; mendaciis græcæ uanitatis. Similis est magnitudine supradicto crocodilo: spinæ tantum acutiore curuatura: & caude amplitudine distans. Nullum animal pauidius esse existimatur: & iõ uersicoloris esse demutationis. Vis eius maxima contra accipitrum genus. Detrahere enim supra uolantẽm ad se traditur & uoluntariũ præbere lacerandũ cæteris aialibus. Caput eius & guttur si roboreis lignis accendanꝰ imbriũ & tonitruũ concursus facere Democritus narrat. Item iecur in tegulis ustũ. Reliqua ad ueneficia ptinentia quæ dicit: q̃q̃ falsa existimantes omittemus: præterq̃ in risu coarguentiũ. Dextro oculo: si uiuenti eruatur: albugines oculoꝝ cum lacte caprino tolli. Lingua adalligata: pericula puerperii. Eundẽ salutarem esse parturientibus circa domũ. Sin uero domibus inferatur: perniciosissimũ. Linguam si uiuenti exempta sit: ad iudicioꝝ euẽtus pollere. Cor aduersus q̃rtanas illigatũ nigra lana primæ tõsuræ. Pedẽ e prioribus dextrũ hyenæ pelle illigatum sinistro brachio: contra latrocia terroresq; nocturnos pollere. Itẽ dextrã mamillã contra formidines pauoresq;. Siniſtrum uero pedẽ torreri in furno cũ herba quæ etiã chamæleon uocatur. Additoq; unguento in pastillos digeri. Eos in ligno uase cõditos: ꝑstare (si credimus) ne cernaꝰ ab aliis qui habeat. Armũ dextrũ ad uincendos aduersarios uel hostes ualere utiq; si abiectos eiusdem neruos calcauerint. Siniſtrũ mirũ qbus mõstris cõsecret qualiter somnia quæ uelis: & qbus uelis mittantur: putet referre. Oia ea dextro pede resolui: sicut siniſtro lathere lethargos: quos fecerit dextrũ. Capitis dolores insperso uino in quo latus alterutrũ maceratũ sit: sanari fœminis. Si siniſtri pedis cineri misceaꝰ lac suillũ podagricos fieri illitis pedibus. Felle glaucomata & suffusiones corrigi prope crediꝰ tridui inunctione. Serpẽtes fugari lyene istillato. Mustellas contrahi in aq̃ coniecto. Corpore uero illito detrahi pilos. Idẽ ꝑstare narrant iecur cũ ranæ rupetæ pulmone illitum. Præterea iocinere amatoria dissolui. Melancholicos aũt sanari si ex corio chamæleontis herbæ succus habẽte bibaꝰ. Intestina & fimũ eoꝝ cum id aial nullo cibo uiuat cũ simiarum urina illita inimicoꝝ imane odiũ & oium hoium iis cõciliare. Cauda flumia & aq̃ꝝ ipetus sisti. Serpẽtes soporari. Eadẽ medicata cedro & myrrha illigataq; gemino ramo palmæ pcussam aquã discuti: ut quæ intus sint: oia appareant. Atq; utinam eo ramo contactus esset Democritus: qm̃ ita loq̃citates imodicas ꝓmisit inhiberi. Palãq; est: uirũ alias sagacẽ & uitæ utilissimũ nimio iuuandi mortales studio ꝓlapsum. Ex eadẽ similitudine est scincus: quẽ quidam terrestrẽ crocodilũ esse dixerũt. Cãdidiore aũt & tenuiore cute. Præcipua tñ dria dinoscitur a crocodilo aq̃tico squãmaꝝ seta a cauda ad caput uersa. Maximus indicus. Deide arabicus. Afferunꝰ falsi. Rostrum eius & pedes in uino albo poti cupiditates ueneris accẽdũt. Vtiq; cũ satyrio & erucæ semine singulis drachmis oium ac piperis duabus admixtis: ita ut pastilli singulaꝝ drachmaꝝ bibanꝰ. Per se laterũ carnes obolis binis cũ myrrha & pipere pari mõ potæ efficaciores ad idẽ crediunꝰ. Prodest contra sagittas uenenatas: ut Apelles tradit postea sumpus. In antidota quoq; nobilia addiꝰ. Sestius plusq̃ drachmæ pondere in uini hemina potũ perniciem afferre tradit. Præterea eiusdẽ decoctũ cum melle sumptũ uenerem ihibere. Est crocodilo cognatio q̃dã affinitasq; amnis eiusdẽ geminiq; uictus cũ hippopotamo repertore trahendi sanguinis ut diximus. plurimi aũt super saiticã inter ægypti ꝑfacturas. Huius corii cinis cum aqua illitus panos sanat. Adeps frigidas febres. Itẽ fimus suffitu. Dentes e parte leua dolores dentium scarificatis gingiuis. pellis eius e siniſtra parte frontis in inguina adalligata: uenerem inhibet. Eiusdem cinis alopecias explet. Testiculi drachma ex aqua cõtra serpẽtes bibiꝰ. Sanguine pictores utunꝰ. peregrinæ sũt & lynces: q̃ clarissime oium quadrupedũ cernunt. Vngues earũ omnes cũ corio exuri efficacissime in carpato insula tradunt. Hoc cinere poto propudia uiroꝝ: eiusdẽ asperſu fœminaꝝ libidines inhiberi. Item pruritus corporum. Vrina stillicidia ueſicæ. Itaq; eã protinus terra pedibus aggesta obruere traditur. Eadem autẽ & ungulaꝝ dolori monstratur in remedio hactenus de externis. Nunc reuertemur ad nostrum orbem.
Vel poni ꝓpuria uirorum

Medicinæ cõmunes ex ferisanimalibus:aut eiuſdem generibus placidis. Lactis uſus & obſeruationes: & caſeis butyro:& adipe. CA IX.

RImũq; cõmunia animaliũ remedia atq; eximia dicemus. Sicuti e lactis uſu:utiliſſimũ cuiq; maternũ:nutricis exitioſum eſt. Hi ſunt enim infantes qui coloſtrati appellantur:denſato lacte in caſei ſpeciem. Eſt autem coloſtra prima a partu ſpongioſa denſitas lactis. Maxime aũt alit qdcunq; humanũ:mox caprinum. Vnde fortaſſis fabulæ louem ita nutritũ dixere. Dulciſſimũ ab hois camelinũ. Efficaciſſimũ ex aſinis. Magnoq; aialiũ & corporum facilius redditur. Stomacho accomodatiſſimũ caprinũ:quoniã fronde magis q herba ueſcũtur. Bubulũ medicacius. Ouillũ dulcius:& magis alit. Stomacho minus utile:quoniã eſt pinguius. Oé aut uernũ aquatius æſtiuo. Et de nouellis. Probatiſſimũ uero qd in ungue hæret:nec defluit. Innocentius decoctũ:præcipue cũ calculis marinis. Aluus maxime ſoluitur bubulo. Minus inflat qdcunq; decoctũ. Sanat uuas lichenas. Ad oſa utile cõtuſa:aut luxata. Maxime renes: ueſicam:interanea:fauces:pulmones. Foris pruritũ cutis eruptiones pituitæ:cibi aut potus abſtinentia. Nã ut in achaia bubulũ biberent phthiſici ſyntecticiq; & cachectæ diximus in rõne herbaq;. Sunt inter exempla qui aſininũ bibendo liberati ſunt podagra chiragraue. Medici ſpeciem unam addidere lactis generibus qđ ſchiſton appellauere. Id fit hoc mõ. Fictili nouo feruet maxime caprinũ:ramiſq; ficulneis recentibus miſcetur:additis totidẽ cyathis mulſi quot ſint heminæ lactis. Cũ feruet ne circũfundat:põſtat cyathus argenteus cũ frigida aqua demiſſus ita ne qd ifundatur. Deinde igni demptũ refrigeratione diuiditur & diſcedit ſerum a lacte. Quidã & ipſum ſerum iã multo potentiſſimũ decoquunt ad tertias partes:& ſub diuo refrigerant. Bibitur aũt efficaciſſime heminis per interualla diebus. v. a potu illius ſolitis geſtari. Datur comitialibus:melancolicis:paraliticis:in lepris:elephantiis:articularibus morbis. Infundit quoq; lac contra roſiones a medicamentis factas. Et ſi urat dyſenteria decoctũ cum marinis lapillis: aut cum ptiſana hordeacea. Item contra roſiones inteſtinorũ bubulum aut ouillum utilius. Recens quoq; dyſentericis ifunditur. Ad colum autem crudũ. Item uuluæ:& contra ſerpentiũ ictus phthiſicis:cantharidũ:aut ſalamandræ:aut bupræſtis:aut pityocampes uenenis. Priuatim bubulum iis qui colchicon biberint aut cicutã aut dorychniũ: aut leporem marinũ:ſicut aſinum contra gypſum & cæruſam:& ſulphur:& argentũ uiuum. Item duræ aluo in febri. Gargariſſatur quoq; faucibus exulceratis utiliſſime. Et bibitur ab imbecillitate uires recolligẽtibus:quos atrophos uocant. In febri etiam quæ careat dolore capitis. Pueris ante cibum lactis aſinini heminã dari conuenit. Aut ſi in exitu cibi roſiones ſentiant. Antiq in arcanis habuerunt. Sed hoc ſi non eſſet: habuerunt e caprino. Bubuli ſerum ortopnoicis prodeſt ante cætera addito naſturtio. Inunguntur etiã oculi in lactis heminis ſeſami additis drachmis q̃ttuor tritis in lippitudine. Caprino lyenes ſanãtur poſt bidui inediam tertia die hedera paſtis capris per triduum poto ſine alio cibo. Lactis uſus alias contrarius capitis doloribus. Epaticis:ſplenicis:neruoq; uitio:febres habentibus:uertigini:præterq̃ purgationis gratia:grauedini:tuſſientibus lippis:Suillum utiliſſimũ tenaſmo:dyſenteriæ:necnon phthiſicis. Hoc etiã mulieribus q dicerent ſaluberrimũ:fuerunt. De generibus caſeorũ diximus:cum de uberibus ſinguliſq; animaliũ membris doceremus. Sextius eoſdẽ effectus equino quos bubulo tradit. Hoc uocat hippacem. Stomacho utiles qui non ſunt ſalſi:ideſt recentes. Veteres aluum ſiſtunt:corpuſq; minuũt:ſtomacho utiliores. In totum ſalſa minuunt corpus:alunt mollia. Caſeus recens cum melle ſuggillata emendat. Mollis aluũ ſiſtit. Sedat tormina paſtillis in uino auſtero decoctis:rurſuſq; in patina toſtis cum melle. Saprũ uocant:cum ſale & ſorbis ſiccis e uino tritus potuſq; medetur cœliacis. Genitalium carbunculus caprinus tritus & impoſitus. itẽ accidus cum oxymelle. Maculis in balneo illitus oleo interlinitur. E lacte fit & butyrum barbararum gentiũ laudatiſſimus cibus:& qui diuites a plebe diſcernat. Plurimũ e bubulo:& inde nomen. Pinguiſſimũ ex ouibus. Fit & ex caprino:ſed hyeme calefacto lacte æſtate expreſſo tantũ:crebro iactatu in longis uaſis anguſto foramine:ſpiritum accipientibus ſub ipſo ore alias præligato. Additur paulum aquæ ut aceſcat. Quod eſt maxime coactũ in ſũmo fluit:at id exemptũ addito ſale oxygala appellant. Reliq̃ decoquũt in ollis. Ibi qđ ſupernatat:butyq; eſt oleoſum natura. Qđ magis uirus reſpuit:hoc pſtantius iudicat. Pluribus cõpoſitionibus miſcetur inueteratũ. Natura eius aſtringere:mollire:replere: purgare. Oxygala fit & alio mõ accido lacte addito in recens:qđ dum aceſcit utiliſſimũ eſt ſtomacho. Effectus dicemus ſuis locis. Proxima in communibus laus eſt adipi:ſed maxime ſuillo. Apud antiquos etiã religioſus erat. Certe nouæ nuptæ intrantes etiãnum ſolẽne habẽt poſtes eo attingere. Inueteratur duobus modis:aut cũ ſale:aut ſincærus:tãto utilior: quãto ſit uetuſtior. Axungiam etiã græci appellauere in uoluminibus ſuis. Neq; eſt occulta uirium cã:qm̃ id animal herbaq; radicibus ueſcitur. Itaq; etiã ſimo innumeri uſus. Quãobrem non de alia loquemur ſue multo efficaciore fœmina:& quæ nõ peperit. Multo uero præſtantior in apris eſt. Vſus igitur axungiæ eſt ad mollienda:excalfacienda:diſcutienda:purgandaq;. Medicoq; aliqui admixto anſeris adipe taurorũq; ſeuo & hyſopo ad podagras uti iubẽt. Si uero pmanet dolor cũ cæra:myrto:reſina:pice. Sincæra axungia medetur ambuſtis uel niue. Pernionibus aũt cũ hordei cinere & galla parı mõ. Prodeſt & confricatis mẽbris. Itinerũq; laſſitudines & fatigationes leuat. Ad tuſſim ueterẽ recens decoquit quadrantis pondere in uini cyathis tribus addito melle. Vetus etiam phthiſin in pilulis ſumpta ſanat:quæ ſine ſale inueterata eſt. Oino enim nõ niſi ad ea q̃ purganda ſint:aut quæ nõ ſint exulcerata:& calida recipitur. Quidã quadrantes axungiæ & mulſi in uini cyathis tribus decoquunt contra tuſſim:quintoq; die picẽ liquidã in ouo ſumi iubent circũligatis lateribus & pectoribus:& ſcapulis eorum qui phthiſin ſentiunt. Tantaq; eſt uis ut genibus etiã adalligata redeat in os ſapor: eamque expuere uideantur. E ſue quæ non peperit aptiſſime utuntur ad cutem mulieres. Contra ſcabiem uero quouis admixto iumentorum ſeuo pro parte tertia & pice pariterq; ſubferuefactis. Sincæra partus in abortum uergentes nutrit collyrii modo ſubdita. Cicatrices con

u phthiſin
Vel uix
Vel uterum col
lyrii

colores facit cæruſa admixta uel argenti ſpuma. At cum ſulphure unguium ſcabritias emendat. Medetur & capillo fluenti. Et ulceribus in capite mulierum cum gallæ parte quarta. Et infumata pilis oculorum. Datur & phthiſicis unciatim cum uini ueteris hemina decocta: donec tres unciæ e toto reſidãt. Alii & mel lis exiguum adiiciunt. Panos ſanat illita cum calce. Item furunculos: duritiemq; mãmarum. Rupta & con uulſa & ſpaſmata & luxata ſanat. Clauos & rimas colliq; uitia cum helleboro albo. Parotidas ammixta fari na e ſalſamentaria teſta. Quo genere proficit ad ſtrumas: pruritus & papulas in balneo perunctis tollit. Alioq; etiãnum modo. Podagricis prodeſt mixto oleo uetere: contrito una ſarcophago lapide & quinq; fo lio tuſa in uino: uel calce: uel cum cinere. Facit & peculiare emplaſtum. lxxxv. pondere. c. ſpumæ argenteæ mixtis: utiliſſimũ contra inflãmationes ulcerum adipe uerrino confici. Et inungi putãt utile. Liſq; quæ ſer pant illinire cum reſina. Antiqui maxime axibus uehiculoꝝ perungendis ad faciliorem circũactum rotaꝝ utebantur: unde nomẽ. Sic quoq; utili medicina cum illa ferrugine rotarum: ad ſedis uitia: uirilitatiſq;. Et per ſe axungiam medici antiqui maxime probabant renibus detractam: & exemptis uenis aqua cæleſti fri cabant crebro: decoquebantq; fictili nouo ſæpius: tum demum aſſeruantes. Conuenitq; ſalſam magis mol lire: excalfacere: diſcutere: utilioremq; eẽ uino lotam. Maſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tra dit. Ideo nouas nuptas illo perungere poſtes ſolitas: ne quid mali medicamenti inferretur. Quæ ratio adi pis eadem in iis quæ ruminant: ſeui eſt: aliis modis non minoris potentiæ. Perficitur omne exemptis uenis aqua marina uel ſalſa lotũ: mox in pila tuſum: aſperſum marina. Crebro poſtea coquitur: donec omnis abo leatur odor. Mox aſſiduo ſole ad candorem reducitur. A renibus aũt omne laudatiſſimũ eſt. Si uero uetus reuocetur ad curam: liquefieri prius iubent. Mox frigida aqua lauari ſæpius: dein liquefacere affuſo uino q̃ odoratiſſimo. Eodemq; modo iteꝝ ac ſæpius cogunt: donec uirus euaneſcat. Multi priuatim ſic taurorũ: leonum: pãtherarum: ac camelorum pinguia curari iubent. Vſus dicẽt ſuis locis. Cõmunis & ratio medul larum eſt. Oẽs molliunt: explent: ſiccant: excalfaciunt. Laudatiſſima ceruina: mox uitulina: dein hircina & caprina. Curantur ante autũnum recentes lotæ: ſiccataq; in umbra per cribum. Dein liquate per linthea exprimuntur: ac reponuntur in fictili locis frigidis. Inter oĩa autẽ cõia aĩalium fel præſtantius in effectu. Eſt enim uis eius excalfacere: mordere: ſcindere: extrahere: diſcutere. Minoꝝ aĩalium ſubtilius intelligitur. Et ideo ad oculorum medicamenta utilius exiſtimatur. Tauri non præcipua potentia etiã in ære pellibuſq; co lore aureo ducendis. Omne aũt curatur recens præligato ore lino craſſo demiſſum in feruentẽ aquã ſemi hora: mox ſiccatũ ſine ſole: atq; in melle conditũ. Dãnatur eqnũ tantũ inter uenena. ideo flamini ſacro equũ tangere non licet cũ romæ publicis ſacris equus ẽt imolẽt. Quin & ſanguis eoꝝ ſepticam uim habet. Item equaꝝ præterq̃ uirginũ erodit: emarginat: ulcerat. Taurinus quidẽ recẽs inter uenena eſt excepta egyra. Ibi enim ſacerdos terræ uaticinatuta tauri ſanguinẽ bibit: priuſq̃ deſcendat in ſpecus. Tantũ põt ſympathia il la de qua loquuntur: ut aliquando religione uel loco fiat. Druſus tribunus plebis traditur caprinum bibiſ ſe cũ pallore & inuidia ueneni ſibi dati inſimulari. Q. Cepionẽ inimicũ uellet. Hircoꝝ ſanguini tanta uis ẽt ut ferramentoꝝ ſubtilitas non aliter acuat: aut indurẽt: aut ſcabricia poliatur: uehementiuſq; q̃ lima. Non igitur & ſanguis aĩaliũ inter cõia dici poteſt: & ideo ſuis quæq; dicentur effectibus. Digeremus enim in aĩa lia ſingula uſus: plurimũq; cõtra ſerpentes. Exitio iis eſſe ceruos nemo ignorat: ut ſi quæ ſunt extractas ca uernis mãdant. Nec uero ipſis ſpirãtes tãtũ aduerſant: ſed mẽbratim quoq; fugari eos nidore cornus eorũ ſi uratur dictũ eſt. At e ſũmo gutture uſtis oſſibus cõgregari dicunt. Pelles eiuſdẽ aĩalis ſubſtractæ ſecuros p̃ ſtant ab eo metu ſomnos. Coagulũ quoq; ex aceto potũ ab ictu: & ſi oĩno tractatũ ſit: eo die nõ ferit ſerpẽs. Teſtes quoq; eius ſueterati: uel genitale maris: ſalutariter dant in uino. Itẽ uentres q cẽtipeliones uocant fu giunt. Et oĩno aliqd cerui habẽtes: aut medulla punctos ſeuoue cerui aut uituli. Sũmis autẽ remediis p̃ferẽt
Vel hi nuli hinuli coagulũ in matris utero execti ut indicauimus. Sanguine quoq; ceruino ſi una uranẽt dracontion & cunilago & anchuſa lẽtiſci ligno cõtrahi ſerpẽtes dicũt. Diſſipari deide ſi ſanguĩe detracto adiiciat pyretrũ. Inuenio apud auctores græcos aĩal ceruo minus: & pilo demũ ac dente ſimili quod ophion uocatur. Sardi niam eum tantũ ferre ſolitã. Hoc intereſſe arbitror. Et ideo medicinas ex ea omitto.

Medicinæ de apro: & capris: & equis feris: & remedia de beſtiis cõtra oẽs morbos. CA. X.

.i. ſerpẽtes

APri quoq; cerebrum contra eos laudatur cum ſanguine, ſecur etiam inueteratum potum cum re ra & uino. Item adeps cum melle reſinaq;. Simili modo uerrinum iecur exemptis dũtaxat fibris quattuor obolorum pondere: uel cerebrum in uino potum. Caprarum cornu uel pilis accenſis fu gari ſerpentes dicunt. Cineremq; eorum potum uel illitum contra ictus ualere. Item lactis hau ſtus cum uua aminea. Vel urinæ cum aceto ſcyllitico. Caſeum caprinum cũ origano impoſitum uel ſeuũ cum cæra. Milia præterea remediorum ex eo animali demonſtrantur: ſicut apparebit. Quod equidem mi ror: cum febri negetur carere. Amplior potentia feris eiuſdem generis: quod numeroſiſſimũ eẽ diximus. Alia uero ex hircis. Democritus etiãnum effectus auget eius qui ſingularis natus ſit. Fimus quoq; capranũ in aceto decoctus & illitus in ictus ſerpentium placet: & recentis cinis in uino. Atq; in toto difficilius ſe re coligentes a ſerpentium ictu: in caprilibus optime conualeſcunt. Qui medicari efficacius uolunt: occiſæ ca præ aluum diſſectam cum fimo intus reperto ſtatim illigant. Alii carnem recentem hædorum pilo ſuffi unt: eodemq; nidore fugant ſerpentes. Vtuntur & pelle eorum recẽte ad plagas: carne & fimo equi in agro paſti. Coagulo leporis ex aceto contra ſcorpionem: & murem araneum. Aiunt autem nõ feriri leporis coa lo perunctos. Percuſſis a ſcorpione fimũ capræ efficacius cũ aceto decoctũ auxiliatur. Lardum iuſq; decocti potum iis qui bupreſtim hauſerint. Quinetiam ſi quis aſino in aurem dixerit pcuſſum ſe a ſcorpione trãſi re malum protinus tradũt. Venenataq; oĩa accẽſo eius pulmone fugere. Et fimo uituli ſuffiri pcuſſis a ſcor pione ꝑdeſt. Canis rabidi morſu facta uulnera circũcidũt ad uiuas uſq; carnes: quidã carnẽq; uituli admo-

uent:& ius ex eodem carnis decoctæ dant potui:aut axungiã cum calce tuſam.Laudant hirci iecur:quo impoſito ne tentari quidem aquæ metu affirmant.Laudãt & capræ fimũ ex uino illitum aut melle. Mellis & cuculi & hirundinis decoctũ & potum.Ad reliquos beſtiarum morſus caprinum caſeum ſiccum cum origano imponunt:& bibi iubent.Ad hominis morſus carnem bubulam decoctam.Efficacius uituli ſi nõ ante quintũ diem ſoluant.Veneficiis roſtrum lupi reſiſtere inueteratũ aiunt.Ob idq; uilarũ portis præfigũt. Hoc idem præſtare & pellis e ceruice ſolida manica exiſtimatur:qppe tãtas uis eſt animalis. Præter ea quæ rettulimus & ueſtigia eius calcata equis afferunt torporẽ.Iis qui argentũ uiuum biberint lardũ remedio ẽ. Aſinino lacte poto:uenena reſtringuntur.Peculiariter ſi hyoſciamũ potum ſit:aut uiſcum: aut cicuta: aut lepus marinus aut opocarpathũ:aut phariconaut dorycnidium.Et ſi coagulũ alicui nocuerit:nã id quoq; uenenum eſt in prima lactis coagulatione.Multos eius & alios uſus dicemus.Sed meminiſſe oportebit recenti utendũ:aut non multo poſtea tepefacto.Nullum enim celerius euaneſcit. Oſſa quoq; aſini confracta & decocta contra leporis marini uenenũ dantur.Oĩa eadem onagris efficaciora.Deequiferis non ſcripſerũt græci:quoniam terræ illæ non gignebant.Verũtamen fortiora eadẽ q̃ in equis intelligi debent. Lacte equino uenena leporis marini & toxica expugnant.Nec uros aut biſontes græci in experimentis habent quãq; boue fero refertis indiæ ſiluis portione tamen eadẽ efficaciora omnia ex iis credi par eſt. Sic quoq; lacte bubulo cuncta uenena expugnari tradunt:maxime ſupradicta:& ſi ephemerum impactum ſit:aut ſi cantharides datæ uomitione oĩa egeri. Sic & caprino iure cantharides.Contra ea uero quæ exulceratione enecant: ſeuum uitulinũ ſeu bubulum auxiliatur.Nam contra ſanguiſugas potas butyrum remedio eſt cum aceto ferro calefacto.Quod & per ſe prodeſt contra uenena.Nam ſi oleum non ſit:uicem eius repreſentat.Multipedũ morſus cum melle ſanat.Omnia ſeſami quoq; iure poto uenena ſupradicta expugnari putant. Priuatim uero aconita & cicutas.Itemq; uitulino ſeuo.Caprinus caſeus recens iis qui uiſcum biberint.Lac uero contra cãtharidas remedio eſt:& contra ephemerũ potum cum taminia uua.Sanguis caprinus decoctus cum medulla:contra toxica uenena ſumitur.Hædinus cõtra reliq̃.Coagulũ hædi cõtra uiſcum:& chamæleontẽ album:ſanguinẽq; taurinum:contra quẽ & leporis coagulũ eſt ex aceto.Contra paſtinacam uero & oĩum marinorum ictus uel morſus coagulum leporis:uel hædi:uel agni drachmæ pondere ex uino.Leporis coagulũ & cõtra uenena addit antidotis.Papilio quoq; lucernaꝝ luminibus aduolans inter mala medicamẽta numerat.Huic contrarium eſt iecur caprinum:ſicut fel ueneficiis ex muſtella ruſtica factis.

Alibi manica nõ legit

Vel carti cũ alibi ſine lactis legitur

De remedijs ad morboꝝ multa genera ex animalibus. CA. XI.

HInc deinde reuertemur ad genera morboꝝ.Capilli defluuia urſinus adeps mixto ladano & adiantho cõtinet.Alopeciaſq; emendat & raritatẽ ſupercilioꝝ cum fungis lucernaꝝ ac fuligine q̃ eſt in roſtris eaꝝ.Porrigini cũ uino prodeſt.Ad hãc & cornus ceruini cinis e uino:utq; non tedia aĩalium capillis increſcãt.Itẽ fel caprinũ cum creta cymolia & aceto:ſic ut paululum capilli inareſcant.Item fel hircinum cum urina tauri.Si uero uetus ſit:etiam furfures adiecto ſulphure emendat.Cinere genitalis aſini ſpiſſari capillum putant & e canitie uindicari ſi raſis illinatur. Plumboq; tritis cum oleo dẽſari: & aſinini pulli cũ urina:admiſcẽtq; nardum:faſtidii gratia. Alopecias felle taurino cum ægyptio alumine tepefactas illinunt.Capitis ulcera manantia urina tauri efficaciter ſanat.Item boĩs uetus:ſi cyclaminũ adiiciatur & ſulphur. Efficacius tamen uitulinũ fel.Quo cum aceto calefacto tollunt & lendes.Seuum uitulinũ cum ſale tritum capitis ulceribus utiliſſimũ.Laudatur & uulpium adeps:ſed præcipue fel & fimum cum ſinapi pari modo illitũ.Caprini cornus farina uel cinis magiſq; hircini addito nitro & tamarici ſemine:& butyro:oleoq; prius capite raſo mire cõtinent ita fluentẽ capillum. Sicut & canis cinere ex oleo illito ſupercilia nigreſcunt.Lacte caprino lẽdes tolli tradũt.Fimo cum melle alopecias expleri.Item ungulaꝝ cinere cum pice fluentẽ capillũ cõtineri.Leporinus cinis cũ oleo myrtheo capitis dolores ſedat. Itẽ aq̃ pota q̃ de bouis aut aſini potu relicta ẽ.Et ſi credimus uulpis maſculæ genitali circũligato.Cornus ceruini cinis illitus ex aceto aut roſaceo:aut ex irino:oculoꝝ epiphoras. Eaſq; bubulo ſeuo cũ oleo cocto illinunt.Ceruini cornus cinis ſcabricias eodẽ unguine ſanat.Mucrones ãt ipſos efficaciores putãt.Lupi excrementis circũlini ſuffuſiões ꝓdeſt.Cinere eoꝝ cũ attico melle inungi obſcuritates. Itẽ felle urſino. Epinyctidas adipe aprino cũ roſaceo. Vngulæ aſininæ cinis iunctus e ſuo lacte cicatrices oculoꝝ ſanat & albugines tollit.Medulla bubula ex dextro crure priore trita cũ fuligine pilis & palpebraꝝ uitiis angulorũq; occurrit. Calliblepharicq; mõ fuligo in hoc uſu tẽperat.Optĩe elychnio papyraceo.Oleoq; ſeſamino.Fuligine in nouo uaſe pẽnis deterſa.Efficaciſſime tñ euulſos ibi pilos coercet.Felle tauri cũ oui albumine collyria fiũt:aquaq; diſſoluta inunguntꝑ q̃triduũ.Seuũ uituli cũ anſeris adipe & ocimi ſucco genaꝝ uitiis aptiſſimũ eſt. Eiuſdẽ medulla cũ pari põdere cæræ & olei uel roſacei addito ouo duritiæ genaꝝ illinunt. Caſeo molli caprino ipoſito ex aqua calida epiphoræ ſedant.Si tumor ſit ex melle.Vtrũq; uero ſero calido fouendũ.Sicca lippitudo lũbulis ſuũ toſtis atq; cõtritis & ipoſitis tollit.Capras negãt lippire:qiñ eæ q̃ſdã herbas edant.Itẽ dorchades.Et ob id fimũ eaꝝ cæra circũdatũ noua luna deuorari iubent:quoniam noctu equæ quoq; cernant.Sanguine hircino ſanari luſcioſos putant nyctalopas appellant græci. Capræ uero iocinere in uino auſtero decocto. Quidam inaſſati iocineris ſanie inungunt.Aut felle capræ:carneſq; eas ueſci:& dum coquantur: oculos uaporari ꝑcipiunt. Id quoq; referre arbitrantur: ſi rutili coloris fuerint. Volunt & oculos ſuffiri iocinere in ollis decocto.Quidam inaſſato.Fel quidem caprinum pluribus modis aſſumunt cum melle contra caligines.Cum ueratri candidi tertia parte contra glaucomata.Cum uino contra cicatrices:& albugines:& caligines:& pterygia:& argemata. Ad palpebras uero euulſo prius pilo cum ſucco oleris:ita ut uncto inareſcat. Contra ruptas Tuniculas cum lacte mulieris. Ad omnia autem inueterata fel efficacius putant.Nec abdicant fimum ex melle illitum epiphoris. Cõtraq; dolores medullam.Itẽ pulmonẽ leporis.Sedat caliginẽ fel

cum paſſo aut melle. Lupino quoq; adipe uel medulla ſuum fricari oculos contra lippitudines præcipiunt. Nam uulpinã linguã habẽtes in armilla lippituros negant. Auriũ dolori & uitiis medẽ urina apri in uitro ſeruata. Fel apri uel ſuis: uel bubulũ cum oleo citreo & roſaceo æquis potiõibus. Præcipue uero taurinum cum porri ſucco tepidũ: uel cũ melle ſi ſuppurent. Contraq; odorem grauẽ per ſe tepefactũ in malicorio. In ea parte rupta cum lacte mulierũ efficaciter ſanat. quidam etiã in grauitate aures ſic perluendas putãt. Alii cum ſenecta ſerpentium & aceto includũt lanas ante aqua calida collutas. Et ſi maior ſi grauitas aurium fel cum myrrha & ruta in malicorio excalfactũ infundunt. Lardũ quoq; pingue. Itẽ fimũ aſini recens: cui roſa ceum inſtillatur. Oiaq; ea tepefacta. Vtilior equi ſpuma: uel equini fimi recentis cinis cum roſaceo. Seuum bubulũ cum adipe anſerino. Butyrũ recens. Vrina capri: uel tauri: aut fullonia uetus calfacta uapore per lagenæ collum ſubeunte. Admiſcẽt & aceti tertiã partem. Et aliquid urinæ uituli qui nondũ herbam guſtauerit. Fimum etiam mixto felle eiuſdem. Et cutem quã relinquunt angues: excalfactis prius auribus. Lana aũt medicamina ea includuntur. Prodeſt & ſeuũ uituli cũ anſeris adipe: & ocimi ſucco: cũ eiuſdem medulla admixto cumino trito infuſa. Virus uerrinum e ſcropha ex coitu exceptũ priuſq; terrã attingat contra dolores. Auribus fractis glutinũ e naturis uitulorũ factũ & in aqua liquatũ. Aliis uitiis adeps uulpiũ. Item fel caprinũ cũ roſaceo tepido aut porri ſucco: aut ſi ſint rupta ibi aliqua e lacte mulieris. Si grauitas ſit audiendi: fel bubulũ cum urina capræ: uel hirci uel ſi pus ſit. In quocunq; aũt uſu putant hæc efficaciora in cornu caprino per. xx. dies infumata. Laudãt & coagulũ leporis tertia denarii parte dimidia quoq; ſagapeni in amineo uino. Parotidas urſinus adeps cõprimit pari pondere cæræ & taurini ſeui. Addunt quidã hippocyſthidem: & p ſe butyrũ illitũ: ſi prius foueant fœnugræci decocti ſucco. Efficacius cũ ſtrychno. Proſunt & uulpium teſtes: & taurinus ſanguis aridus tritus. Vrina capræ calefacta inſtillata auribus. Fimũq; eiuſdẽ cum axungia illitũ. Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis: doloreſq; eorũ mitigat: ſiue infricentur: ſiue colluant. Quidã efficaciorẽ ad oẽs eoſdem uſus crudi cornus farinã arbitrantur. Dentifricia utroq; modo fiunt. Magnũ remediũ eſt & in luporũ capitis cinere. Certũq; eſt in excrementis eorũ plerunq; inueniri oſſa. Hæc adalligata eundẽ effectũ habent. Itẽ leporina coagula per aurẽ infuſa: contra dolores. Et capitis eorũ cinis dentifriciũ eſt. Adiectoq; nardo mulcet grauiolentiã oris. Aliq murinorũ capitũ cinerem miſcuiſſe malunt. Reperit in latere leporis acui os ſimile: hoc ſcarificari dentes in dolore ſuadent. Talus bubulus accenſus eos qui labãt cũ dolore admotus cõfirmat. Eiuſdẽ cinis cum myrtha dẽtifriciũ eſt. Oſſa quoq; ex unguis ſuũ combuſta eundẽ uſum pbent. Item oſſa ex acetabulis pernarũ circa quæ coxendices uertunt. liſdem ſanari dimiſſis in fauces iumentorũ uerminatiões notũ eſt. Sed & corruptos dẽtes cõfirmari. Aſinæ quoq; lacte percuſſu uexatos: aut dentiũ eiuſdẽ cinere. Lychenæ itẽ equi cũ oleo infuſo per aurẽ. Eſt autẽ hoc non hippomanes: qđ alioquin noxiũ omitto. Sed in equorũ genibus ac ſup ungulas: pterea in corde equorũ inuenitur os dẽtibus caninis maxie ſimile. Hoc ſcarificari dolorẽ. Aut exempto dẽte e mortui equi maxillis ad numerũ eius q doleat demõſtrant. Equarũ uirus a coitu in lychnis accẽſum. Anaxilaus pdidit equorũ capitũ uiſus repſentare mõſtrifice. Similiter ex aſinis. Nã hippomanes tantas in ueneficio uires hẽt: ut affuſum æris mixturæ in effigiẽ eq̃ olympiæ admotos mares equos ad rabiẽ coitus agat. Medẽt dentibus & fabrile glutinũ in aqua decoctũ illitũq; & mox paulo detractũ: ita ut cõfeſtim colluant uino: in quo decocti ſũt cortices mali punici dulcis. Efficax habẽt & caprino lacte collui dentes uel felle taurino. Talorũ capræ recentiũ cinis dentifricio placet. Et oĩum fere uillaticorũ quadrupedum: ne ſæpius eadem dicantur.

Ad faciei uitia: ceruicis & pectoris morbos. CA. XII.

CVtem in facie erugari & tenereſcere: & candorẽ cuſtodiri lacte aſinino putant. Notũq; eſt: q̃ſdã quottidie. d. cuſtodito numero fouere. Poppeaq; hoc uxor Neronis principis inſtituit. Balnearũ quoq; ſic ſolio tẽperato: aſinorũ gregibus ob hoc eam comitantibus. Impetus pituitæ in facie butyro illito tolluntẽ. Efficacius cũ ceruſa. Sincero uero ea uitia: quæ ſerpunt: inſup impoſita farina hordeacea. Vlcera in facie mẽbrana e partu bouis madida. Friuolũ licet uideat nõ tamen omittendum pp deſideria mulierũ. Talũ candidi iuuenci. xl. diebus noctibuſq; donec reſoluat in liquorẽ decoctũ & illitum linteolo cãdorẽ cutiſq; erugationẽ præſtare. Fimo taurino malas rubeſcere aiunt. nõ ut crocodileã illini melius: ſed foueri frigida & ante & poſtea iubent. Aeſtates & q̃ diſcolorem faciũt cutem fimũ uituli cum oleo & gũmi manu ſubactũ emendat. Vlcera oris & rimas ſeuũ uituli uel bouis cum adipe anſeris & ocimi ſucco. Eſt & alia mixtura ſeuo uituli cũ medulla cerui: & albæ ſpinæ foliis una tritis. Idẽ præſtat & medulla cum reſina: uel ſi uaccina ſit: iuſq; e carne uaccina. Lichenas oris pſtantiſſime uincit glutinũ factũ e genitalibus uitulorũ liquatũ aceto cũ ſulphure uiuo ramo ficulneo pmixtũ: ita ut bis die recens illinat. Itẽ lepras ex melle & aceto decoctũ: quas & iecur hirci calidũ illitũ tollit: ſicut elephantiaſin fel caprinũ. Etiãnũ lepras ac furfures tauri fel addito nitro. Vrina aſini circa canis ortũ maculas in facie. Fel utriuſq; per ſeſe aqua ifractum: euitatiſq; ſolibus ac uẽtis poſt detractã cutem. Similis effectus & in taurino ſeuo uitulinoue felle cũ ſemine culinæ ac cinere e cornu ceruino: ſi canicula exoriente cmoburat. Aſinino ſeuo cicatricibus ac lychenis lepriſq; maxime color reddit. Hirci fel lentigines tollit: admixto caſeo & uiuo ſulphure ſpongiæq; cinere: ut mellis ſit craſſitudo. Aliq inueterato felle uti maluere: mixtis calidis furfuribus pondere oboli unius q̃ttuorq; mellis prius defricatis maculis. Efficax eiuſdẽ & ſeuũ cum melanthio & ſulphure & iride. Labrorum ſciſſuris cũ adipe anſerino ac medulla ceruina reſinaq; & calce. Inuenio apud auctores iis qui lentiginẽ habeant negari magicæ ſacrificiorũ uſum. Lacte bubulo aut caprino tonſillæ & alteriæ exulcerate leuãtur. Gargariſſatur tepidum ut eſt expreſſum aut calefactũ. Caprinũ utilius cum malua decoctũ & ſale exiguo. Linguæ exulcerationi & arteriarũ pdeſt: ius omaſi ſi gargariſſat. Tonſillis aũt priuatim renes uulpiũ aridi cum melle triti illitiq;. Anginæ fel taurinũ uel caprinum cum melle. Iecur mellis ex aqua oris grauitatem.

Vlceraq; butyrũ citiſſime ſanat. Spinã aliudue qd faucibus adhærẽs fellis ſextriſecus fimo pfricatis aut redi aut delabi tradũt. Strumas diſcutit fel aprinũ uel bubulũ tepidũ illitũ. Nã coagulũ leporis e uino ĩ linteolo exulceratis dũtaxat ĩponiť. Diſcutit & ungulæ aſini uel equi cinis ex oleo aq̃ illitus & urina calefacta. Et bouis ungulæ cinis ex aqua. Fimũ quoq; feruens ex aceto decoctũ teſteſq; uulpini. Prodeſt & ſapo: gallorũ hoc ĩuentũ: rutilãdis capillis ex ſeuo & cinere. Optĩus fagino & carpino duobus modis ſpiſſus ac liquidus. Vterq; apud germãos maiore ĩ uſu uiris q̃ fœminis. Ceruicũ dolores butyro aut adipe urſino pfricanť. Rigores bubulo ſeuo: qđ & ſtrumis ꝓdeſt cũ oleo. Dolorẽ iflexibilẽ opiſthotono uocãt: leuat urina capræ auribus ifuſa: aut fimũ cũ bulbis illitũ. Vngues contuſos fel uniuſcuiuſq; aĩalis circũligatũ. Pterygia digitorũ fel taurinũ aridũ aqua calida diſſolutũ. Quidã adiiciũt ſulphur & alumẽ: pari põdere oĩum. Tuſſim iecur lupi ex uino tepido ſanat. Vrſinũq; fel admixto melle. Aut ex cornu bubuli ſũmis ptibus cinis. Vel ſaliua eq triduo potu eã mori tradũt. Pulmo ceruinus cũ gula ſua arefactus in fumo: dein tuſus: ex melle quottidião eligmate. Efficacior eſt ad id ſubulo ceruoq; generis. Sãguinẽ expuẽtes ceruini cornus cinis. Coagulũ leporis tertia pte denarii cũ terra ſamia & uino myrteo potũ ſanat. Eiuſdẽ fimi cinis in uino ueſperi potus: nocturnas tuſſis. Pili quoq; leporis ſuffiti extrahũt pulmõibus difficiles excreatiões. Purulẽtas aũt exulcerationes pectoris pulmõiſq; & a pulmõe graueolẽtiã halitus butyq; efficaciſſime iuuat cũ pari mõ mellis attici decoctũ dõec ruffeſcat: & matutinis ſumptũ ad mẽſurã linguæ. Quidã ꝓ melle laricis reſinã addere malue rũt. Si ſanguis reiiciať: efficacẽ tradunt bubulũ ſanguinẽ modice & cũ aceto ſumptũ. Nã de taurino credere temerariũ ẽ. Sed glutinũ taurinũ tribus obolis cũ calida aqua bibiť in uetere ſanguinis excreatione.

Ad ſtomachi mala: lumborũ dolores: & renum uitia. CA. XIII.

Stomachũ exulceratũ lactis aſinini potus reficit. Itẽ bubuli. Roſiones eius caro bubula admixto aceto & uino cocta. Rheumatiſmos cornus ceruini cinis. Sãguinis excreatiões hædimus ſãguis recẽs ad cyathos ternos: cũ aceto acri pari modo feruẽs potus. Coagulũ tertia parte ex aceto potũ. Iocineris dolores lupi iecur aridũ ex uulſo. Aſininũ iecur aridũ cũ petroſilini ptibus duabus ac nucibus tribus ac melle tritũ & in cibo ſumptũ. Sãguis hircinus cibo aptatus. Suſpirioſis ante oĩa efficax eſt potus eqferorũ ſanguis. Proxime lactis aſini tepidi cũ bulbis decocti: ita ut ſeꝝ ex eo bibať: addito ĩ tres heminas cyathó naſturtii albi pfuſi aqua: deide melle diluti. Iecur quoq; uulpinũ aut pulmo in uino nigro aut fel urſinũ in aqua laxat meatus ſpirãdi. Lũborũ dolores & quæcũq; alia mollire opus ſit urſino adipe pfricari cõuenit. Cinerẽ aprini aut ſuilli fimi ĩueterati aſpergi potiõe uini. Afferũt & magi ſua cõmenta. Primũ oĩum rabiẽ hircoꝝ: ſi mulceať barba mitigari. eadẽ præciſa nõ abire eos ĩ alienũ gregẽ. Huic admiſcẽt fimũ caprinũ: & ſubito linteolo uncto caua manu quãtũ pati poſſit feruẽs: ſuſtineri iubẽt; ita ut ſi leua pars doleat: hæc medicina in dextra manu fiat: aut ecõtrario. Fimũ quoq; ad eũ uſum acus æreæ punctis tolli iubent. Modus curationis eſt: donec uapor ad lũbos ſentiatur puenire. Poſtea uero manũ porro tuſo illinũt. Item lumbos ipſo fimo cũ melle. Suadẽtq; in eodẽ dolore & teſtes leporis deuorare. Iſchiadicis fimũ bubulum ĩponunt calfactũ in foliis cinere feruenti. In renũ dolore leporis renes crudos deuorari iubent: aut certe coctos ita ne dente cõtingantur. Ventris quidẽ dolore tentari negant talũ leporis habẽtes. Lyenem ſedat Vel calũ fel apri uel ſuis potũ: uel ceruini cornus cinis in aceto. efficaciſſime tamẽ inueteratus lyen aſini: ita ut in triduo ſentiať utilitas. Aſinini pulli fimũ quod primũ edidit: poleam uocãt: ſyrii dant in aceto mulſo. Datur & equi lingua inueterata ex uino ꝑſentaneo medicamẽto: ut didiciſſe ſe ex barbaris Cecilius & Bion tradidit & lyen bubulus ſimili modo. Recens autem aſſus uel elixus in cibo. In ueſica quoq; bouis allii capita .xx. tuſa cum aceti ſextario imponuntur ad lyenis dolorẽ. eadem ex cauſa emi lyenem uituli quãti ĩdicatus ſit: iubent magi nulla precii contatione: quoniã hoc quoq; religioſe pertineat. Diuiſumq; per longitudinẽ annecti tunice utrinq; & induentẽ pati decidere ad pedes. Dein collectũ in umbra arefacere. Cum hoc fiat ſi mul reſidere lyenem ægri uitiatum: liberariq; eum morbo dicitur. Prodeſt & pulmo uulpium cinere ſiccatus atq; in aqua potus. Item hædorum lyen impoſitus.

Ad aluum ſiſtendam ſoluendã colicos dyſentericos: tenas nunq̃ & tineas. CA. XIIII.

ALuum ſiſtit ceruinus ſanguis. Item cornus cinis. Iecur aprinũ ex uino potũ citra ſalem; recenſq;. Item aſſum: uel ſuillũ uel hircinum decoctum in uini hemina. Coagulum leporis in uino ciceris magnitudine. Aut ſi febris ſit ex aqua. Aliqui & gallam adiiciũt. Alii per ſe leporis ſanguine contenti ſunt lacte cocto. equini fimi cinis in aqua potus Taurini cornus ueteris ex parte ima cinis iſperſus potioni aquæ. Sanguis hircinus in carbõe decoctus. Corium caprinũ cũ ſuo pilo decoctũ ſucco epoto. Coagulũ equi & ſanguis caprinus uel medulla uel iecur aluum ſoluit. Fel lupi cum elaterio umbilico iligatum: uel lactis equini potus. Item caprini cũ ſale & melle. Capræ fel cũ cyclamini ſucco & aluminis modico. Aliqui & nitrũ & aquã adieciſſe malunt. Fel tauri cũ abſinthio tritum ac ſubditum paſtillo. Butyrũ largius ſumptũ: cœliacis & dyſentericis medetur: iecur uaccinũ. Cornus ceruini cinis tribus digitis captus in potione aquæ. Coagulum leporis ſubactum in pane. Si uero ſanguinẽ detrahunt in polenta. Aprini uel ſuilli uel leporini fimi cinis inſperſus potioni tepidi uini. Vituli quoq; ius uulgariter datum iter auxilia cœliacorum & dyſentericorũ tradunt. Lactis aſini potus utilior addito melle. Nec minus efficax fimi cinis ex uino utriq; uitio. Item polea ſupradicta. Equi coagulum: quod aliqui hippacen uocãt: etiam ſi ſanguinem detrahãt: uel fimi cinis: dentiũq; eiuſdem tuſorũ farina ſalutaris dicitur: & bubuli lactis decocti potus. Dyſentericis addi mellis exiguum præcipiunt: & ſi tormina ſint: cornus ceruini cinerem: aut fel taurinum cymino mixtum: & cucurbitæ carnes umbilico imponere. Caſeus recens uaccinus immittitur ad utrunque uitium. Item butyrum heminis quattuor cum reſinæ therebinthinæ ſextante: aut cum malua decocta: aut roſaceo. Datur & ſeuum uitulinum aut bubulum. Item medullæ excoquuntur cũ farina & cæra exiguoq;

oleo:ut ſorberi poſſint.Medulla & in pane ſubigitur.Lac caprinū ad dimidias partes decoctū.Si ſint & tor/mina:additur ꝓpopū.Torminibus ſatis eſſe remedii in leporis coagulo poto e uino tepido uel ſemel arbi trantur aliqui.Cautiores e ſanguine caprino cū farina hordeacea & reſina uentrē illinūt. Ad oēs epiphoras uentris illini caſeum mollē ſuadēt.Veteré autē in farina tritum cœliacis & dyſentericis dari cyatho caſei in uini cyathis tribus.Sanguis caprinus decoctus cū medulla dyſentericis.Iecur aſſum capræ cœliacis ſubue/nit:magiſq; etiā hirci cū uino hauſtero decoctū:potumq;:uel ex oleo myrteo umbilico ĩpoſitū.Quidā ue/ro decoquunt a tribus ſextariis aquæ ad heminā addita ruta.Vtunt & lyene aſſo capræ hirciue & ſeuo hir/ci in pane q cinere coctus ſit:capræ a rēibus maxīe ut per ſe hauriat:protinuſq; modice frigidam ſorberi iu bent.Aliqui & in aqua decoctū ſeuū admixta poléta & cymino & aneto acetoq;.Illinunt & uentré cœliacis fimo cū melle decocto.Vtunt ad utrunq; uitium & coagulo hædi in uino myrteo magnitudīe fabæ poto: & ſanguine eiuſdē in cibum formato:quē ſanguiculū uocāt.Infundūt dyſentericis & glutinū taurinū aqua calida reſolutū.Inflatiōes aūt diſcutit uitulinū fimū ĩ uino decoctū.Iteſtinoꝝ uitiis magnopere ꝓdeſt coa/gulū ceruoꝝ decoctū cū lente betaq;:atq; ita in cibo ſumptū.Leporis piloꝝ cinis cū melle decoctus.Lactis caprini potus decoctus cū malūa exiguo ſale addito.Et ſi coagulū addat maiorib⁹ emolumētis fiet.Eadē/q; uis eſt & in ſeuo caprino & in ſorbitiōe aliqua uti ꝓtinus hauriat frigida aqua.Item fœminum hædi ci/nis rupta inteſtina ſarcire mire traditur.Fimum leporis cum melle decoctum & quottidie fabæ magnitu/dine ſumptum ita ut deploratos ſanauerint.Laudant & caprini capitis cum ſuis pilis decocti ſuccum.Téaſ/mos ideſt crebra & inanis uoluntas egerendi tollitur poto lacte aſinino.Item bubulo Tenearū genera pel/lit ceruini cornus cinis potus.Quæ in excrementis lupi diximus inueniri oſſa ſi terram non attingerint:co lo medentur adalligata brachio.Polea quoq; ſupradicta magnopere prodeſt in ſapa decocta. Item ſuilli fi/mi farina addito cymino in aqua rutæ decoctæ.Cornus ceruini teneri cinis cochleis africanis cum teſtis ſu is tuſis mixtus in uini potione.

Ad ueſicæ cruciatus & calculos:de genitaliū & ſedis uitiis:& inguinū remediis. CA. XV.

VEſicæ calculorūq; cruciatibus auxiliatur urina apri:& ipſa ueſica pro cibo ſūpta.Efficacius ſi pri us fumo macerat utrunq;.Vexicā elixam mādi oportet & a muliere fœminæ ſuis.Inueniuntur & in iocineribus eoꝝ lapilli aut duricie lapillis ſimiles cādidi ſicuti in uulgari ſue:qbus contritis atq; potis in uino:pelli calculos aiunt.Ipſi apro tā grauis ſua urina eſt:ut niſi egeſta fugæ nō ſuf/ficiat:ac uelut deuinctus opprimat.Exuri illa tradunt eos.Leporis renes iueterati in uino poti calculos pel lunt.In perna ſuū articulos eſſe diximus:quoꝝ decoctum ius facit urinæ utilius.Aſinini renes iueterati tri tiq; & in uino merodati ueſicæ medētur.Calculos expellūt lienes equini ex uino aut mulſo poti diebus.xl. Prodeſt & uulgulæ equæ cinis in uino aut aqua.Itē fimū capraꝝ in mulſo:efficacius ſilueſtriū. Pili quoq; caprini cinis.Verendoꝝ carbunculis cerebrū apri uel ſuis ſanguiſq;.Vitia uero:quæ in eadē parte ſerpūt:ie/
Vel cū chartæ cinere cur eoꝝ cōbuſtū maxime iuniperi ligno cū charta armeniaca ſanat.Fimi cinis uel bubulū cū alumine ægy/ptio ac muria ad craſſitudinē mellis ſubactū.inſup beta ex uino cocta ĩpoſita:caro quoq;.Manātia uero ul/cera ſeuū cū medulla uituli in uino decoctū:uel caprinū cū melle rubiq; ſucco.Vel ſi ſerpāt:fimū etiā ꝓdeſſe cū melle dicunt:aut cū aceto:& per ſe butyꝝ.Teſtiū tumor cū ſeuo uituli addito nitro cohibet. Vel fimo eiuſdē ex aceto decocto.Vrinæ incōtinētiā cohibet ueſica aprina ſi aſſa mandat.Vngulaꝝ apri uel ſuis cinis potioni inſperſus.Veſica fœminæ ſuis cōbuſta ac pota.Item hædi.Vel pulmo.Cerebrum leporis in uino. Eiuſdem teſticuli toſti uel coagulum cum anſerino adipe in poléta.Renes aſinini in mero triti potiq;. Ma/gi uerrini genitalis cinere poto ex uino dulci demōſtrāt urinā facere in canis cubiculo:ac uerba adiicere: ne ipſe urinā faciat:ut canis in ſuo cubiculo.Rurſus ciet urinam ueſica ſuis:ſi terram non attigerit: ĩpoſita pu/bi.Sedes uitiis præclare prodeſt fel urſinum cum adipe.Quidam adiiciunt ſpumam argenti ac thus. Pro/deſt & butyrum cum adipe anſerino ac roſaceo.Modum ipſæ res ſtatuūt:ut ſint illitu faciles.Præclare me/detur & taurinum fel in linteolis concerptis.Rimaſq; perducit ad cicatricem.inflationibus in ea parte ſeuū uituli maxime ab inguinibus cum ruta.Cæteris uitiis medetur ſanguis caprinus cum polenta.item fel ca/prinum cōdylomatis per ſe.Item fel lupinum ex uino.Panos & apoſtemata in quacunq; parte ſanguis urſi nus diſcutit.Item taurinus aridus tritus.Præcipuum tamen remedium traditur in calculo onagri:quē di/cunt cum interficiatur reddere urinam liquidiorem in initio:ſed in terra ſpiſſantem ſe.Hic adalligatus fœ mini omnes impetus diſcutit:omniq; ſuppuratiōe liberat.Eſt autē rarus inuentu:nec ex omni onagro:ſed celebri remedio.Prodeſt & urina aſini cū melanthio.Et ungulæ equinæ cinis cū oleo & aquæ illitus. San/guis equi præcipue admiſſarii.Et ſanguis bubulus.Itē fel. Caro quoq; eoſdē effectus habet calida ĩpoſita. Et ungulæ cinis ex aqua aut melle. Vrina caprarū.Hircorūq; carnes in aqua decoctæ. Aut fimū ex iis cū melle decoctū.Fel urſinū ſiue uerrinū.Vrina ſuū in lana impoſita.Fœmina atteri aduriq; equitatu notū ē. Vtiliſſimū eſt ad oēs inde cauſas ſpumā equi ex ore ĩguinibuſq; illinire.Inguina ex ulceꝝ cauſa ĩtumeſcūt. Remedio ſunt equi ſetæ tres totidē nodis & ceſtros herba adalligatæ intra ulcus.

De podagris:ad morbū comitialē:ad ſideratos:morbūq; regiū:oſſaq; fracta remedia. CA. XVI.

POdagris medet urſinus adeps:taurinūq; ſeuum pari pōdere & cæræ.Addunt quidā hippocy/ſthidā & gallā.Alii hircinum ꝓferunt ſeuum cū fimo capræ & croco & ſinapi cū caulibus ede: ræ tritis ac perdicio:uel flore cucumeris ſilueſtris.Item bouis fimum cū aceti fæce. Magnificat & uituli qui nōdum herbam guſtauerit fimum.Aut per ſe ſanguinem tauri. Vulpem decoctā uiuam donec oſſa tantum reſtent.Lupumue uiuū oleo cærati modo incoctum. Seuum hircinū cū helxi/nes parte æqua ſinapis tertia. Fimi caprini cinerem cum axungia. Quin & iſchiadicos uri ſub pollicibus pedum eo fimo feruente utiliſſime tradunt.Articulorūq; uitia fel urſinum utiliſſimū eē & leporis pedes.

adalligatos. Podagras quidam mitigari pede leporis uiuentis abſciſo ſiquis ſecum aſſidue habeat. Pernio/nes urſinus adeps: rimaſq; pedum omnes ſarcit. Efficacius alumine addito. Seuum caprinũ. Dẽtium equi farina. Aprinum uel ſuillum fel. Cum adipe pulmo impoſitus. Et ſi ſubtriti ſint contuſiue: offenſione. Si uero aduſti frigore: leporini pili cinis: Eiuſdem pulmo contuſis diſſectus: aut pulmonis cinis. Sole aduſta ſeuo aſinino aptiſſime curantur. Item bubulo cum roſaceo. Clauos & rimas calliq; uitia fimum apri uel ſuis recens illitũ ac tertio die ſolutum ſanat. Talorum cinis pulmo aprinus: aut ſuillus: aut ceruinus. Attritus calciamentorum urina aſini cum luto ſuo illita. Clauos ſeuum bubulum cum thuris polline. Perniones uero corium cõbuſtum. Melius ſi ex uetere calciamento. iniurias a calceatu ex oleo corii caprini cinis. Varicũ dolores ſedat fimi uitulini cinis cum lilii bulbis decoctis addito melle modico. itemq; oĩa inflãmata: ac ſuppurationes minãtia. Eadem res & podagricis ꝓdeſt & articulariis morbis e maribus præcipue uitulis. Articulorum attritis fel aprorum uel ſuum linteo calefacto impoſitum. Vituliq; qui nõdum herbam guſtauerit fimum. item caprinum cum melle & aceto decoctum. Vngues ſcabros ſeuum uituli emẽdat. item caprinum admixta ſandaraca. Verrucas uero aufert uitulini fimi cinis ex aceto. Aſini urinæ lutum. Comitia/li morbo teſtes urſinos ediſſe prodeſt: uel aprinos bibiſſe ex lacte equino aut ex aqua. Item aprinam urinã ex aceto mulſo. Efficacius quæ inaruerit in ueſica ſua. Dantur & ſuum teſticuli inueterati tritiq; in ſuis lacte præcedente uini abſtinentia & ſequente continuis diebus. Dantur & leporis ſale cuſtoditi pulmones cũ thuris tertia parte in uino albo per dies. xxx. Item coagula. Eiuſdem aſini cerebrum ex aqua mulſa infumatum prius in foliis ſemuncia per dies. Vel ungularum eius cinis cochlearibus binis toto menſe potus. Item teſtes ſale aſſeruati & aſperſi potioni in aſinarum maxime lacte uel ex aqua. Membrana partus earum præcipue ſi marem pepererint: olfacta accedente morbo comitialium reſiſtit. Sunt qui e mare nigroq; cor edẽdum cum pane ſub diuo prima aut ſecunda luna præcipiant. Alii carnem: aliqui ſanguinem aceto dilutum per dies. xl. bibendum. Quidam urinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miſcent. Eadem potione & lymphaticis medentur. Comitialibus datur & lactis equini potus lichenq; in aceto mulſo bibendum. Dantur & carnes caprinæ in rogo hominis toſtæ ut uolunt magi. Seuum earum cum felle taurino pari põdere decoctum: & in folliculo fellis reconditum: ita ne terram attingat. Potum uero ſublime ex aqua. Morbum ipſum deprehendit caprini cornus uel ceruini uſti nidor. Sideratis urina pulli aſinini nardo admixto perunctione prodeſſe dicitur. Regio morbo cornus ceruini cinis. Sanguis aſinini pulli ex uino. Item fimum aſinini pulli: quod primum edidit a partu: datum fabæ magnitudine e uino medetur intra diem tertium. Eadem & ex equino pullo ſimiliterque uis eſt. Fractis oſſibus præſentaneus maxillarum apri cinis uel ſuis. Item lardum elixum atq; circumligatum mira celeritate ſolidat. Coſtis quidem fractis laudatur unice caprinum fimum ex uino uetere: aperit: extrahit: perſanat.

Vel in/ſulſi

Ad febres: ad melancholicos: lethargicos: idropicos: ad ignem ſacrum: & ad dolores neruorum remedia. CA. XVII.

FEbres arcet ceruorum caro: ut diximus. Eas quidẽ quæ certo dierum numero redeunt: oculus lupi dexter ſalſus adalligatuſq; ſi credimus magis. Eſt genus febrium: qđ amphimerinum uocant: Hoc liberari tradunt: ſi quis e uena auris aſini tres guttas ſanguinis in duabus heminis aquæ hauſerit. Quartanis magi excremẽta. fellis cum digito bubonis adalligari iubent: & ne recidant: non remoueri ſepteno circuitu. Quis hoc quæſo inuenire potuit? Quæ eſt iſta mixtura? Cur digitus bubonis potiſſimũ electus ẽ? Modeſtiores iecur fellis decreſcẽte luna occiſe iueteratũ ſale ex uino bibẽdũ ante acceſſiões quartanæ dixere. Idem magi fimi bubuli cinere cõſperſo puerorũ urina illinunt digitos pedum manibuſq; leporis cor adalligãt. Coagulum ante acceſſionẽ propinãt. Datur & caſeus caprinus recens cum melle diligenter ſero expreſſo. Melãcholicis fimum uituli in uino decoctũ remedio eſt. Lethargicos excitat aſini lichen naribus illitus ex aceto. Caprini cornus nidor: aut pilorũ: iecur aprinum. Itaq; & ueternoſis datur. Pthiſicis medeť iecur lupi ex uino. Macræ ſuis fœminæ herbis paſtæ lardum. Carnes aſininæ ex iure ſumptæ. Hoc genere maxime in achaia curãt id malũ. Fimi quoq; aridi: ſed pabulo uiridi paſto boue fumũ harundine hauſtum ꝓdeſſe tradunt. Bubuli quoq; cornus mucronẽ exuſtum duoꝝ cochleariũ mẽſura addito melle pillulis deuoratis. Capræ ſeuo in pulte alicacia & phthiſin: & tuſſim ſanari. Vel recenti cũ mulſo liquefacto: ita ut uncia in cyathum addať: rutæq; ramo permiſceať: nõ pauci tradunt. Lupi & capræ ſeui cyatho uel lactis pari mẽſura deploratũ phthiſicũ cõualuiſſe: certus auctor affirmat. Sunt & qui ſuum fimi cinerẽ profuiſſe ſcripſerint in paſſo. Et cerui pulmonẽ maxime ſubulõis ſiccatũ in fumo: tritumq; i uino. Hydropicis auxiliať urina ueſicæ apri paulatim data in potus. Efficacius quæ inaruerit cũ ueſica ſua. Fimi taurini maxime ſubulonis: ſed & bubuli: de armẽtinis loquor. Quidã bolbiton uocant. Cinis cochlearioꝝ terium in mulſi hemina bouis fœminæ in mulieribus: & ex altero ſexu in uiris: qđ ueluti myſteriũ: occultarunt magi. Fimũ uituli maſculi illitũ. Fimi uituli cinis cum ſemine ſtaphylini æqua portiõe ex uino. Sanguis caprinus cum medulla. Efficaciorẽ putãt hircoꝝ utiq; ſi lentiſco paſcanť. Igni ſacro urſinus adeps illinitur: maxie qeſt ad renes. Vitulinũ fimũ recens uel bubulũ. Caſeus caprinus ſiccus cũ porro. Raméta pellis ceruinæ deſecta punice ex aceto trita. Ruborẽ cũ prurigine equi ſpuma aut ungulæ cinis. Eruptionibus pituitæ aſinini fimi cinis cum butyro. Papulis nigris caſeus caprinus ſiccus ex melle & aceto ĩ balneis oleo remoto. Puſtulis ſuilli fimi cinis aqua illitus. uel cornus ceruini cinis. Luxatis recens fimum aprinũ uel ſuillum. Item uitulinũ. Verris ſpuma recens cum aceto: fimum caprinũ cum melle. Bubula caro impoſita tumorẽ ſanat fimum ſuillum in teſta calefactum tritumq; cũ oleo: duricias corporũ oés tollit optime. adeps e lupis illitus in iis quæ rumpere opus eſt: plurimũ ꝓficit. Fimum bubulũ in cinere calefactũ: aut caprinũ in uino uel aceto decoctum. In furunculis ſeuum bubulum cum ſale. Aut ſi dolor eſt ĩtinctum oleo lique-

Vel exalica

Vel liquor

Vel lyẽ

factum ſine ſale. Similiq; modo caprinum in ambuſtis. Prodeſt urſinus adeps cum lilii radicibus. Aprinũ aut ſuillũ fimũ iueteratũ. Setaq; ex iis e penicillis tectoriis cinis cũ adipe tritus. Tali bubuli cinis cũ cæra & medulla ceruina. Fel tauri. Fimũ leporis. Sed capraq; fimum ſine cicatrice ſanare dicitur. Glutinũ pſtãtiſſimum fit ex auribus tauroq; & genitalibus. Nec quicquam efficacius prodeſt ambuſtis. Sed adulteratur nihil æque quibuſuis pellibus inueteratis calciamentiſq; etiam decoctis. Rhodiacum uero fideliſſimũ. Eoq; pictores & medici utuntur. Id quoq; quo candidius: eo probatius. Nigrum & lignoſum damnatur. Neruorum doloribus fimum caprinum decoctum in aceto cum melle utiliſſimum putant: uel putreſcẽte neruo. Spaſmata & percuſſu uiciata fimo aprino curant uere collecto & arefacto. Sic & quadrigis agendis tractos: rotaue uulneratos. Et quoquo modo ſanguine contuſo: uel ſi recens illinatur. Sunt qui id coxiſſe aceto utilius putent. Quin & in potu farinam eam ruptis cõuulneratiſq; & euerſis ex aceto ſalutarem promittunt. Reuerentiores cinerem eius ex aqua bibunt. Feruntq; & Neronẽ principẽ hac potione recreari ſolitum: cũ ſic quoq; ſe trigario approbare uellet. Proximam ſuillo fimo uim putant.

Ad ſanguinem ſiſtendum: contra ulcera & carcinomata ad ſcabiem remedia; & quæ ifixa corpori extrahunt: & quæ cicatricibus proſunt. CA. XVIII.

SAnguinẽ ſiſtit coagulum ceruinum ex aceto. Item leporis. Huius quidẽ & pilorum cinis: item ex fimo aſinino cinis. Et pillorum quidẽ cinis illitus, efficacior uis e maribus aceto admixto. Et in lana ad omne profluuium impoſito. Similiter ex equino capite: & fœminæ. Aut fimi uitulorum cinis illitus ex aceto. item caprini cornus uel fimi ex aceto. Hircini uero iocineris diſſecti ſanies efficatior. Et cinis utriuſq; ex uino potus: uel naribus ex aceto illitus. Hircini quoq; utris uinarii dum taxat cinis cũ pari põdere reſinæ. Quo genere ſiſtitur ſanguis: & uulnus glutinatur. Hædinum quoq; coagulũ ex aceto: & fœminũ eius cõbuſtorum cinis ſimiliter pollere tradunt. Vlcera ſanat in tibiis cruribuſq; adeps urſinus admixta rubrica: Quæ uero ſerpunt fel aprinum cum reſina & cæruſa. Maxillarũ apri uel ſuum cinis. Fimum ſuum illitum ſiccum. item caprinum ex aceto ſubferuefactum. Cætera purgantur & explentur butyro. Cornus ceruini cinere. Vel medulla cerui. Felle taurino cum cyprino oleo. Aut fimo aprino. Aut hircino. Fimum recens ſuum. Vel inueterati farina illinitur uulneribus ferro factis. Phagedenis & fiſtuliis immittitur fel tauri cum ſucco porri aut lacte mulierum. Vel ſanguis aridus cum cotyledõe herba. Carcinomata curat coagulum leporis cum pari põdere capparis aſperſum uino. Gangrenas urſinum fel pẽna illitum. Aſini ungularum cinis ea quæ ſerpunt ulcera inſperſus. Sanguis equi adrodit carnes ſeptica ui. Item fimi equini inueterati fauilla. Ea uero quæ phagedenas uocant in ulcerum genere corii bubuli cinis cum melle. Caro uituli recentia uulnera non patitur intumeſcere. Fimum bubulum cum melle. Fœminũ uituli cinis ſordida ulcera: & quæ cacoethe uocant e lacte mulieris ſanat. Recentes uero plagas ferro illatas glutinum taurinum liquefactum tertio die ſolutum. Caſeus caprinus ſiccus ex aceto ac melle purgat ulcera. Quæ uero ſerpunt cohibet ſeuum cum cæra. Item addita pice ac ſulphure percurat. Similiter proficit adcacoethe hædi fœminum cinis e lacte mulieris. Et aduerſus carbunculos ſuis fœminæ cerebrum toſtum illitumq;. Scabiem hominis aſininæ medullæ maxime abolent. Vrinæ eiuſdem cum ſuo luto illitæ. Butyrum etiam quod in iumentis proficit cum reſina calida. Glutinum taurinum in aceto liquefactum addita calce. Fel caprinum cum aluminis cinere. Boas fimum bubulum: unde & nomen traxere. Canum ſcabies ſanantur bubulo ſanguine recenti: Iterumq; cum inareſcat illito: & poſtero die abluto cinere lixiuio. Spinæ ac ſimilia corpori extrahuntur fellis excrementis. Item capræ ex uino. Coagulo quocunq;: ſed maxime leporis cum thuris polline & oleo: aut cum muſci pari pondere: aut cum propoli. Cicatrices nigras ſeuum aſininum reducit ad colorem. Fel uituli extenuat calefactum. Medici adiiciunt myrrhã & mel & crocũ: æreaque pyxide condunt. Aliqui & florem æris miſcent.

Ad muliebria mala medicinæ & ad infantium morbos: & ueneris remedia. CA. XIX.

MVlierum purgatiões adiuuãt fel taurinum lana ſuccida appoſitũ. Olympias thebana addidit hyſopum & nitrum. Cornus ceruini cinis potus. Item uuluæ laboranti. Illitũ quoq; & fel taurinũ cum opio appoſitũ obolis binis. Vuluas & pilo ceruino ſuffiri, pdeſt. Tradunt ceruas: cum ſenſerint ſe grauidas: lapillum deuorare: quem in excremẽtis repertum aut in uulua (nam & ibi inuenitur) cuſtodire partus adalligatum. Inueniunt & oſſicula in corde & uulua per quã utilia grauidis parturientibuſq;. Nã de pumice qui in uaccarũ utero ſimili modo reperitur ut dixius in natura boũ. Lupi adeps illitus uuluas molhit. Dolores earum iecur. Carneſq; lupi ediſſe parituris prodeſt. Aut ſi incipientibus parturire ſit iuſta qui ederit. Adeo ut etiã cõtra illitas noxias ualeat. Eundẽ uero ſuperuenire permitioſum eſt. Magnus & leporis uſus mulieribus. Vuluas adiuuat pulmo aridus potus. Profluuia iecur cũ ſamia terra ex aqua potum. Secũdas coagulum. cauent pridiana balnea. Illitũ quoq; cũ croco & porri ſucco: uellere appoſitum abortus mortuos expellit. Si uuluæ leporũ in cibis ſumant: mares cõcipi putant. Hoc & teſticulis eorum & coagulo proficit. Conceptũ leporis utero exẽptum iis quæ parere deſierint: reſtibilẽ fœcunditatẽ afferre. Sed & pro cõceptu leporis ſaniem ex uiro magi, ppinant. Item uirgini nomẽ grana fimi ut ſtent perpetuo mãmæ. Coagulo quoq;. Ob id cũ melle linunt ſanguinẽ ubi euulſos pilos renaſci nolunt. Inflationi uuluæ fimũ aprinũ ſuillumue cũ oleo illini prodeſt. Efficatius ſiſtit farina aridi ut aſpergatur potioni: uel ſi grauidæ aut puerpere torqueantur. Lacte ſuis poto cũ mulſo adiuuant partus mulierũ. Per ſe uero potum deficiẽtia ubera puerperarũ replet. Eadem circunlita ſanguine fœminæ ſuis minus creſcũt. Si dolent lactis aſinini potu mulcentur. Quod addito melle ſumptũ & purgationes earũ adiuuat. Sanat & uuluæ exulcerationes eiuſdem animalis ſeuũ inueteratũ: & in uellere appoſitũ duritiam uuluæ emollit. Per ſe uero recens uel inueteratũ ex aqua illitũ pſilothri uim optinet. Eiuſdem animalis lien inueteratus ex aqua illitus

mammis abundantiã facit. Vuluas ſuffitu corrigit. Vngulæ aſininæ ſuffitæ partũ: maturant: ut uel abortus euocetur: nec aliter adhibent: quoniã uiuentẽ partũ necant. Eiuſdem animalis fimum ſi recens imponatur profluuia ſanguinis mire ſedare dicitur. Nec nõ & cinis eiuſdem fimi: qui & uuluæ prodeſt ipoſitus. Equi ſpuma illita per dies .xl. prius q̃ naſcantur primũ pili reſtringunt. Item cornus ceruini decocto. Melius ſi recentia ſint cornua. Lacte equino iuuantur uuluæ collutæ. Quod ſi mortuus partus ſentiatur lien ex aqua dulci potus eiicit. Item ungulæ ſuffitu aut fimũ aridũ. Vuluas procidẽtes butyrũ ifuſum ſiſtit. Induratam uuluã aperit fel bubulum roſaceo admixto: foris uellere cũ reſina terebinthina: impoſito. Aiunt & ſuffitu fimi e mare boue procidentes uuluas reprimi: partus adiuuari. Cõceptus uero uaccini lactis potu. Sterilitatem ob partus uexationem fieri certum eſt. Hanc emẽdari Olympias thebana affirmat felle taurino & adipe ſerpentiũ & erugine addito melle medicatis locis ante coitus. Vitulinum quoq; fel ſi in purgationibus fuerit ſub coitu aſperſum uuluæ etiam duritiã uentris emollit: & profluuium minuit umbilico peruncto adq; in totum uuluæ prodeſt. Modũ ſtatuunt fellis pondere denari ad apii tertiam ammixto amygdalino oleo: quantũ eſſe ſatis appareat hoc in uelere imponunt. Maſculi fel uituli cum mellis dimidio tritum ſeruatur ad uuluas. Carnem uituli ſi cũ ariſtolochia inaſſatam edant circa conceptum: mares parituras ꝓmittunt: Medulla uituli in uino & ex aqua decocta ſeuo exulcerationibus uuluarũ ipoſita prodeſt. Item adeps uulpium: excremẽtũq; felium cum reſina & roſaceo impoſitum. Caprino cornu ſuffiri uuluam utiliſſimũ putant. Silueſtrium caprarum ſanguis cum palma marina pilos detrahit. Cæterarum uero fel callum uuluarum emollit inſperſum & a purgatione conceptus facit. Sic quoq; pſilothri uis efficitur euulſis pilis triduo ſeruatur illitum. Profluuium quãuis immenſum urina capræ pota ſiſti obſtetrices promittũt: & ſi fimum illinatur. Membrana caprarum in aqua partu edito inueterata potuq; ſumpta in uino: ſecundas pellit. Hædorum pilis ſuffiri uuluas utile putant. Et in profluuio ſanguinis coagulum bibi aut hyoſcyami ſemine imponi. E boue ſilueſtri nigro ſi ſanguine rhicini lumbi perungantur mulieri tedium ueneris fieri dicit Eſchines. Idem amoris pota hirci urina ammixto propter faſtigium nardo. Infantibus nihil butyro utilius per ſe & cum melle: priuatim & in dentione: & ad gingiuas: & ad oris ulcera. Dens lupi adalligatus: infantium pauores prohibet: dentientiq; morbos. Quod & pellis lupina præſtat. Dentes quidem eorũ maximi equis quoq; adalligati infatigabilem curſum præſtare dicuntur. Leporum coagulo illito ubere ſiſtit infantium aluus. Iecur aſini ammixta modice panace inſtillatum in os a comitialibus morbis & aliis infantes tuetur. Hoc .xl. diebus fieri præcipiunt. Et pellis aſinina iniecta ipauidos infantes facit. Dẽtes qui equis primum cadunt: facilem dentitiõem præſtant infantibus adalligati. Efficacius ſi terram non attigere. Lyenem bubulus in melle editur. Et illinitur ad lyenis dolores. Ad ulcera manantia cum melle. Lyen uituli in uino decoctus trituſq; & illitus ulcuſcula oris. Cerebrum capræ magi per annulum aureum traiectum prius quam lactetur infantibus: inſtillatur contra comitiales: cæteroſq; infantium morbos. Caprinum fimũ inquietos infantes adalligatum panno cohibet: maxime puellas. Lacte caprino uel cerebro leporum perunctæ gingiuæ faciles dentitiões faciunt. Somnos fieri lepore ſumpto in cibis Cato arbitratur. Vulgus & gratiam corpori in nouem dies friuolo quidem ioco: cui tamen aliqua debeat ſub eſſe cauſa in tanta perſuaſione. Magi felle capræ ſacrificatæ dumtaxat illito oculis uel ſub puluino poſito ſomnum allici dicunt. Sudores inhibet cornus caprini cinis e myrteo oleo perunctis. Coitus autem ſtimulat fel primum illitum. Item medullæ ſuum hauſtæ. Seuum aſininum anſeris maſculi adipe permixto illitum. Item a coitu equi Virgilio quoq; deſcriptum uirus & teſticuli equini aridi ut potioni interſeri poſſint: dexterue aſini teſtis in uino potus pro portione: uel adalligatus brachiali. Eiuſdem a coitu ſpuma collecta roſeo panno & incluſa argento ut Eſchines tradi. Salpa genitale in oleum feruens mergi iubet ſepties: eoq; perungi pertinentes partes. Bialcon cinerem ex eodem bibi uel tauri a coitu urinam. lutoque ipſo illini pubem. At e diuerſo muris fimo illito cohibetur uirorum uenus. Ebrietatem arcet pulmo apri aut ſuis aſſus a ieiuno cibo præſumptus eo die. Item hædinus.

VI loco

Mira de animalibus. CA. XX.

MIra præterea traduntur in eiſdem animalibus. Veſtigiũ equi excuſſum ungula (ut ſolet plerũq;) ſiquis collectum reponat ſingultus remedium eſſe recordãtibus quonam loco id repoſuerint. Iecur luporum equinæ ungulæ ſimile eſſe. Et rumpi equos qui ueſtigia luporum ſub equite ſequantur. Talliſq; ſuum diſcordiæ uim quandam ineſſe. In incẽdiis ſi fimi aliquid egeratur e ſtabulis facilius extrahi: nec recurrere oues boueſq;. Hircorum carnes uirus nõ recipere: ſi panem hordeaceũ eo die quo interficiantur ederint: laſerue dilutum biberint. Nullas uero teredinem ſentire luna decreſcente induratas ſale. Adeoq; nihil omiſſum eſt: ut leporem ſurdum celerius pingueſcere reperiamus. Animalium uero medicina. Si ſanguis profluat iumentis: ſuillum fimum ex uino infundendũ. Boum autẽ morbis ſeuum ſulphur uiuum allium ſilueſtre ouum coctum. Omnia hæc trita in uino danda: aut uulpis adipem. Carnem caballinam diſcoctam potu ſuum morbis mederi. Omnium uero quadrupedum morbis capram ſolidam cum corio & ranam rubetam diſcoctas. Gallinaceos non attingi a uulpibus qui iecur animalis eius aridum ederint. Vel ſi pellicula ex eo collo induta galli intererint. Similia in felle muſtellæ. Boues in cypro contra tormina hominum excrementis ſibi mederi. Inſuper pedes boum ſi prius cornua pice liquida perungantur. Lupos in agrum non accedere: ſi capti unius pedibus infractis cultroq; adacto paulatim ſanguis circa fines agri ſpargatur: atq; ipſe defodiatur in eo loco ex quo cœperit trahi. Aut ſi uomerem quo primus ſulcus eo anno in agro ductus ſi excuſſum aratro focus larium quo familia cõuenit: abſumat. Ac lupum nulli animalium nociturum in eo agro quãdiu id fiat. Hinc deinde reuertemur ad animalia ſui generis: quæ aut placita non ſunt: aut fera.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXIX.

PROOEMIVM.

De medicina & inuentoribus eius:de origine medicinæ:& quando primum clinice:& quando primum iatraleptice:& de Chryſippo:& Eraſiſtrato:& Empirice:& Erophilo:& reliqs illuſtribus medicis:& quotiens ratio medicinæ mutata ſit:& qui primus romæ medicus:& quando:& quid de medicis antiqui Romani iudicauerint:& uitia medicinæ. CA. I.

NATVRA REmediorum: atq; multitudo inſtantiũ:ac præteritorum:plura de ipſa medẽdi arte cogunt dicere, q̃q nõ ignarus ſi in nullis ante hæc latino ſermõe cõdita:ãcepſq; ac lubricũ eẽ rerũ omniũ nouarũ principiũ: nec aliud utiq; gratiæ q̃ ſterilis difficultatis ĩ promẽdo. Sed quoniã occurrere ueriſimile eſt omniũ qui hæc noſcãt cogitationi:quo nã modo exoluerint in medicinæ uſu: quæ tam parata atq; pertinẽtia erant. Mirũq; & idignum ꝓtinus ſubit:nullã artium icõſtantiorẽ fuiſſe. Et etiãnum ſæpius ĩmutari cõtigerit cum ſit fluctuoſior nulla. Diis primũ iuẽtores ſuos aſſignauit: & cælo dicauit. Necnon & hodie multifariam ab oraculis medicina petitur. Auxit deinde famam etiã crimine:ictum fulmine Aeſculapium fabulata:quoniam Tyndaridam reuocauiſſet ad uitam. Nec tamẽ ceſſauit narrare alios reuixiſſe opera ſua clara troianis temporibus a quibus fama certior uulnerum dumtaxat remediis. Sequentia eius mirum dictu in nocte denſiſſima latuere:uſq; ad peloponneſiacum bellũ. Et tunc eam reuocauit in lucẽ Hippocrates genitus in ĩſula co:in primis clara & ualida ac Aeſculapio dicata. Is:cum fuiſſet mos liberatos morbis ſcribere in templo eius dei:qui auxiliatus eſſet: ut poſtea ſimilitudo proficeret:exſcripſiſſe ea tradit. Atq; ut Varro apud nos credit iam tẽplo cremato is inſtituiſſe medicinam hanc: quæ clinice uocat. Nec fuit poſtea quæſtus modus:quoniã prodicus Selymbriæ natus diſcipulus eius inſtituiſſet:q̃ uocãt iatralepticen. Reunctoribus quoq; medicorũ ac medicis in eis uictigal ĩuenit. Horũ placita Chryſippus ingẽti garrulitate mutauit. Plurimũq; etiã ex Chryſippo diſcipulus eius Eraſiſtratus Ariſtotelis filia genitus. Hic Antiocho regi ſanato centũ talẽtis donatus ẽ a rege Ptolemæo filio eius: ut ĩcipiamus & p̃mia artis oſtẽdere. Alia factio ab experimẽtis ſe cognominans Empiricen cœpit in ſicilia a Creõte agrigẽtino Empedoclis phyſici auctoritate cõmẽdato. Diſſiderũtq; eæ ſcholæ:& oẽs eas dãnauit. Herophilus in muſicos pedes uenasq; pulſu diſcreto p ætatũ gradus. Deſerta deinde & hæc ſecta eſt:quoniã neceſſe erat in ea litteras ſcire. Mutata & q̃ poſtea Aſclepiades (ut rettulimus) ĩuenerat. Auditor eius Themiſon fuit: q̃ inter initia ſcripſit. Illo mox recedẽte a uita ad ſua placita mutauit. Sed & illa Antõius muſa eiuſdẽ auctoritate diui Auguſti:quẽ cõtraria medicina graui piculo exemerat. Multos ꝓtereo medicos celeberrimoſq; ex iis caſſios:carpitanos:arũcios:albucios:rubrios. cc.l. ſeſtertia annua mercede iis fuere apud prĩcipes. Quãuero Stertinius ĩputauit prĩcipibus:q; ſeſtertiis q̃ngenis annuis cõtentus eẽt. Sexcena. n. ſibi q̃ſtu urbis fuiſſe numeratis dominus oſtẽdebat. Par & fratri eius merces a Claudio Cæſare ĩfuſa eſt:cẽſus q̃q exhauſtis opibus neapoli exornata ut hæredi. HS. ccc. relinqueret:quãtũ quadragẽa idẽ Arũcius ſolus. Exortus deinde eſt Vectius ualẽs adulterio Meſſalinæ Claudii Cæſaris nobilitatus:pariterq; eloquẽtiæ affectator. Is eã potentiã nactus nouã inſtituit ſectã. Eade ætas Nerõis prĩcipatu ad Theſſalũ trãſiliuit delentẽ cũcta maiorũ placita & rabie quadã in oẽs æui medicos perorãtẽ. Quali prudẽtia ĩgenioq; æſtimari uel uno argumẽto abũ de põt cũ monumẽto ſuo:qd̃ eſt appia uia:iatronicen ſe ĩſcripſerit. Nullius hiſtrionũ par: ex quo trigario comitatu regreſſus in publico erat. Tũ Crinas maſſiliẽſis arte geminata:ut cautior religioſiorq; ad ſyderũ motus ex ephemeride mathematica cibos dando:oraſq; obſeruãdo auctoritate eũ p̃ceſſit. Nuperq;. HS. c. reliquit muris patriæ mœnibus quoq; aliis pene nõ minori ſũma extructis. Hi regebãt fata:cũ repẽte ciuitatẽ Carmis ex eadẽ maſſilia ĩuaſit:dãnatis nõ ſolũ prioribus medicis:uerũ & balneis. Frigidaq; etiã hybernis algoribus lauari perſuaſit. Merſit ægros ĩ lacus. Videbamus ſenes cõſulares uſq; in oſtẽtationẽ rigẽtes. Qua de re extat etiã Annei Senecæ aſtipulatio. Nec dubiũ eſt:oẽs iſtos famã nouitate aliqua aucupãtes aſtatim noſtras negociari. Hinc illæ circa ægros miſeræ ſniarũ cõcertatiões:nullo idẽ cẽſente ne uideaẽ aſſertatio alterius. Hinc illa ifœlicis monumẽti iſcriptio:turba ſe medicorũ periſſe. Mutaẽ ars quotidie totiens interpollis. Et ĩgeniorũ græciæ flatu ĩpellimur. Palãq; eſt:ut q̃ſquis iter iſtos loquẽdo polleat: ĩperatorẽ illico uitæ noſtræ neceſſq; fieri, ceu uero nõ millia gentiũ ſine medicis degant:nec tamen ſine medicina. Sicut

Vel exoleuerint

Vel quã

Vel domibus

populus Romanus ultra ſexcenteſimū annū: neq; ipſe in accipiēdis artibus lentus: medicinæ uero etiā auidus donec expertā dānauit. Etenī pcenſere iſignia priſcoq; in his moribus cōuenit. Caſſius Hemina exantiquis auctor eſt primū e medicis ueniſſe romā pelopōnēſem Archagathū Lyſaniæ filiū. L. Aemylo. M. Liuio cōſſ. anno urbis. dxxxv. Eiq; ius gritiū datū & tabernā in cōpito acilio emptā. Ob id publice uulnerariū fuiſſe eū tradūt uocatū. Mireq; gratū aduētū eius initio. Mox a ſæuitia ſecādi urēdiq; trāſiſſe nomē in carnificē & in tediū artis. Omneſq; medicos: qđ clariſſime itelligi pōt ex. M. Catōe: cuius auctoritas: triūphus: atq; cēſura: & q̄to in unū cōferūt: tāto plus in ipſo eſt. Quāobrē uerba ipſa pōemus. Dicā de iſtis græcis ſuo loco Marce filiq̄d athenis exq̄ſitū habeā: & qđ bonū ſit eorū litteras iſpicere nō pdiſcere. Vincā neq̄ſſimū & idocile genus illorū: & hoc puta uatē dixiſſe. Quādocūq; iſta gens ſuas litteras dabit: oīa corrūpet. Tunc etiā magis: ſi medicos ſuos huc mittet. Iurarūt inter ſe barbaros necare oēs medicina. Sed hoc ipm mercede faciūt: ut fides iis ſit: & facile diſperdāt. Nos quoq; dictitāt barbaros: & ſpurcius noſq; magis q̄ alios opicos appellatiōe fœdant. Interdicit ibi de medicis. Atq; hic Cato. dc. v. anno urbis noſtræ obiit. lxxxv. ſuo ne quis illi defuiſſe publice tēpora: aut priuatim uitæ ſpatia ad expediendū arbitret. Quid ergo? damnatā ab eo rem utiliſſimā credimus? Minime hercule. Subiicit enim qua medicina uſus & ſe & cōiugē uſq; ad longam ſenectā perduxerit: iis ipſis ſcilicet quæ nūc nos trademus. Profiteturq; eſſe etiā cōmentariū ſibi quo medeatur filio: ſeruis: familiaribus: quæ nos per genera uſus ſui diſſerimus. Non rem antiqui dānabāt: ſed artē. Maxime uero quæſtū eſſe imani precio uitæ recuſabāt. Ideo tēplū Aeſculapii etiā cū reciperet is deus: extra urbem feciſſe: iterumq; in inſula tradūtur. Et cū græcos italia pelleret: diu etiā poſt Catonē excepiſſe medicos. Augebo prouidentiā illorū. Solam hāc artiū græcarū nondū exercuerat romana grauitas. In tāto fructu pauciſſimi quiritiū attigere: & ipſi ſtatim ad græcos trāſfugæ. Immo uero auctoritas aliter q̄ græce eā tractantibus ēt apud imperitos experteſq; linguæ nō eſt. Ac minus credūt: quæ ad ſaluteſ ſuā pertinēt: ſi intelligūt. Itaq; hercule in hac artiū ſola euenit: ut cuicūq; medicū ſe profitēti ſtatim credat: cū ſit periculū in nullo mēdacio maius. Non tamē illud intuemur: adeo blanda eſt ſpirādi p ſe cuiq; dulcedo. Nulla præterea lex quæ puniat inſcitiā capitalē. Nullū exēplū uindictæ. Diſcūt periculis noſtris. Et p experimēta mortes agunt. Medicoq; tantū hominē occidiſſe ſūma impunitas eſt. Quinimo tranſit inconuitiū. Et intēperā tia culpatur. Vltroq; qui perīere arguūtur. Sed & decuriæ pro more cenſuris principū examinātur. Inquiſitio p parietes agitur. Et qui de nūmo iudicet a gadibus colūniſq; Herculis accerſitur. De exilio uero nō niſi die. xlv. Quinq; electis uiris datur tabella. At de iudice ipſo quales in conſilio eūt: ſtatim occaſuri? Meritodum memini noſtrū libet ſcire: quod ſaluti ſuæ opus ſit. Alienis pedibus ambulamus. Alienis oculis agnoſcimus. Aliena memoria ſalutamus. Aliena uiuimus opa. Perieruntq; rerū naturæ precia: & uitæ argumēta. Nihil aliud pro noſtro habemus quā delicias. Non deſerā Catonē tā ambitioſæ artis inuidia a me obiectum: & a ſenatu illū qui ita cenſebat. Itaq; nō criminibus artis arreptis ut aliquis expectauerit. Quid. n. uenenorū fertilius: aut unde teſtamentorū plures inſidiæ. Iam uero & adulteria ēt in principū domibus: ut Eudemi in Liuia Druſi Cæſaris. Itē Valentis in qua dictū eſt regina. Non ſunt artis iſta: ſed hominū. Non magis hæc urbi timuit Cato ut equidē credo quā reginas. Ne auaritiā qdē arguā rapaceſq; nūdinas pendētibus fatis & dolorū indicaturā: ac mortis arram aut arcana præcepta. Squamā in oculis emouendā potius quā extrahendā. Per quæ effectū eſt ut nihil magis prodeſſe uideret quā multitudo graſſantiū. Neq;. n. pudoris æmuli precia ſūmittūt. Notū eſt ab eodē charmide unū ægrū ex prouincialibus. HS. ducētis conductum Archontio uulnerū medico. HS. C. cōdēnato ademiſſe Claudiū pricipē. Eidēq; in gallia exulanti & deinde reſtituto acquiſitū non minus intra paucos annos. Et hæc pſonis imputētur. Ne fæcem quidē aut inſitiam eius turbæ arguamus: ipſorūq; intēperantiā in morbis aquarū calidarū diuerticulis: imperioſam inediam. Et ab iiſdē deficientibus cibo ſæpius die ingeſto. Mille præterea penitētiæ modis: culinarū etiam præceptis: & unguentorū mixturis: quādo nullas omiſere uitæ illecebras. Inuehi peregrinas merces: conciliariq; externa precia diſplicuiſſe maioribus: crediderim quidē: nō tamē hoc Catonē prouidiſſe: cū damnaret artē. Theriace uocatur excogitata cōpoſitio luxuriæ. Fit ex rebus externis: cū tot remedia dederit natura: quæ ſingula ſufficerēt: Mithridaticū antidotū ex rebus. liiii. cōponitur. Interim nullo pōdere æquali: & quarūdā rerū ſexageſima denarii unius imperata. Quo deorū perfidiā iſtā monſtrāte? Hominū enim ſubtilitas tanta eſſe non potuit. Oſtentatio artis & portentoſa ſcientiæ uenditatio manifeſta eſt. Ac ne ipſi qdē illam nouere. Cōpericq; uulgo procīnabari indica in medicamēta miniū addi inſcitia noīs: quod eſſe uenenum docebimus inter pigmēta. Verū & hæc ad ſingulorū ſalutem pertinent. Illa autem quæ timuit Cato: atq; prouidit: innocētiora multo & parua opinatu: quæ proceres artis eiuſdem in ſemetipſis fatētur. Illa p/didere īperii mores: illa quæ ſani patimur luctatus cæromata ceu ualitudinis cauſa inſtituta. Balneæ ardentes quibus perſuaſere in corporibus cibos coqui: ut nemo nō minus ualidus exiret. Obediētiſſimi uero eſferrentur. Potus deinde ieiunorū ac uomitiones: & rurſus perpotatiōes: ac pilorū euitatio inſtituta reſinis eorū. Itemq; pectines in fœminis quidē publicati. Ita eo profecto: lues morum: nec aliunde maior quā e medicina. Vatem prorſus quottidie facit Catonē eius oraculū. Satis eſſe īgenia grācorū inſpicere nō perdiſcere. Hæc fuerint dicenda pro ſenatu illo ſexcentiſq; populi romani annis aduerſus artem: in qua cōditiōe inſidioſiſſima auctoritate peſſimis boni faciunt. Simul cōtra attonitas quorundā perſuaſiōes qui prodeſſe: niſi precioſa non putant. Neq; enim dubitauerim aliquibus faſtidio futura: quæ dicentur animalia. At nō Virgilio nefas fuit nominare formicas nulla neceſſitate: & gurguliones ac lucifugis congeſta cubilia blattis. Non Homero inter prælia deorum improbitatem muſcæ deſcribere. Nō naturæ gignere iſta: cum gignat hominem. Proinde cauſas quiſq; & effectus non res æſtimet. Ordiemur autem a cōfeſſis: hoc eſt lanis ouibuſq; Vt obiter rebus præcipuis honos in primis perhibeatur. Quædam etiam ſi alienis locis: tamen obi/

Vel ige/ nia

Vel eui/ dens

Vſ uēdi catio

ter dici neceſſe erit. Nec deeſſet materiæ pompa: ſic quicquam aliud intueri liberet: quã fidẽ operis. Quippe inter prima proditis etiam ex cinere phœnicis nidoq; medicinis. Ceu uero id certum eſſet: atq; non fabuloſum. Irridere eſt uitæ remedia poſt mileſimum annum reditura monſtrare.

De medicina lanarum. CA. II.

LAnis auctoritatem ueteris romani etiã religioſam habuere poſtes a nubentibus attingi iubentes. Præterq; cultum & tutelam cõtra frigora. Succide plurima præſtant remedia ex oleo uinoq; aut aceto: prout quæq; mulceri morderiq; opus ſit: & aſtringi laxariue: luxatis mẽbris dolentibuſq; neruis impoſitæ: & crebro ſuffuſæ. Quidã etiã ſalem admiſcent luxatis. Alii cũ lana rutã tritã adipẽq; imponunt. Item cõtuſis tumẽtibuſq;. Halitus quoq; oris gratiores facere traditur cõfricatis dentibus atq; gingiuis admixto melle. Prodeſt & phreniticis ſuffitu. Sanguinẽ in naribus ſiſtit cum oleo roſaceo: & allio indita modico auribus obturatis ſpiſſius. Quin & ulceribus uetuſtis imponitur cum melle. Vulnera ex uino uel aceto uel aqua frigida & oleo aſperſa ſanat. Arietis uellera lota frigidaq; ex oleo madefacta ĩ muliebribus malis iflãmationes uuluæ ſedant. Et ſi procidant: ſuffitu reprimunt. Succida lana impoſita ſubditaq; mortuos partus euocat. Siſtit etiam ꝓfluuia earũ. At canis rabioſi morſibus inculcata poſt diem ſeptimum ſoluitur. Reduuias ſanat ex aqua frigida. Eadem nitro ſulphure oleo aceto: pice liquida feruentibus tincta q̃ caliditſima impoſita bis die lumborum dolores ſedat. Sanguinẽq; ſiſtit ex ariete ſuccida: articulos extremitatũ præligans. Laudatiſſima omnis e collo. Natione uero gallatica: tarentina: attica: milleſia. Succidã ĩponũt & deſquamatis: pcuſſis: liuidis: cõtuſis: colliſis: cõtritis: deiectis. Capitis & allis doloribus ſtomachi inflãmationi ex aceto & roſaceo. Cinis eius illinit attritis: uulneratis: ambuſtis. Et in oculorum medicamenta additur. Item in fiſtulas: aureſq; ſuppuratas. Ad hæc detonſam eam alii uero euulſam deciſis ſummis partibus ſiccant. Carpunq;: & in fictili crudo cõponunt: ac melle perfundunt utrunq;. Alii haſtulis tedæ ſubiectis: & ſubinde iterſtratis: oleo aſperſam accendũt. Cinerẽq; in labellis aqua addita cõfricant mãu: & cõſidere patiunt: idq; ſæpius mutantes aquã donec linguã aſtringat leniter: nec mordeat. Tunc cinerẽ reponunt. Vis eius ſtyptica eſt: efficaciſſimeq; genas purgat. Quin ipſæ ſordes pecudũ ſudorq; fœminũ & alarum adhærentes lanis: oeſypum uocant. Innumeros ꝓpe uſus habet. In atticis ouibus genito palma fit pluribus modis. Sed probatiſſimum lana ab iis partibus recenti concerpta: aut quibuſcunq; ſordibus ſuccidis primum collectis: ac lento igni in æneo uaſe ſufferuefactis & refrigeratis: pinguiq; quod ſupernatat: collecto in fictili uaſe: iterumq; decocta priore materia: quæ pinguitudo utraq; frigida aqua lauatur & in linteo ſiccatur: ac ſole torretur: donec candida fiat ac tranſlucida. Tum in ſtagnia pyxide cõditur. Probatio autem ut ſordium uirus oleat; & manu fricante ex aqua non liquetur: ſed albeſcat ut cæruſa. Oculis utiliſſimum contra inflammationes genarumq; callum. Quidam in teſta torrent: donec pinguedinem amittat: utilem talem exiſtimantes eroſis & duris genis: angulis ſcabioſis & lachrymantibus. Vlcera non oculorum modo ſanat: ſed oris etiam & genitalium cum anſerino adipe. Medetur & uuluæ inflammationibus: & ſedis rhagadis: & condylomatis cum melliloto ac butyro. Reliquos uſus eius ſuo loco digeremus. Sordes quoq; caudarum concretæ in pilulas ac ſiccate per ſe tuſæq; in farinam & illitæ dentibus mire proſunt etiam labentibus: gingiuiſq; ſi carcinoma ſerpat. Vel ſedis Iam uero pura uellera aut per ſe impoſita cæcis doloribus: aut accepto ſulphure & cinis eorum genitalium uitiis. Tantumq; pollent: ut medicamentis quoq; ſuperponantur. Medentur ante omnia & pecori ipſi: ſi faſtidio non paſcatur. Cauda. n. q̃ arctiſſime præligata euulſa inde lana ſtatim ueſcuntur. Traduntq; quod extra nodum ſit e cauda præmori.

De ouorum natura. CA. III.

LAnæ habẽt & cũ ouis ſocietatẽ ſimul fronti ĩpoſitæ cõtra epiphoras. Nõ opus eſt eas in hoc uſu radicula cẽ curata. Neq; aliã q̃ cãdidũ ex ouo ĩfundi ac pollinẽ thuris. Oua p ſe ĩfuſo cãdido oculis epiphoras cohibẽt: urẽteſq; refrigerãt. Quidã cũ croco ꝓferũt: & pro aqua miſcent collyriis. Infantibus uero cõtra lippitudines uix aliud remediũ eſt: butyro ammixto recẽti. Eadẽ cũ oleo trita ignes ſacros leniunt: betæ foliis ſuper illigatis. Cãdido ouoq; in oculis & pili reclinant ammoniaco trito: ammixtoq;. Et Vari in facie cũ pineis nucleis ac melle modico. Ipſa facies illita ſole nõ aduriť. Ambuſta aquis ſi ſtatim ouo occupent: puſtulas nõ ſentiũt. Quidã ammiſcẽt farinã hordeaceã: & ſalis parũ. Vlceribus uero ex ambuſto cũ cãdido ouorũ toſtũ hordeũ: & ſuillo adipe mire ꝓdeſt. Eadẽ curatiõe ad ſedis uitia utunť. Infantibus quidẽ etiam ſi quid ibi procidat. Ad pedum rimas ouorũ candido decocto cũ cæruſæ denariorũ duorũ pondere pari ſpumæ argenti myrrhæ exiguo deinde uino. Ad ignem ſacrũ candido ouorum trito cũ amylo. Aiunt & uulnera candido glutinari. Calculoſq; pelli. Lutea ouorũ cocta ut indureſcãt: admixto croco modice: item melle & lacte mulieris illita dolores oculorum mitigant. Vel cum roſaceo & mulſo lana oculis impoſita: uel cũ trito apii ſemine ac poléta in mulſo illita. Prodeſt & tuſſientibus per ſe luteũ deuoratũ liquidũ: ita ut dentibus nõ attingatur. Thoracis diſtilatiõibus. Fauciũ ſcabriciæ. Priuatim cõtra hemorrhoidũ morſum illinit: ſorbeturq; crudũ. Prodeſt & renibus: ueſicæ: roſionibus: exulcerationibuſq;: & cruenta excreãtibus. Quinq; ouorũ lutea in uini hemina cruda ſorbentur dyſentericis: cum iure putaminis ſui & papaueris ſucco: aut uino. Dãtur cœliacis cum uuæ paſſæ pinguis pari pondere: & mali corio per triduum equis portionibus. Et alio modo lutea ouorum trium lardi ueteris & mellis quadrantibus. Vini ueteris cyathis tribus trita ad craſſitudinem mellis: & cum opus ſit auellanæ nucis magnitudine ex aqua pota. Item ex oleo fricta terna totis ouis pridie maceratis in aceto. Sic & illita lyenicis. Sanguinem autem reiicientibus cum tribus cyathis muſti. Vtuntur iiſdem ad liuentia ſi uetuſtiora ſint: cum bulbis ac melle. Siſtunt & menſes mulierum cocta & ex uino pota. Inflationes quoque uuluæ cruda cum oleo ac uino illita. Vtiliora ſunt & ceruicis doloribus cum anſerino adipe & roſaceo. Sedis etiam uitiis du

rata igni: ut calore quoque prosint. Et condilomatis cum rosaceo. Item ambustis durata in aqua mox in pruna putaminibus exustis tum lutea ex rosaceo illinuntur. Fiunt & tota lutea: quæ uocant Sitista: cum triduo incubata tolluntur. Stomachum dissolutum confirmant pulli ouorum cum gallæ dimidio: ita ut ne ante duas horas alius cibus sumatur. Dant & dysentericis pullos in ipso ouo decoctos ammixta uini austeri hemina: & pari modo olei polentæq;. Membrana putaminis detracta siue crudo siue decocto: labiorum fissuris medetur. Putaminis cinis in uino potus sanguinis eruptiõibus. Comburi sine membrana oportet. Sic fit & dentifricium. Idem cinis & mulierum menses cum myrrha illitus sistit. Firmitas putaminum tanta est: ut recta nec ui nec pondere ullo frangantur: nec nisi paululum in flexa rotunditate. Tota oua adiuuãt partum cum ruta & anetho & cymino pota ex uino. Scabiem corporum ac pruritum oleo & cedria mixtis tollunt. Vlcera quoq; humida in capite cyclamino ammixta. Ad puris & sanguinis excreationes ouum crudum cum porri sectiui succo: pariq; mensura mellis græci calefactum hauritur. Dantur & tussientibus cocta & trita cum melle: & cruda cum passo oleiq; pari modo. Infunduntur & uirilitatis uitiis singula cũ ternis passi amyliq; semuncia a balneis. Aduersus ictus serpentium cocta tritaq; adiecto nasturtio illinuntur. Cibos quot modis iuuent: notum est: cum transmittãt faucium tumorem calfactuq; obiter foueant. Nullus est alius cibus qui in ægritudine alat: neq; oneret. Simulq; uini usum & cibi habeat. Maceratorũ in aceto molliri diximus putamen. Talibus cum farina in pane subactis: cœliaci recreantur. Quidam ita resoluta in patinis torreri putant. Quo genere non aluos tantum sed & mẽses fœminarum sistunt: aut si maior sit impetus cruda cum farina ex aqua hauriuntur. Et per se lutea ex iis decocta rursum in aceto donec indurescant. Iterumq; cum trito pipere torrentur ad coibẽdas aluos. Fit & dysentericis remedium singulare ouo effuso in fictili nouo eiusdemq; oui mensura ut paria sint omnia melle mixto mox aceto. Item oleo confusis crebroq; permixtis. Quo fuerint ea excellentiora: hoc præsentaneum remedium erit. Alii eadem mensura pro oleo & aceto resinam adiiciunt rubentem uiuumq;: & alio modo temperant olei tantum mensura pari pineiq; corticis duabus sexagesimis denariorum. Vua eius quod rhus diximus mellis obolis quinq; simul decoctis ita ut cibus alius post quattuor horas sumatur. Torminibus quoq; multi medentur oua bina cum alis piscis quattuor una atterendo uiniq; hemina calfaciendo atq; ita potui dando. Et ne quid desit ouorum gratiæ: candidum ex iis admixtum calci uiuæ glutinat uitri fragmenta. Vis uero tanta est ut lignũ perfusum ouo non ardeat. Ac ne uestis quidem contacta aduratur. De gallinarum autem ouis tantum locuti sumus: cum & reliquarum alitum restant magnæ utilitates sicut suis dicemus locis. Præterea est ouorum genus in magna gallinarum fama omissum a græcis. Angues ea (numerus est ouorum) conuoluti saliuis faucium corporumq; spumis: artifici conplexu glomerantur: anguinum appellatur. Druidæ sibilis id dicunt in sublime iactari: sagoq; oportere intercipi: ne tellurem attingat. Profugere raptorẽ æquo. Serpentes enim insequi: donec arceantur amnis alicuius interuentu. Experimentum eius esse si contra aquas fluctet: uel auro cinctum. Atq; (ut est magorum solertia occultandis fraudibus sagax) certa luna capiendũ censent tanquã construere operationem eam serpentium humani sit arbitrii. Vidi æquidem id ouum maliorbiculatim modici magnitudine. Crusta carthilaginis uelut acetabulis brachiorum polypi crebris: insigne diuidis. At uictorias litium: ac regum aditus maxime laudatur. Tantæ uanitatis ut habentem id in lite in sinu æquitem romanum euocatum a Diuo Claudio principe interemptum non ob aliud sciam. Hic tamẽ cõplexus anguium & efferatorum concordia cã uidetur esse: quare exteræ gentes caduceum in pacis argumẽtis circũdata effigiæ anguiũ fecerint. Neq; enim cristatos esse in caduceo mos est. de anserũ ouis magnæ utilitatis. Ipiq; anseri dicturi hoc uolumine debemus honorem: & comagenorũ clarissimæ rei. Fit ex adipe anserum. Alioquin celeberrimi usus est. Ad hoc in comagene syriæ cum cynnamo casia: pipere albo: herba quæ comagene uocatur: obrutis niue uasis: odore iucundo: utilissimũ ad perfrictiones: cõuulsiones: cæcos ac subditos dolores: omniaque quæ acopis curantur. Vnguentumque pariter & medicamentum est. Fit & in syria alio modo. Adipe auium curato (ut diximus) additis erysisceptro xylobalsamo phœnice elatæ: itẽ calamo singulorum pondere qui sit adipis cum uino bis aut ter subferuefactis. Fit autem hyeme: quoniam æstate non glaciat nisi accepta cæra. Multa præterea remedia sunt ex anserе: quod miror æque q̃ in coruis. Namq; anser coruusq; ab æstate in atũnum morbo conflictari dicuntur. De anserum honore quem meruere gallorum in capitolium ascensu deprehenso: diximus.

Vel conbiculatim modici magnitudine. gruere ouationem eã

Remedia de cane: & ex animalibus quæ placita non sunt: sed fera: & ex uolucribus: & contra morsus phalangiorum. CA. IIII.

IAdem de causa supplicia annua canes pẽdunt inter ædẽ iuuentutis & sũmanii uiui in furcas sambucea arbore fixi. Sed plura de hoc aiali dici cogunt priscoꝝ mores. Catulos lactentes adeo puros existimabant ad cibũ: ut etiam placãdis numinibus hostiarum uice uterentur iis. Genito mane catulo res diuina fit: & in cœnis deorũ etiãnum ponitur. Catulina adiicialibus quidem epulis celebrem fuisse. Plauti fabulæ sunt indicio. Sanguine canino contra toxica nihil præstãtius putatur. Vomitiones quoq; hoc animal monstrasse uidet. Et alios usus ex eo mire laudatos referemus suis locis. Nunc ad statutum ordinem pergemus. aduersus serpentium ictus efficacia habentur fimum pecudis recẽs in uino decoctum illitũq;. Mures disecti & impositi quorum natura nõ est spernenda præcipue in ascensu syderum ut diximus: cum lumine lunæ fibrarũ numero crescente atq; decrescẽte. Tradũt magi iocinere muris dato porcis in fico sequi dantem id animal. In hoie quoq; similiter ualere: sed resoluí cyatho olei poto. Mustellaꝝ duo genera. Alterum siluestre. Distant magnitudine. Græci uocant ictides. Harũ fel contra aspides dicitur efficax: cætero uenenũ. Hæc aũt quæ in domibus nr̃is oberrat: & catulos suos (ut auctor est Cicero) quottidie transfert: mutatq; sedem: serpentes prosequit. Ex ea inueterata sale denarii pondus in cyathis tri

bus datur percussis aut uentriculus coriandro farctus inueteratusq; & in uino potus. Et catulus mustellæ etiam efficacius. Quædam pudenda dictu tanta auctorum asseueratione cõmendantur ut præterite fas nõ sit. Siquidem illa concordia rerum: aut repugnantia medicinæ gignuntur. Veluti cimicum animalis fœtidissimi: & dictu quoq; fastidiendi natura contra serpentium morsus & præcipue aspidum ualere dicitur. Item contra uenena omnia. Argumento q; dicunt gallinas quo die id ederint non interfici ab aspide. Carnes quoq; earum percussis plurimũ prodesse. Ex iis quæ tradunt humanissimũ illinire morsibus cum sanguine testudinis. Item suffitu eorum abigere sanguisugas adhærentes: haustasq; ab animalibus restingere in potu datos. Quanq̃ & oculos quidam iis inungunt tritis cum sale & lacte mulierum. Auresq; cũ melle & rosaceo ammixtis. Eos qui agrestes sint: & in malua nascantur crematos cinere permixto rosaceo infundunt auribus. Cætera quæ de iis tradunt: uomicæ & quartanarũ remedia: aliorumq; morborum q̃q̃ quo aut cæra aut faba inclusos censeant deuorandos falsa nec referenda arbitror. Lethargi tamẽ medicinæ cum argumento adhibent: quoniam uincatur aspidum somnifica uis septenos in cyatho aquæ dantes: pueribus annis quaternos. Et stranguriæ fistulæq; imposuere: adeo nihil illa rerum omnium parens sine ingentibus causis genuit. Quin & adalligatos leuo brachio binos lana subrepta pastoribus resistere nocturnis febribus prodiderunt: diurnis in rosaceo panno. Rursus iis aduersatur scolopendra suffituq; necat. Aspides percussos torpere & somno necant: omnium serpentiũ minime sanabiles. Sed & uenenũ earũ si sanguis attigit: aut recens uulnus statim interimit. Inueteratũ ulcus tardius. De cætero potũ q̃libet copia: non nocet. Non enim est tabifica uis: itaq; occisa morsu eaq; aialia cibis innoxia sunt. Cõtarer in pferendo ex iis remedia: nisi. M. Varronẽ scirem. lxxxiii. uitæ anno prodidisse aspidũ ictus efficacissime curari hausta a pcussis ipsoq; urina. Basilisci: quẽ etiã serpentes ipsi fugiunt alios olfactu necantẽ: q hoiem uel si aspiciat tantũ: dñ interimere: sanguinẽ magi miris laudibus celebrant coeuntẽ picis mõ & colore dilutũ cinnabari clariorẽ fieri. Tribuunt ei & successus petitionũ a ptãtibus: & a diis ẽt præcũ: morboq; remedia beneficioq; munere. Quidam id saturni sanguinẽ appellant. Draco non habet uenena. Caput eius limini ianuarũ subditum ppitiatis oratione diis fortunatã domũ facere ꝓmittunt. Oculis eius inueteratis & cũ melle tritis iunctos nõ pauescere ad nocturnas imagines etiã pauidos cordis. Pingue in melle dorcadũ neruis ceruinis adalligatũ in lacerto conferre iudicioq; uictoriã. Primũ spondilũ aditus potestatũ mulcere. Dentes eius illigatos pellibus capreaq; ceruinis neruis: mites præstare dominos: ptãtesq; exorabiles. Sed super oĩa est compositio: q̃ inuictos faciunt magoq; mendacia. Cauda draconis & capite uillis leonis e fronte & medulla eiusdẽ equi uictoris spuma canis unguibus adalligatis ceruino corio: neruisq; cerui alternatis & dorcadis. Quæ arguisse non minus refert: q̃ contra serpentes remedia demonstrasse: quoniã hæc morboq; beneficia sunt. Draconũ adipem uenenata fugiunt. Item uirus ichneumonũ. Et cutis cinere in aceto peruncto. Viperæ caput ꝑpositum uel alterius q̃ quæ percusserit: sine fine prodest. Item si quis eã ipsam in uapore baculo substineat aiunt eũ futura præcinere. Item si quis exustæ eius cinerem illinat. Reuerti aũt ad percussum serpentẽ necessitate naturæ Nigidius auctor est. Caput quidem dissecant scythæ: interq; aures eximunt lapillũ quẽ aiunt ab ea deuorari territa. Alii ipso toto capite utuntur. Fiunt & ex uipera pastilli qui theriaci uocantur a græcis: ternis digitis utrinq; amputatis: exemptisq; interaneis & liuore spinæ adhærẽte: reliquo corpore in patina ex aqua & anetho discocto: spinisq; exemptis & addita similagine: atq; ita in umbra siccatis pastillis: quibus ad multas medicamenta utuntur. Significãdũ uidetur e uipera tantũ hoc fieri. Quidã purgatæ ut supradictũ est adipem cum olei sextario decoquunt ad dimidias. Ex eo cum opus sit ternis stillis additis in oleum perunguntur: ut omnes bestiæ fugiant eos. Præterea constat contra omnium serpentiũ ictus quãuis insanabiles ipsarum serpentium exta imposita auxiliari. Eosq; qui aliquando uiperæ iecur coctum auferint: nunq̃ postea feriri a serpente. Negq; anguis uenenatus est nisi per mensem luna instigatus. Sed prodest uiuus compræhensus: & in aqua contusis: si foueatur ita morsus. Quin & ineſſe ei remedia multa creduntur: ut dicemus. Et ideo Aesculapio dicatur. Democritus quidem monstrat quædam ex iis confici: ut possint auium sermones itelligi. Atqui anguis æsculapius epidauro romam aduectus est: uulgoq; pascitur: & in domibus. Ac nisi incendiis semina exurerentur non esset fœcũditati eorum resistere. In orbe terrarũ pulcherrimũ anguium genus est: quod in aqua uiuit: hydri uocantur: nullis serpentium iferiores ueneno. Horum iecur seruatũ aduersus percussos ab iis auxilium est. Et scorpio tritus stellionum ueneno aduersatur. Fit enim & e stellionibus malum medicamentũ. Nam cum ĩmortuus est in uino faciem eorum qui biberint lentigine obducit. Ob hoc in unguento necant eum ĩsidiantes pellicum formæ. Remediumq; est oui luteum & mel ac nitrum. Fel stellionum tritũ in aqua: mustellas congrẽgare dicitur. Inter omnia uenenata salamãdræ scelus maximum est. Cætera enim singulos feriunt: nec plures pariter interimunt: ut omittam: q; perire conscientia dicuntur homine percusso: neq; amplius admitti ad terras. Salmandra populos pariter necare improuidos potest. Nam si arbori irrepserit: omnia poma inficit ueneno: & eos qui ederint: necat frigida ui nihil aconito distans. Quinĩmo si contacto ab ea ligno uel pede: quo crusta panis incoquatur: idem ueneficiũ est: uel si in puteũ cadat. Quippe cũ saliua eius quacunq; parte corporis: uel in pede ĩmo respersa ois in toto corpore defluat pilus. Tamen talis & tanta uis ueneni a quibusdã aialium ut suibus mandit: dominãte eadẽ illa req; dissidentia. Venenũ eius extingui primũ oĩum ab iis quæ uescant illa: uerisimile est. His uero similia sunt: quæ ꝑdunt cãtharidũ potu: aut lacerta in cibo sũpta. Cætera aduersantia dixius: dicemusq; suis locis. Ex ipsis q̃ magi tradũt cõtra ĩcendia: qm̃ ignes sola aialiũ extinguat: si forẽt uera iã esset experta roma. Sextius uenerẽ accẽdi cibo earum si detractis interaneis & pedibus & capite in melle seruent tradit: negatq; restingui ignẽ ab iis. Ex uolucribus in auxilio cõtra serpentes primũ uultur est. Annotandũ quoq; minus uiriũ esse nigris pennaq;. Ex iis, n. si urantur: nidore fugari eas dicunt. Item cor eius alitis habentes tu-

tos esse ab impetu non solum serpentium: sed etiam ferarum: & latronum ac regum ira. Carnibus gallinaceorum ita ut tepebunt auulsæ appositis: uenena serpentiū domant. Item cerebro in uino poto. Parthi gallinæ malunt cerebrū plagis imponere. Ius quoq; ex iis potum præclare medet: & in multis aliis usibus mirabile. Pantheræ leonesq; non attingūt peruncto eo: præcipue si & allium fuerit incoctū. Aluū soluit. Validius & uetere gallinaceo. Prodest & contra longinquas febres: & torpentibus membris tremulisq;: & articulariis morbis: & capitis doloribus. Epiphoris: inflationibus: fastidiis incipienti tenasmo: iocineri: renibus: uesicæ. Contra cruditates: suspiria. Itaq; etiam faciendi eius extāt præcepta. Efficacius enim cocti cum olere marino: aut cibio: aut cappari: aut apio: aut herba mercuriali: aut polypodio: aut anetho. Vtilissima autem in congiis tribus aquæ ad tres heminas cū supradictis herbis: & refrigeratū sub diuo dari tempestiuis antecedente uomitione. Non præteribo miraculū quāq; ad medicinam non pertinens. Si auro liquescenti gallinarū mēbra misceantur: cōsumunt illud in se. Ita hoc uenenū auri est. At gallinaceis ipsis circulo e sarmentis addito collo non canunt. Auxiliat contra serpentes & columbaq; caro recens conscerpta & hirundinum. Bubonis pedes usti cum plumbagine herba. Nec omittam in hac alite quoq; exemplū magicæ uanitatis. Quippe præter reliqua portentosa mendacia. Cor bubonis impositū māmæ mulieris dormientis siniſtræ: tradunt efficere: ut oīa secreta pronunciet. Præterea in pugnā ferentes idem fortiores fieri. Eiusdem ouo ad capillos remedia demonstrant. Quis autem quæso ouum bubonis uidere potuit: cum tam ipsam autem uidisse prodigiū sit? quis utiq; experiri & præcipue in capillo? Sanguine quidē pulli bubonis etiā crispari promittunt capillū. Huius generis prope uideri possunt quæ tradūt & e uespertilione: q; si sit circūlatus domui uiuus & per se fenestram inuerso capite infigat amuletū esse. Priuatimq; ouilibus circūlatū totiens & pedibus suspensum sursum in superliminare. Sanguinē quoq; eius cū carduo cōtra serpentiū ictus inter præcipua laudant. Phalangiū est italiæ ignotum & pluriū generū. Vnum simile formicæ: sed multo maius: ruffo capite: reliqua parte corporis nigra: albis itercursantibus respersus guttis. Acerbior huius quā uespæ ictus. Viuit maxime circa furnos & molas. In remedio est si quis eiusdē generis alterū percusso ostēdat. Et ad hoc seruant cum mortui inueniunt. Et cortices eoq; contriti & pori medent. Et mustellæ catuli ut diximus supra. Aeque phalangion græci uocant inter genera araneoq;: sed distingūt lupi noie. Tertiū genus est eodē phalangii noie araneus: lanuginosus: grandissimo capite. Quo dissecto inueniri dicunt intus uermiculi duo: adalligatiq; mulieribus ceruina pelle ante solis ortū præstant ne concipiant: ut Cecilius in cōmentariis reliquit. Vis ea annua est: quā solā ex oī atocio dixisse fas sit: quoniā aliquaq; fœcunditas plena liberis tali uenia indiget. Vocatur & rhagio acino nigro similis ore minimo sub aluo pedibus breuissimis tanq; iperfectis. Dolor a morsu eius qualis a scorpione. Vrina similis araneis textis. Idem erat asiortion nisi distingueret uirgulis albis. Huius morsu genua labefactant. Peior utroq; est cæruleus: lanugine nigra caligine concitans: & uomitus araneosos: etiānū deterior a crabrone penna tantū differēs. Hic & ad maciē perducit. Myrmecion formicæ similis capite: aluo nigra: guttis albis distinguentibus. Vesparū dolore torquet. Tetragnathii duo genera habent: peior mediū caput distinguēte linea alba & transuersum altera. Hic oris tumorē facit. At cinereus posteriori parte candicās lentior. Minime aūt noxius eodē colore q telas muscis in parietibus latissime pandit. Contra oīum morsus remediū est galinaceū cerebrū cum piperis exiguo potū in posca. Itē formicæ quinq; potæ. Pecudū fimi cinis illitus ex aceto. Et ipsi aranei quicūq; in oleo putrefacti. Muris aranei morsus sanat coagulo agnino in uino poto. Vngulæ arietinæ cinere cū melle. Mustellæ catulo ut in serpentibus dictū est. Si iumenta momorderit: mus recens cū sale imponit: aut fel uespertilionis ex aceto. Et ipse musaraneus cōtra se remedio est diuulsus & impositus. Nā si prægnans momorderit: protinus dissilit. Optimū: si is imponatur q momorderit. Sed & alios ad hūc usum seruant in oleo aut luto circūlitos. Est & cōtra morsum eius remedio terra ex orbita. Ferunt. n. nō trāsiri ab eo orbitā torpore quodā naturæ. Scorpiōibus cōtrarius maxie inuicē stellio traditur: ut uisu quoq; pauorem iis afferat: & torporem frigidi sudoris: Itaq; in oleo putrefaciunt eū: & ita eo uulnera perungunt. Quidā oleo illo spumā argenteā decoquunt ad emplastri genus atq; ita illinunt. Hunc græci colorē uocant & ascalaboté & galeotem in italia non nascit. Est enim hic plenus lentigine: stridoris acerbi. Et uescit quæ oīa a nostris stellionibus aliena sunt. Prodest & gallinaq; fimi cinis illitus. Draconis iecur. Lacerta diuulsa. Mus diuulsus. Scorpio & ipsæ suæ plagæ impositus: aut assus in cibo sumptus aut potus in meri cyatis duobus. Propriū est scorpionū q; manus palmā nō feriunt: nec nisi pilos attigere. Lapillus q̄lisq; ab ea parte q̄ in terra erat appositus plagæ lenit dolorē. Itē testa sicut erat terra operta ex q̄ parte sicut erat ipposita liberare dr. Nō debēt respicere q ī ponūt. Et cauere ne sol aspiciat. Vermes terreni triti ipositi, psunt. Multa & alia ex his remedia sūt pp q̄ in melle seruant. Noctua apibus cōtraria & uespis crabronibusq; & sanguisugis. pici quoq; martii rostrū secū hntes: nō feriunt ab iis. Aduersant & locustaq; minime sine pēnis: q̄s atelabos uocant. Est & formicaq; genus uenenatū. Nō eas nouere in italia. Solifugas Cice. appellat. Salfugas betica. Iis cor uespertilionis contrarium oībusq; formicis & salamādris resistit. Cātharidas dixius. Sed & in iis magna q̄stio: quoniā ipæ uenena sūt potæ uesicæ cū cruciatu p̄cipuo. Cossinū equitē romanū amicitia Neronis principis notū: cū is liche ne correptus eēt: uocatus ex ægypto medicus ad hāc ualitudinē eius a Cæsare: cū cātharidū potū præparare uoluisset: iteremit. Verum illitas ꝓdesse non dubium est cum succo taminiæ uuæ: & seuo ouis uel capræ. Ipsarum cantharidum uenenum in qua parte sit: nō cōstat iter auctores. Alii in pedibus & capite existimāt esse. Alii negant. Conuenit tantum pennas earum auxiliari in quacunq; parte sit uenenum. Ipæ nascuntur ex uermiculo in spongia maxime cynhorodi: quæ fit in caule. Sed fœcundissime in fraxino. Cæteræque in alba rosa minus efficaces. Potentissimæ inter omnes uariæ luteis lineis: quas in pennis transuersas habent. Multum pingues interiores minutæ latæ pilosæ. Inutilissimæ uero unius coloris machræque.

VI aster tion

Condunt in calice fictili non picato & lintheo colligato congestæ rosa matura: & suspendunt super acetū cum sale feruens: donec per linteolum uaporentur: postea reponuntur. Vis earum adurere corpus: chrustas obducere. Eadem pityocampis in picea nascentibus. Eadem bupresti: similiterq; præparantur. Efficacissime omnes ad lepras lichenasque dicuntur. Menses ciere: & urinam. Ideo & Hippocrates hydropicis dabat. Cantharides obiectæ sunt Catoni uticensi: ceu uenenum uendidisset in auctione regia: quoniam eas sestertiis. lx. addixerat.

De seuo camelino: & cane rabido: & lacerta: & anseribus: & colūbis: & mustelis remedia. CA. V.

IT seuum aūt struthio camelinū tunc uenisse sestertiis. lxxx. obiter dictū sit: efficacioris ad omnia usus q̄ é adeps anserinus. Diximus & mellis uenenati genera. Contra quod utūtur melle: in quo apes sint mortuæ. Idem potum in uino remediū est uitiorū: quæ cibo piscium gignuntur. in canis rabidi morsu tuetur a pauore aquæ capitis canini cinis illitus uulneri. Oportet igne comburi omnia eodem modo: ut semel diximus: ī uase fictili nouo argilla: circūlito: atq; ita in furnū indito. idem in potione proficit. Quidam ob id edendum dederūt. Aliqui & uermem e cadauere canino adalligauere. Menstruaue canis in panno subdidere calici aut intus. ipsius caudæ pilos combustos insuere uulneri. Cor caninum habentem fugiunt canes. Non latrant uero lingua canina in calciamento subdita pollici. Aut caudam mustellæ quæ abscisa dimissa sit habentes. Est limus saliuæ sub lingua rabiosi canis qui datus in potu fieri hydrophonos non patitur. Multo tamen utilissime iecur eius qui in rabie momorderit datur. Si possit fieri crudum mandendū. Si minus quoquomodo coctus aut ius incoctis carnibus. Est uermiculus in lingua canum qui uocatur a græcis lytra: quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt: nec fastidium sentiunt. idem ter igni circūlatus datur morsis a rabioso: ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurrit. Sed id deuoratū anno tantū eo prodest. Aiunt & cristam galli contritam efficaciter imponi. Et anseris adipem cum melle. Saliunt & carnes eorū: qui rabidi fuerunt ad eadem remedia in cibo dandæ. Quin & necantur catuli statim ī aqua ad sexum eius qui momorderit: ut iecur crudū deuoretur ex iis. Prodest & fimū gallinaceum dūtaxat ruffum: ex aceto impositū. Et murisaranei caudæ cinis ita ut ipse cui abscissa sit: uiuus dimittatur. Glebula ex hirundinū nido illita ex aceto: uel pulli hirūdinis combusti. Membrana siue senectus anguiū uernatiōe exuta cū cancro masculo trita. Nam etiam per se reposita in arcis armariisq; tineas necat. Tanta uis mali est urina quoq; calcata rabiosi canis noceat maxime ulcus habentibus. Remediū est fimum caballinū aspersum aceto & calfactū in fico impositū. Minus hoc miretur qui cogitet lapidem a cane morsum: usq; in prouerbiū discordiæ uenisse. Qui in urinam canis suam egesserit: torporem lumboꝝ dicitur sentire. Lacerta quā hysepa alii chalcidem uocant in uino pota: morsus suos sanat. Veneficiis ex mustella sil uestri factis contrariū est ius gallinacei ueteris large hausti: peculiariter contra aconitū addi parū salis oportet. Gallinarū fimū dumtaxat candidum in hysopo decoctū aut mulso: uenena fungorū buletorūq; astringit. Item inflāmationes ac strangulationes: qd̄ miremur: cum si aliud animal gustauerit id fimum torminibus & inflationes afficiat. Sanguis anserinus contra leporis marinos ualet: cū olei æqua portione. Item contra medicamenta mala omnia: asseruatur cū lemnia rubrica & spinæ albæ succo pastillorū drachmis qnq; qui in cyathis ternis aquæ bibantur. Item mustelæ catulus ut supra diximus præparatus. Coagulū quoq; agninū aduersus omnia mala medicamenta pollet. Item sanguis anatū ponticarū. Itaq; & spissatus seruat: uinoq; diluit. Quidam fœminæ anatis efficatiorem putant. Simili modo contra uenena oīa ciconiaꝝ uentriculus ualet. Coagulū pecoris. Caulis ius ex carne arietū priuatim aduersus cantharidas. Item lac ouium calidū: præter quā iis qui bupreſtin aut aconitū biberint. Columbaꝝ siluestrium fimū priuatim contra argenti uiui potum. Contra toxica mustela uulgaris inueterata binis drachmis pota.

Ad alopecias tollendas: & ad pilos reddendos: & ad lendes tollendas: & ad palpebras: & ad glaucomata & ad oculos: & ad parotidas remedia. CA. VI.

ALopecias replet fimi pecudum cinis cum oleo cyprino & melle. Item ungularum muli uel mulæ ex oleo myrtheo. Præterea (ut Varro noster tradit) murinum fimū quod item muscerdas appellat. Et muscarum capita recentia prius folio ficulneo asperatas. Alii sanguine muscarum utuntur. Alii decem diebus cinerem earum illinūt cum cinere chartæ uel nucum: ita ut sit tertia pars e muscis. Alii lacte mulierum cum brasica cinerem muscarum subiiciūt: quidam mel tantum. Nullum animal minus docile existimatur minorisue intellectus. Quo mirabilius est olympiæ sacro certamine nubes earum īmolato tauro deo quem Myoden uocant extra territorium id abire. Alopecias cinis emurium capitibus caudisq; & totius muris emendat: præcipue si ueneficio acciderit hæc iniuria. Item herinacei cinis cū melle: aut corium combustum cum pice liquida. Caput quidem eius ustum per se etiam cicatricibus pilos reddit. Alopecias autem in ea curatione præparari oportet nouacula & sinapi. Quidam ex aceto uti maluerunt. Quæ de herinaceis dicunt oīa tanto magis ualebūt in hystrice. Lacertæ quoq; ut diximus cōbustæ cū radice recentis harūdinis: quæ ut una cremari possit minutatim findēda é. Itēq; myrteo oleo pmixto cineres capilloꝝ defluuia cōtinent. Efficacius uirides lacertæ oīa eadem p̄stant. Etiānum utilius admixto sale & adipe ursino & cepa tusa. Quidā denas uirides in. x. sextariis olei ueteris discoquūt cōtenti semel in mē se ungere. Pelliū uiperinaꝝ cinis alopecias celerrime explet. Itē gallinaꝝ fimū recēs illitū. Corui ouū ī æreo uase permixtū illitumq; deraso capite nigriciā capillis affert. Sed donec inarescat: oleū in ore habendū est: ne & dentes simul nigrescant. Idq; in umbra faciendum est: neq; ante triduum abluendum. Alii sanguine & cerebro eius utuntur cum uino nigro. Alii excoquunt ipsum: & nocte concubia in plumbeum uas condunt. Aliqui alopecias cantharide trita illinunt cum pice liquida: nitro præparata cute. Caustica uis earum: cauendumq; ne exulcerent alte. Postea ad ulcera ita facta capita muriū & fel muriū & fimū cū hellebo

ro & pipere illini iubent. Lendes tolluntur adipe canino: uel anguibus in cibo ſumptis anguillarum mo/
do: aut uernatiõe earum quã exuunt pota. Porrigines felle ouillo cum creta cimolia illita capiti donec ina/
reſcat. Capitis doloribus remedio ſunt cochleæ: eæ quæ nudæ inueniuntur nondum per ætate ablato capi/
te: & iis lapidea duritia exempta. Eſt autem ea calculi latitudine: quæ alligatur: & minutæ fronti illinun/
tur tritæ. Item oeſypum oſſa e capite uulturis adalligata: aut cerebrum cum oleo cedrino peruncto capite
& intus naribus illitis. Cornicis cerebrum coctum in cibo ſumptum uel noctuæ idem præſtat. Gallinace/
uſq; ſi incluſus abſtineatur die ac nocte pari inedia eius qui doleat euulſis collo plumis circumligatiſq; uel
criſtis. Muſtelæ cinis illitus Surculus ex nido milui puluino ſubiectus. Murina pellis cremata ex aceto illi/
to cinere. Limacis inter duas orbitas inuentæ oſſiculum per aurem cum ebore traiectum: uel in pellicula ca
nina adalligatum quod remedium pluribus ſemperq; prodeſt. Fracto capiti aranei tela ex oleo & aceto im/
poſita non niſi uulnere ſanato abſcedit. Hæc & uulneribus conſtrinarum ſanguinem ſiſtit. A cerebro uero
profluentem anſeris ſanguis: aut anatis infuſus adeps ſiſtit. Adepſq; earundem alitum cum roſaceo coctus.
Matutino paſcentis hirundine caput præciſum maxime luna plena lineo panno adalligant capitis dolori/
bus licio. Aut cæra alba fronti illinunt: & pilos caminos panno adalligant. Cerebrum cornicis in cibo ſum/
ptum palpebras gignere dicitur. Oeſypum cum myrrha calidum penicillo illitum. Idem præſtare muſca/
rum: fimi quoq; murini cinerem æquis portionibus: ut efficiatur dimidium pondus denarii promittitur
additis duabus ſextis denarii ſextiui ut omnia oeſypo illinantur. Item murini catuli triti in uino uetere ad
craſſitudinem acopi. Pilos in iis incõmodos euulſos renaſci non patitur fel herinacei. Quorum ſtellionis li/
quor. Salamandræ cinis. Cinis lacertæ uiridis: uel in uino albo ſole coactus ad craſſitudinem mellis in æreo
uaſe. Hirundinis pullorum cinis cum lacte titymalli ſpumaq; cochlearum. Glaucomata dicunt magi cere/
bro catuli ſeptem dierum emũdari ſpecillo dimiſſo in dextram partem ſi dexter oculus curetur: in ſiniſtrã
ſi ſiniſter. Aut felle recenti aſionis. Noctuarum eſt id genus maximum: quibus pluma aurium modo emi/
net. Suffuſionem oculorum canino felle malebat q̃ hyenæ curari Apollonius pitaneus cum melle. Item al/
bugines oculorum. Murium capitum caudarumq; cinere ex melle inunctis claritatem uiſus reſtitui dicũt.
Multoq; magis gliris aut muris ſilueſtris cinere: aut aquilæ cerebro uel felle. Cũ attico melle cinis & adeps
ſoricis combuſti tritus. Lachrymoſis oculis plurimum confert ſtibi. Quod quid ſit dicemus in metallis.
Muſtelle cinis ſuffuſionibus. Item lacertæ hirundiniſue cerebrum. Quæ etiam tritæ coctæue fronti illitæ
epiphoras ſedant: ſiue per ſe ſiue cum polline ſiue cum thure. Sic & ſolatis proſunt. Viuas quoq; cremare:
& cinerem earum cum melle cretico iungi caligines utiliſſimum eſt. Iumentorum oculis membrana aſpi/
dis quam exuerit cum adipe eiuſdem claritatem inunctis facit. Viperam uiuam in fictili nouo conburere
adito fœniculi ſucco ad cyathum unum & thuris manna: atq; ita ſuffuſiones oculorum & caligines inun/
gere utiliſſimum eſt. Medicamentum id echion uocatur. Fit & collyrium e uipera in olla putrefacta uermi
culiſq; enatis cum crocotritis. Exuritur in olla cum ſale quem lingendo claritatem oculorum conſequun/
tur: & ſtomachi totiuſq; corporis tempeſtiuitates. Hinc etiam ſal pecori datur ſalubritatis cauſa: & in anti/
dotis contra ſerpentes additur. Et attollitur. Quidam & uiperis utuntur & cibis. Primum omnium occi/
ſæ ſtatim ſalem in os addi iubent: donec liqueſcat humor quattuor digitorum menſura utrinq; præciſa: ex
emptiſq; interaneis diſcoquunt in aqua aut oleo ſale anetho: & omnibus aut ſtatim ueſcuntur: aut a pane
colligunt ut ſæpius utantur. Ius præter ſupradicta pediculos e toto corpore expellit: prurituſq; etiam ſum
mæ cutis. Effectum oſtendit & per ſe capitis uiperini cinis. Vtiliſſime oculos inungunt. Item q̃ adeps uiperi
nus: De felle non audacter ſuaſerim: quæ præcipiunt: quoniam ut ſuo loco docuimus: non aliud eſt ſerpen
tium uenenum. Anguium adeps erugini mixtus ruptas oculorum partes ſanat: & membrana ſiue earum
ſenectus uernatiõe exuta ſi adfricetur claritatem oculorum facit. Vlulæ quoq; fel prædicatur ad albugines:
ſuffuſiones: caligines. Adeps ſimiliter ad claritatem. Aquilæ: quam diximus pullos ad contuendum ſolem
experiri: mixto felle cum melle atrico inunguntur nubeculæ: & caligationes: ſuffuſioneſq; oculorum. Ea/
dem uis & in uulturino felle eſt: cum porri ſucco & melle exiguo. Item i gallinacei felle alligato ad argema:
& ad albugines ex aqua diluto. Item ad ſuffuſiones oculorum maxime candidi gallinacei. Fimum quoq;
gallinaceorum dumtaxat rubrum luſciosis illinendum monſtrant; Laudant & gallinæ fel: ſed præcipue
adipem contra puſtulas in pupillis. Hoc ſcilicet eius rei gratia ſaginant. Adiuuat mirifice eruptas oculo/
rum tuniculas ammixtis ſchiſto & hematite lapidibus. Fimum quoque earum dumtaxat candidum oleo
in uetere corneiſq; pyxidibus adſeruant ad pupillarum albugines. Qua in mentione ſignificandum eſt pa
uones fimum ſuum reſorbere tradi inuidentes hominum utilitatibus. Accipiter decoctus in roſaceo effica
ciſſimus ad inunctiones oĩum uitioꝝ putatur. Item fimi eius cinis cũ attico melle. Laudatur & milui iecur.
Fimum columbaꝝ ex aceto adægylopas. Similiter & ad albugines & cicatrices. Fel anſerinum ſanguis ana
cum contuſis oculis ita ut poſtea hyſopo & melle inungantur. Fel perdicum cum mellis æquo põdere: per
ſe uero ad claritatem Dorcadis Hippocratis ut putant auctoritate adiicitur: quod in argentea pyxide ad ſer
uari iubent. Oua perdicum in uaſe æreo decocta cum melle: ulceribus oculoꝝ & glaucomatis medent. co/
lumbarũ turturũ: palumbiũ: perdicũ ſanguis oculis cruore ſuffuſis eximie prodeſt. In columbis maſculæ
efficaciorem putant. Vena autem ſub ala ad hunc uſum incidit: quoniã ſuo calore utilior eſt. Super imponi
oportet ſplenium e melle decoctum: lanamq; ſuccidam ex oleo & uino. Earundem auium ſanguis nyctalo
pas ſanat. Et iecur ouium. Atq; ut in capris diximus efficacius fuluæ. Decocto quoq; eius oculos abluere
ſuadent: & medulla dolores humoreſque illinunt. Bubonis oculorum cinis collyrio mixtus claritatem
oculis facere promittitur. Turturis fimum albugines extenuat. Item cochlearum cinis. Fimum cenchri
dis accipitrum generis hanc græci faciunt. Argema ex melle omnibuſq; quæ ſupra ſcripta ſunt ſanantur.

Mel utiliſſimum oculis in quo ſunt apes īmortuæ. Ciconiæ pullum qui ederit: negatur annis continuis lippiturus. Item qui draconis caput habeat. Huiuſq; adipe & melle cum oleo uetere incipiētes caligines diſcuti tradunt. Hirundinum pullos plena luna excæcant: reſtitutaq; earum acie capita comburuntur. Hoc cinere cum melle utuntur ad claritatem & dolores ac lippitudines & ictus. Lacertas quoq; pluribus modis ad oculorum remedia aſſumunt. Alii enim uiridem includunt nouo fictili ac lapillos qui uocant cenidia: quæ & inguinum tumoribus adalligari ſolent: nouem ſingulos ſignis ſignantes: & ſingulos detrahunt per dies Nono emittunt lacertam. Lapillos ſeruant ad oculorum dolores. Alii terram ſubſternunt lacertæ uiridi excecatæ: & una in uitreo uaſe annulos inclūdunt e ferro ſolido uel auro: cum recepiſſe uiſum lacertam apparuerit per uitrum emiſſa ea annulis contra lippitudinē utunt. Alii capitis cinere p ſtibio ad ſcabricias. Quidam uiridem longo collo in ſabuloſis naſcentem cōburunt: & incipientem epiphoram inungunt. Et item glaucomata. Muſtelæ etiam oculis pūctu erutis aiunt uiſum reuerti: eademq; quæ in lacertis & annulis faciunt. Serpentis oculum dextrum adalligatum cōtra epiphoras prodeſſe ſi ſerpēs uiua dimittatur. Lachrymantibus ſine fine oculis cinis ſtellionis capitis cum ſtibio eximie medetur. Aranei muſcarii tela: & præcipue ſpelunca ipſa impoſita fronti ad duo tempora: ita ut a puero impube & capiatur & imponatur. Nec is triduo ſe oſtendat ei cui medeatur neue alteruter nudis pedibus terram attingat his diebus: mirabiliter epiphoras mederi dicuntur. Albugines quoq; dicit tollere inunctione araneus candidus longiſſimis ac tenuiſſimis pedibus contritus in oleo uetere. Sed is etiam cuius craſſiſſimum textum eſt in contignationibus fere adalligatus panno epiphoras ſanare traditur. Scarabei uiridis natura contuentium uiſum exacuit. Itaq; gēmarum ſculptores contuitu eorum acquieſcunt. Aures purgat fel pecudis cum melle. Caninīq; lactis inſtillatio ſedat dolorem. Grauitatem adeps cum abſinthio & oleo uetere. Item adeps anſerinus. Quidā adiiciunt ſuccum cepæ & alii pari modo. Vtuntur & per ſe ouis formicarum. Nāq; & huic animali eſt medicina: cōſtatq; urſos ægros hoc cibo ſanari. Anſerum quoq; & oīum auium adeps præparatur: exemptiſq; uenis oibus patina noua fictili operta in ſole: ſubdita aqua feruēti liquatur. Siccaturq; lineis ſaccis in fictili nouo repoſitus loco frigido minus putreſcit: addito melle. Murium cinis cum melle inſtillatus: aut cum roſaceo decoctus aurium dolores ſedat. Si aliquod animal in aurem intrauerit: præcipuum remedium eſt murium fel aceto dilutum. Si aqua intrauerit: adeps anſerinus cum cepæ ſucco. Gliris detracta pelle iteſtiniſq; exemptis decoquitur melle in uaſe nouo. Sed medici malunt nardo decoqui uſq; ad tertias: atq; ita aſſeruari: deinde cum opus ſit ſtrigili tepefacta infundere. Conſtat deplorata aurium uitia eo remedio ſanari. Aut ſi terreni uermes adipe anſeris decocti infundātur. Item ex arboribus rubri cum oleo triti exulceratis & ruptis auribus præclare medentur. Lacerti inueterati in os pendentis addito ſale cōtuſi & ab ictu læſas aures ſanant. Efficaciſſime autem ferrugineas maculas habentes. Lineis etiam per caudam diſtincte. Millepeda: ab aliis cētipeda aut multipeda dicta: animal eſt e uermibus terræ piloſum multis pedibus arcuatim repēs tactuq; contrahens ſe: oniſcon græci uocāt: alii tilon. Efficaciter ſanat aurium dolores in cortice punici mali decoctum cum porri ſucco. Addunt & roſaceum & in alterā aurem infundunt illam autem quæ non arcuatur ſepa græci uocant: alii ſcolopendram minorem pernitioſamq;. Cochleæ quæ ſunt in uſu cibi cum myrrha aut thuris polline appoſite. Item minutæ & latæ fracturis aurium illinuntur cum melle. Senectus ſerpentium ſeruente teſta uſta inſtillatur roſaceo ammixto contra omnia quidem uitia efficax: ſed contra grauiolentiam præcipue. Aut ſi purulentæ ſunt ex aceto. Melius cum felle caprino uel bubulo: aut teſtudinis marinæ. Vetuſtior anno eadem mēbrana non prodeſt: nec imbre perfuſa: ut aliqui putant. Item aranei ſanies cum roſaceo: aut per ſe in lana uel cū croco. Auribus prodeſt grillus cum ſua terra effoſſus & illitus. Magnam auctoritatem huic animali perhibet. Nigidius: maiorem magi: quoniā retro ambulet: terramq; terebret: ſtridat noctibus. Venantur eum formicæ circūligatæ capillo in cauernā eius coniectæ efflato prius puluere ne ſeſe condat: & ita formicæ complexu extrahitur. Ventris gallinaceorum membrana quæ abiici ſolet inueterata & in uino trita auribus purulentis calida infunditur. Gallinarum quoq; adeps. Eſt & quædam pinguitudo blattæ ſi caput auellatur. Hanc tritam una cum roſaceo auribus mire prodeſſe dicūt. Sed lanam qua incluſerint poſt paulum extrahendam. Celerrime enim id pingue trāſire in animal: fieriue uermiculum. Alii binas ternaſue in oleo decoctas efficaciſſime auribus mederi ſcribūt: & tritas in linteolo imponi contuſis. Hoc quoq; animal inter pudenda eſt. Sed propter admirationem naturæ priſcorumq; curā totum in hoc loco explicandum. Plura earum genera fecerunt. Molles quas in oleo decoctas uerrucis efficaciter illini experti ſunt. Alterum genus Myloecon appellauere circa molas fere naſcens. Has capite detracto attritas lepras ſanaſſe Muſa & picton in exemplis reliquerūt. Tertiū genus & odoris tedio inuiſum exacuta clune cum piſſeleo ſanare ulcera tradunt alias inſanabilia. Strumas panos diebus. xxi. impoſitas: percuſſa: contuſa: cacoethe: ſcabiem: furunculoſq; detractis pedibus & pennis. Nos hæc etiam auditu faſtidimus. At hercule Diodorus & morbo regio & orthopnoicis reſtitiſſe tradit cum reſina & melle. Tantum poteſtatis habet ars ea pro medicamento dandi quicquid uelit. Humaniſſimi eorum cinerem crematorum reſeruandū ad hos uſus in cornea pyride cenſuere. Aut tritas clyſteribus infundendas orthopnoicis: aut rheumaticis. Infixa utiq; corpori illitas extrahere cōſtat. Mel utiliſſimū auribus quoq; eſt in quo apes emortuæ ſūt. Parotidas cōprimi columbinū ſtercus uel p ſe: uel cū farina hordeacea aut auenacea. Noctuæq; cerebrū uel iecur cū oleo iſuſum auriculæ aut parotidæ. Multipeda cū reſinæ tertia illita. Grilli ſiue illiti ſiue adalligati. At reliq; morboq; genera medicinaſq; ex iſdē aialibus aut eiuſdē generis ſequēti dicemus uolumīe.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXX. PRAEFATIO.

De origine magicæ artis:quando & a quibus cœperit:& a quibus celebrata fuerit:& reliquæ ex animalibus medicine. CA. I.

Magicas uanitates ſæpius q dem antecedẽtis opis parte ubicunq; cauſæ locuſq; poſcebãt:coarguimus.Detegemus etiã nunc in paucis. Tamẽ digna res eſt de qua plura dicantur:uel eo ipſo quo fraudulẽtiſſima artiũ plurimũ in toto terrarꝝ orbe plurimiſq; ſæculis ualuit.Auctoritatem ei maximã fuiſſe nemo miretur:quandoqdẽ ſola artium tres alias imperioſiſſimas humanæ mentis cõplexa in unam ſe redegit. Natam primũ eſt medicina nemo dubitat: ac ſpẽ ſalutari irrepſiſſe uelut altiore ſanctiorẽq; q̃ medicinã ita blandiſſimis deſideratiſſimiſq; pmiſſis addidiſſe uires religionis:ad q̃s maxime etiãnum caligat humanum genus. Atq; ut hoc quoq; ſuggeſſerit miſcuiſſe artes mathematicas nullo non auido futura de ſeſe ſciẽdi:atq; ea e cælo ueriſſime peti credente. Ita poſſeſſis hoium ſenſibus triplici uinculo in tantũ faſtigii adoleuit:ut hodieq; etiã in magna parte gentiũ p̃ualeat:& in oriẽte regũ legibus ĩperet. Sine dubio illic orta in pſide a Zoroaſtre ut ĩter auctores cõuenit. Sed utrũ unus hic tantũ fuerit:an poſtea & alius nõ ſatis cõſtat. Eudoxus q ĩter ſapiẽtiæ ſectas clariſſimã utiliſſimãq; eã intelligi uoluit. Zoroaſtrẽ hũc ſex millibus annoꝝ ante Platonis mortẽ fuiſſe,pdidit. Sic & ariſtoteles. Hermippus q de tota ea arte diligẽtiſſime ſcribit:& uicies cẽtũ millia uerſuũ a zoroaſtre cõdita ĩdicibus quoq; uoluminũ eius poſitis explanauit. Etiã p̃ceptorẽ a quo iſtitutũ diceret tradidit Agonacẽ. Ipſum uero q̃q; millibus annoꝝ ante troianũ bellũ fuiſſe. Mirũ hoc in primis:duraſſe memoriã artẽq; tã longo æuo cõmentariis nõ intercidẽtibus,præterea nec claris nec continuis ſucceſſionibus cuſtoditã. Iſtos.n.q̃ſq; cõi auditu ſaltẽ cognitos habet:qui ſoli cognominant. Apuſoꝝ & zaratũ medos:babyloniũq; Marmaridiũ:& arabem Hippocũ:aſſirium uero zarmocenidã:quoꝝ nulla extant monumenta. Maxime tñ miꝝ eſt in bello troiano tantũ de ea arte ſilentiũ fuiſſe Homero:tantũq; operis ex eadẽ in Vlyxis erroribus:adeo ut totũ opus non aliunde cõſtet. Siqdẽ prothea & ſirenũ cantus apud eũ nõ aliter intelligi uolũt. Circẽ utiq; & inferoꝝ euocationẽ ſolũ hac agi. Nec poſtea quiſq̃ dixit:quoniã mõ ueniſſet telmeſſum religioſiſſimã urbẽ:q̃do tranſiſſet ad theſſalas urbes:quaꝝ cognomẽ diu optinuit in nr̃o orbe alienæ gentis. Troianis itaq; temporibus quom Chironis medicinis contenta eſſet:ſolo Marte fulminante. Miror equidem illis populis famam eius in tantum adhæſiſſe ut Menander quoq; litteratũ ſubtilitatibus peritus in eadem telmeſſo genitus theſſalam cognominarit fabulam complexam ambages fœminarum detrahencium lunam. Orphea putarem e propinquo primũ intuliſſe ad uicinas uſq; ſuperſtitiones:ac medicinæ profectum:ſi non ex perſis eſſet uis tota:in thraciamq; magice delata fuiſſet. Primus q; extet:ut equidem inuenio cõmentatus de ea erat Hoſthanes. Xerſem regem perſarum bello: quod is gratiæ intulit comitatus: ac uelut ſemina artis portentoſæ aſperſiſſæ obiter interfecto quacunq; cõmeauerat mũdo. Diligentiores pauloante hunc ponunt zoroaſtrem alium proconneſium. Quod certum eſt: hic maxime Hoſthanes ad rabiem non auiditatem modo ſcientiæ eius græcorũ populos egit. Quanquã animaduertã ſummã litteraꝝ claritatem gloriamq; ex ea ſcientia antiqtus & pene ſemp petitam,Certe pythagoras. Empedocles. Democritus Plato ad hanc diſcendã nauigauere:exiliis uerius q̃ peregrinationibus ſuſceptis. Hanc reuerſi prædicauere:hãc in archanis habuere. Democritus Apollonicem Captidenem & Dardanũ e phœnice illuſtrauit uoluminibus Dardani & ſepulchro eius petitis:ſuis uero ex diſciplina eorum editis. Quæ recepta ab aliis hominũ atq; tranſiſſe per memoriã æque ac nihil in uita mirãdum eſt. In tantũ fides iſtis faſq; omne deeſt adeo ut ii qui cætera de uiro illo probant hæc eius opera eſſe inficientur. Sed fruſtra. Hunc enim maxime affixiſſe animis eam dulcedinem conſtat. Plenumq; miraculi & hoc pariter utraſq; artes efflouiſſe. medicinam dico:magicenq;:eadem ætate illam Hippocrate:hanc Democrito illuſtrantibus circa peloponneſiacũ græciæ bellum:quod geſtum eſt a trecẽteſimo urbis noſtræ anno. Eſt & alia magices factio a Moſe etiamnum:& Lotopea iudæis pendens:ſed multis milibus annorũ poſt zoroaſtrem. Tanto recentior eſt cypria. Non leuem & Alexandri magni temporibus auctoritatem addidit profeſſione ſecundus Hoſthanes comitatu eius exornatus. Planeq; quod nemo dubitet orbem terrarum peragrauit. Extant itaq; & apud italas gentes ueſtigia eius in.xii.tabulis noſtris aliiſq; argumentis:quæ priori uolumine expoſui. dc.lvii.demum anno urbis Gn.Cornelio Lentulo.P.Licinio Craſſo conſſ.ſenatuſcõſultum factum eſt:ne homo imolare/

tur:palamq; in tempus siluit sacri pdigiosi celebratio. Gallias utiq; possedit & quidem ad nostram memoriam. Namq; Tyberii Cæsaris principatus sustulit druidas eox:& hoc genus uatū medicorūq;. Quid ipsæ ego hanc memorē artem oceanum quoq; transgressam:& ad naturæ inane peruectā in britanniā: quæ hodie eam attonite celebrat tantis cerimoniis:ut dedisse persis uideri possit. Adeo ista toto mundo cōsensere q̄q̄ discordi & sibi ignoto. Nō satis extimari pōt:quantū romanis debeat:qui sustulere monstra: in quibus hoiem occidere religiosissimū erat:mandi uero etiam saluberrimum. Vt narrauit Hosthanes.

De speciebus magicæ artis:& Neronis:& magorum detestatio. CA. II.

Vel diuinia

SPeties eius plures sunt:nāq; & ex aqua:& a sphæris:& ex aere:& stellis:& lucernis ac peluibus:sacrificibusq;:& multis aliis modis diuina promittit:præterea umbrax:iferorūq; colloquia. Quæ oīa ætate nostra princeps Nero uana falsaq; comperit. Quippe non citharæ tragiciq; cantus libido illi maior fuit. Fortuna rex humanax sūma gestiente in profundis animi uitiis:primūq; imperare diis cōcupiuit:nec quicq̄ generosius uoluit. Nemo unq̄ ulli artiū ualidius fauit. Ad hæc nō opes illi defuere:non uires: non discendi ingeniū aliaq; non patiente mūdo. Immēsum & indubitatū exemplum est falsæ artis:quā dereliquit Nero. Vtinā; inferos potius & quoscūq; de suspitionibus suis deos cōsuluisset q̄ lupanaribus atq; prostitutis mandasset inquisitiones eas. Nulla profecto sacra barbari licet feriq; ritus non mitiora q̄ cogitationes eius fuissent. Sæuius sic nos repleuit umbris. Sunt quædā magis pfugia ueluti lentiginē habentibus nō obsequi numina ut cerni nō possint. Forte hoc in illo? Nihil mēbris defuit. Nam dies eligere certos liberū erat. Pecudes uero qbus non nisi ater colos esset:facile. Nā hoiem īmolare etiā gratissimū. Magus ad eum Tiridates uenerat:armeniacū de se triumphū afferēs:& iō prouinciis grauis. Nauigare noluerat:quoniā expuere in maria:aliisq; mortaliū necessitatibus uiolare naturam eam fas non putāt. Magos secum adduxerat. Magicis etiā cœnis eum initiauerat. Non tamen cum regnum ei daret hanc ab eo accipere artem ualuit. Proinde autem ita persuasum sit intestabilem:irritam:inanem esse habentem tamē quasdam ueritatis umbras:sed in iis ueneficas artes pollere:non magicas. Quærat aliquis quæ sint mentiti ueteres magi cum adolescentibus nobis uisus Appion grāmaticæ artis prodiderit cynocephaliā hærbam quæ in ægypto uocaretur osirites diuinā & contra oīa uenefícia. Sed si ea erueretur: statim eum qui eruisset:mori. Seq; euocasse umbras ad percontandum Homerū:qua in patria qbusq; parentibus genitus esset.

Ioseph9 Vel īiudæa

Non tamen ausus profiteri quid sibi respondisse diceret.

De talpis:& reliquæ medicinæ p morbos digestæ in aialibus:quox gña placida sūt aut fera. CA. III.

PEculiare uanitatis sit argumentū:q; aialium cunctox talpas maxime mirant:tot modis a rex natura dānatas cæcitatis ppetuæ tenebris etiānū altis defossas:sepultisq; similes. Nullis æque credūt extis. Nullū religionis capacius iudicāt aial. Vt si qs cor eius recēs palpitansq; deuorarit: diuiatiōis & rex efficiendax euētus pmittant. Dēte talpæ uiuæ exēpto sanari dentiū dolores adalligato affirmant. Cætera ex eo aīali placita eox suis reddemus locis. Nec qcq̄ pbabilius inueniret q̄ muris aranei morsibus aduersari eas:qm̄ & terrā (ut dixīus) orbitis depssam auersant. Cætex dentiū doloribus (ut iidem narrant) medet canū qui rabiē pferunt:capitū crematox cinis sine carnibus īstillatus ex oleo cyprio p aurē cuius e parte doleāt. Caninus dens sinister maximus circūscarificato eo q doleat:aut draconis os e spina. Item enydridis. Est aūt serpēs masculus & albus. Huius maximo dente circūscarificāt. At in superiore dolore du os superiores adalligāt:e diuerso īferiores. Huius adipe pungunt:q crocodillū captant. Dētes scarificant & ossibus lacertæ e fronte luna plena exemptis:ita ne terrā attingant. Colluūt caninis dentibus decoctis in uino ad dimidias partes. Cinis eox pueros tarde dentiētes adiuuat cū melle. Fit eodē mō & dentifriciū e caninis dētibus. Cinis e murino fimo inditus:uel iecur lacertax aridū. Anguinū cor si mordeat aut alliget efficax habet. Suntq; inter eos qui murē bis in mēse iubeant mandi:doloresq; ita caueri. Vermes terreni decocti in oleo infusiq; auriculæ:cuius e parte doleant pstant leuamentū. Eorundē cinis exesis dētibus cōiectus ex facili cadere eos cogit. Integros dolentes illitus iuuat. Comburi autē oportet in testa. Prosunt & cū mori radice in aceto scyllite decocti:ita ut colluant dentes. Is quoq; uermiculus qui in herba quæ Veneris labrū appellat:inuenit canis dentiū indutus mire prodest. Nā erucæ brassicæ eius contactu cadunt. Et e malua cimices infundunt auribus cū rosaceo. Arenulæ quæ inueniunt in cornibus cochleax cauis dentiū inditæ statim liberant dolore. Cochleax inanium cinis cū myrrha a gingiuis prodest. Serpentis cū sale in olla exustæ cinis cū rosaceo in contrariā aurē infusus. Anguinæ neruationis mēbrana cū oleo tædaq; resina calefacta & auri alterutri infusa. Adiiciunt aliq thus & rosaceū. Eademq; cauis indita:ut sine molestia cadāt:præstat. Vanū eē arbitror canis ortu angues cauda mēbranā exuere:quoniā neutrū in italia uisum est. Multoq; minus credibile in tepidis regionibus tam sero exui. Hanc aūt uel inueteratam cum cæra celerrime dentes euellere tradunt. Et dens anguium alligatus dolores minuit. Sunt qui & araneū animal ipsum sinistra manu captum tritumq; in rosaceo:& in aurem infusum:cuius a parte doleat prodesse arbitrētur. Ossiculis gallinarum in pariete seruatis fistula salua adacto dente uel gingiua scarificata:proiectoq; ossiculo statim dolorē abire tradunt. Itē fimo corui lana adalligato:uel passex cū oleo calfacto & pximæ auriculæ īfuso pruritū qdē intolerabilē facit. Et iō utilius est passeris pullox sarmentis crematox cinerē ex aceto infricare.

Qūo cōmendetur os:contra maculas faciei & ad faucium uitia. CA. IIII.

ORis saporem mandari affirmant murino cinere cum melle:si fricentur dentes. Admiscēt qdam marathri radices. Penna uulturis. si scalpantur dentes acidū halitū faciunt. Hoc idem istricis pinna feciſſe:ad firmitatē pertinet. Linguæ ulcera & labrorum hirundines in mulso decoctæ sanāt. Adeps anseris aut gallinæ rimas. Oesypū cum galla araneox telæ candidæ: & quæ intra bulbos paruæ texuntur. Si feruentia os intus exusserint:lacte canino statim sanabuntur. Maculas in facie oesypum

cum melle corsico: quod asperrimum habetur extenuat. Item scobem cutis in facie cum rosaceo impositũ uellere: Quidam & butyrum addunt. Si uero uitiligines sint: fel caninum prius acu compunctas. Liuentia & sugillata pulmones arietum: pecudumq; in tenues confecti membranas calidi impositi: uel columbinũ fimum. Cutem in facie adeps anseris uel gallinæ custodit. Lichenas & murino fimo ex aceto illinunt: & cinere herinacei ex oleo. In hac curatione prius nitro ex aceto faciem foueri præcipiunt. Tollit ex facie uitia & cochlearum: quæ latæ & minutæ passim inueniuntur cum melle cinis. Omnium quidem cochlearum cinis spissat: calfacit: smectica ui. Et ideo causticis commiscetur psoriscq; & lepris: & lentigini illinitur. Inuẽio & formicas herculaneas appellatas quibus tritis adiecto sale exiguo talia uitia sanentur. Bupreſtis animal est rarum in italia: similimum scarabeo longipedi. Fallit inter herbas bouem maxime: unde & nomen inuenit deuoratumq; tacto felle: ita inflammat: ut rumpat. Hæc cũ hircino seuo lichenas illita ex facie tollit smectica ui: ut supra dictum est. Vulturinus sanguis cum chamæleonis albæ: quam herbam esse diximus: radice & cedria tritus contentusq; brassica lepras sanat. Item pedes locustarũ cũ seuo hircino triti. Varos adeps gallinaceus cum cepa tritus & subactus utilissimum & in facie sæpe mel in quo apes sint emortuæ. Præcipue tamen faciem purgat: atq; erugat cygni adeps. Stigmata delentur columbino fimo ex aceto. Grauedinem iuenio finiri: si quis nares murinas osculetur. Vua & faucium dolor mitigatur fimo agnorum priusq; herbam gustauerint in umbra arefacto. Vua succo cochleæ acu transfossæ illita: ut cochlea ipsa in fumo suspendatur. Hirundinum cinere cum melle. Sic & tonsillis succurritur. Tonsillas & fauces lactis ouilli gargarissatio adiuuat. Multipeda trita. Fimum columbinum cum passo gargarissatum etiam cum fico arida: ac nitro impositum: extra asperitatem faucium: & distillationes leniunt. Cochleæ coqui debent in lacte. demptoq; tantũ terreno conteri & in passo dari potui. Sunt qui astypaleicas efficacissimas putent: & in iis smegma earum. Lenit & gryllus infricatus. Aut si quis manibus quibus eum contriuerit: tonsillas attingat. Anginis felle anserino cum elaterio & melle citissime succurritur. Cerebro noctuæ cinere hirundinis ex aqua calida poto. Huius medicinæ auctor ẽ Ouidius poeta. Sed efficaciores ad omnia quæ ex hirundinibus mõstrantur: pulli siluestrium. Figura nidorum eos deprehendit. Multo tamen efficacissime ripariarum pulli. Ita uocant in riparum cauis nidificantes. Sunt multi qui cuiuscunq; hirundinis pullum edendum censent: ne toto anno metuatur id malum. Strangulatos cum sanguine comburunt in uase: & cinerẽ cum pane aut potu dant. Quidam & mustellæ cineres pari modo ammiscent. Sic & ad strumæ remedia. Dant & comitialibus quotidie potu. In sale quoq; seruatæ hirundines ad anginam una drachma bibũtur. Cui malo & nidus earum mederi dicitur potus. Millepedam illini anginis efficacissimum putant. Alii. xxi. tritas ĩ aquæ mulsæ hemina dari per harundinem: quoniam dentibus tactis nihil prosunt. Tradunt & murem cum uerbenaca excoctum: si bibatur is loquor: remedio esse. Et corrigiam caninam ter collo circundatam. Fimum columbinum uino & oleo permixtum. Ceruicis neruis & opysthotono ex milui nido furculus uitis adalligatus auxiliari dicitur.

Ad strumas exulceratas: ad humerorum & præcordiorũ dolores. CA. V.

Strumis exulceratis mustelæ sanguis. Ipsa decocta in uino: non tamen sectis admouetur. Aiunt & in cibo sumptam idem efficere. Vel cineri eius sarmentis combustæ miscetur axungia. Lacertus uiridis adalligatur. Post dies. xxx. oportet alium adalligari. Quidam cor eius in argento uasculo seruant. Ad fœminarum strumas ueteres cochleæ cum testa sua tusæ illinuntur: maxime quæ frutetis adhærent. Item cinis aspidum cum seuo taurino imponitur. Anguinus adeps mixtus oleo. Item anguium cinis ex oleo illitus: uel cum cæra. Edisse quoque eos medios abscisis utrinque extremis artubus aduersus strumas prodest. Vel cinerem bibisse in nouo fictili ita crematorum. Efficacius multo iter duas orbitas occisorum. Et gryllum illinire cum sua terra defossum suadent. Item fimum columbarum per sese cum farina hordeacea: uel auenacea ex aceto. Talpæ cinere ex melle illinire. Alii iecur eiusdem contritum inter manus illinunt: & triduo non abluunt. Dexterum quoque pedum eius remedio esse strumis affirmant. Alii præcidunt caput: & cum terra a talpis excitata tusum digerunt in pastillos pyxide stagnea: & utuntur ad omnia quæ intumescunt: & quæ apostemata uocant: quæque in ceruice sunt. Vescique suilla tunc uetant. Tauri uocantur scarabei terrestres Rhicino similes: nomen cornicula dedere. Alii pediculos terræ uocant. Ab iis quoque terram egestam illinunt strumis & similibus uitiis: & podagris. Triduo non abluunt: prodestque hæc medicina in annum. Omniaque his ascribũt: quæ nos in gryllis rettulimus. Quidam & a formicis terra egesta sic utuntur. Alii uermes terrenos totidem: quot sunt strumæ: adalligãt: pariterque cum iis arescunt. Alii uiperam circa canis ortum circuncidunt: ut diximus. Dein mediam comburunt: Dein cinerem eum dant bibendum ter septenis diebus quantum præhenditur ternis digitis. Sic strumis medentur. Aliqui uero circunligant eas: lino: quo præligata infra caput uipera pependerat: donec exanimaretur. Et millepedis utuntur addita resinæ terebinthinæ parte quarta. Quo medicamento omnia apostemata curari iubent. Humeri doloribus mustelæ cinis cum cæra medetur. Ne sint malæ hirsutæ formicarum oua pueris infricata præstant. Item mangonibus: ut lanugo tardior sit pubescentium sanguine e testiculis agnorum qui castrantur. Qui euulsis pilis illitus & cõtra uirus proficit. Præcordia uocamus uno nomine exta in homine: quorũ & dolore cuiuscunque partis si catulus lactens admoueatur: apprimaturq; iis partibus: transire in eum morbus dicitur. Idq; exenterato perfusoq; uino deprehendi uitiato uiscere illo quod doluerit hominis & obrui aliis religio est. Ii quoq; quos meliteos uocamus: stomachi dolorem sedant applicati sæpius. Transireq; morbos ægritudine eorum intelligitur: plerunq; & morte.

De pulmonum uitiis iecoris & sanguinis reiectionibus. CA. VI.

PVlmonũ uitiis medent & mures: maxime africani detracta cute in oleo & sale decocti: atq; in cibo sumpti. Eadẽ res & purulẽtis uel cruẽtis excreationibus medet. Præcipue uero cochleaꝝ cibus stomacho. In aqua eas subseruefieri itacto corpore eaꝝ oportet: mox in pruna torreri nihil addito: atq; ita e uino garoq; sumi: pcipue africanas. Nup hoc cõpertũ plurimis ꝓdesse. Id quoque obseruãt: ut numero ipari sumãt. Virus tamẽ eaꝝ grauitatẽ halitus facit. Prosunt & sanguinẽ excreãtibus dẽpta testa tritæ in aquæ potu. Laudatissimæ aũt sunt africãæ ex iis solitanæ. Ex iis olitãæ: astypaleicæ. Siculæ modicæ: quoniã magnitudo duras facit: & sine succo. Balearicæ quas cauaticas uocãt: quoniã in spelũcis nascunt. Laudatæ & ex isulis capreaꝝ. Nullæ eaꝝ aũt cibis gratæ: neq; ueteres: neq; recẽtes. Fluuiales & albæ uirus habẽt: nec nõ siluestres: stomacho iutiles: aluũ soluũt. Itẽ oẽs minutæ. Cõtra marinæ stomacho utiliores. Efficacissimæ tamẽ in dolore stomachi. Laudatiores tradunt: quæcũq; uiuæ cũ aceto deuoratæ. Præterea sunt q̃ aceratæ uocant late multifariãq; nascẽtes: de quaꝝ usu suis dicemus locis. Gallinaceoꝝ uẽtris mẽbrana iueterata & inspsa potiõi distillatiões pectoris: & humidã tussim: uel recens tosta lenit. Cochleæ crudæ tritæ cũ aquæ tepidæ cyathis tribus: si sorbeant: tussim sedãt. Distillatiões sedat & canina cutis cuilibet digito circũdata. Iure pecudũ stomachus recreat. Iocinerũ doloribus medet mustela siluestris i cibo sumpta: uel iocinera eius. Itẽ uipa porcelli mõ inassata. Suspiriosis multipedæ ita ut ter septenæ in attico melle diluant: & ꝑ harũdinẽ bibant. Oẽ. n. uas eaꝝ nigrescit cõtactu. Quidã torrẽt ex iis sextariũ in patina dõec cãdidæ fiãt. Tũc mel imiscẽt. Alii cẽtipedã necãt: & ex aq̃ calida dari iubẽt. Cochleæ i cibos: iis quos linqt aius: aut quoꝝ alienat mẽs: aut qbus uertigies fiũt ex passi cyathis tribus singulæ cõtritæ cũ sua testa & calefactæ in potu datæ diebus plurimũ nouẽ. Aliq singulas prio die dedere: sequenti binas: tertio ternas: quarto duas: qnto unã. Sic & suspiria emendãt: & uomicas. Esse aial locustæ simile sine pennis: qd̃ tryxalis græce uocat: latinũ nomẽ nõ habet. Aliqui arbitrant auctores nec pauciores hoc esse qd̃ gryllus uocet. Ex iis uiginti torreri iubẽt: ac bibi emulsa cõtra orthopnoeneas: sanguinẽq; expuentibus. Est q̃ cochleis illotis qbusdã ꝑtropũ ifundat: uel marinã aquã: ita decoquat: & in cibo sumat: aut si tritæ cũ testis suis sumantur cũ ꝑtropo. Sic & tussi medent: ac uomicas priuatim sanãt melle in quo apes sint emortuæ. Sãguinẽ reiiciẽtibus pulmo uulturinus uitigineis lignis cõbustus: adiecto flore mali punici ex parte dimidia. Itẽ cotoneorũ liliorũq; iisdẽ portiõibus potus mane atq; uesperi in uino si febris absit. Si minus ex aqua in qua cotõea decocta sunt. Pecudis lyen recens magicis ꝑceptis super dolẽtẽ lyenẽ extendit: dicẽte eo qui medeat lyeni se remediũ facere. Post hæc iubẽt eũ in pariete dormitorii eius tectoue icludi: & obsignari annulo ter: nouiesque carmẽ dici. Caninus si uiuenti eximat: & in cibo sumat: liberat eo uitio. Quidã recẽtẽ superilligãt. Alii duorũ dierũ catuli ex aceto scyllitico dant ignoranti fel: uel herinacei lyenẽ: Itẽ cochlearũ cinerẽ cũ semine lini & urticæ addito melle: donec persanet. Eliberat & lacerta uiridis eo dolore uiua in olla ante cubiculum dormitorii eius: cui medet suspensa: ut egrediens reuertensq; attingat manu. Cinis e capite bubonis cũ unguento. Mel in quo apes sunt emortuæ. Araneus & maxime qui lycos uocatur. Vpupæ cor. in lateris doloribus laudatur: & cochlearũ cinis i ptisana decoctarũ: quæ & per se illinunt. Canis rabiosi caluariæ cinis potioni inspergit. Lumborũ dolori stellio transmarinus capite ablato & intestinus decoctus in uino cũ papaueris nigri denarii põdere dimidio eo succo bibitur. Lacertæ uirides decisis pedibus & capite in cibo sumũtur. Cochleæ tres cõtritæ cũ testis suis atq; in uino decoctæ cũ piperis granis. xv. Aquilæ pedes euellunt in aduersum a suffragie: ita ut dexter dexteræ partis doloribus adalligetur: sinister leuæ. Multipeda quoq; ẽt quã oniscõ appellauimus medetur denarii pondere ex uino cyathis duobus pota. Vermen terrenum catillo ligneo ante fisso & ferro uincto ipositũ aqua excepta perfundere & defodere: unde effoderis magi iubẽt: mox aquam bibere catillo: mire id prodesse ischiadicis: affirmantes.

Vel ferreo iunco

Ad dysentericos & uentris mala remedia. CA. VII.

Vl ileos

DYsentericos recreant fœmina pecudũ decocta cũ lini semine aqua pota. Caseus ouillus uetus. Seuum ouiũ decoctũ in uino austero. Hoc & ileo medet. Et tussi ueteri. Dysentericis stellio trãsmarinus ablatis intestinis & capite pedibusq; ac cute decoctusq; & in cibo sumptus Cochleæ duæ cũ ouo utraq; cum putamine cõtritæ: atq; in uase nouo addito sale & passi cyathis duobus: aut palmarũ succo & aquæ cyathis tribus subseruefactis & in potu datis. Prosunt & cõbustæ ut cinis earũ bibatur in uino addito resinæ momẽto. Cochleæ nudæ de qbus diximus in africa maxime iueniunt: utilissimæ dysentericis. Quinæ cõbustæ cum denarii pondere dimidii acaciæ. Exq; eo cinere dãtur cochlearia bina in uino myrtite: aut quolibet austero cũ pari modo calidæ. Quidã oĩbus africanis ita utunt. Alii totidem africanas: uel latas infundunt potius. Et si maior fluctio sit: addunt acaciã fabæ magnitudine. Senectus anguium dysentericis: & tanasmis in stagneo uase dequoquit cũ rosaceo: Vel si in alio cũ stagno illinit. Ius e gallinaceo iisdem medet: sed ueteris gallinacei uehementius. Salsum ius aluum cit. Membrana gallinarũ tosta & data in oleo ac sale cæliacorũ dolores mulcet. Abstinere aute frugibus ante & gallinã & hominẽ oportet. Fimum columbinũ tostũ potumq;. Caro palumbi in aceto decocta dysentericis & cæliacis medetur. Turdus inassatus cũ myrthi baccis dysentericis. Itẽ merule. Itẽ medet mel in quo sint imortuæ apes decoctũ. Grauissimũ uitium Apuleios appellat. Huic resisti aiunt discerpti uespertiliõis sanguine. Etiã illito uẽtre subuenire. Sistit aluũ & cochlea sicut diximus in suspiriosis tẽperata. Itẽ cinis eaꝝ quæ uiuæ crematæ sint potus ex uino austero. Gallinaceorũ iecur assum cũ uentriculi mẽbrana: quæ abiici solet inueterata: tam mixto papaueris succo. Alii recẽtẽ torrẽt ex uino bibendã. Ius perdicũ & per se uẽtriculus cõtritus ex uino nigro. Item palũbus ferus & e posca decoctus. Lyen pecudis tostus & in uino tritus. Fimũ columbinũ cũ melle illitum. Ossifragi uenter arefactus & potus iis qui cibos nõ cõficiunt: utilissimus: uel si manu tantũ teneãt ca-

pientes cibum. Quidāq; adalligant ex hac cauſa: ſed cōtinuare nō debent. Maciem enim facit. Siſtit & anatum maſculaꝝ ſanguis. Inflationē diſcutit cochleaꝝ cibus. Tormina ſanat lyen ouiū toſtus: atq; e uino potus. Palūbus ferus ex poſca decoctus. Apodes ex uino. Cinis ibidis ſine pēnis crematæ potus. Quod p̄terea traditur in torminibus. Mirū eſt anate appoſita uentri trāſire morbū: anatēq; emori. Tormina & melle curantur in quo ſunt apes īmortuæ decocto. Coli uitium efficaciſſime ſanatur ab aue galerita aſſa in cibo ſumpta. Quidam in uaſe nouo cū plumis exuri iubent: cōtericq; in cinerem: bibiq; ex aqua coctum cochlearibus ternis per quatriduum. Quidam cor eius adalligari fœmini. Alii recens repenſq; adhuc deuorari. Conſularis aſpernatum domus eſt: in qua alter e fratribus colo liberatus eſt aue hac in cibo ſumpta: & corde eius in ermilla aurea incluſo: alter ſacrificio quodā facto crudis laterculis ad formā camini: atq; ut ſacrum peractū erat obſtructo ſacello. Vnum eſt oſſifrago inteſtinū mirabili natura oīa deuorata cōficienti. Huius partem extremā adalligatā prodeſſe cōtra colū cōſtat. Sunt occulti interaneorū morbi: de quibus miꝝ proditur. Si catuli priuſq; uideant applicent triduo ſtomacho maxime ac pectori: & ex ore ægri ſuccū lactis accipiāt trāſire uim morbi: poſtremo exanimari: diſſectiſq; palā fieri ægri cauſas. Mori & humari debere eos obrutos terra. Magi quidem ueſpertilionis ſanguine contacto uentre in totū annum caueri dolorem tradunt. Aut in dolore ſiquis aquam per pedes fluentem haurire ſuſtineat.

Ad calculos: & ueſicæ dolores teſtiumq;: & unguinum tumores: & ad panos. CA. VIII.

MVrino fimo contra calculos illinire uentrem prodeſt. Herinacei carnem iucundā eſſe aiunt: ſi capite percuſſo uno ictu interficiat priuſq; in ſe urinā reddat. Eos qui carnē ederint ſtrāguriæ morbū cōtrahere minime poſſe. Hæc caro ad hunc modū occiſa ſtillicidia ueſicæ emendat. Itē ſuffitus ex eodē. Quod ſi urinā in ſe reddiderint: eos qui carnē ederint: ſtrāguriæ morbū cōtrahere traditur. Iubent & uermes terrenos bibi ex uino aut paſſo ad cōminuendos calculos: uel cochleas decoctas uti ſuſpirioſis. Eaſdē exemptis teſtis tritiſq; tres in uini cyathis bibi: ſequēti die duas: tertia die unā: ut ſtillicidia urinæ emendēt. Teſtarū uero inaniū cinere ad calculos pellēdos. Itē hydri iecur bibi. Vel cinerem ſcorpionū in pane ſumi. Vel ſiquis cū locuſta edit. Lapillos qui in gallinaceorū ueſica: aut in palumbiū uentriculo inueniantur cōteri: & potioni inſpergi. Item membranā e uentriculo gallinacei aridā: uel ſi recens ſit toſtam. Fimū quoq; palumbiū in faba ſumi cōtra calculos & alias difficultates ueſicæ. Similiter plumaꝝ cinerem palumbinū ferorū ex aceto mulſo. Et inteſtinorū ex iis cinerem cochlearibus tribus e nido hirūdinū. Gryllum dilutū aqua calida. Oſſifragi uentrē arefactum. Turturis fimum in mulſo decoctū: uel ipſius decoctæ ius. Turdos quoq; ediſſe cum baccis myrti prodeſt urinæ. Cicadas toſtas in patellis. Millepedam oniſcon bibiſſe. Et in ueſicæ doloribus decoctum agninorū pedum. Aluum cit & gallinaceorū decoctum ius: & acria mollit. Cit & hirundinū fimū adiecto melle ſubditum. Sedis uitiis efficaciſſima ſunt oeſypū. Quidam adiiciunt pompholigen: & roſaceum. Canini capitis cinis ſenecta ſerpentis ex aceto ſi rhagades ſint. Cinis fimi canini candidi cum roſaceo. Aiuntq; inuētum Aeſculapii eſſe. Et eodem uerrucas efficaciſſime tolli. Murini fimi cinis. Adeps cygni. Adeps bouis. Procidentia alui ſuccus cochlearum punctis euocatus irrita depellit. Attritis medetur cinis muris ſiluatici cum melle uel herinacei: uel ueſpertilionis. Et anſerinus cum cerebro & alumine & oeſypo. Fimum columbinū cum melle. Condylomatis priuatim araneus dempto capite pedibuſq; infricatus. Ne acria perurant: adeps anſerinus cū cæra punica cæruſa roſaceo. Adeps cygni. Hæc & hemorrhoidas ſanare dicūtur Iſchiadicis cochleas crudas tritas cum uino amineo & pipere potu prodeſſe dicunt. Lacertam uiridem in cibo ablatis pedibus interaneis capite. Sic & ſtellionē adiectis huic papaueris nigri obolis tribus. Ruptis conuulſis fel ouium cum lacte mulierum. Verendorū formicationibus uerruciſq; medetur arietini pulmonis inaſſati ſanies. Cæteris uitiis uellerū eius uel ſordidorū cinis ex aqua. Seuū ex omento pecudis & præcipue a renibus ammixto cinere punicis ex ſale. Lana ſuccida ex aqua frigida. Carnes pecudis cōbuſtæ ex aqua. Mulæ ungularū cinis. Dentis caballini contuſi farina inſperſa. Teſtibus uero farina ex oſſibus canini capitis ſine carne tuſis. Si decidat teſtium: alter: ſpumam cochlearū illitā remedio eſſe tradunt. Tetris ibi ulceribus & manantibus auxiliant canini capitis recentis cineres. Cochleæ latæ paruæ cōtritæ ex aceto uel cinis eius. Mel in quo apes ſunt emortuæ cum reſina. Cochleæ nudæ quas in africa gigni diximus tritæ cum thuris polline & ouorum albo. xxxq;. die reſoluūt. Aliqui pro thure bulbum ammiſcent. Hydrocœlicis ſtelliōes mire prodeſſe traduntur capite pedibus interaneiſq; demptis: requum corpus inaſſatum. In cibo id ſæpius datur. Sicut ad urinæ incōtinentiā. Caninū adipem cum alumine ſciſſo fabæ magnitudine. Cochleas africanas cum ſua carne & teſta crematas poto cinere. Anſerū trium linguas iaſſatas in cibo huius rei auctor eſt Anaxilaus. Panos aperit ſeuum pecudū cum ſale toſto. Murinū fimum ammixto thuris polline: & ſandaraca impoſita diſcutit. Lacertæ cinis: & ipſa diuiſa impoſita. Item multipeda contrita: ammixta reſina terebinthina ex parte tertia. Quidam & ſinopidē ammiſcent: cochleæ contuſæ & per ſe cinis inanium cochlearum cæræ mixtus diſcuſſoriam uim habet. Fimum columbarum per ſeſe: uel cum farina hordeacea: aut auenacea illitum. Cantharides mixta calce panos ſcalpelli uice auferunt. Inguinum tumorem cochleæ minutæ cum melle illitæ leniunt. Varices ne naſcantur: lacertæ ſanguine pueris crura ieiunis a ieiuno illinuntur.

Ad podagras: & articulorum dolores. CA. IX.

POdagras lenit oeſypum cum lacte mulieris & cæruſſa. Fimū pecudū quod liquidū reddūt. Pulmones pecudū. Fel arietis cum ſeuo muris miſſecti impoſiti. Sanguis muſtelæ cum plantagine illitus & uiuæ cōbuſtæ cinis ex aceto & roſaceo ſi penna illinat. Vel ſi cæra & roſaceū ammiſcea tur fel caninum ita ne manu attingat: ſed pēna illinat. Fimū gallinaꝝ: uermiū terrenoꝝ cinis cū melle: ita ut tertio die foluant. Alii ex aqua illinire malunt. Alii ipſo aceto mēſura cū mellis cyathis tribus:

pedibus ante rosaceo punctis. Cochleæ latæ potæ tollere dicunt pedũ & articulorũ dolores. Bibunt aũt bi næ in uino tritæ. Eedẽ illinunt cũ helxines herbæ succo. Quidã ex aceto ĩtriuisse cõtenti sunt sale. Quidã sale cũ uipera crematis in olla nouа & sæpius sumptis aiunt podagra liberari. Vtile esse & adipe uiperino pe des perungi. Et de miluo affirmãt: si iueterato tritoq; quantũ tres digiti capiãt bibat ex aqua. Aut si pedes sanguinẽ cũ urtica uel pẽnis eorũ cũ primũ nascent: tritis cũ urtica. Quin & fimus eorũ articularibus dolo ribus illinit. Itẽ cinis mustelæ aut cochleaꝝ & cũ amylo uel tragacãtho. Incussos articulos aranei telæ com modissime curãt. Sunt q cinere eaꝝ uti malint sicut fimi columbini cinere: cũ polenta & uino albo. Articu lis luxatis præsentaneũ est & seuũ pecudis cũ cinere & capillo mulierũ. Perniõibus quoq; ĩponitur seuũ pe cudũ cũ alumine. Canini capitis cinis aut fimũ murũ. Quod si putrida sint ulcera cæra ad cicatricẽ perdu cunt: uel grylloꝝ crematorũ fauilla ex oleo. Item muris siluatici cũ melle. Vermiũ quoq; terrenorũ cũ oleo uetere. Et cochleæ quæ nudæ iueniunt. Vlcera omnia pedum sanat cinis eaꝝ quæ uiuæ combustæ sint. Fi mi q; gallinacei cinis exulceratiões columbini fimi cinis ex oleo. Attritus etiã calciamẽtorum ueteris soleæ crematæ cinis. Agninus pulmo & arietis sanant. Dentis caballini cõtusi farina priuatim subleuat. Lacertæ uiridis sanguis subtritus & hominũ & iumẽtorũ pedes sublitus sanat. Clauos pedum urina muli mulæ cum luto suo illita. Fimum ouium. Iecur lacertæ uiridis uel sanguis: flocco impositus. Vermes terreni ex oleo. Stellionis caput cum uiticis pari modo tritum ex oleo. Fimum columbinum decoctum ex aceto. Ver rucas uero oĩum generũ urina canis recens cum suo luto illita. Fimi canini cinis cum cæra. Fimũ ouiũ. San guis recens murinus illitus: uel ipse mus diuulsus. Herinacei fel. Caput lacertæ uel sanguis uel cinis totius. Mẽbrana senectutis anguium. Fimũ gallinaceũ cum oleo & nitro. Cantharides uua taminia ĩtritæ exedũt. Sed ita erosas aliis quæ ad persananda ulcera monstrauimus curari oportet.

Remedia aduersus morbos toti corpori. CA. X.

NVnc autẽ reuertemur ad ea quæ totis corporibus medẽda sunt. fel canis nigri masculi amuletum esse magi dicunt domus totius. Suffitæ eo purificatæue cõtra oĩa mala medicamẽta. Itẽ sanguine canis respersis parietibus: genitaliq; eius sub limine ianuæ defosso. Minus mirent hæc qui sciunt fœdissimũ aĩalium quãtum magnificẽt rhicinũ: quoniã uni nullus sit exitus saginæ nec finis alia quã morte: diuitus in fame uiuenti. Septenis ita diebus durasse tradunt. At in facietate paucioribus dehisce re. Sunt qui hunc ex aure sinistra canis oẽs dolores sedare adalligatũ. Funditii in augurio uitalium habent. Nã si æger ei respõdeat qui intulerit a pedibus stanti: interrogãtiq; de morbo spem uitæ certã esse. Moritu rum nihil respõdere. Adiiciunt ut euellatur ex aure leua canis: cui nõ sit alius quã niger color. Nigidus fu gere tota die canes cõspectum eius qui e sue id animal euellerit scriptũ reliquit. Rursus magi tradunt lym phatos sanguinis talpæ aspersu resipiscere. Eos uero qui a nocturnis diis fauniscq; agitent: dracõis lingua & oculis & felle: intestinisq; in uino & oleo decoctis: ac sub diuo noctu refrigeratis perunctos matutinis uesp tinisq; liberari perfrictiõibus. Remedio esse tradit Nicander amphysbenã mortuã adalligatã uel pellem tã tum eius. Quinimo arbori quæ cædatur adalligata nõ algere cædentes: faciliusq; succidere. Itaq; sola serpẽ tium frigori se cõmittit prima oĩum procedẽs & ante cuculi cantum. Aliud est cuculo miraculũ: quo quis loco primũ audiat alitem illam: si dexter pes circũscribatur: ac uestigium id defodiat: nõ gigni pulices ubi cunq; spargatur. Paralysis cauentibus pinguia gliriũ decoctorũ & soricum utilissima tradunt esse. Millepe das aut in anginis diximus potas. phthisin sentientibus lacertã uiridẽ decoctã in uini sextariis tribus ad cya thum unum singulis cochlearibus sumptis per dies: donec cõualescãt. Cochlearum cinerẽ potum in uino. Comitialibus morbis oesypum cum myrrhæ momẽto & uini cyathis duobus dilutum magnitudine nu cis auellanæ a balneo potum. Testiculos arietinos iueteratos tritosq; dimidio denarii põdere in aqua uel lactis asini hemina. Interdicitur uini potus quinis diebus ante & postea. Magnifice laudatur & sanguis pe cudum potus. Item fel cum melle præcipue agninum. Catulus lactens sumptus abscisso capite pedibusque exuino & myrrha. Lyen mulæ potus in oxymelite cyathis tribus. Stelliõis trãsmarini cinis potus in aceto. Tunicula stellionis quã eodẽ modo ut anguis exuit pota. Quidam & ipsum harundine exente ratum inue teratumq; bibẽdum dedere. Alii in cibo in ligneis uerubus iassatum. Operæprecium quomodo pcipiatur scire cum exuitur membranã hyberna alias deuorãti eã: quoniã nullũ animal fraudulentius inuidere homi ni tradunt. Inde stellionũ nomẽ aiunt in maledictũ trãslatum. Obseruãt cubile eius æstatibus. Est autẽ in locis hostiorũ fenestrarũq; aut cameris sepulchrisue. Ibi uere incipiẽte fissis harundinibus textas opponũt casas quarũ angustis etiam gaudet: eo facilius exuens circundatũ torporẽ. Sed eo derelicto nõ potest remea re. Nihil ei remedio in comitialibus morbis præferẽt. Prodest & cerebrũ mustelæ iueteratũ potumq; & iecur eius. Testiculi: uuluæq; aut uentriculus iueteratus cum coriãdro: ut diximus: item cinis. Siluestris ue ro tota in cibo sumpta. Eadẽ omnia prædicantur ex uipera. Lacerta uiridis cum condimentis quæ fastidiũ abstergãt: ablatis pedibus & capite: Cochlearũ cinis addito semine lini & urticæ cum melle inunctos sanat. Magis placet draconis cauda in pelle dorcadis alligata ceruinis neruis. Vel lapilli e uentre pullorũ hirundi nũ sinistro lacerto annexi. Dicunt enim excluso pullo lapillũ dare. Quod si pullus is detur incipienti in ci bo: quem primũ peperit: cum quis primũ tentatus sit: liberatur eo malo. Postea medẽt hirundinũ sanguis cum thure: uel cor recens deuoratum. Quin & e nido earum lapillus ĩpositus recreare dicitur cõfestim: & adalligatus perpetuo tueri. Prædicatur & iecur milui deuoratum: & senectus serpẽtium. Iecur uulturis tri tum cũ suo sanguine ter septenis diebus potũ. Cor pulli uulturini adalligatũ. Sed & ipsum uulturẽ in cibo dari iubent: & quidẽ satiatum humano cadauere. Quidã pectus ei bibendum censent: & in cerrino calice. Aut testes gallinacei ex aqua & lacte antecedẽte quinq; dierũ abstinẽtia uini ob id inueteratos. Fuere & qui ex unam muscas ruffas: & quidem emortuas in potu darent: infirmioribus pauciores.

Vel ex aure da mulæ

Contra morbum regium:& freneticos:& contra febres:& hydropicos. CA. XI.

MOrbo reſiſtunt regio ſordes auriū:aut māmaꝫ pecudis denarii põdere cum myrrhæ momẽto & uini cyathis duobus.Canini capitis cinis in mulſo.Multipeda in uini hemina.Vermes terreni in aceto mulſo cū myrrha:Gallina ſi ſit luteis pedibus prius aqua purificatis:dein collutis uino quod bibatur.Cerebꝫ perdicis:aut aquilæ in uini cyathis tribus.Cinis plumaꝫ aut interaneorum palumbi:ſed in mulſo ad cochlearia tria.Paſſerum cinis ſarmẽtis crematoꝫ cochlearibus duobus in aqua mulſa.Auis icterus uocaſ a colore:quæ ſi ſpectetur:ſanari id malum tradunt:& auem mori.Hãc puto latine uocari galgulū.Phreneticis ꝓdeſſe uideſ pulmo pecudū calidus circa caput alligatus.Nã nõ modo muris cerebrū dari potui ex aqua:aut cinerẽ muſtelæ,uerū etiã inueteratas herinacei carnes quis poſſit furenti etiã ſi certa ſit medicina?Bubonis quidẽ oculorū cinerẽ inter ea quibus prodigioſe uitã ludificanſ: acceperim.Præcipueꝫ febtiū medicina placitis eorum renunciat.Nãꝫ & in.xii.ſigna digeſſere eã ſole trãſmeante:iterūꝫ luna:quod totū abdicãdum paucis exemplaribus docebo.Siquidẽ crematis tritiſꝫ cū oleo perungi iubent ægros:cū geminos tranſit ſol:criſtis:& auribus:& unguibus gallinaceorū.Si luna raſis barbis eorum.Si uirginẽ alteruter hordei granis.Si ſagittariū ueſpertiliõis alis.Si leonẽ luna tamaricis fronde:& adiiciũt ſatiuæ.Si aquariū e buxi carbõibus tritis.Ex iſtis cõfeſſa aut certe ueriſimilia põemus:ſicut & lethargū olfactoriis excitari.Inter ea fortaſſis muſtelæ teſticulis inueteratis:aut iocinere uſto.Iis quoꝫ pulmonẽ pecudis calidū circa caput adalligari putant utile.In quartanis medicina clinice ꝓpemodū nihil poller.Quãobrem plura eoꝫ remedia ponemus.Primūꝫ eū quẽ adalligari iubẽt puluerẽ:in quo ſe accipiter uolutauerit lino rutilo in linteolo.Canis nigri dentẽ lõgiſſimū.Pſeudoſphecẽ uocãt ueſpã:q̃ ſingularis uolitat.Hãc ſiniſtra manu apꝓhenſam ſubnectũt.Alii uero q̃ quis eo anno uiderit primã.Viperæ caput abſciſum in lintheolo:uel cor uiuentis exẽptū.Muris roſtrellū auriculaſꝫ ſummas roſeo pãno:ipſumꝫ dimittunt.Lacertæ uiridis uiuæ dextrū oculū effoſſum mox cū capite ſuo deciſo ĩ pellicula caprina.Scarabeus q̃ pilulas uoluit.Propter hũc ægypti magna pars ſcarabeos inter numina colit curioſa.Appionis ĩterpretatione qua colligit ſolis operum ſimilitudinẽ huic hanimali eſſe ad excuſandos gẽtis ſuæ ritus.Sed & aliū adalligant magi cui ſunt cornicula reflexa ſiniſtra manu collectū.Tertiū qui uocaſ fullo albis guttis diſſectum utriꝫ lacerto adalligant.Cætera ſiniſtro:cor anguinū ſiniſtra manu exemptū uiuentibus.Scorpiõis caudæ quattuor articulos cū aculeo pãno nigro:ita ut nec ſcorpionẽ dimiſſum:nec eū qui alligauerit:uideat æger triduo:Poſt tertiū circũitum id cõdat.Erucã in linteolo ter lino circundãt totidẽ modis ad ſingulos dicentes:quare faciant:qui medebunſ.Limacen in pelliculã uel quattuor limacū capita præciſa harũdine.Multipedam lana inuolutã.Vermiculos ex qbus tabani fiunt:ante q̃ pẽnas germinẽt.Alios e ſpinoſis frutetis lanuginoſos.Quidã ex illis quaternos incluſos iuglandis nucis putamine adalligãt.Cochleaſꝫ quæ nudæ inueniunſ.Stellionẽ incluſum capſulis ſubiiciunt capiti:& ſub deceſſu febris emittũt.Deuorari autẽ iubẽt cormergi marini ſine ferro exẽptum:ĩueteratũꝫ conteri:& in calida aqua bibi.Corda hirundinū cum melle.Alii ſimū drachma una in lactis caprini:uel ouilli:uel paſſo cyathis tribus ante acceſſiões.Sũt q totas cẽſeãt deuorãdas.Aſpidis cutẽ põdere ſexta parte denarii cū piperis pari modo parthoꝫ gẽtes in remediū q̃rtanæ bibũt.Chryſippus philoſophus tradidit phryganiõ adalligatū remedio eẽ quartãis.Qd eẽt a ãal:nec ille deſcripſit:nec nos iuenimus q nouiſſet.Demõſtrãdū tamẽ fuit a tam graui auctore dictū:ſi cuiuſq̃ cura efficatior eẽt ad ingrẽdū.Cornicis carnes eẽ:& nidū illinire ĩ lõgiſſimis morbis utiliſſimū putãt.Et ĩ tertiãis fiat poteſtas experiẽdi:quoniã miſeria copia ſpei detecto:an ne aranei quẽ lycū uocãt tela:cū ipſo ſpecu toto reſina cæraꝫ ipoſita utriſꝫ tpibus & frõti ꝓſit.Aut ipſe calamo adalligatus:q̃liter & aliis febribus ꝓdeſſe traditur.Itẽ lacerta uiridis adalligata uiua in eo uaſe:quo cibū capiat.Quo genere & recidiuas frequẽter abigi affirmãt.Hydropicis oeſypū ex uino addita myrrha modice potui daſ nucis auellanæ magnitudiæ.Aliqui addũt & anſerinū adipẽ & oleū myrteū.Sordes ab uberibus ouiū eundẽ effectū habent.Itẽ carnes inueteratæ herinacei ſumptæ.Vomitus quoꝫ canum illitus uentri:aquam trahere promittitur.

Ad ignẽ ſacrũ:ad carbũculos furũculos ambuſta neruorũꝫ contractiones. CA. XII.

IGni ſacro medeſ oeſypum cum põpholyge & roſaceo.Rhicini ſanguis.Vermes terreni ex aceto illiti.Gryllus cõtritus in manibus.Quo genere præſtat:ut qui id fecerit anteq̃ incipiat uitiũ:toto eo anno careat.Oportet autẽ eũ ferro cum terra cauernæ ſuæ tolli.Adeps anſeris.Viperæ caput aridum aſſeruatũ & cõbuſtum:dein ex aceto impoſitum.Senectus ſerpentiū ex aqua illita a balneo cum bitumine & ſeuo agnino.Carbunculus fimo columbino deleſ per ſe illito:uel cum lini ſemine ex aceto mulſo.Itẽ apibus quæ in melle ſunt imortuæ ĩpoſitis.Polentaꝫ impoſita:inſperſa ſi in uerendis ſit:cæteriſꝫ ibi ulceribus occurrit e melle oeſypum cū plumbi ſquamis.Itẽ fimum pecudū ĩcipientibus carbũculis.Tubera & quæcũꝫ moliri opus ſit:efficaciſſime anſerino adipe curanſ.Idẽ præſtat & gruum adeps.Furunculis mederi diciſ araneus ſi priuſq̃ noietur ſit impoſitus:& tertia die ſolutus.Muſaraneus pendens enecatus:ſic ut terrã nec poſtea attingat:ter circundatus furunculo toties expuẽtibus medẽte & cui medebitur.Ex gallinaceo ſimo qd eſt ruffum maxime recens illitū ex aceto.Ventriculus ciconiæ in aqua decoctus.Muſcæ impari numero infricatæ digito medico.Sordes ex pecudum auriculis.Seuum ouium uetus cum cinere e capillis mulierū.Seuum arietis cū cinere punici & ſalis pari põdere.Ambuſtis capitū canis cinis me Vel pudetur.Item glirium cum oleo.Fimum ouium cū cæra cõmixtum.Murium cinis & cochlearũ.Eoꝫ ſic ut micis ne cicatrix quidẽ appareat.Item adeps uiperinus.Fimi columbini cinis ex oleo illitus cyprino.Neruorum nodis medetur capitis uiperini cinis ex oleo cyprino illitus.Terreni uermis cinis cum melle illitus:etiã dolores tollit.Item amphiſbena mortua adalligata.Adeps uulturinus cum uentre arefactus:contrituſq̃ cum adipe ſuillo inueterato.Cinis e capite bubonis in mulſo potus cum lilii radice:ſi magis credimus.In con-

tractione neruorum caro palumbina in cibis prodeſt & iueterata. Herinacei ſpaſticis. Item muſtelæ cinis. Serpentium ſenectus in pelle taurina adalligata ſpaſmos fieri prohibet. Opiſthotonicis milui iecur aridum tribus obolis in aquæ mulſæ cyatis tribus potũ. Reduuias & quæ in digitis naſcunt pterygia tollunt canini capitis cinis aut uulua decocta in oleo ſuper illito butyro ouillo cũ melle. Itẽ folliculus cuiuſlibet aĩalis fellis. Vnguium ſcabriciã cãtharides cũ pice tertio die ſolutæ: aut locuſtæ fictæ cum ſeuo hircino. Pecudũ ſeuum. Aliqui miſcent uiſcum & portulacã: uel æris florem. ita ut tertio die ſoluant.

Vel reduiua

Ad ſanguinẽ ſiſtẽdũ: & tumores uulnerũ: ulcera: uulnera: & alia mala ex aĩalibus remedia. CA. XIII.

Anguinẽ ſiſtit e naribus ſeuũ ex omento pecudũ illitũ. Itẽ coagulũ ex aqua maxime agninũ ſub ditũ uel ifuſum etiã ſi alia nõ proſint. Adeps anſerinus cum butyro pari põdere paſtillis igeſtus. Cinis cochleæ terrenæ. Sed & ipſæ extractæ teſtis. E naribus fluentẽ ſanguinẽ ſiſtũt cochleæ cõtritæ fronti illitæ. Aranei telæ ſuppoſitæ. Gallinacei cerebellũ: uel ſanguinis profluuia a cerebro. Item colũbinus ſanguis ob id ſeruatus cõcretuſq; Si uero ex uulnere imodice fluat fimi caballini cum putaminibus ouorũ cremati cinis impoſitus mire ſiſtit. Et uulneribus medẽt oeſypum cum hordei cinere & ærugine æquis partibus. Ad carcinomata ac ſerpẽtia quoq; ualet. Erodit & ulcerũ margines. Carneſque quæ excreſcunt: ad æqualitatẽ redigit. Explet quoq; & ad cicatricẽ perducit. Magna uis & in cinere pecudũ fimi ad carcinomata addito nitro: aut cinere ex oſſibus fœminũ agninorũ: maxime in iis ulceribus quæ cicatricẽ nõ trahunt. Magna & pulmõibus præcipue arietum. Excreſcentes carnes in ulceribus ad æqualitatẽ efficaciſſime reducunt. Fimo quoq; ipſo ouium ſub teſta calefacto & ſubacto tumor uulnerũ ſedatur. Fiſtulæ purgantur ſanãturq; Item epinyctides. Summa uero uis in canini capitis cinere. Excreſcentia oĩa ſpodii uice erodit ac perſanat. Itẽ murino fimo eroduntur. Itemq; muſtelæ fimi cinere. Duricias etiã in alto ulcerum & carcinomata perſequitur multipeda trita: admixta reſina: terebinthina & ſinopide. Eademq; utiliſſima ſunt in iis ulceribus quæ uermibus periclitãtur. Quin & uermiũ ipſorũ genera mirãdos uſus habẽt. Coſſes qui in ligno naſcunt ſanant ulcera oĩa. Nomas uero cõbuſti cum pari pondere aniſi & ex oleo illiti. Vulnera recẽtia cõglutinãt terreni: adeo ut neruos quoq; abſciſſos illitis ſolidari infra ſeptimum diem Democritus perſuaſerit. Itaq; in melle ſeruãdos cenſet. Cinis eorum margines ulcerũ duriores abſumit cum pice liquida uel ſimblio melle. Quidã arefactis in ſole ad uulnera ex aceto utuntur: nec ſoluunt niſi biduo intermiſſo. Eadem ratio & terrenarũ cochlearũ eſt: quæ exemptæ tuſæq; & impoſitæ: recentia uulnera conglutinant: & nomas ſiſtunt: quæ nõ adhærẽt. Herpes quoq; animal a græcis uocat: quo præcipue ſanãtur quæcunq; ſerpũt. Cochleæ quoq; proſunt cum teſtis ſuis tuſæ cum myrrha quidẽ & thuræ etiã præciſos neruos ſanare dicunt. Draconum quoq; adeps ſiccatus in ſole magnopere prodeſt. Item gallinacei cerebra recentibus plagis ſale uiperino in cibo ſumpto. Tradunt & ulcera tractabiliora fieri: & ſanari celerius. Antonius muſa medicus cum incidiſſet inſanabilia ulcera: uiperas edendas dabat: miraq; celeritate perſanabat. Tryxallidum cinis margines ulcerũ duros aufert cum melle. Item fimus columbinus cũ arſenico & melle ea quæ erodenda ſunt. Bubonis cerebro cum adipe anſerino mire uulnera dicuntur glutinari: quæ uocantur cacoethe. Cinis etiam fœminum arietis cum lacte muliebri diligenter prius elutus linteolis ſanat. Vulua quoq; auis cocta in oleo cui liquato miſcetur butyrum ouillum & mel: ad ulcera ſananda ualet. Vlcerum labra duriora apes in melle emortuæ emoliunt. Et elephantioſin ſanguis & cinis muſtelæ. Verberũ uulnera atq; uibices pellibus ouium recentibus impoſitis obliterantur. Articulorũ fracturis cinis fœminũ pecudis peculiariter medẽt. Efficacius cum cæra. Idẽ medicamẽtum fit ex maxillis ſimul uſtis: cornuq; ceruino & cæra mollita roſaceo. Oſſibus fractis caninũ cerebrũ liteolo illito ſuperpoſitis lanis: quæ ſubinde ſubfundantur fere quattuordecim diebus ſolidat. Nec tardius cinis ſilueſtris muris cum melle: aut cum uermiũ terrenorũ cinere. Qui etiã oſſa extrahit. Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo præcipue ex ariete ſeuum ex nitro. Lacertæ uiridis cinis. Vernatio anguium ex uino decocta. Fimum columbinũ ex melle. Itẽ uitiligines albas ex uino. Et cantharides ad uitiliginẽ cum rutæ foliorũ duabus partibus in ſole: donec formicer cutis: tolerandæ ſunt. Poſtea fouere: oleoq; perungere neceſſarium: iterũq; illinire: idq; diebus pluribus facere cauentes exulcerationẽ altam. Ad eaſdem uitiligines: & muſcas illini iubent cum radice lapathorum. Gallinarum fimum candidum ſeruatum in oleo uetere cornea pyxide. Veſpertilionum ſanguinem. Fel herinacei ex aqua. Ad ſcabiem uero bubonis cerebrũ cũ aphronitro. Sed ante omnia ſanguis caninus. Sedant pruritum cochleæ minutæ latæ contritæ illitæ. Harundines & tela quæq; alia extrahẽda ſunt corpori: euocat mus diſſectus impoſitus. Præcipue uero lacerta diſſecta: uel caput eius tantum cõtuſum cum ſale impoſitum. Cochleæ ex iis quæ gregatim folia ſectantur contuſæ impoſitæq; teſtis: & eæ quæ mãdantur exemptæ teſtis. Sed cum leporis coagulo efficaciſſimæ. Oſſa anguium eundem cum coagulo cuiuſcũq; quadrupedis intra tertium diem approbant effectum.

Vel fimbolo & melle

Vel ulcera

Ad muliebria mala medenda: & conceptus maturandos. CA. XIIII.

Audantur & cantharides tritæ cum farina hordeacea. Muliebribus malis mẽbranæ a partu ouium proficiunt: ſicut in capris rettulimus. Fimum quoq; pecudum eoſdem uſus habet. Locuſtarum ſuffitu ſtrangurię maxime mulierũ iuuant. Gallinaceorũ teſtes ſubinde ſi a cõceptu edat mulier: mares in utero fieri dicuntur. Partus cõceptos hiſtri cum cinis potus continet. Maturat caninum lacepotum. Euocat membrana e canum ſecundis: ſi terram nõ attigerit. Lumbos parturientium potus lactis. Fimum murinũ aqua pluuia dilutum mãmas mulierũ a partu tumeſcẽtes refici. Cinis herinaceorũ cũ oleo perunctarũ cuſtodit partus contra abortus. Facilius enituntur quæ fimũ anſerinũ cum aquæ cyathis duobus ſorbuere. Aut ex utriculo muſtelino per genitale effluentes aquas. Vermes terreni illiti in ceruices & ſcapulas: ne nerui doleant: præſtant. Grauidis ſecũdas pellunt in paſſo pori. Idem per ſe impoſi-

ti:mammaq; ſuppurationes cõcoquunt & aperiunt:extrahuntq;:& ad cicatricẽ perducũt.Lac deuocãt poti cum mulſo.Inueniũtur & in gramine uermiculi qui adalligati collo cõtinent partum.Detrahuntur autem ſub partu:alias eniti nõ patiuntur.Cauẽdum etiam ne in terrã ponãtur.Cõceptus quoq; cauſa dãtur in potu quini aut ſepteni.Cochleæ in cibo ſumptæ accelerãt partũ.Itẽ cõceptum impoſitæ cũ croco.Eædem ex amylo & tragacãtho illitæ profluuia ſiſtunt.Proſunt & purgatiõibus ſumptæ in cibo:& uuluam auerſam corrigunt cum medulla ceruina:ita ut uini cochleæ denarii põdus addatur & cyperi.Inflatiões quoq; uuluarum diſcutiunt exẽptæ teſtis:tritæq; cum roſaceo.Ad hoc aſtypaleicæ maxime eligunt. Alio modo africanæ binæ cũ fœnogræco quod tribus digitis capiatur additis mellis cochlearibus quattuor.Illinunt aluo prius irino ſucco perunctæ.Sunt & minutæ lõgæq; candidæ cochleæ paſſim oberrantes.Eæ arefactæ ſole in tegulis:tuſæq; in farinã miſcẽtur lomẽto æquis portiõibus.Candoremq; & leuorẽ corpori afferunt.Scabendi deſideria tollunt minutæ & latæ cum poléta.Viperam mulier prægnãs ſi trãſcenderit: abortum faciet.Item amphiſbenã mortuã dumtaxat.Nam uiuã habẽtes in pyxide impune trãſeunt:etiã ſi mortua ſit. Atq; adſeruata partus faciles præſtat uel mortua.Mirum ſi nõ ad ſeruatã trãſcenderit grauida: innoxiã fieri:ſi protinus tranſcedat adſeruatã.Anguis inueterati ſuffitus mẽſtrua adiuuant.Anguiũ ſenectus adalligata lumbis faciliores partus facit protinus a puerperio remouẽda.Dant & in uino bibendã cum thure. Aliter ſumpta abortũ facit.Baculus quo angui rana excuſſa ſit:parturientes adiuuat.Tryxalidum cinis illitus cum melle purgatiões.Itẽ araneus qui filum deducit ex alto:capi debet manu caua trituſq; admoueri. Qđ ſi redeuntẽ præhẽderit.inibebit idẽ purgatiões. Lapis actites in aquilæ repertus nido cuſtodit partus cõtra oẽs abortuũ inſidias.Pẽna uulturina ſubiecta pedibus adiuuat parturiẽtes.Ouũ corui grauidis cauẽdũ conſtat:quoniã trãſgreſſus abortus aſperos facit.Fimũ accipitris in mulſo potum uideť fœcundas facere. Vuluarum duricias & collectiones adeps anſerinus:aut cygni emollit.Mammas a partu cuſtodit adeps anſeris cũ roſaceo & araneo.Phryges & lycaones mãmis puerperio uexatis inuenere otidum adipem utilem eẽ: & iis quæ uulua ſtrangulent:& blattas illinunt.Ouorũ perdicis putaminũ cinis cadmiæ mixtus & cæræ ſtantes mãmas ſeruat.Putant & ter circundatas ouo perdicis nõ inclinari.Et ſi ſorbeãtur eadem : fœcũditatem facere: lactis quoq; copiã.Cum anſerino adipe perunctis mãmis:dolores minuere. Molas uteri rumpere. Scabiẽ uuluaq; ſedare ſi cum cimice trito illinant.Veſpertilionũ ſanguis pſilothri uim habet:ſed malis puerorum illitus:nõ ſatis proficit niſi erucæ uel cicutæ ſemen poſtea inducatur.Sic enim aut in totum tollũtur pili:aut nõ excedunt lanuginẽ.Idem & cerebro eorum profici putant.Eſt autẽ duplex:rubens utiq; & cãdidum. Aliqui ſanguinẽ & iecur eius ammiſcẽt.Quidã in tribus heminis olei diſcoquunt uiperã exẽptis oſſibus & pſilothri uice utuntur:euulſis prius pilis:quos renaſci nolũt.Fel herinacei pſilothrum eſt utiq; mixto cerebro ueſpertiliõis & lacte caprino.Item per ſe cinis cum lacte canis primi partus euulſis pilis quos renaſci nolunt:uel nondum natis perunctis partibus:alii non ſurgunt.Idem euenire traditur ſanguine thicini euulſi cani.Item hirundinino ſanguine uel felle.

Vel ino xium

Vel ibiũ

Promiſcuæ medicinæ. CA. XV.

Vis formicaq; ſupercilia denigrari cum muſcis tritis tradunt.Si uero oculi nigri naſcentiũ placeant:ſoricẽ prægnãti edẽdum.Capilli ne caneſcant:uermium terrenoq; cinere præſtari admixto oleo.Infantibus qui lacte cõcreto uexantur:præſidiũ eſt anguinũ coagulũ ex aqua potum.Aut ſi uitium coagulato lacte acciderit:diſcutitur coagulo ex aceto dato.Ad dentitionẽ cerebrũ pecoris utiliſſimũ eſt.Oſſibus in canino fimo inuentis aduſtio infantiũ:quæ uocaťſiriaſis adalligatis emendať.Ramices infantium lacertæ uirides admotæ dormiẽtibus morſu emendãtur.Poſtea harundini adalligatæ ſuſpenduntˉ in fumo. Tradũtq; pariter cũ ea expirãte ſanari infantẽ.Cochleaq; ſaliua illita infantiũ oculis:palpebras corrigit:gignitq;.Rãicoſis cochleaq; cinis cũ thure ex oui albi ſucco illitus p dies.xxx.medeť. Inueniunť in corniculis cochleaq; harenaceæ duritiæ.Eæ dentitionẽ facilẽ præſtãt adalligatæ.Cochleaq; ſaniũ cinis admixtus cæræ procidẽtium iteraneorũ partes extremas prohibet.Oportet autẽ cineri miſceri ſaniẽ punctis emiſſam e cerebro uiperæ.Cerebrũ uiperæ illigatũ pelliculæ dẽtitiões adiuuat.Ad idẽ ualẽt & grãdiſſimi dentes ſerpẽtium.Fimũ corui lana adalligatũ infantiũ tuſſi medeť.Vix eſt ſerio cõplecti quæda nõ omittẽda tamẽ:quia ſunt prodita.Ramici infantiũ lacerta mederi iubẽt.Mare hãc præhendi.Id intelligi & qđ ſub cauda unã cauernã habeat.Id agẽdum ut per aurũ aut argẽtum aut oſtrum mordeat uitium. Tum in calice nouo illigatur:& in fimo ponitur.Vrina infantiũ cohibeť muribus elixis in cibo datis.Scarabeoq; cornua grãdia denticulata adalligata in iis amuleti naturã obtinẽt.Bouis capiti lapillum tradũt ineſſe: quẽ ab eo expui ſi necẽ timeat:inopinatis præciſo capite exemptũ adalligatũq; mire prodeſſe dentitiõi.Item cerebrũ eiuſdem ad eundẽ uſum adalligari iubent.Et limacis lapillũ ſiue oſſiculũ qđ inueniť in dorſo.Magnifice iuuat & ouis cerebrũ gingiuis illitum.Sicut aures adeps anſerinus cum ocimi ſucco impoſitus.Sũt uermiculi in ſpinoſis herbis aſperi:lanuginoſi.Hos adalligatos protinus mederi tradũt infantibus: ſi quid ex cibo hæreat.Sõnos allicit oeſypum cum myrrhæ momẽto in uini cyathis duobus dilutũ:uel cũ adipe anſerino & uino myrtite.Auis cuculus leporina pelle adalligatus.Ardeolæ roſtrum in pelle aſinina frõti adalligatum.Putãt & per ſe roſtrũ eiuſdẽ effectus eſſe uino collutũ.E diuerſo ſomnũ arcet ueſpertilionis caput aridum adalligatũ.In urina uirili lacerta necata ueneré eius qui fecerit cohibet.Nam iter amatoria eſſe magi dicunt.Inhibet & fimũ cochleæ & columbinũ cum oleo & uino potum.Pulmõis uulturini dextræ partes:uenerem concitant uiris adalligatæ gruis pelle.Item ſi lutea ex ouis quinq; columbarum admixta adipis ſuilli denarii pondere ex melle ſorbeantur.Paſſeres in cibo uel oua eorum.Gallinacei dexter teſtis arietina pelle adalligatus.Ibicum cineres cum adipe anſeris & irino perunctis ſi conceptus ſit:partus cõtinere,

Cõtra inhibere uenerem pugnatoris galli teſticulis anſerino adipe illitis adalligatiſq; pelle arietina tradũt. Item cuiuſcunq; galli gallinacei ſi cum ſanguine gallinacei lecto ſubiiciantur. Cogunt concipere inuitas fetæ: ex cauda mulæ ſi inunctis inter ſe colligentur in coitu. Qui in urinam canis ſuam ingeſſerit: dicitur ad uenerem pigrior fieri. Mirum & de ſtellionis cinere (ſi uerum eſt) in linamento inuolutum in ſiniſtra manu uenerem ſtimulare. Si tranſferatur in dextram inhibere. Item ueſpertilionis ſanguinem collectum floc co ſuppoſitumq; capiti mulierũ libidinẽ mouere: aut anſeris linguã in cibo uel potione ſumptã. Phthiria ſi a toto corpore pota mẽbrana ſenectutis anguiũ triduo necat. Ac ſerum exẽpto caſeo potũ cum exiguo ſale. Caſeos ſi cerebrum muſtelæ coagulo addaſ: negãt corrũpi uetuſtate: aut a muribus attingi. Eiuſdẽq; muſtelæ cinis ſi detur in offa gallinaceis pullis & columbinis tutos eſſe a muſtelis. Iumẽtorũ urinæ tormina ueſpertiliõe addalligato finiunt. Vermicatio ter circũlato uerẽdis palũbo mirũ dictu palumbis emiſſus: moritur: iumẽtumq; liberat cõfeſtim. Ebrioſis oua noctuæ per triduũ data in uino: tedium eius adducũt. Ebrietatẽ arcet pecudum aſſus pulmo præſumptus. Hirundinis roſtri cinis cum myrrha tritus & in uino quod bibatur inſperſus: ſecuros pſtabit a temulẽtia. Inuẽit hoc. Horus aſſyriorũ Rex. Præter hæc ſunt notabilia aĩalium ad hoc uolumen pertinẽtium. Gromphenã auem in ſardinia narrant grui ſimilem ignotã iam etiam ſardis: ut exiſtimo. In eadem prouincia eſt ophion ceruis tantum pilo ſimilis: nec alibi naſcens. Iidem auctores nominauere ſirulugum. Quod nec quale eſſet animal: nec ubi naſceretur tradiderunt. Fuiſſe quidem non dubito: cum & medicinæ ex eo ſint demonſtratæ. M. Cicero tradit animalia byturos uocari: qui uites in campania rodant.

De miraculis quarũdam beſtiarum. CA. XVI.

RElIqua mirabilia ex iis quoq; dicemus. Non latrari a cane membranam ex ſecundis canis habẽtem: aut leporis ſimum uel pilos tenentem. In culicum genere muliones non amplius quã uno die uiuere. Eoſque qui arborarii pici roſtrum habeant: & mella eximant: ab apibus non attingi. Porcos ſequi eos a quibus cerebrum corui acceperint in offa. Puluerem in quo ſe mula uoluerit corpori inſperſum mitigare ardores amoris: Sorices fugari: ſi unus caſtratus emittatur. Anguina pelle & ſale & farre cum ſerpillo contritis uno die: deiectiſque cum uino in fauces boum uua matureſcente: toto anno eos ualere. Vel ſi hirundinum pulli tres tribus offis dentur. Puluere e ueſtigio anguium collecto: ſparſas apes in aluearia reuerti. Arietis dextro teſte præligato oues tantum gigni. Non laſſeſcere in ullo labore qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant. Multas non calcitrare cum uinum biberint. Vngulas tantum mularum repertas: neque aliam ullam materiam quæ non perroderetur a ueneno ſtygis aquæ: cũ id dandum Alexandro magno Antipater mitteret memoria dignum eſt: magna Ariſtotelis infamia excogitatum. Nunc ad aquatilia reuertemur.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXXI.

PROOEMIVM.

Medicinæ ex aquatilibus. Aquarum mirabilia. CA. I.

QVATILIVM SEquunt in medicina beneficia: opifice natura ne in illis quidẽ ceſſante: & p undas fluctuſq; ac reciprocos æſtus amniũq; rapidos curſus iprobas exercẽte uires. Nuſq; potẽtia maiore: ſi uerũ fateri uolumus. Quippe hoc elemẽtũ cæteris oĩbus iperat. Terras deuorãt aquæ. Flammas necant. Scandunt in ſublime: & cælum quoq; ſibi uendicant. Ac nubium obtentu uitalem ſpiritum ſtrangulant. Quæ cauſa fulmina elidit: ipſo ſecum diſcordante mundo. Quid eſſe mirabilius poteſt aquis in cælo ſtantibus? At illæ ceu parum ſit in tantam peruenire altitudinem rapiunt eo ſecum piſcium examina. Sæpe etiam lapides ſubeunt portantes aliena pondera. Eædem cadentes omnium terra naſcentium cauſa fiunt: prorſus mirabili natura. Si quis uelit reputare ut fruges gignãtur arbores fruticeſq; uiuant in cælum migrare aquas animamq; etiam herbis uitalem inde deferre uicta cõfeſſione. Omnis quoq; terræ uires aquarum eſſe beneficii. Quapropter ante omnia ipſarum potentiæ exẽpla ponemus. Cunctas enim quis mortalium enumerare queat?

De differentia aquarum medicinis: & obſeruationibus, cc. lxvi. CA. II.

MIcãt benigne paſſimq; ĩ plurimis terris alibi frigidæ: alibi calidæ: alibi inunctæ: ſicut ĩ tarbellis aqtanica gẽte. Exin ĩ pyreneis mõtibus tenui ĩteruallo diſcernente. Alibi tepidæ gelidæq; auxilia morboꝝ cõferẽtes. Et e cũctis aĩaliũ hoium tãtũ cã erũpẽtes. Augẽt numeꝝ deoꝝ noĩbus uariis urbesq; cõdunt: ſicut puteolos in cãpania. Statielas in liguria. Seſtias in narbonẽſi ꝓuincia. Nuſq; tamẽ largius q̃ in baiano ſinu: nec pluribus auxiliãdi generibus: aliæ ſulphuris: aliæ aluminis: aliæ ſalis: aliæ nitri: aliæ bituminis: nõnulla etiã acida ſalſaue mixtura. Vapore quoq; ipſo aliquæ ꝓſunt. Tantaq; eſt uis ut balneas calefaciãt: ac frigidã ẽt in ſolis feruere cogãt: quæ in baiano poſſideanæ uocanť noĩe accepto a Claudii Cæſaris liberto. Obſonia quoq; ꝓcoquunt. Vaporant & in mari ipſo q̃ Licinii Craſſi fuere. Medioſq; in ter fluctus exiſtit aliqd ualitudini ſalutare. Iã generatim neruis ꝓſunt pedibuſue: aut coxẽdicibus: aliæ luxatis fractiſue. Inaniunt aluos. Sanãt ulcera. Capiti auribuſq; priuatim medentur. Oculis uero ciceronianæ. Digna memoratu uilla eſt ab auerno lacu puteolos tendentibus ipoſita littori: celebrata porticu ac nemore. Quã & uocabat. M. Cice. academiã ab exẽplo athenaꝝ: ibi cõpoſitis uoluminibus eiſdẽ noĩbus. In q̃ & monumentũ ſibi inſtaurauerat. Ceu uero non & in toto terraꝝ orbe feciſſet. Huius in parte prima exiguo poſt obitũ ipſius. Antiſtio uetere poſſidente eruperũt fontes calidi ꝑ quã ſalubres oculis celebrati carmine. Laureæ Tulli qui fuit e liberis eius. Vt protinus noſcať etiam miniſterium eius hauſtus ex illa maieſtate.

Ponam enim ipſum carmen dignum ubiq; & non ibi tantum legi.

Quod tua romanæ uindex clariſſime linguæ
Sylua loco melius ſurgere iuſſa uiret.
Atq; academiæ celebratam nomine uillam
Nunc reparat cultu ſub potiore uetus.
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ.
Languida quæ infuſo lumina rore leuant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
Hoc dedit: hac fontes cum patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur ſine fine per orbem:
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

In eadẽ cãpaniæ regione ſinueſſanæ aquæ ſterilitatẽ fœminaꝝ & uiroꝝ inſaniã abolere produnť. In ænaria inſula calculoſis mederi. Et quæ uocať acidula ab teano ſidicino q̃ttuor milibus paſſuum frigida. Itẽ in ſtabiano quæ dimidia uocať: & in uenafrano ex fonte acidulo. Idẽ cõtingit in uelino lacu potantibus. Itẽ in ſyriæ fonte iuxta taurũ montẽ. Auctor eſt. M. Varro. Et in phrygiæ gallo flumine Callimachus. Sed ibi ĩ potando neceſſarius modus: ne lymphatos agat. Qđ in æthiopia accidere iis q e fonte rubro biberint Cteſias ſcribit: iuxta romã albulæ aquæ uulneribus medenť. Prægelidæ eæ. Sed ſubcutilæ in ſabinis gelidiſſimæ ſuctu quodã corpora inuadũt: ut ꝓpe morſus uideri poſſit. Aptiſſimæ ſtomacho: neruis: uniuerſo corpori. Theſpieoꝝ fons cõceptus mulieribus reꝑſentat. Itẽ in arcadia flumen elatũ. Cuſtodit autẽ partũ linus fons in eadẽ arcadia abortus fieri non patitur. E diuerſo in pyrrha flumen qđ aphrodiſiũ uocatur: ſteriles facit. Lacus Amphion uitiligines tollit. Varro auctor eſt Titiũ quendã prætura functum marmorei ſigni faciẽ habuiſſe propter id uitium. Cidnus ciliciæ amnis podagricis medeť: ſicut apparet in epiſtola Caſſii Parmẽſis ad. M. Antoniũ. Contra aquarum culpã in troezene: oĩum pedes uitia ſentiũt. Tungri ciuitas galliæ fontem habet inſignem plurimis bullis ſtillantẽ: ferruginei ſaporis quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora. Tertianas febres diſcutit: calculorũq; uitia. Eadẽ aqua igne admoto turbida fit. Ad poſterũ rubeſcit. Leucogei fontes inter puteolos & neapolim oculis & uulneribus medenť. Cice. in admirãdis poſuit reatinis tantũ paludibus ungulas iumẽtoꝝ indurari. Eudicus in heſtiæa euthice fontes duos tradit eẽ: ceronẽ: ex quo bibẽtes oues nigras fieri: mellẽ ex quo albas: ex utroq; aũt uarias. Theophraſtus in thuriis crathin candorẽ facere: ſybari nigritiã bobus ac pecoribus. Quin & hoies ſentire dr̃iam eã. Nã qui ſabyrim bibant: nigriores eẽ: durioreſq; & criſpo capillo. Qui ex cratide cãdidos: mollioreſq; ac porrecta coma. Itẽ in macedonia q̃ uelint ſibi cãdida naſci ad haliacmon ducere. Quæ nigra aut fuſca ad axiũ. Idẽ oĩa fuſca qbuſdã in locis tradit naſci: & fruges quoq;: ſicut in meſſapiis. At in luſis archadiæ quodã fonte mures terreſtres bibere & cõuerſari. Erythris aleos amnis pilos gignit ĩ corporibus. In boeotia ad trophoniũ deum iuxta flumẽ orchomenõ duo ſunt fontes: quoꝝ alter memoriã: alter obliuionẽ affert: inde numinibus inuentis. In cilicia apud oppidũ iuſgũ riuus fluit unus: ex quo bibentiũ ſubtiliores ſenſus fieri Varro tradit. In cea inſula fontẽ eſſe qui hebetes facit. Zame in africa ex quo canoras uoces. Vinũ tedio uenire iis q ex clitorio lacu biberint. At Eudoxus & Theopõpus inebriari fontibus iis quos dixius aſſerunt. Mutianus andrie fonte liberi patris ſtatis diebus ſeptenis eiuſdẽ diei uinũ fluere. Si auferať e conſpectu templi ſapore in aquã tranſeunte. Polyclytus explere olei uicem iuxta ſolos ciliciæ fontem. Theophraſtus hoc idem fieri in æthiopia eiuſdem uirtutis fonte lycos in indiæ terris fontem eſſe cuius aqua lucernæ ardeant. Idem ecbathanis tradiť. Theopompus in ſcotuſſis lacum eſſe dicit: qui uulneribus medeť. Iuba in troglodytis lacũ inſanum malefica ui appellatũ: ter die fieri amarũ ſalſumq;: ac deinde dulcẽ: totienſq; etiã noctu ſcatentẽ albis ſerpentibus uicenũ cubitoꝝ. idẽ in arabia quoq; fontẽ exiliere tanta ui ut nullũ nõ põdus impactũ reſpuat. Theophraſtus marſyæ fontẽ in phrygia ad celenarum oppidum ſaxa egerere. Non procul abeo duo ſunt fontes clæon & gelon: ab effectu græcorum nominum dicti. Cyzice fons cupidinis uocatur: ex quo potãtes amorem deponere Mutianus credit. Crannone eſt fons calidus citra ſummum feruorem qui in uinum additus triduo calorem potionis cuſtodit in uaſis. Sunt & mattiaci in germania fontes calidi trans rhenum: quorum hauſtus triduo feruet. Circa margines uero pumicem faciunt aquæ. Quod ſi quis fide carere

Vel theſpiarũ

Vel magũciaci

ex iis aliqua arbitratur: discat in nulla partæ naturæ maiora esse miracula: quanq̃ inter initia operis ab/ unde multa rettulimus. Cresias tradit syderim uocari stagnum in indis in quo nihil inatet: sed omnia mer gantur. Celius apud nos in auerno ait etiam folia subsidere. Varro aues quæ euolauerint emori. Contra in africæ lacu apuscidamo omnia fluitant: nihil imergitur. Item in siciliæ fonte pintia: ut Appion tradit. Et in medorum lacu puteoq; Saturni. Neptuni fons limire transire solet in loca uicina portendens aliquid. Mirꝫ quoq; est q̃ cum piscibus transit. Responsa ab iis petunt incolæ cibo: quē rapiunt annuentes. Si uero euen/ tum negent: caudis abigunt. Amnis olachas in bithinia Brietum alluit: hoc est & templo & deo nomen: cuius gurgite periuri notantur pati uelut flāmam urentem. In cantabria fontes tamarici in augurio haben tur. Tres sunt octonis pedibus distantes. In unum alueum coeunt uasto amne. Singulis siccātur duodecies diebus: aliquando uicies citra suspitionem ullam aquæ: cum sit illis uicinus fons sine intermissione largus. Dirumq; est non profluere eos aspicere uolentibus: sicut proxime Lartio Licinio legato post prætur̃a: post septem dies accidit. In iudæa riuus sabbatis omnibus siccatur. E diuerso miracula alia dira Cresias in arme nia scribit esse fontem: ex quo nigros pisces illico mortem afferre in cibis. Quod ex citra danubii exortum audiui: donec ueniatur ad fontem alueo appositum: ubi finitur id genus piscium. Ideoq; ibi caput eius am/ nis intelligitur fama. Hoc idem & in lydia in stagno nympharum tradunt. In arcadia ad pheneum aqua p/ fluit e saxis styx appellata: quæ illico necat: ut diximus. Sed esse pisces paruos in ea tradit Theophastus læta les & ipsos: quod non in alio genere mortiferorum fontiū. Necare aquas Theopompus & in trechea apud cychros dicit. Lycus in leontinis tertio die si quisq̃ biberit. Varro ad soract̃e scripsit esse fontem: cuius sit lati tudo quattuor pedum: sole oriente eum exundare feruenti similem: aueſq; quæ gustauerint: iuxta mortu/ as iacere. Namq; & hæc insidiosa conditio quod quædam etiam blandiuntur aspectu: ut ad nonacrin arca/ diæ. Omnino enim nulla deterrent qualitate: sed hanc putant nimio frigore esse noxiam: utpote cum pro/ fluens ipsa lapidescat. Aliter circa thessalica tempe quoniam uisus omnibus terrori est. Tradūtq; etiam æs ac ferrum erodi illa aqua. Profluit ut indicauimus breui spatio. Mirumq; siliqua siluestris amplecti radici/ bus fontem eum dicitur: semper florēs purpura. Et quædam sui generis herba in labris fontis uiret. In ma cedonia non procul ab Euripidis poetæ sepulchro duo riui confluunt: alter saluberrimi potus: alter morti feri. In perperenis fons est: qui quacūq; rigat lapideam facit terram. Item calidæ aquæ in euboea. Lebedon namq; alluit riuus: in quo saxa in altitudinem crescunt: in eurymenis deiectæ coronæ in fontem lapides fi/ unt. In collosis flumen est: in quo lateres coniecti lapides extrahuntur. In scyretico metallo arbores quæ/ cunq; flumine alluuntur saxa fiunt cum ramis. Distillantes quoq; guttæ in lapides durescunt. In antris co/ ryciis: nam miæze in macedonia etiam pendentes in ipsis cameris. At in corintho cum decidere in quibus/ dam speluncis utroq; modo columnas faciunt: ut in phausia chersonnesi rhodo in antro magno etiam di/ scolori aspectu. Et hactenus contenti simus exemplis.

De qualitate aquarum: in salubritate uel cōmoditate earum. CA. III.

Vel p/ cussu

QVæritur inter medicos cuius generis aquæ sint utilissimæ. Stagnantes: pigrasq; merito damnant: utiliores quæ profluunt existimantes. Cursu enim percursuq; ipso extenuari atq; proficere. Eoq; miror cisternarum ab aliquibus maxime probari. Sed ii rationem afferunt: quoniam leuissima sit imbrium aqua: ut quæ subire potuerit ac pendere in aere. ideoq; & niues præferuntur imbribus: niuibusq; etiā glacies uelut ad infinitum coacta subtilitate. Leuiora enim hæc esse & glaciem multo leuiorē aqua. Horum sententiam refellere interest uitæ. In primis enim leuitas illa deprehēdi aliter quā sensu uix potest: nullo pœne momento ponderis aquis inter se distantibus. Nec leuitatis in pluuia aqua argumentū est subisse eam in cælum: cum etiam lapides subire appareat: cadensq; ificiatur halitu terræ. Quo fit ut plu uiæ aquæ sordium inesse plurimū sentiatur: citissimeq; ideo calefiat aqua pluuia. Niuem quidem glaciēq; subtilissimū elementi eius uideri miror: appositio grandinum argumento e quibus pestilentissimū potum esse conuenit. Nec uero pauci inter ipsos e contrario: ex gelu ac niuibus insaluberrimos potus p̄dicant: quo niam exactum sit inde: quod tenuissimū fuerit. Minui certe liquorem oēm congelatione deprehenditur: & rore nimio scabiem fieri. Pruina uredinem cognatis & niuis causis. Pluuias quidem aquas celerrime pu/ trescere conuenit: minimeq; durare in nauigatione. Epigenes autem aquā quæ septies putrefacta purgata sit: perhibet amplius non putrescere. Nam cisternas ēt medici confitent̃ inutiles aluo duritias facientes fau cibusq; ēt limi non aliis inesse plus: aut aīaliū: quæ faciūt tediū confitendū habent. Nec statim amniū utilis/ simas eē: sicuti nec torrentiū ullius: lacusq; plurimos salubres maxīe. Quædā igitur & huius gn̄is aptissime aliæ alibi. Parthoꝝ reges ex coaspe & euleo tantū bibunt. Eæ q̃uis in lōginq̃ comitant̃ illos. Et hoꝝ place/ re potū non qa sint amnes apparet: quoniā nec e tygri nec euphrate: nec e multis aliis bibunt. Limus aquaꝝ uitiū est: si tamē idē amnis anguillis scateat: salubritatis indiciū habet. Sicuti frigoris tineas in fonte gigni. Ante oia dānant̃ amaræ: & q̃ scobē statim iplent: qđ euenit troezene. Nā nitrosas atq; salmacidas & fæculē/ tas in desertis rubꝝ mare petētes addita poléta utiles ītra duas horas faciūt: ipsaq; uescunt̃ poléta. Dānant̃ in primis fontes q cœnū faciūt: qq; malū colorē bibētibus referūt: & si uasa ære ificiunt: aut si legumina tar/ de pcoquunt. Si liq̃tæ leniter terrā relinquunt: decoctæq; crassis obducūt uasa crustis. Est etiānū uitiū non fœtidæ mō uerum oino quicq̃ recipientis iucundū sit illud licet gratūq;: & ut sæpe ad uicina lactis accedēs. Aquā salubrem aeri quā simillimā esse oportet. Vnus in toto orbe traditur fons aquæ iucunde olentis in mesapotamia cabure. Fabulæ rationem afferunt: quoniam eo iuno perfusa sit. De cætero aquarū salubriū sapor odorue nullus esse debet. Quidam statera iudicant de salubritate: frustrāte diligentia: quando per ra rum est ut leuior sit aliqua. Certior subtilitas inter pares meliorem esse quæ calefiat: refrigereturq; cele/ rius. Quin exhaustam uasis ne manus pendeant depositisq; in humum tepescere affirmāt. Ex quonam er/

go genere maxime probabilis contingit? Puteis nimirum ut in oppidis constare uideo. Sed iis quibus exercitationis ratio crebro hausturo contingit: & illa tenuitas colãte terra. Salubritati hæc satis sunt. Frigori & opacitas necessaria. Vt quæ cælum uideant super omnia obseruatio una. Eadem & ad perennitatem pertinet: ut illa uado exiliat uena non e lateribus. Nam ut tactu gelida sit: etiam arte cõtingit. Si etiam expræssa in altum: aut e sublimi deiecta uerberatu corripiat aera. In natando quidem spiritum continentibus frigidior sentitur eadem. Neronis principis inuentũ est decoquere aquã: uitroq; demissam in niues refrigerare. Ita uoluptas frigoris contingit sine uitiis niuis. Omnem utiq; decoctam utiliorem esse conuenit. Item calefactam magis refrigerari subtilissimo iuento. Vitiosæ aquæ remedium est si decoquatur ad dimidias partes. Aqua frigida iniecta sistitur sanguis. Aestus in balneis arcetur si quis ore teneat. Quæ sunt hausto frigidissimæ: non perinde & tactu esse alternante hoc bono multi familiari exemplo colligũt. Clarissima aquarum omnium in toto orbe frigoris salubritatisq; palma præconio urbis martia est: iter reliqua deum munera urbi tributa. Vocabatur hæc quondam aufeia. Fons autem ipse piconia. Oritur in ultimis montibus pelignorum. Transit marsos & fucinum lacum romam non dubie petens. Mox specu mersa in tyburtina se aperit nouem milibus passuum fornicibus structis perducta. Primus eam in urbem ducere auspicatus ẽ Ancus Martius unus e regibus. Postea. Q. Martius rex in prætura. Rursusq; restituit. M. Agrippa. Idem & uirginem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo: duo millia passuum præneſtina uia. Iuxta est herculaneus riuus: quem refugiens uirginis nomen obtinuit. Horum amniũ comparatione differentia supradicta deprehenditur cum quantũ uirgo tactu tantum præstet martia hausto. Quanq; utriusq; iampridem urbi periit uoluptas ambitione auaritiaq; in uillas ac suburbana detorquentibus publicam salutem. Non abre sit querendi aquas iunxisse rationẽ. Reperiuntur in cõuallibus maxime: & quodam conuexitatis cardine aut montium radicibus. Multi septentrionales ubiq; partes aquosas existimauere. Qua in re uarietatem naturæ aperuisse conueniet. In hyrcanis montibus a meridiano latere non perluit. Iõ siluigeri ab aquilonis tantum parte sunt. At olympus: ossa: parnasus: appenninus: alpes: undiq; uestiuntur: amnibusq; perfundũtur. Aliqui ab austro sicut in creta albi montes. Nihil ergo in iis perpetuæ obseruatiõis indicabitur. Aquarum sunt notæ iuncus aut harundo: aut herba de qua dictum est. Multumq; alicui loco pectore incubans rana. Salix enim erratica & alnus aut uitex aut hedera sponte proueniũt & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem e superioribus defluẽtis augurio fallaci. Certior multo nebulosa exhalatio est ante ortum solis longius intuentibus. Quod ex edito quidam speculantur proni terram mento attingẽte. Est & peculiaris æstimatio peritis tantum nota: quã feruentissimo æstu sequuntur dieiq; horis ardentissimis: qualis ex quoq; loco repercussus splendeat. Nam si terra sitiente humidior est ille: indubitata spes promittitur. Sed tanta intentione oculorum opus est ut indolescat. Quod fugientes ad alia experimenta decurrunt loco in altitudinem pedum quinq; defosso. Ollisq; e figulino opere crudis: aut peruncta pelui ærea cooperto lucernaq; ardente concamerata frondibus: dein terra. Si figulinum humidũ ruptũue: aut in ære sudor uel lucerna sine defectu olei restincta: aut etiam uellus lanæ madidũ reperiat: non dubie promittunt aquas. Quidã & igne prius excolunt locum: tanto efficaciore uasorũ argumento. Terra uero ipsa promittit candicãtibus maculis: aut tota glauci coloris. In nigra enĩ scaturigines nõ fere sunt perennes. Figulari creta semp adimit spes. Nec amplius puteũ fodiunt coria terræ obseruãtes: ut a nigra descendat ordo supradictus. Aqua semp dulcis in argilosa terra frigidior in toto. Nãq; & hic probat. Dulces. n. leuesq; facit: & colando continet sordes. Sabulũ exiles limosasq; pmittit. Glarea icertas uenas: sed boni saporis. Sabulũ masculũ & arena carbũculosa certas stabilesq; & salubres. Rubra saxa optimas speiq; certissimæ. Radices montiũ saxosæ: & silex: hoc amplius rigẽtes. Oportet ãt fodiẽtibus humidiores assidue rẽdere glebas: faciliusq; ferramẽta descẽdere. Depssis puteis sulphurata uel alumĩosa occurrẽtia putearios necãt. Experimẽtũ huius piculi est demissa ardẽs lucerna si extinguat. Tunc secundũ puteũ dextra ac siniſtra fodiunt æstuaria: quæ grauiorẽ illũ halitum recipiant. Fit & sine his uitiis altitudine ipsa grauior aer: quã emendãt assiduo linteoꝝ iactatu euenti lãdo cũ ad aquã euentũ est sine arena opus surgit ne uenæ obstruant. Quædã aquæ uere statim incipiente frigidiores sunt: quaꝝ non in altũ origo est: hybernis enĩ cõstant ĩbribus. Quædam canis ortu sicut in macedonia apparet. Vtrunq; ante oppidũ pellam. Incipiente enĩ æstate frigida est paluſtris: dein maximo æstu in excelſioribus oppidi riget. Hoc & in chio euenit. Simili ratione portus & oppidi Athenis enneacrunos nymbosa æstate frigidior est: quã puteus in Iouis horto. At ille siccitatibus riget.

Vel excoquũt

Vel tofus

Aquarum subito nascentium: aut desinentium. CA. IIII.

MAxime ãt putei circa arctuꝝ. Nã ipa æstate deficiũt: oẽsq; q̃triduo eo subsidũt. Iã uero multi hyeme tota ut circa olympũ uere primũ aqs redeũtibus. In sicilia qdẽ circa messanã & mylas hyeme in totũ iarescũt fontes. Aestate exundãt: amnẽq; faciũt. Apolloniæ in põto fons iuxta mare æstate tãtũ supfluit: & maxie canis ortu: parcius si frigidior sit æstas. Quædã terræ ĩbribus sicciores fiũt: uelut in narniẽsi agro: qd̃ admirandis suis iseruit. M. Cice. siccitate lutũ fieri pdens: imbre aũt puluerẽ. Oĩs aqua hyeme dulcior est. Aestate aũt minus. Autũno minime. Minusq; p siccitates. Neq; æq̃lis amniũ plerũq; gustus est. Magna aluei differẽtia. Quippe tales sunt aquæ q̃lis terra per quã fluũt. Qualesq; herbarum quas lauant succi. Ergo iidem amnes parte aliqua reperiunt insalubres. Mutant saporem & influẽtes riui ut borysthenem: uictiq; diluuntur. Aliqui uero & imbre mutãtur. Ter accidit in bosphoro: ut salsi deciderent: necarentq; frumenta. Totiens & nili rigua pluuiæ amara fecere: magna pestilẽtia ægypti. Nascunt fontes decisis plerunq; siluis: quos arborũ alimenta consumebant. Sicut in hemo obsidente gallos Cassandro: cum ualli gratia siluas cediſſent. Plerunq; uero damnosi torrentes corriuant detracta collibus silua cõtinere nymbos: ac digerere cõsueta. Et coli moueriq; terrã callumq; summæ cutis solui aquarum interest.

Proditur certe in creta expugnato oppido: qđ uocabatur arcadia: ceſſaſſe fontes: amneſq; qui in eo ſitu multi erant. Rurſus condito poſt ſex annos emerſiſſe: uti quæq; cœpiſſent partes coli.

Obſeruatio hyſtorica. CA. V.

TErræ quoq; motus profundunt ſorbentq; aquas: ſicut circa phœneum arcadie quinquies acciditſſe conſtat. Sicut & in corico mõte amnis erupit: poſtea quã cœptus eſt coli. Illa mutatio mirabilis: nulla euidente cauſa apparet: ſicut in magneſia calidas factas frigidas alias non mutato ſapore. Et in caria ubi Neptuni templum eſt amnis qui fuerat ante dulcis mutatus in ſalem. Eſt & illa miracula plena arethuſam ſyracuſis fimum redolere per olympia: ueriq; ſimile: quoniam alpheus in ea inſula ſub ima maria permeet. Rhodiorum fons in cherronneſo nono anno purgamẽta egerit. Mutantur & colores aquarum: ſicut babyloniæ lacus æſtate rubras habet diebus undecim. Et boryſthenes æſtatis tẽporibus cæruleus fertur: quãquã omnium aquarum tenuiſſimus. Ideoq; innatans hypani. In quo & illud mirabile. Auſtris flantibus ſuperiorem hypanim fieri. Sed tenuitatis argumentum: & aliud eſt: quod nullum halitum non modo nebulam emittit. Qui uolunt diligentes circa hoc uideri: dicunt aquas grauiores poſt brumam fieri.

Ratio aquæ ducendæ: & quomodo medicatis utendum: & quid proſit nauigatio: & medicinæ aquæ marinæ. CA. VI.

CAeterum a fonte duci fictilibus tubis: utiliſſimum eſt: craſſitudine binum digitorum cõmiſſuris pyxidatis ita ut ſuperior intret calce uiua ex oleo leuigatis. Libramentum aquæ in centenos pedes ſurſum elici: minimum erit ſi uno cuniculo ueniet in binos actus: lamine eſſe debebunt per quas ſurgere in ſublime opus fuerit: e plumbo: ſubit altitudinem exortus ſui: ut ſi longiore tractu ueniat: ſubeat crebra: deſcendatq; libramenta ne pereant. Fiſtulas denum pedem longitudinis eſſe: legitimũ eſt. Et ſi quinariæ erunt: ſexagena pondo pendere. Si octonariæ centena. Si denariæ centena uicena. Ac dein de ad has portiones. Denaria appellatur: cuius laminæ latitudo antequã curuetur digitorum decem eſt dimidioq; eius quinaria. In omni anfractu enim collis quinariam fieri: ubi dometur impetus: neceſſariũ eſt. Item caſtella prout res exiget. Homerum calidiorum fontium mentionem non feciſſe demiror: cum alio quin lauari calida frequenter indiceret: uidelicet quia medicina tunc non erat hæc: quæ nunc aquarum perfugio utitur. Eſt autem utilis ſulphurata neruis. Aluminata paralyticis: aut ſimili morbo ſolutis. Bitumi-
Vel aq̃ nata aut nitroſa qualis cutilia utilis eſt bibendo: atq; purgationibus. Pleriq; in gloria ducunt: plurimis ho-
Vel nec ſine ris perpeti calorem earum: quod eſt inimiciſſimum. Namq; paulo diutius q̃ balneis uti oportet. Ac poſtea frigida dulci ſine oleo diſcedentibus: quod uulgus alienum arbitratur. Idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis. Quippe & uaſtitate odoris capita replentur: & frigore infeſtantur ſudantia: reliqua corporum parte merſa. Similis error quo quidam plurimo potu gloriantur. Vidiq; iam turgidos bibendo: in tantum ut annuli integerentur cute: cum reddi non poſſet hauſta multitudo aquæ. Nec hoc ergo fieri conuenit ſine crebro ſalis guſtu. Vruntur & cœno fontium ipſorum utiliter: ſed ita ſi illitum ſole inareſcat. Nec uero omnes quæ ſint calidæ: medicatas eſſe credendum: ſicut in egeſta ſiciliæ: lariſſa troadæ magneſia: melo: lipara. Nec decolor ſpecies æris argẽtiue (ut multi exiſtimauere) medicaminũ argumentũ eſt. Qñ nihil eoq; in patauinis fontibus ne odoris quidem differentia aliqua deprehenditur. Medendi modus idem & in marinis erit: quæ calefiunt ad neruorum dolores: ferruminat & fracturas oſſaq; contuſa. Item ad corpora ſiccanda. Qua de cauſa & frigido mari utuntur. Præterea eſt alius uſus multiplex. Principalis uero nauigandi phthiſi affectis ut diximus: aut ſanguinem egerentibus: ſicuti proxime Anneum Gallionem feciſſe poſt cõſulatum meminimus. Neq; enim ægyptus propter ſe petitur: ſed propter longinquitatẽ nauigandi. Quin & uomitiones ipſæ inſtabili uolutatione cõmotæ pluribus morbis capitis oculorum: pectoris medentur. Omnibuſq; propter quæ helleborum bibitur. Aquã uero maris per ſeſe efficaciorem diſcutiendis tumori-
Vel ab his bus putant medici: ſi illa decoquatur hordeacea farina ad parotidas. Emplaſtris etiam maxime albis & malagmatis miſcent. Prodeſt & infuſa cerebro ictu. Bibitur quoq; quãuis nõ ſine iniuria ſtomachi ad purgan-
Vel cre bro da corpora bilemq; atram: aut ſanguinem concretum reddẽdum alterutra parte. Quidam & in quartanis dedere eam bibendã. Et in tenaſmis: articularibuſq; morbis: aſſeruatam: & in hoc uetuſtate uirus deponentem. Aliqui decoctam: omnes ex alto hauſtam: nullaq; dulcium mixtura corruptam. In quo uſu præcedere uomitum uolunt. Tunc quoq; acetum aut uinum aqua miſcent. Qui puram dedere rhaphanos ſup mandi ex mulſo aceto iubent: ut ad uomitiones reuocẽt. Clyſteribus quoq; marinã infundunt tepefactã. Teſtiũ quidẽ tumori fouendo: non aliud præferũt. Itẽ pernionũ uitio ante ulcera. Simili mõ pruritibus: pſoris: & lichenum curationi. Lendes quoq; & tetra capitis aialia hac curantur. Et liuentia reducit eadẽ ad colorẽ. In quibus curationibus poſt marinam aceto calido fouere: plurimũ prodeſt. Quin & ad ictus uenenatos ſalutatis intelligitur: ut phalangiorũ & ſcorpionũ: & ptyadæ aſpide reſperſis. Calida autem in iis aſſumitur. Suffitur eadem cum aceto capitis doloribus. Tormina quoq; & choleram calida infuſa clyſteribus ſedant. Difficilius perfrigeſcunt marina calefacta. Mammas rigentes: præcordia: maciemque corporis piſcinæ maris corrigunt. Aurium dolores: capitis grauitates: cum aceto feruentium uapor. Rubiginem ferro marinæ celerrime exterunt. Pecorum quoque ſcabiem ſanant: lanaſque emolliunt. Nec ignoro hæc mediterraneis ſuperuacanea uideri poſſe. Verum & hæc cura præuidit inuenta ratione qua ſibi quiſque aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum ſi plus quam ſextarius ſalis cum quattuor aquæ ſextariis mergatur: uinci aquam: ſalemque non liquari. Cætero ſextarius ſalis cum quattuor aquæ ſextariis ſalſiſſimi maris uim & naturam implet. Moderatiſſimum autem putant ſupradictam aquæ menſuram octonis cyathis ſalis temperari: quoniam ita & neruos calefaciat: & corpus non exaſperet. Inueteratur quod uoca-

tur thalaſſomeli æquis portionibus maris:mellis imbris ex alto:& ad hunc uſum aduehunt: fictilique uaſe & picato condunt.Prodeſt ad purgationes maxime ſine ſtomachi uexatione & ſapore grato & odore. Hydromeli quoq; ex imbre puro cum melle temperabatur quondam quod daretur appetentibus uinū ægris ueluti innocentiore potu.Damnatum iam multis annis iiſdem uitiis quibus uinum: nec iiſdem utilitatibus.Quia ſæpe nauigantes defectu aquæ dulcis laborant.Hæc quoq; ſubſidia demonſtrabimus. Expanſa circa nauim uellera madeſcunt accepto halitu maris quibus humor dulcis exprimitur.Item demiſſæ reticulis in mari concauæ e cæra pilæ:uel uaſa inania obturata dulcem intra ſe colligunt humorem. Nam in terra marina aqua argilla percolata dulceſcit.Luxata hominum corpora & quadrupedum natãdo in cuiuſlibet generis aquã facillime in artus redeunt.Eſt & in metu peregrinantiũ:ut tentent ualitudinẽ aquæ ignotæ.Hoc cauent a balneis egreſſi ſtatim frigidam ſuſpectam hauriendo.Muſcus qui in aqua fuerit podagris illitus prodeſt.Item oleo admixto talorum dolori:tumoriq;.Spumaq; aquæ affrictu uerrucas tollit. Nec non arena littorum maris:præcipue tenuis & ſolibus candens in medicina eſt ſiccandis corporibus cooperti hydropicorum:aut rheumatiſmos ſentientium.Et hactenus de aquis. Nunc & de aquatilibus. Ordiemur autem ut in reliquis a principalibus eorum:quæ ſunt ſal & ſpongia.

De generibus ſalis:& confecturis:& medicinis:& obſeruationibus. CA. VII.

SAl omnis aut fit:aut gignitur.Vtrũq; pluribus modis:ſed cauſa gemina:coacto humore uel ſiccato.Siccatur in lacu tarentino æſtiuis ſolibus:totumq; ſtagnum in ſalem abiit modicum alioquin altitudine genua non excedens.Item in ſicilia in lacu qui canonicus uocatur:& alio iuxta gelam.Horum extremitates tantum inareſcunt:ſicut in phrygia cappadocia. Aſpendi ubi largius coquitur & uſq; ad medium lacum.Aliud etiam in eo mirabile:quod tantũdem noctu ſubuenit:quãtum die auferas.Omnis eſt alius ſal minutus:atq; non gleba eſt.Aliud genus ex aquis maris ſponte gignitur ſpuma in extremis littoribus ac ſcopulis relicta.Hæc enim omnis rore dẽſatur.Et eſt acrior quæ in ſcopulis inuenitur.Sunt etiãnum naturales differentiæ tres.Namq; in bactris duo lacus uaſti: alter ad ſcythas uerſus:alter ad arios ſale æſtuant.Sicut ad cittium in cypro & circa memphin extrahunt lacu: dein ſole ſiccant.Sed & ſumma fluminum denſantur in ſale:amne reliquo ueluti ſub gelu fluente:ut apud caſpias portas:quæ ſalis flumina appellantur.Item circa mardos & armenios.Præterea apud bactros amnis ochus & oxus ex appoſitis montibus deferunt ſalis ramenta.Sunt & in africa lacus & quidem turbidi ſalem ferẽtes. Ferunt quidem & calidi fontes ſicut pegaſei.Et hactenus habent ſe genera ex aquis ſponte ꝓuenientia.Sũt & montes natiui ſalis:ut in indis oromenus:in quo lapidicinarum modo cæditur renaſcens:maiuſq; regũ uectigal ex eo eſt:q̃ ex auro atq; margaritis.Effoditur & e terra:ut palam eſt humore dẽſato in cappadocia. Ibi quidem cæditur ſpecularium lapidum modo. Pondus magnum glebis: quas micas uulgus appellat. Carthis arabiæ oppido muros domoſq; maſſis ſalis faciunt:aqua ferruminantes.Inuenit & iuxta peluſium Ptolemæus rex cum caſtra faceret.Quo exemplo poſtea inter ægyptum & arabiam etiam ſqualentibus locis cœptus eſt inueniri detractis arenis. Qualiter & per africæ ſitientia uſq; ad Hammonis oraculum. Is quidem creſcens cum luna noctibus.Nam cyrenaici tractus nobilitantur hãmoniaco & ipſo quia ſub arenis his inueniatur:appellato. Similis eſt colore alumini:quod ſchiſton uocant:longis glebis: neq; perlucidis:ingratus ſapore:ſed medicinæ utilis.Probatur quã maxime perſpicuus rectis ſciſſuris inſigne. De quo proditur:quod leuiſſimus intra ſpecus ſuos in lucem uniuerſam prolatus: uix credibili pondere ingraueſcat.Sed cauſa euidens cuniculorum ſpiritu madido ſic adiuuante molientes ut adiuuant aquæ. Adulteratur ſiculo:quem cocanicum appellauimus:necnon & cyprio mire ſimili. In hiſpania quoq; citeriore egelaſte cæditur glebis pene tranſlucentibus.Cui iampridem palma a pleriſq; medicis inter omnia ſalis genera perhibetur.Omnis locus in quo reperitur ſal:ſterilis eſt:nihilq; gignit:& in totũ ſponte naſcens.Inter hæc ſunt factitii uaria genera.Vulgaris plurimiſq; in ſalinis mari adfuſo:non ſine aquæ dulcis riguis:ſed imbre maxime iuuante:ac ſuper omnia ſole multo:non aliter inareſcens. Africa circa uticam conſtruit aceruos ſalis ad collium ſpeciem.Qui uero ſole lunaq; induruere.nullo humore liqueſcũt:uixq; etiam ferro cæduntur.Fit tamen & in creta ſine riguis in ſalinas mare infundentibus.Et circa ægyptum ipſo mari ifluente in ſolum ut credo nilo ſuccoſum.Fit & e puteis in ſalinas ingeſtis.Prima denſatio babyloniæ in bitumẽ liquidum cogitur:oleo ſimile:quo & in lucernis utuntur.hoc detracto ſubeſt ſal.& in cappadociæ puteis ac fonte quem in ſalinas ingerũt.In chaonia excoquunt aquã ex fonte:refrigerandoq; ſalem faciunt inertem nec candidum.Galliæ germaniæq; ardentibus lignis aquã ſalſam infundunt.Hiſpaniæ quadam ſui parte e puteis hauriunt muriam appellantes. Et illi quidem etiam lignum referre arbitrantur. Quercus optima ut quæ per ſe cinere ſincero uim ſalis reddat. Alibi corylus laudatur. Ita infuſo liquore ſalſo.Carbo etiam in ſalem uertitur. Quicunque ligno conficitur ſal niger eſt. Apud Theophraſtum inuenio imbrios harundinis & iunci cinerem decoquere aqua ſolitos: donec exiguum ſupereſſet humoris. Quin & e muria ſalſamentorum recoquitur: iterumque conſumpto liquore ad naturam ſuam reddit uulgo e menis iucundiſſimus. Marinorum maxime laudatur cyprius a ſalamine. At e ſtagnis tarentinus. Ac eriguis phrygius qui tattæus uocatur. Hi duo oculis utiles. A cappadocia uero qui in laterculis affertur: cutis nitorem dicitur facere. Magis tamen extendit is quem citticum appellauimus. Itaque a partu uentrẽ eo cum melanthio illinunt. Salſiſſimus ſal qui ſciſſimus ſuauiſſimus omnium tarentinus atque candidiſſimus. Et de cætero fragilis qui maxime candidus. Pluuia dulceſcit omnis.Suauiorem tamen rores faciunt. Sed copioſum aquilonis flatus. Auſtro non naſcitur. Flos uero ſalis non fit:niſi aquilonibus. In igni nec crepitat:nec exilit tragaſeus: neque acanthius ab oppido appellatus. Nec ullius ſpuma:aut ramentum aut tenuis. Agrigentinus ignium patiens:ex aqua exilit.Sunt & colorum differẽtiæ.Rubet memphi. Ruffus eſt cir

Vel & iaxartes

Vel heminis

ta oxum. Centuripis purpureus. Circa gelam in eadem ſicilia tanti ſplẽdoris: uti imaginem recipiat. In cappadocia croceus effoditur tranſlucidus & odoratiſſimus. Ad medicinæ uſus antiqui tarentinum maxime laudabant. Ab hoc uero quæcunq; e marinis ex genere eo: præcipue ſpumeum. Iumentorum uero & boũ oculis trageſeum & beticum. Ad obſonium & cibum utilior quiſquis facile liqueſcit. Item humidior: minorem enim amaritudinem habent: ut atticus & euboicus. Seruandis carnibus aptior acer & ſiccus: ut me garicus. Conditur etiam odoribus additis: & pulmentarii uicem implet excitans auiditatem: inuitanſq; in omnibus cibis: ita ut ſit peculiaris ex eo intellectus inter innumera condimenta. Ita eſt in mandendo quæſitus garo. Quin & pecudes armentaq; & iumenta ſale maxime ſolicitãtur ad paſtum: multo largiores lacte: multoq; gratiore etiam in caſeo dote. Ergo hercule uita humanior ſine ſale nequit degere: adeoq; neceſſarium elementum eſt: ut tranſierit intellectus ad uoluptates animi quoq;. Nã ita ſales appellantur: omniſq; uitæ lepos & ſumma hylaritas laborumq; requies non alio magis uocabulo conſtat. Honoribus etiam militiæq; interponitur ſalariis inde dictis: magna apud antiquos auctoritate: ſicut apparet ex nomine ſalariæ uiæ: quoniam illa ſal in ſabinos portari conſuerat. Ancus Martius rex ſalis modica ſex millia in congiario dedit populis: & ſalinas primus inſtituit. Varro ẽt pulmentarii uice uſos ueteres auctor eſt. Eſitaſſe enĩ ſalem cum pane & caſeo: ut prouerbio apparet. Maxime tamen in ſacris intelligitur auctoritas quando nulla conficiuntur ſine mola ſalſa. Salinarum ſynceritas ſummam fecit ſuam differentiam. Quædam enim ſa uilla ſalis: quæ leuiſſima ex eo eſt & candidiſſima flos ſalis appellatur. Et flos quidem ſalis in totum diuerſa res humidioriſq; naturæ & crocei coloris aut ruffi ueluti rubigo ſalis. Odore quoq; ingrato ceu gari diſſentiens a ſole non modo a ſpuma. In ægypto inuenitur uideturq; nilo deferri. Et fontibus tamen quibuſdam innatat. Optimum ex eo quod olei quãdam pinguitudiné reddit. Eſt enim in ſale pinguitudo: quod miremur. Adulteratur autem tingiturq; rubrica: aut plerunq; teſta trita. Qui fucus aqua deprehenditur diluente factitium colorem: cum uerus ille non niſi oleo reſoluatur: & unguẽtarii propter colorem eo maxime utantur. Canicia in uaſis ſumma eſt. Media uero pars humidior ut diximus. Floris natura aſpera excalfactoria ſtomacho inutilis. Sudorem cit. Aluum ſoluit in uino & aqua acopis & ſmegmatis utilis. Detrahit & ex palpebris pilos efficaciſſime. Fæces imæ concutiuntur ut color croci redeat. Præter hæc etiãnum appellatur in ſalinis ſalſugo: ab aliis ſalſilago tota liquida marina aqua ſalſior ui diſtans. Aliud etiãnum liquoris exquiſiti genus quod garon uocauere inteſtinis piſcium cæteriſq; quæ abiicienda eſſent: ſale maceratis: ut ſit illa putreſcentium ſanies. Hoc olim conficiebatur ex piſce: quem græci garon uocabant. Capite eius uſto ſuffitu extrahi ſecundas morantes.

De ſcombro piſce & muria: & alece. CA. VIII.

NVnc e ſcombro piſce laudatiſſimum in finibus carthaginis ſpartarie & cetariis: ſociorum appellatur ſingulis milibus nummũ permutãtibus congios pene binos. Nec liquor ullus pene præter unguenta maiore in prẽcio eſſe cœpit: nobilitatis etiam gẽtibus. Scombros quidẽ & mauritania beticaq; & carteia ex oceano intrantes capiunt: ad nihil aliud utiles. Laudatur & clazomene garo. Pompeiq; & lepris. Sicut muria antipolis ac thuria. Iam uero & dalmacia. Vitium huius eſt alex imperfecta nec colata fæx. Cœpit tamen & priuatim ex inutili piſciculo minimoq; cõfici. Apuam noſtri aphyen græci uocant: quoniam is piſciculus e pluuia naſcitur. Foroiulienſes piſcem ex quo faciunt lupum appellant. Tranſit deinde in luxuriam creueruntq; genera ad infinitum: ſicuti garum ad colorem mulſi ueteris: adeoq; dilutã ſuauitatem ut bibi poſſit. Aliud ueto ad caſtimoniarum ſuperſtitionem: etiam ſacris iudæis dicatum: quod fit e piſcibus ſquãma carentibus. Sic alex peruenit ad oſtreas: echinos: urticas: cãmaros: mullorum iocinera. Innumeriſq; generibus ad ſaporem gulæ cœpit ſal tabeſcere. Hæc obiter indicata ſint deſideriis uitæ: & ipſa tamen nõnulli uſus in medendo. Namq; & alece ſcabies pectoris ſanatur infuſa percutẽ inciſam. Et contra canis morſus draconiſq; marini prodeſt. In linteolis autem concerptis imponitur. Et garo ambuſta recentia ſanantur: ſi quis infundat ac non nominet garum. Contra canum quoq; morſus prodeſt: maximeq; crocodili: & ulceribus quæ ſerpunt: aut ſordidis. Oris quoq; & aurium ulceribus aut doloribus mirifice prodeſt. Muria quoq; ſiue illa ſalſugo: ſpiſſat: mordet: extenuat: ſiccat. Dyſentericis utilis eſt etiam ſi nome inteſtina corripit. Iſchiadicis cœliacis ueteribus infunditur: fotu quoq;: apud mediterraneos aquæ marinæ uicem penſat.

Vel non carẽtibꝰ

De natura ſalis & eius medicinis. CA. IX.

SAlis natura eſt per ſe ignea & inimica ignibus fugiens eos: oſa erodens. Corpora uero aſtringẽs: ſiccans: alligans. Defuncta autem ac putreſcentia ita uendicans ut durent ea per ſæcula. In medẽdo uero mordens: adurens: repugnans: extenuans: diſſoluens. Stomacho tantũ inutilis præterq; ad excitandam auiditatem. Aduerſus ſerpentium morſus cum origano: melle: hyſopo. Contra ceraſtem cum origano: aut cædria: aut pice: aut melle. Auxiliatur contra ſcolopendras ex aceto potus. Aduerſus ſcorpionum ictus cum quarta parte lini ſeminis: ex oleo uel aceto illitus. Aduerſus crabrones uero uel ueſpas ſimiliaq; ex aceto. Ad betherocraneas capitiſq; ulcera: & puſtulas: papulaſue: & incipientes uerrucas: cum ſeuo uitulino. Item oculorum remediis: & ad excreſcentes ibi carnes totiuſq; corporis pterygia. Sed in oculis peculiariter. Ob id collyriis emplaſtriſque additur. Ad hoc maxime probatur tragaſæus aut caunites. Ex ictu uero ſuffuſis cruore oculis ſuggillatiſque cum myrrhæ pari pondere ac melle: aut cum hyſopo ex aqua calida: utque foueantur ſalſugine. Ad hæc hiſpanienſis eligitur: contraque ſuffuſiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. Priuatim ſuggillationibus in linteolo inuolutus crebroque ex aqua feruenti impoſitus. Vlceribus oris manantibus in linteolo concepto. Gingiuarum tumori infricatus. Et contra ſcabritiem linguæ frictus comminutuſq;. Aiunt dentes non erodi neque putre-

Vel tattæus

ſcere ſi quis quotidie mane ieiunus ſalem contineat ſub lingua:donec liqueſcat.Lepras idem:& furũculos: & lichenas:& pſoras emendat cum paſſa uua exempto eius ligno:& ſeuo bubulo atq; origano:ac fermento uel pane:maxime thebaicus.Hic & ad pruritus eligitur.Tonſillis & uuis cum melle prodeſt.Quicunq; ad anginas.Hic amplius cum oleo & aceto.Eodem tempore extra fauces illitus cum pice liquida. Emollit & aluum in uino mixtus. Idem noxia:& tinearum genera pellit in uino potus.Aeſtus balnearum cõualeſcentes:ut tolerari poſſint:linguæ ſubditus præſtat.Neruorum dolorem maxime uſurpanda obſeruatione circa humeros & renes in ſaccis aqua feruenti crebro madefactus leuat. Colum torminaq; & coxarum dolores potus & in iiſdem ſaccis impoſitus candés.Podagras cum farina ex melle & oleo tritus. Ibi maxime obſeruanda uſurpatione qua quidem totis corporibus nihil eſſe utilius ſale & ſole dicunt. Itaq; cornea uidemus corpora piſcatorum.Sed hoc præcipuum dicatur ĩ podagris.Tollit & clauos pedum.Item perniones. Ambuſtis ex oleo imponitur:aut cõmanducatus:puſtulaſq; reprimit.Ignibus uero ſacris ulceribuſq;:quæ ſerpunt:ex aceto aut hyſopo.Carcinomatis cum uua taminia.Phagedenis ulcerum tritus cum farina hordei ſuper impoſito linteolo madente uino.Morbo regio laborantes donec ſudent ad ignem cõtra pruritus quos ſentiunt:ex oleo & aceto infricatus iuuat:& fatigatos ex oleo. Multi & hydropicos ſale curauere:feruoreſq; febrium cum oleo perunxere:& tuſſim ueterem linctu eius diſcuſſere.Clyſteribus infudere iſchiadicis.Vlceribus excreſcentibus uel putreſcentibus impoſuere.Crocodilorum morſibus ex aceto in linteolis:ita ut battuerentur ante ictum ulcera.Bibitur & contra opium ex aceto mulſo.Luxatis imponitur cum farina & melle.Item extuberationibus.Dentium dolori cum aceto fotus & illitus cum reſina prodeſt. Ad omnia autem ſpuma ſalis iucundior utiliorq;.Sed quicunq; ſal acopis additur ad excalfactiones. Itẽ ſmegmaticis ad extendendam cutem leuandamq;.Pecorum quoq; ſcabiem & boum illitus tollit.Datuſq; lingẽdus:& oculis iumentorum inſpuitur.Hæc & de ſale dicta ſint.

De nitri generibus:& confecturis:& medicinis:& obſeruationibus. CA. X.

NOn eſt differenda & nitri natura non multum a ſale diſtans:& eo diligentius dicenda:quia palam eſt & medicos qui de eo ſcripſere:ignoraſſe naturam.Nec quéq; Theophraſto diligentius tradiſſe. Exiguum fit apud medos caneſcentibus ſiccitate conuallibus:quod uocant halmiraga. Minus ẽt in thracia iuxta philippos ſordidum terra:quod appellant agrium.Nam quercu cremata nunquã multum factitatum eſt:& iampridem in totum omiſſum. Aquæ uero nitroſæ pluribus locis reperiuntur: ſed ſine uiribus denſandi.Optimum copioſumq; in clitis macedoniæ:quod uocãt calaſtricum:candidum: purumq;:proximum ſali.Lacus eſt nitroſus exiliente e medio dulci fonticulo.Ibi ut nitrum circa canis ortum nouenis diebus:totidemq; ceſſat:ac rurſus innatat:& deinde ceſſat.Quo apparet ſoli naturam eẽ quæ gignat:quoniam compertum eſt nec ſoles proficere quicq̃:cum ceſſet:nec imbres.Mirum eſt & illud ſcabra fonticuli ſemper emicante:lacum nec augeri nec effluere. Iis autem diebus quibus gignitur ſi fuere imbres:falſius nitrum faciunt:aquilones deterius:quia ualidius cõmouent limum.Et hic quidem naſcit. In ægypto autem conficitur multo abundantius:ſed deterius.Nam fuſcum lapidoſumq; eſt.Fit pene eodem modo quo ſal:niſi q; ſalinis mare infundunt. Nilum autem nitrariis. Excedente nilo ſiccantur:decedente madent ſucco nitri.xl.diebus continuis:non ut in macedonia ſtatis. Si autem imbres affuerint: minus de flumine addunt:ſtatimq; ut denſari eſt cœptum:rapitur ne reſoluatur in nitrariis.Sic quoq; olei natura interuenit. Ad ſcabiem animalium utilis.Ipſum autem conditum in acetuis durat.Mirum in lacu aſcanio & quibuſdam circa chalcida fontibus ſummas aquas dulces eſſe:potariq;:inferiores nitroſas.In nitro optimũ quod tenuiſſimũ:& ideo ſpuma melior.Ad aliqua tantum ſordidum tanq̃ ad inficiendas purpuras: tincturaſq; omnes.Magnus & nitro uſus qui dicetur ſuo loco.Nitrariæ ægregiæ ægyptiis. Nam circa naucratin & memphin tantum ſolebant eſſe.Circa memphin deteriores.Nam & lapideſcit ibi in aceruis:multiq; ſũt tumuli ea de cauſa ſaxei.Faciunt ex iis uaſa.Nec non frequenter liquatum cum ſulphure coquentes in carbonibus.Ad ea quoq; quæ inueterari uolunt illo nitro utuntur.Sunt ibi nitrariæ:in quibus & ruffum exit a colore terræ.Spumam nitri quæ maxime laudatur:antiqui negabant fieri:niſi cum ros cecidiſſet:pgnantibus nitrariis:ſed nondum parientibus.Itaq; non fieri incitatis etiam ſi caderet.Alii operimentorum fermẽto gigni exiſtimauere.Proxima ætas medicorum aphronitrum tradidit in aſia colligi in ſpeluncis mollibus diſtillans.Specus eos colligas uocãt.Dein ſiccant ſole.Optimum putatur lydium.Probatio ut ſit minime põderoſum:& maxime friabile.Colore pene purpureo.Hoc in paſtillis affertur. Aegyptium in uaſis picatis:ne liqueſcat.Vaſa quoq; ea ſole inareſcentia pficiunt.Nitri pbatio:ut ſit tenuiſſimũ & quã maxime ſpongioſum fiſtuloſumq;:adulterat in ægypto calce.Depræhẽditur guſtu.Sinceꝝ enim facile reſoluitur. Adulteratũ pungit.Calce aſperſum reddit odorem uehementer.Vritur in teſta opertũ ne exiliat: alias igni non exilit nitrum:nihilq; gignit aut alit.Cum in ſalinis herbæ gignantur:& in mari tot animalia:tantum algæ.Sed maiorem eſſe acrimoniam nitro apparet:non hoc tantum argumento:ſed & illo q; nitrariæ calciamenta protinus conſumunt. Alias ſalubres:oculorumq; claritati utiles.In nitrariis non lippiunt.Vlcera allata eo celerrime ſanantur. Ibi facta tarde.Cit & ſudorem cum oleo perunctis: corpuſq; emollit. In pane ſalis uice utuntur calaſtrico.Ad raphanos ægyptio:teneriores eos facit.Sed obſonia alba & deteriora:olera uiridiora.In medicĩa ãt calfacit:extenuet:mordet:ſpiſſat:ſiccat:exulcerat.Vtile iis q̃ euocãda ſint aut diſcutienda:& lenius mordẽda atq; extenuãda:ſicut in papulis puſtuliſq;.Quidã in hoc uſu accẽſum uino auſtero reſtrigũt:itaq; ita trito ĩ balneis utũt ſine oleo.Sudores nimios ĩhibet cũ arida iride adiecto oleo uiridi.Extenuat & cicatrices oculoꝝ & ſcabritias genaꝝ cũ fico illitũ aut decoctũ ĩ paſſo ad dimidias pres.Itẽ cõtra argemas oculoꝝ.Vngues decoctũ cũ paſſo ĩ mali punici calice adiuuat nitꝝ:claritatẽq; uiſus cũ melle iunctũ. Prodeſt dentiũ dolori ex uino ſi cum pipere colluant.Itẽ cum porro decoctum.Nigreſcẽtes dentes crema-

Vel ſordium

cum dentifricio ad colorem reducit. Capitis animalia: & lendes necat cum ſamia terra illitum ex oleo. Auribus purulentis uino liquatum infunditur. Sordes eiuſdē partis erodit ex aceto. Sonitus & tinnitus diſcutit ſiccum additum. Vitiligines albas cum cymolia creta æquo pondere ex aceto in ſole illitum emendat. Furunculos admixtum reſinæ extrahit aut cū uua alba paſſa nucleis eius ſimul tritis. Teſtiū inflāmationi occurrit. Item eruptionibus pituitæ in toto corpore cum axungia. Contraq; canis morſus addita reſina iniiis cum aceto illinitur. Sic & ſerpentiū morſibus: phagedenis: & ulceribus quæ ſerpunt aut putreſcūt cum calce ex aceto. Hydropicis cum fico tuſum datur: illinitur q;. Diſcutit & tormina ſi decoctum bibatur pondere drachmæ cum ruta uel aneto uel cymino. Reficit laſſitudines cum oleo ex aceto perunctorum: & contra algores horroreſq; prodeſt: manibus pedibuſq; confricatis cum oleo. Comprimit & pruritus ſuffuſorū felle: maxime cum aceto datum. Succurrit & uenenis fungorum ex poſca potum. Aut ſi bupreſtis paſta ſit ex aqua: uomitioneſq; euocat. iis qui ſanguinem tauri biberint cum laſere datur. In facie quoq; exulcerationes ſanat cum melle & lacte bubulo. Ambuſtis toſtum donec nigreſcat tritumq; illinif. Infunditur urceis & renum doloribus: aut rigori corporum: neruorumq; doloribus. Paralyſi lingua cum pane imponitur. Suſpirioſis in ptiſana ſumitur. Tuſſim ueterem ſanat flore mixto galbani: reſinæ terebinthinæ pari pondere omnium: ita ut fabæ magnitudo deuoretur. Coquitur dilutumq; poſtea cum pice liquida ſorbendū in angina datur. Flos eius cum oleo cyprio: articulorum doloribus in ſole iucundus eſt. Regium quoq; morbum in uino exterminat potum. Et inflationes diſcutit. Sanguinis profluuium ſiſtit e naribus ex feruenti aqua uapore naribus rapto. Pruriginem aluminе permixto tollit. Alarum uirus ex aqua quotidiano fotu. Vlcera ex pituita nata cæra permixtum. Quo genere neru[illegible] quoq; prodeſt. Cœliacis infundit. Perungi ante acceſſiones frigidas nitro & oleo multi præcepere. Sic & aduerſus lepras: lētigines. podagricis in balneis uti ſolia nitri, pdeſt: atrophis: opiſthotonis: tetanis. Sal & nitrū ſulphuri cōcoctū in lapidem uertitur.

Vel ſubditum

Vel ungi ſolio

De ſpongiarum natura. CA. XI.

Spongiarum genera diximus in naturis aquatilium marinoꝝ. Quidam eas diſtinguūt. Alias ex iis mares exiſtimauere tenui fiſtula ſpiſſioreſq; perſorbentes: & quæ tingūtur in deliciis aliquādo & purpura. Alias fœminas maioribus fiſtulis ac perpetuis. E maribus duriores alias: quas appellant tragos tenuiſſimis fiſtulis æque denſiſſimis. Candidæ cura fiunt: e molliſſimis recentes per æſtatem tinctæ ſalis ſpuma: ad lunam & pruinas ſternuntur inuerſæ: hoc eſt qua parte adhæſere: ut candorem bibant. Animal eſſe docuimus etiam cruore inhærente. Aliq narranti & auditu regi eas: contrahiq; ad ſonum: exprimētes abundantiā humoris: nec auelli petris poſſe: ideo abſcindi & ſaniem emittere. Quin & eas quæ ab aquilone ſint genitæ præferunt cæteris. Nec uſq; diutius durare ſpiritum medici affirmant. Sic & prodeſſe corporibus: quia noſtro ſuum miſceant: & ideo magis recentes: magiſq; humidas. Sed minus i calida aqua minuſq; unctas: aut unctis corporibus impoſitas. Et ſpiſſas minus adhæreſcere. Molliſſimū genus earum penicelli oculoꝝ tumores leuant ex mulſo impoſiti. Item abſtergēdæ lippitudini utiliſſimi. Eam quæ tenuiſſima eſt molliſſimā quoq; eſſe oportet. Imponunt ſpongiæ ipſæ epiphoris ex poſca: & ex aceto calido ad capitis dolores. De cætero recentes diſcutiūt: molliūt: mitigāt. Veteres cōglutināt uulnera. Vſus earum ad abſtergenda: fouenda: operienda a fotu dum aliud imponatur. Vlcera quoq; humida & ſenilia impoſitæ ſiccant. Fracturæ & uulnera ſpongiis utiliſſime fouentur. Sanguis rapitur inſecando ut curatio perſpici poſſit. Et ipſæ uulnerū inflāmationibus īponunt: nunc ſiccæ: nunc ex aceto inſperſæ: nunc e uino: nunc ex aqua frigida. Ex aqua uero cæleſti impoſitæ ſecta recentia non patiuntur intumeſcere. Imponuntur & integris partibus & fluctione occulta laborantibus quæ diſcutienda ſunt: & iis quæ apoſtemata uocant melle decocto perunctis. Item articulariis alias aceto ſalſo madidæ: alias e poſca. Si ſerueat impetus ex aqua eædem & callo ſalſa madidæ. At contra ſcorpionum ictus ex aceto. In uulneꝝ curatione & ſuccidæ lanæ uicem implent. Nunc ex uino & oleo: nunc ex eadem. Differentia hæc q; lanæ emolliunt: ſpongiæ coercent rapiuntq; uitia ulcerum. Circūligantur & hydropicis ſiccæ: uel ex aqua tepida poſcaue utcūq; blandioribus opus eſt opeririue: aut ſiccare cutē. Imponunt & iis morbis: quos uaporari oporteat: feruenti ex aqua perfuſæ expreſſeq; inter duas tabulas. Sic & impoſitæ ſtomache proſunt: & in febri contra nimios ardores. Sed ſpleneticis e poſca, ignibus ſacris ex aceto. Efficaciores quando aliud imponi oportet: ſic ut ſanas quoq; partes ſpatioſe operiant. Sanguinis profluuiū ſiſtunt ex aceto: aut frigida. Liuorem ab ictu recentem ex aqua ſalſa calida ſæpius mutata. Tolluntq; teſtium tumorem doloremq; ex poſca. Ad canum morſus utiliter conciſæ imponuntur: ex aceto: aut frigida: aut melle abunde ſubinde humectandæ. Africanæ cinis cum porri ſectiui ſucco ſanguinem reiiciētibus hauſtu ſalis ex frigida prodeſt. Idem cinis cum oleo uel aceto fronti illitus tertianas tollit. Priuatim africanæ ex poſca tumorem diſcutiunt. Oium autem cinis cū pice crematarum ſanguinem ſiſtit uulnerum. Aliqui raras tantum ad hoc cum pice urunt. Et oculorum cauſa comburuntur in cruda olla figulini operis: plurimū proficiente eo cinere contra ſcabricias genarum: excreſcēteſq; carnes: & quicquid opus ſit ibi deſtringere: ſpiſſare: explere. Vtilius in eo uſu lauare cinerem. Præſtant & ſtrigilum uicem lintheorūq; affectis corporibus. Et contra ſolem apte protegunt capita. Medici inſcitia ad duo noia eas redegere. Africanas: quarum firmius ſit robur. Rhodiacaſq; ad fouēdum molliores. Nunc autem molliſſimæ circa muros antiphelli urbis reperiuntur. Trogus auctor eſt: circa lyciam penicillos molliſſimos naſci in alto undæ ablatæ ſint ſpongiæ. Polybius ſuper ægrum ſuſpenſos: quietiores facere noctes. Nunc præuertemur ad marina animalia: & aquatilia.

POOEMIVM.

Medicinæ ex aquatilibus.



ris.

ENTVM EST AD summa naturæ exemplorũq; per rerum ordinẽ: & ipſum ſua ſpõte occurrit ĩmenſum potentiæ occultæ documẽtum: ut prorſus nec aliud ultra quæri debeat: nec par aut ſimile poſſit iueniri: ipſa ſe uincente natura: & qdẽ numeroſis modis declarãte. Quid enim uiolẽtius mari uẽtiſue? & turbinibus ac procellis: quo maiore ĩgẽio ĩ nulla ſui parte adiuta ẽ: q̃uelis remiſq; ? Addaſ his & reciproci æſtus inenarrabilis uis: uerſumq; totum mare in flumen.

De echeneide piſce: & mirabili eius proprietate: & torpedine: & marino lepore: & mirabilia rubri maris.

CA. I.

TAmẽ oĩa hæc pariterq; eodẽ impellẽtia: unus ac paruus admodũ piſciculus echeneis appellatus in ſe tenet. Ruant uenti licet: & ſæuiant procellæ: imperat furori: uireſq; tantas compeſcit: & cogit ſtare nauigia: quod non uincula ulla: non anchoræ pondere irreuocabili factæ. Infrenat impetus: & domat mundi rabiem: nullo ſuo labore: nõ retinẽdo: aut alio modo quam adhærẽdo. Vt iacte Hæc tantilla eſt ſatis cõtra tot impetus: ut uetet ire nauigia. Sed armatæ claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula: ut in mari quoq; pugnetur: uelut e muris. Heu uanitas humana cum roſtra illa ære ferroq; adictus armata ſemipedalis inhibere poſſit: ac tenere deuincta piſciculus. Fertur acciaco marte tenuiſſe prætoriam nauim Antonii properantis circuire & exhortari ſuos: donec tranſiret in aliam. Ideoq; cæſariana claſſis impetu maiore protinus uenit. Tenuit & noſtra memoria. Caii principis ab aſtura antium remigãtis ut res eſt: etiam auſpicalis piſciculus. Siquidem nouiſſime tum in urbem reuerſus ille imperator: ſuis telis cõfoſſus eſt. Nec longa fuit illius moræ admiratio ſtatim cauſa intellecta: cum e tota claſſe quinqueremis ſola non proficeret: & exilientibus protinus qui id quærerent circa nauim inuenere adhærentem gubernaculo: oſtenderuntq; Caio indignanti hoc fuiſſe quod ſe reuocaret: quadringentorumq; remigum obſequio contra ſe intercederet. Conſtabat peculiariter miratum quomodo adhærẽs tenuiſſet: nec idem polleret in nauigium receptus. Qui tunc poſtea quam uidere: eum limaci magnæ ſimilem eſſe dicunt. Nos plurimorum opiniones poſuimus in natura aquatilium: cum de eo diceremus. Nec dubitamus idem ualere ad omnia genera cum celebri & conſecrato etiam exemplo apud gnidiam Venerem conchas quoq; eiuſdem potentiæ credi neceſſe ſit. E noſtris quidam latinis remoram appellauere eum. Mirumq; e græcis: alii lubricos partus atq; procidentes contineri ad maturitatem alligato eo (ut diximus) prodiderunt. Alii ſale adſeruatum adalligatumq; grauidis partus ſoluere: ob id alio nomine odinolyontem appellauere. Quocunque modo iſta ſe habeant: quis ab hoc tenendi nauigia exemplo de ulla potẽtia naturæ atq; effectu in remediis ſponte naſcentium rerum dubitare debeant? Quin & ſine hoc exemplo per ſe ſatis eſſet. Ex eodem mari torpedo etiam procul & e longinquo: uel ſi haſta uirga ue attingatur quãuis prævalidos lacertos torpeſcere: quãlibetq; ad curſum ueloces alligari pedes proditur. Quod ſi neceſſe habemus fateri hoc exemplo eſſe uim aliquam quæ odore tantum & quadam aura ſui corporis afficiat membra: quid non de remediorum omnium momentis ſperandum eſt? Non ſunt minus mira quæ e lepore marino traduntur. Venenum eſt aliis in potu: aut in cibo datus: aliis etiam uiſus. Siquidem grauidæ ſi omnino aſpexerint fœminã ex eo genere dumtaxat ſtatim nauſea & redundatione ſtomachi uitium fatentur: ac deinde abortum faciunt. Remedio eſt mas ob id induratus ſale ut in brachialibus habeant. Eadem res in mari & tactu quidem nocet. Veſcitur eo unum tantum animalium: ut non intereat Mullus piſcis: & tenereſcit tantum: & ingratior uiliorq; fit. Homines quibus in paſtu eſt: piſcem olent: hoc primo argumento ueneficium id deprehẽditur. Cætero moriuntur totidem diebus quot uixerit lepus. Incertiq; temporis ueneficium id eſſe auctor eſt Licinius macer. In india affirmant non capi uiuentem. Inuicemq; ibi hominem illi pro ueneno eſſe: ac uel digito omnino in mari tactum mori. Eſſe autem ampliorem multo ſicut reliqua animalia. Iuba in iis uoluminibus quæ ſcripſit ad Caium Cæſarem Auguſti filium de arabia: tradit uitulos marinos ternas heminas capere. Cetos ſexcentorum pedum longitudinis: & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumẽ arabiæ intraſſe: pinguique eius negociatores: & omnium piſcium adipe camelos perungi in eo ſitu: ut aſilos ab iis fugent odore.

De ingeniis:& manſuetudine quorundam piſcium:& ubi ex manu edant: & ubi reſponſa dantur ex piſcibus. CA. II.

Mlhi uidenť mira & quæ Ouidius ꝓdidit piſciū ingenia in eo uolumine qđ halieuticō inſcribiť. Scarū īcluſum naſſis nō fronte erumpere:nec īfeſtis uiminibus caput inſerere:ſed auerſum caudæ ictibus crebris laxare fores:atq; retrorſum ita erūpere. Qué luctatū eius ſi forte alius ſcarus extrinſecus uideat:apprehēſa mordicus cauda adiuuare nixus erumpētis. Lupū piſcé rete circūdatū arenas arare cauda:atq; ita cōditū trāſire rete. Murená maculas appetere ipſas cōſciam teretis ac lubrici rergi:tum multiplici flexu laxare:donec euadat. Polypū hamos appetere brachiiſq; cōplecti:non morſu: nec prius dimittere q̄ eſcā circūroſerit:aut harūdine leuatū extra aquā. Scit & mugil eſſe in eſca hamū inſidiaſq; nō ignorat:auiditas tamē tāta eſt:ut cauda uerberādo excutiat cibos. Minus in ꝓuidēdo lupus ſolertiæ habet ſed magnū robur in pœnitēdo. Nā ut hæſerit ī hamo:tumultuoſo diſcurſu laxat uulnera: donec excidāt īſidiæ. Murenæ amplius deuorāt hamū:admouētq; dētibus lineas:atq; ita erodunt. Pytheas id tradit. Idē infixá hamo iuertere ſe:quoniā ſit dorſo cultellato:ſpinaq; lineā præſecare. Licinius Macer murenas tantū fœminini ſexus eſſe tradit:& cōcipere e ſerpētibus:ut diximus:ob id ſibilo a piſcatoribus, tanquā ſerpētibus euocari & capi:pingueſcere iactatu. Fuſte nō īterimi. Eaſdē ferula protinus. Animā in cauda habere certū eſt:eaq; icta celerrime exanimari:at capitis ictu difficulter. Nouacula & ferrū quæ piſce tacta fūt: olent. Duriſſimū eſſe piſciū cōſtat qui orchis uoceť:rotūdus eſt:& ſine ſquāmis:totuſq; capite cōſtat. Mil/
Vel mutari uago quotiēs cernať extra aquā uolitās:tēpeſtates minitari Trebrius Niger auctor ē. Xiphiā roſtro mucronato eſſe:ab hoc naues perfoſſas mergi in oceano ad locū mauritaniæ:qui cotta uoceť:nō procul a lyxo flumine. Idē loligines euolare ex aqua tradit:tanta multitudine ut nauigia demergāt. Et manu uexunť piſces in pluribus quidē Cæſaris uillis. Sed quæ ueteres ꝓdidere in ſtagnis nos in piſcinis ammirati in eloro ſiciliæ caſtello nō procul ſyracuſis. Itē in labra Cnidii Iouis fonte Anguillas. Et eæ inaures additas gerūt. Similiter in chio iuxta ſenū delubrū. In meſopotamiæ quoq; fonte cabura de quo diximus. Nā in lyciæ lymira fonte Apollinis:quē dinū appellát ter fiſtula euocati ueniūt ad auguriū. Diripere eos carnes abiectas lætum eſt cōſultātibus:caudis abigere dirum hierapoli ſyriæ in lacu Veneris ædituoꝝ uocibus patēt uocati:exornati auro ueniūt adulátes. Scalpūtunora hiátia māibus inſerēdis præbent. In ſtabiano cāpaniæ ad Herculis petrā:melanuri in mari panē abiectū rapiunt. Iidēq; ad nullū cibū in quo hamus ſit:accedūt. Nec illa in nouiſſimis mira:amarariſſimos eſſe piſces ad pelē inſulā:& ad clazomenas. Cōtra ad ſcopulū ſiciliæ: ac leptin africæ:& euboeā:& dyrrhachiū. Rurſue ita ſalſos:ut poſſint ſalſamēta exiſtimari. Circa cephaleniā & ampelonparon:& deli petras in portu eiuſdē inſulæ dulces. Quā differentiā pabulo cōſtare:nō eſt dubiū. Appiō maximū piſciū eſſe tradit porcū:quē lacedæmonii orthagoriſcū uocāt. Grunire eū cum capiať. Eſſe uero illā naturæ accidentiā quod magis miremur etiā in locis quibuſdā:appoſito occurrit exēplo. Siquidē ſalſamenta oīum genꝝ in italia beneuēti recētia effici conſtat. Piſces marinos in uſu fuiſſe protinus a cōdita roma:auctor eſt Caſſius Hemina:Cuius uerba de ea re hic ſubiiciam. Numa cōſtituit:ut piſces qui ſquamoſi nō eſſent ni pollincerēt patrimōia cōmentus ut cōuiuia publica:& priuata:cœnæq; ad puluīaria facilius cōparārentur:ni qui ad pollinctū emerēt:precio:minus parcerēt:eaq; præmercarētur. Quātum apud nos indicis margaritis preciū eſt:de qbus ſuo loco ſatis diximus:tātum apud indos in chorallio. Náq; iſta perſuaſione gētium cōſtant. Gignitur quidē & in rubro mari:ſed nigrius. Item in perſico uocatur iace. Laudatiſſimum in gallico ſinu:circa orchadas īſulas. Et in ſiculo circa heliā & drepanū. Naſciť & apud grauiſcas: & ante neapolin cāpaniæ:maximeq; rubens:ſed molle:& ideo uiliſſimū erythris. Forma eſt ei fruticis: color uiridis. Baccæ eius cādidæ ſub aqua ac molles. Exēptæ cōfeſtim durātur & rubeſcunt: quaſi cornua ſatiua
Vel tractu ſpecie atq; magnitudine. Aiunt tactu protinus lapideſcere:ſi uiuat. Itaq; occupari euellicq; retibus: aut acri ferramēto p̄cidi. Hac de cauſa ceraliū uocitatū iterpretanť. Probatiſſimū quā maxie rubet:& quā ramoſiſſimum:nec ſcabroſum:aut lapideū:uel rurſus inane:aut cōcauum. Auctoritas baccarum eius nō minus indorum uiris quoq; precioſa eſt:q̄ fœminis noſtris uniones indici. Aruſpices eorū uateſq; in primis religioſum id geſtamē amoliendis periculis arbitrātur. Itaq; & decore & religione gaudēt. Priuſquā hæc noteſcerent:galli gladios:ſcuta:galeas adornabāt eo. Núc tāta penuria eſt uēdibili merce: ut p quā raro cernatur in ſuo orbe. Surculi īfantiæ adalligati:tutelā habere credunť. Cōtraq; torminū ac ueſicæ:& calculoꝝ mala:in puluerē igne redacti:potiq; cū aqua auxiliātur. Simili modo ex uino poti:aut ſi febris ſit:ex aqua ſomnū afferunt. Ignibus diu repugnāt. Sed eodē medicamine ſæpius poto tradūt lyenē quoq; abſumi. Ságuinē reiiciētibus excreátibuſue medētur. Cinis eoꝝ miſceť oculoꝝ medicamētis. Spiſſat.n.ac refrigerat. Vlceꝝ cauа explet. Cicatrices extenuat. Quod ad repugnātiā reꝝ attinet:quā græci antipathiā uocāt:nihil eſt uenēatius uſquā:q̄ in mari paſtinaca:utpote cū radio eius arbores necari dixerimus. Hāc tamē perſequiť galeos. Idem & alios quidē piſces:ſed paſtinacas præcipue. Sicut in terra ſerpentes muſtela. Tāta eſt auiditas ipſius ueneni. Percuſſis uero ab ea medetur & hic quidem:ſed & mullus ac laſer.

De his qbus in terris & in aquis uictus eſt:& de caſtoreis medicinæ:& obſeruatiōes. CA. III.

Spectabilis naturæ potētia in iis quoq; quibus & in terris:& in aqua uictus ē: ſicut & fibris quos caſtores uocāt:& caſtorea teſtes eorum. amputari hos ab ipſis cum capiūtur negat Seſtius diligētiſſimus medicinæ. Quinímo paruos eſſe ſubſtrictoſq; & adhærētes ſpinæ:nec adimi ſine uita animalis poſſe. Adulterari aūt renibus eiuſdē qui ſint grādes:cum ueri teſtes parui admodū reperiantur. Præterea ne ueſicas quidē eſſe cū ſint geminæ:quot nulli animalium. In iis foliculiis inueniri liquorem:& aſſeruari ſale. Itaq; inter probatiōes falſi eſſe foliculos geminos ex uno nexu dependētes: quod ipſum corrumpi fraude coniiciētibus gummi cum ſanguine:aut ammoniaco: quoniā ammoniaci coloris

esse debeant tunicis circũdati liquore ueluti mellis cærosi:odoris grauis:gustu amaro:& acri:friabiles. Efficacissimi e ponto galaciæ:mox africæ. Sternutamẽta olfactu mouẽt. Somnum cõciliant cũ rosaceo:& pecedano peruncto capite. Et per se poti in aqua. Ob id phreniticis utiles. Item lethargicos odoris suffitu excitant. Vuluarũq; exanimatiões uel subditi:& mẽses ac secundas ciunt duabus drachmis ex aqua cum puleio poti. Medẽtur & uertigini:opisthotonis:tremulis:spasticis:neruorũ uitiis:ischiadicis:stomachicis:paralyticis:perunctis omnibus: Vel triti ad crassitudinẽ mellis cum semine uiticis ex aceto:aut rosaceo. Sic & cõtra comitiales sumpti. poti uero contra inflationes:tormina:uenena. Differentia tantum cõtra genera est mixturæ. Quippe aduersus scorpiones ex uino bibuntur. Aduersus phalangia & araneos ex mulso:ita ut uomitione reddantur. Aut ut retineantur:cum ruta. Aduersus chalcidas cum myrtite. Aduersus cerastẽ & præsteras cum panace:aut ruta ex uino. Aduersus cæteros serpentes cum uino. Dari binas drachmas satis est: eorum quæ adiiciantur singulas. Auxiliantur priuatim cõtra uiscum ex aceto. Aduersus aconitum ex lacte aut aqua. Aduersus helleborum album ex aqua mulsa nitroq;. Medentur & dentibus infusi cum oleo triti in aurem a cuius parte doleant. Aurium doloribus melius si cum meconio. Claritatem uisus faciunt cum melle attico inuncti cohibent singultus ex aceto. Vrina quoq; fibri resistit uenenis:& ob id in antidota additur. Adseruatur autem optime in sua uesica:ut aliqui existimant.

De testudine:& multorum piscium medicinæ:& obseruationes. CA. IIII.

GEminus similiter uictus in aquis terraq; & testudinũ:effectus quoq; pari honore habẽdi:uel ꝓpter excellens in usu preciũ naturæ ueræ proprietatẽ. Sunt ergo testudinum genera: terrestres marinæ:lutariæ:quæ in dulci aqua uiuunt. Has quidã e græcis emydas appellant. Terrestrium carnes suffitionibus proprie:magicisq; artibus refutãdis:& cõtra uenena salutares produnt. Plurimæ in africa. Hæ ibi amputato capite pedibusq; pro antidoto dari dicunt:& ex iure i cibo sumptæ. Strumas discutere ac lyenes tollere. Item comitiales morbos. Sanguis earũ claritatẽ uisus facit:suffusionesq; oculorum tollit. Et cõtra serpentiũ omniũ & araneorũ & similium:& ranarũ uenena auxiliat. Sanguine seruato in farina pilulis factis:& cum opus sit in uino datis. Felle testudinũ cum attico melle glaucomata inungi prodest. Et scorpionũ plagæ instillari. Tegumẽti cinis uino & oleo subactus:pedum rimas ulceraq; sanat. Squãmæ e summa parte derasæ:& in potu datæ uenerẽ cohibẽt. Eo magis hoc mirũ:quoniã totius tegumenti farina accẽdere tradit libidinẽ. Vrinã earũ aliter q̃ in uesica dissectarũ:inueniri posse non arbitror: & intra eam esse. Hæc quoq; portentosa magis demonstrat aduersus aspidum ictus singulare remediũ. Efficacior est tamẽ ut aiunt cimicibus ammixtis. Oua durata illinũtur strumis & ulceribus frigore:aut adustione factis. Sorbẽtur in stomachi doloribus. Marinarũ carnes ammixtæ ranarũ carnibus cõtra salamandras præclare auxiliat. Neq; est testudie aliud salamãdræ aduersius. Sãguine alopeciarũ inanitas & porrigo omniaq; capitis ulcera curãtur. Inarescere autẽ eũ oportet:lenteq; ablui. Instillatur & dolori auriũ cũ lacte mulieꝛ. Aduersus comitiales morbos mãdit cũ polline frumẽti. Miscet aũt sanguis heminis tribus aceti hemina uini addita iis:& cũ hordeacea farina:aceto quoq; admixto:ut sit qd deuoret fabæ magnitudie. Hæc singula & matutina & uesptina dant:dein post aliquot dies uespera. Comitialibus instillat ore deductis labris iis:q modice corripiant. Spasmo cũ castoreo clystere infundit. Quod si dẽtes ꝑ annũ colluant testudinũ sanguine ĩmunes a dolore fiũt. Et anhelitus discutit:quasq; orthopnoeas uocãt:ad has in polẽta dat. Fel testudinũ claritatẽ oculoꝛ facit. Cicatrices extenuat. Tõsillas sedat:& anginas & oĩa oris uitia. Priuatim nomas ibi. Itẽ ardẽtiũ testiũ. Naribus illitũ comitiales erigit:attollitq;. Idẽ cũ uernatiõe anguiũ aceto ammixto:unice purulẽtis auribus ꝑdest. Quidã bubulũ fel ammiscẽt:decoctarũq; carniũ testudinis succũ addita æque uernatiõe anguiũ. Sed diu in uino testudinẽ excoquũt. Oculoꝛ quoq; uitia oĩa fel inunctũ cũ melle emẽdat. Suffusiões etiã marinæ felle:uel cũ fluuiatilis sanguine & lacte mulieꝛ capillus ificit. Fel & contra salamãdras: uel succũ decoctũ bibisse:satis est. Testudinũ est tertiũ genus in cœno & paludibus uiuẽtiũ. Latitudo iis in dorso pectori similis:nec cõuexo in curua calice:ĩgrata uisu. Ex hac quoq; tamẽ aliqua contingunt auxilia. Tres nãq; in succẽsa sarmẽta cõiectæ & diuidẽtibus se tegumẽtis rapiunt. Tum euulsæ carnes eaꝛ coquunt in aquæ cõgio sale modice addito. Ita decoctaꝛ ad tertias partes succus paralysin:& articularios morbos sentiẽtibus bibit. Detrahit itẽ fel pituitas:sanguinẽq; uitiatũ. Sistitur ab eo remedio aluus aq̃ frigidæ potu. Ex quarto genere testudinũ q̃ sunt in amnibus diuulsaꝛ pinguia cũ aizoo herbatusa ammixto unguẽto & semine lilii ante accessiões perũgunt ægri:præter caput mox cõuoluti:calidã aquã bibũt:q̃ rantis liberari dicunt. Hãc testudinẽ quitadecima luna capi oportere:ut plus pinguiũ repiat. Veꝛ ægꝛ sextadecia luna pungi tradũt. Ex eodẽ genere testudinũ sanguis istillatus crebro capitis dolores sedat. Itẽ strumas. Sũt q testudinũ sanguinẽ cultro æreo supinaꝛ capitibus ꝑcisis excipi nouo fictili iubeãt. Ignẽ sacrũ cuiuscũq; generis sanguine illini. Itẽ capitis ulcera manãtia:& uerrucas. Idẽ ꝑmittũt testudinũ oĩum fimo panos discuti. Et licet icredibile dictu sit (aliq tradũt) tardius ire nauigia:testudinis pedẽ dextrũ uehẽtia. Hinc deinde in morbos digeremus aquatilia:nõ qa ignoremus gratioré eé uniuersitatẽ aĩalium:maioriscq; miraculi: Sed hoc utilius est uitæ cõtributa habere remedia:cum aliud alii prosit. Aliud alibi facilius iueniatur.

Vel figuræ.

De aquatilibus quorum remedia in morbos digesta sunt:& primum contra uenena: & uenenata animalia. CA. V.

VEnenatum mel diximus ubi nascerẽt. Auxilio est piscis aurata in cibo. Vel si ex melle sincero fastidium cruditasue quæ sit grauissima icidat. Testudinẽ circũcisis pedibus:capite: cauda decoctã antidotũ esse auctor est Pelops Sincoq; Appelles. Qui esset Sincus. diximus. Sæpius uero quãtũ ueneficiũ prestaret menstruis mulierũ. Cõtra omnia ea auxiliatur:ut diximus:mullus. Item contra pastinacã & scorpiones terrestres marinosq;:& dracones & phalãgia illitus sumptusue in cibo. Eiusdem

recentis e capite cinis cõtra omnia uenena: priuatim cõtra fungos. Mala medicaméta inferri negant posse: aut certe nocere: stella marina uulpino sanguine illita: & affixa limini superiori: aut clauo æreo ianuæ. Draconis marini scorpionũq; ictus carnibus earũ impositis: item araneorũ morsus sanãtur. In summa contra omnia uenena: uel potu: uel ictu: uel morsu noxia. Succus earũ ex iure decoctarũ: efficacissimus habet. Sunt & seruatis piscibus medicinæ. Salsamẽtorumq; cibus prodest a serpẽte percussis: & cõtra bestiarũ ictus mero subinde hausto: ita ut ad uesperam cibus uomitiõe reddatur. Peculiariter a chalcide: ceraste: aut quas sepas uocant: aut elope: dipsade ue percussis. Cõtra scorpiões largius sumi. Sed nõ euomi salsamenta prodest ita ut sitis toleretur: & iponere ea plagis cõuenit. Cõtra crocodilorũ quidem morsus non aliud præsentius habetur. Priuatim cõtra præsteris morsum sarda prodest. Imponuntur salsaméta & contra morsum canis rabiosi: uel si non sint ferro ustæ plagæ corporaq; clysteribus exinanita. Hoc per se sufficit. Et contra draconem marinũ ex aceto imponitur. Iidem & ex cybio profectus. Draco enim marinus ad spinæ suæ qua ferit uenenum ipse impositus: uel cerebro toto prodest. Ranarum marinarum exuino & aceto decoctarum: succus cõtra uenena bibitur: & contra ranæ rubetæ uenenũ: & cõtra salamandras. Fluuiatiles si carnes edãtur iusue decoctarũ sorbeatur, prosunt: & cõtra leporem marinũ: & cõtra serpentes supradictas. Cõtra scorpiones ex uino: Democritus quidem tradit: si quis extrahat ranæ uiuenti linguã nulla alia corporis parte adhærente: ipsaq; dimissa in aqua imponat supra cordis palpitationẽ mulieri dormienti: quæcũq; interrogauerit: uera respõsurã. Addunt etiãnũ alia magi: quæ si uera sunt: multo utiliores uitæ existimant ranæ quã leges. Nãq; harundine transfixa natura per os: si furculus in méstruis defigat a marito: adulterorũ tedium fieri. Carnibus earũ: uel hamo additis: præcipue purpuras certũ est allici. Iecur ranæ geminũ esse dicũt obiiciq; formicis oportere eam partẽ quã appetãt: cõtra omnia uenena esse pro antidoto. Sunt quæ in uepribus tantum uiuunt: ob id rubetarũ nomine ut diximus: quas græci phrynos uocant: grandissimæ cunctarum: geminis ueluti cornibus plenæ ueneficiorũ. Mira de his certatim tradunt auctores: Illatis in populum silẽtium fieri: Ossiculo quod sit in dextro latere in aquam feruentẽ deiecto refrigerari uas: nec postea feruere nisi exempto: ex templo id iueniri. Nam obiecta rana formicis: carnibusq; erosis singula in oleum addi. Et aliud esse in sinistro latere: quo deiecto feruere uideatur: apocynõ uocari. Canũ impetus eo cohiberi. Amorem concitari: & iurgia: addito in potionẽ. Venerem adalligatum stimulare. Rursus a dextro latere refrigerari feruentia. Hoc & quartanas sanari alligato in pellicula agnina recenti: aliasq; febres. Amorem inhiberi eo. Item ex iis ranis lyen contra uenena: quæ fiant ex ipsis: auxiliatur. Cor uero etiam efficacius est. Coluber est in aqua uiuens: huius adipem & fel habentes qui crocodilos uenentur: mire adiuuari produntur: nihil contra bælua audente. Efficacius etiamnum si herba potamogetõ misceatur. Cancri fluuiatiles triti potiq; ex aqua recentes seu cinere adseruato: contra uenena omnia prosunt: priuatim contra scorpionum ictus cũ lacte asinino: uel si non assit: caprino uel quocunq;. Addi & uinum oportet. Necãt eos triti cum ocimo admoti. Eadem uis contra uenenatorum omnium morsus: priuatim scytalen & angues: & contra leporẽ marinum: ac ranam rubetam. Cinis eorũ seruatus prodest pauori. Prodest periclitantibus ex canis rabiosi morsibus. Quidam adiiciũt gentianam: & dant in uino. Nam si iam pauor occupauerit: pastillos uino subactos deuorandos ita præcipiunt. Decem uero cancris cum ocimi manipulo adalligatis: omnes qui ibi sunt scorpiones ad eum locum coituros magi dicunt. Et cum ocimo ipsos cineremue eorum percussis imponunt. Minus in omnibus iis marini prosunt: ut Traxillus auctor est. Nihil autem æque aduersari serpentibus q̃ cancros. Suesq; percussas hoc pabulo sibi mederi. Cum sol sit in cancro: torqueri serpentes. Ictibus scorpionum carnes fluuitialium cochlearum resistunt crudæ uel coctæ. Quidam ob id salsas quoq; adseruãt. Imponunt & ipsis plagis. Coracini pisces nilo quidem peculiares sunt. Sed nos hæc omnibus terris demõstramus. Carnes eorum aduersus scorpiões ualent impositæ. Inter uenena sunt piscium porci marini spinæ in dorso cruciatu magno læsorum: remedium est limus ex reliquo piscium eorũ corpore. Canis rabidi morsus potum expauescentibus faciem perungunt adipe uituli marini. Efficacius si medulla hyene & oleum e lentisco & cæra misceatur. Murenæ morsus ipsarum capitis cinere sanantur. Et pastinaca contra suũ ictum remedio est cinere suo ex aceto illito: uel alterius. Cibi causa extrahi debet e dorso eius quicquid simile est croco: caputq; totum. Et hanc autem & omnia testacea modice collui in cibis: quia saporis gratia perit. Leporis marini ueneficiũ restringũt poti hippocampi. Contra dorycniũ echini maxie prosunt. Ex iis q̃ succũ carpathi biberint: p̃cipue eius iure sumpto. Et cãcri marini decocti ius cõtra dorycniũ efficax habetur.

Vel helape

uel adulteriorũ

De ostreis & purpuris: alga: & eorum remedia. CA. VI.

PEculiariter uero contra leporis marini uenena & ostrea aduersantur. Idem uidetur: nec potest uideri satis dictum esse de iis: cum palma mensarũ diu iam tribuat illis. Gaudẽt dulcibus aquis & ubi plurimi influunt amnes. ideo pelagia parua & rara sunt. Gignuntur tamen in petrosis: carentibusq; aquarum dulcium aduentu: sicut circa grynum & myrinam. Grandescũt syderis q̃dem ratione maxime: ut in natura aquatilium diximus. Sed priuatim circa initia æstatis multo lacte prægnantia: atq; ubi sol penetret in uada. Hæc uidetur causa quare minora in aliis locis reperiuntur. Opacitas enim prohibet incrementum: & tristitia minus appetunt cibos. Variãt coloribus. Ruffa in hispania. Fusca in illyrico. Nigra & carne & testa circeis. Præcipua uero habentur in quacunq; gente spissa: nec saliua sua lubrica. Crassitudine potius spectanda q̃ latitudine. Neq; in luto capta: neq; in arenosis. Sed solido uado spondylo breui atq; non carnoso: nec fibris lacinioso: ac tota in aluo. Addunt peritiores notam: ambiente purpureo crine fibras: eoq; argumento generosa interpretantur caliblepharata appellantes. Gaudent & peregrinatione transferriq; in ignotas aquas. Sic brundusina in auerno. Compasta & suum retinere succum: & a Lucrino adoptare creduntur. Hæc sint dicta de corpore. Dicemus & de nationibus: ne fraudentur gloria sua

littora. Sed dicemus aliena lingua: quæ & peritissima huius censura in nostro æuo fuit. Sunt ergo Mutiani uerba q̃ subiiciã. Cyzicena maiora lucrinis: dulciora britãnicis: suauiora edulis: acriora lepticis: pleniora lucẽsibus: sicciora coryphãtenis: teneriora istricis: cãdidiora circeiẽsibus. Sed iis neq; dulciora: neq; teneriora esse ulla cõpertũ est. In indico mari Alexãdri regẽ auctores pedalia iueniri ꝓdidere. Necnõ iter nos nepotis cuiusdã nomẽculator tridacna appellauit: tãtæ amplitudinis itelligi cupiẽs ut ter mordẽda eẽnt. Eorũ dos in medicina hoc in loco tota dicẽt. Stomachũ unice reficiũt. Fastidiis medẽt. Addiditq; luxuria frigus obrutis niue: sũma mõtiũ & maris ima miscẽs. Molliũt aluũ leniter. Eadẽ cocta cũ mulso tenasmo: q; sine exulceratiõe sit: liberãt. Vesicæ ulcera quoq; repurgãt. In cõchis suis cocta siue uti clausa uenerint: mire distillatiõibus ꝓsunt. Testæ ostreorũ cinis uuã sedat: & tõsillas ammixto melle. Eodẽ mõ potidas: panos mámarúq; duricias: capitũ ulcera ex aqua: cutẽq; mulierũ extẽdit. Inspergit & ambustis. Et dẽtifricio placet. Pruritibus quoq; & eruptiõibus pituitæ ex aceto medẽt. Crudæ si tõdant strumas sanãt: & pniones pedũ. Purpuræ quoq; cõtra uenena prosunt. Et algam maris theriacen esse Nicãder tradit. Plura eius genera uti dixi mus. Lõgo folio & latiore: rubẽte: aliaue crispo. Laudatissima quæ in creta insula iuxta terrã in petris nasci tur: e uino iubet eam dari. Tingẽdis etiã lanis ita colorẽ alligans: ut elui postea non possit.

Ad alopecias: & capillos oculorum uitia. CA. VII.

ALopecias replet hippocãpinus cinis nitro & adipe suillo mixtus: aut sincærus ex aceto. Præparant cutẽ sepiæ crustæ farina medicamẽtis. Cutẽ replet & muris marini cinis cũ oleo. Itẽ echini cũ carnibus suis cremati cinis. Fel scorpiõis marini. Ranæq; quoq; triũ si uiuæ in olla crement cinis cum melle. Melius cũ pice liquida. Capillũ denigrãt sanguisugæ: quæ ĩ uino nigro diebus. xl. cõputruere. Alii in aceti sextariis duobus sanguisugasq; sextariũ in uase plũbeo iubent putrescere totidẽ diebus: mox illini in sole. Sornatius tantã uim habere tradidit: ut nisi oleũ ore cõtineant qui tingunt: dentes quoq; eorũ denigrari dicat. Capitis ulceribus muricũ: uel purpuræq; testæ cinis cum melle utiliter illinitur cõchyliorũ uel si nõ uranẽ farina ex aqua doloribus. Castoreũ cũ peucedano & rosaceo. Omniũ piscium fluuitaliũ mari norũq; adeps liquefactus oleo ammixto melle oculorũ claritati plurimũ cõfert. Itẽ castoreũ cũ melle. Callionymi fel cicatrices sanat: & carnes oculorũ superuacuas cõsumit. Nulli hoc piscium copiosius: ut existimauit Menãder quoq; in comœdiis. Idẽ piscis & uranoscopos uocatur ab oculo quẽ in capite habet. Et coracini fel excitat uisum. Et marini scorpiõis ruffi cũ oleo uetere: aut melle attico incipiẽtes suffusiones discutit. iungi ter oportet intermissis diebus. Eadẽ ratio albugines oculorũ tollit. Mulorũ cibo aciẽ oculorũ hebetari tradunt. Lepus marinus ipse quidẽ uenenatus est: sed cinis eius in palpebris pilos iutiles euulsos cohibet. Et ad hũc usum utilissimi minimi. Item pectũculi salsi triti cũ cædria. Ranæ quas dryphytas & calamitas uocãt: sanguis earũ cũ lachryma uitis si euulso pilo palpebris illinat. Oculorũ tumorẽ ruborẽq; sepiæ cortex cũ lacte mulieris illitus sedat: & per se scabritias emẽdat. Inuertunt itaq; genas id agentes: & medicamentũ auferũt post paulũ: rosaceoq; inungũt: & pane ĩposito mitigãt nocte. Eadẽ cortice & nyctalopes curãtur in farina trita: & ex aceto illita. Extrahit & squãmas eius cinis. Cicatrices oculorũ cũ melle sanat pterygia cum sale: & cadmia singulis drachmis. Emẽdat & albugines oculorũ iumentorũ. Adiiciunt & ossiculis eius gẽas si terant sanari. Echini ex aceto epinyctidas sanant eundẽ cõburi cũ uiperinis pellibus: raniscq; & cinerẽ aspergi potioni iubent magi: claritatẽ uisus promittẽtes. Ichthyocolla appellat piscis: cui glutinosum est coriũ. Idemq; nomẽ glutino eius. Hic epinyctidas tollit. Quidã ex uentre nõ ex corio fieri dicunt. Ichthyocolla ut glutinũ taurinũ laudatur. Pontica candicãs: & carens uenis squãmisq; & quæ celerrime liquescit. Madescere autẽ debet concisa in aqua: aut aceto nocte ac die. Mox tundi marinis lapidibus: ut facilius liquescat. Vtilem eã in capitis doloribus affirmãt: & tetanothris. Ranæ dexter oculus dextro: siniſtro leuus suspẽsi e collo natiui coloris pãno lipitudines sanãt. Quod si ꝓ coitum ranæ eruantur: albuginẽ quoq;. Alligati similiter in putamine oui. Reliquæ carnes impositæ suggillationẽ rapiũt. Cãcri etiã oculos adalligatos collo mederi lippitudini dicunt. Est parua rana in arũdinetis: & herbis maxie uiuens muta: ac sine uoce uiridis si forte hauriatur: uẽtres boũ distendẽs huius corporis humorẽ penicillis derasum claritatẽ oculis iunctis narrãt afferre. Ipsasq; carnes doloribus oculorũ superponũt. Ranas etiã quindecim cõiectas in fictili nouo iuncis cõfigunt quidã: succum earũ qui ita effluxerit admiscẽt lachrymæ: quæ ex alba uite emanat: atq; ita palpebras emendant inutilibus pilis exemptis acu instillãtes hunc succum in uestigia euulsorũ. Meges psilothrũ palpebrarũ faciebat in aceto enecans putrescentes: & hoc utebatur in multis uariisq; per aquationes autumni nascentibus. Idem præstare sanguisugarũ cinis ex aceto illitus putatur. Comburi eas aportet nouo uase. Idẽ teniæ iecur siccatum põdere. xiiii. cum oleo cædrino peruncti pilis nouem mensibus.

Vldryophytas Vel ptyphycas

De aurium: & dentium remediis: & ad cutis uitia. CA. VIII.

AVribus utilissimũ bati piscis fel recens: sed inueteratũ uino. Item bãchi quẽ qdam myxona uocant. Item callionymi cum rosaceo infusum: uel castoreũ cum papaueris succo. Vocant & in mari pediculos eosq; tritos instilari ex aceto auribus iubent. Et per se cõchylio infecta lana magnopere prodest. Quidam aceto & nitro madefaciunt. Suntq; qui præcipue cõtra omnia aurium uitia laudent gari excellentis succi cyathum: mellis dimidio amplius aceti cyathum in calice nouo lenta pruna decoquere. Deinde spuma pennis detersa: & postquã desierit spumare tepidum infundere. Si tumeant aures coriandri succo prius mitigandas iidem præcipiunt. Ranarum adepes instillatus statim dolores tollit. Cancrorum fluuitalium succus cum farina hordeacea aurium uulneribus efficacissime prodest. Paroti des muricum testæ cinere cum melle: uel conchyliorũ ex mulso curãtur. Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini scarificatis gingiuis. Cerebro caniculæ in oleo decocto adseruatoq;: ut ex eo dentes semel anno colluantur. Pastinacæ quoq; radio scarificare gingiuas: & in dolore utilissimum. Cõteriturq; iis:

& cum helleboro albo illitus dentes ſine uexatione extrahit. Salſamentorum etiam fictili uaſe combuſtorũ cinis: addita farina marmoris inter remedia eſt. Et cybia uetera eluta in nouo uaſe: deinde trita proſunt doloribus. Aeq; ꝓdeſſe dicunt oĩum ſalſamẽtorũ ſpinæ cõbuſtæ tritæq; & illitæ. Decoquunt & ranæ ſingulæ in aceti heminis: ut dẽtes ita colluant: cõtineaturq; in ore ſuccus. Si faſtidiũ obſtaret: ſuſpẽdebat pedibus poſterioribus eas Saluſtius Diõyſius: ut ex ore uirus defluereti acetũ feruẽs: idq; e pluribus ranis. Fortioribus ſtomachis ex iure edẽdas dabat. Maxillareſq; ita ſanari dẽtes ꝑcipue putãt. Mobiles uero ſupradicto aceto ſtabiliri. Ad hæc qdã ranarũ corpora binarũ ꝑciſis pedibus in uini hemina macerãt: & ita collui dẽtes labẽtes iubẽt. Alii totas adalligãt maxillis. Alii denas in aceti ſextariis tribus decoxere ad tertias partes: ut mobiles dẽtiũ ſtabilirẽt. Necnõ. xxxvi. ranarũ corda in olei ueteris ſextario ſub æreo teſto diſcoxere: ut infunderẽt ꝑ aurẽ dolẽtis maxillæ. Alii iecur ranæ decoctũ & tritũ cũ melle ipoſuere dẽtibus. Omnia ſuprascripta ex marina rana efficaciora. Si carioſi & fetidi ſunt cẽtũ in furno arefieri ꝑ noctẽ ꝑcipiũt. Poſtea tantũdẽ ſalis addi atq; fricari. Enydris uocat a græcis coluber in aqs uiuẽs. Huius quattuor dentiũ ſupioribus in dolore ſuperioꝝ gingiuas ſcarificãt: iferioꝝ iferioribus. Aliqui canino tantũ earũ cõtenti ſunt. Vtunt & cãcrorum cinere: nã muricũ cinis dentifriciũ eſt. Lichenas & lepras tollit adeps uituli marini. Murenarũ cinis cum mellis obolis ternis. iecur paſtinacæ in oleo decoctum. Hippocampi & delphini cinis ex aqua illitus. Exulcerationẽ ſequi debet curatio: quæ perducit ad cicatricẽ. Quidam delphini iecur in fictili torrent: donec pinguitudo ſimilitudine olei fluat: ac perungunt. Muricum uel cõchyliorũ teſte cinis maculas in facie mulierũ purgat cũ melle illitus: cutẽq; erugat: extenditq; ſeptenis diebus illitus: ita ut octauo candido ouorum foueantur. Muricũ generis ſunt quæ uocant græci colycia: alii corythia: turbinata æque. Sed minora multo efficaciora etiam & horis halitũ cuſtodientia. Ichthyocolla erugat cutẽ: extenditq;: i aqua decocta horis quattuor: dein contuſa: colluta: & ſubacta ad liquorem uſq; mellis. Ita præparata in uaſe nouo conditur & uſu. iiii. drachmis eius binæ ſulphuris: & anchuſæ totidem: octo ſpumæ argenteæ adduntur: aſperſaque aqua teruntur una. Sic illita facies poſt quattuor horas abluitur. Medetur & lentigini cæteriſq; uitiis ex oſſibus ſepiarum cinis. Idem & carnes excreſcentes tollit: & humida ulcera.

Promiſcue medicinæ. CA. IX.

PSoras tollit rana decocta in heminis quinq; aquæ marinæ. Excoqui debet: donec ſit craſſitudo mellis. Fit & in mari halcyoneũ appellatũ ex nidis (ut aliqui exiſtimãt) halcyonũ & cæicum: alii e ſordibus ſpumaꝝ craſſeſcentibus. Alii e limo: uel quadã maris lanugine. Quattuor eius genera. Cinereũ ſpiſſum odoris aſperi. Alterũ molle lenius odore fere algæ. Tertiũ cãdidioris uermiculi. Quartũ pumicoſius: ſpõgiæq; putri ſimile pene purpureum. Quod optimum: id & mileſium uocat: quo candidius autem hoc minus probabile eſt. Vis eorum: ut exulcerent: purgent. Vſus toſtis & ſine oleo mire: lepras: lichenas: lentigines tollunt cum lupino: & ſulphuris duobus obolis. Halcyoneo utuntur & ad oculorum cicatrices. Andrias ad lepras cancri cinere cum oleo uſus eſt. Attalus thynni recentioris adipe ulcera. Menarum muria & capitum cinis cum melle ſanat ſtrumas. Pungi piſcis eius qui rana in mari appellatur: oſſiculo de cauda: ita ut non uulneret: poteſt. Id faciẽdum quottidie: donec percurrentur. Eadem uis & paſtinacæ radio & lepori marino impoſito: ita ut celeriter remoueatur. Echini teſtis contuſis & exaceto illitis. Item ſcolopendræ marinæ e melle. Cancri fluuiatiles contriti: uel combuſti ex melle. Mirifice proſunt & ſepiæ oſſa cum axungia uetere contuſa & illita. Sic & ad parotidas utuntur: & ſcauri piſcis marini iocineribus. Quin & teſtis cadi ſalſamẽtarii tuſis cum axũgia uetere: muricumq; cinere ex oleo ad parotidas ſtrumaſq;. Rigor ceruicis mollitur cum marinis: qui pediculi uocantur drachma pota. Caſtoreo poto cum pipere ex mulſo mixto ranis decoctis ex oleo & ſale: ut ſorbeatur ſuccus. Sic & opiſthotono medẽtur: tetano: ſpaſticis uero pipere adiecto. Anginas menarũ ſalſarum ex capitibus cinis ex melle illitus abolet: Ranarũq; decoctarum ex aceto. Succus hic & contra tonſillas prodeſt. Cancri fluuiatiles triti ſinguli in heminã aquæ anginis medentur gargariſſati: aut e uino: aut calida aqua poti. Vuæ medẽt garum cochlearibus ſubditũ. Vocem ſiluri recentes ſalſiue in cibo ſumpti adiuuãt. Vomitiões mulli inueterati tritiq; in potiõe cõcitant. ſuſpirioſis caſtoreo cũ ammõiaci exigua portiõe ex aceto mulſo ieiunis utiliſſime pota. Eadem potio ſpaſmos ſtomachi ſedat ex aceto mulſo calido. Tuſſim ſanare dicunt piſciũ modo e iure decoctæ in patinis ranæ. Suſpẽſæ aũt pedibus: cũ diſtillauerit in patina ſaliua eaꝝ exenterari iubent: abiectiſq; iteraneis condiri. Eſt rana parua arborẽ ſcandẽs: & ex ea uociferãs. In huius os ſiquis expuat ipſamq; dimittat: tuſſi liberare dicunt. Præcipiũt & cochleæ crudæ carnẽ tritam bibere ex aqua calida in tuſi cruenta.

Ad iocineris uitia laterumq;: ad ſtomachi alui: & aliæ promiſcue medicinæ. CA. X.

IOcineris doloribus ſcorpio marinus in uino necatur: ut deinde bibatur. Cõchæ lõgæ carnes ex mulſo potæ cum aqua pari modo: aut ſi febres ſint: ex aqua mulſa. Lateris dolores leniunt hippocampi toſti ſumpti. Tethyaq; ſimiliter oſtreæ in cibo ſumptæ. Iſchiadicorũ muria ſiluri clyſtere infuſa. Dantur autem cõchæ ternis obolis dilutæ in uini ſextariis duobus per dies quindecim. Aluum emollit ſilurus e iure & torpedo in cibo. Et olus marinũ ſimile ſatiuo ſtomacho inimicũ aluũ facillime purgat. Sed propter acrimoniã cũ pingui carne coquitur. Et oĩum piſciũ ius. Idem & urinas cit e uino maxime. Optimũ e ſcorpiõibus & iulide: & ſaxatilibus: nec uirus recipientibus. Coqui debent cũ anetho: apio: coriãdro: porro: additis oleo & ſale. Purgãt & cybia uetera: priuatimq; cruditates pituitas biléq; trahunt. Purgant & myaces: quorũ natura tota in hoc loco dicetur. Aceruantur muricũ modo: uiuuntque in algoſis: gratiſſimi autũno: & ubi mulia dulcis aqua miſcet mari: ob id in ægypto laudatiſſimi. Procedente hyeme: amaritudinẽ trahunt: colorẽq; rubrum. Horũ ius traditur aluũ & ueſicas exinanire. Interanea diſirigere. Omnia adaperire. Renes purgare. Sãguinẽ adipẽq; minuere, itaq; utiliſſimi ſunt hydropicis mu-

lierum purgationibus:morbo regio:articulari:inflationibus.item prodeſſe felli pituitæq; pulmonis:iocineris ſplenis uitiis:rheumatiſmis.Fauces tantum uexant:uoceſq; obtundunt.Vlceraq; quæ ſerpãt:aut ſint purganda:ſanant.item carcinomata Cremati autem ut murices & morſus canum hominũq; cum melle: lepras:lentigines.Cinis eorum potus emendat caligines.Gingiuarũ & dentiũ uitia:eruptiões pituitæ:& cõtra dorycniũ:aut opocarpathon antidoti uicem obtinẽt.Degenerãt in duas ſpecies in mytulos: qui ſalẽ uiruſq; recipiũt:myiſcaſq;.Quæ rotunditate differũt:minores aliquãto atq; hyrtæ tenuioribus teſtis: carne duriores.Mytuli quoq; ut murices cinere cauſticã uim habent:& ad lepras:lentigines: maculas. Lauantur quoq; plumbi modo ad genarum craſſitudines:& oculorũ albugines:caligineſq;.Atq; in aliis partibus ſordida ulcera:capitiſq; puſtulas.Carnes uero eorũ ad canis morſus imponunt.Et pelorides emolliunt aluũ. Item caſtorea ex aqua mulſa:drachmis binis.Qui uehemẽtius uolunt uti:addunt cucumeris ſatiui radicis ſiccæ drachmã:& aphronitri duas.Tethya torminibus & inflationibus ſuccurrunt.Inueniunt hæ in foliis marinis ſuggẽtis:fungorũ uerius generis q̃ piſciũ.Eædẽ & tenaſmũ diſſoluunt:renũq; uitia.Naſcitur & in mari abſinthium:quod aliqui ſeriphũ uocãt:circa taphoſyrin maxime ægypti:exilius terreſtri.Aluum ſoluit:& noxiis animalibus inteſtina liberat.Soluunt & ſepiæ.In cibo dant cũ oleo & ſale: & farina decoctæ. Menæ ſalſæ cũ felle taurino illitæ umbilico.aluum ſoluunt.Ius piſcium in patina coctorum cum lactucis tenaſmum diſcutit.Cancri fluuiatiles triti ex aqua poti.aluum ſiſtunt. Vel muſcas

Ad urinã & calculos uerẽdoꝝ uitia:& ad podagras medicinæ & comitialẽ morbũ. CA. XI.

VRinam ciunt.in uino aluum.Ademptis brachiis calculos pellunt tribus obolis cum mirrhæ tritæ ſingularibus eorum drachmis.Ileos & inflationes caſtoreũ cum dauci ſemine & petroſelini quãtũ ternis digitis ſumat ex mulſi calidi cyathis quatuor.Tormina uero cũ aceto uino mixto. Erythini in cibo ſumpti:ſiſtunt aluum.Dyſentericis medentur ranæ cum ſcylla decoctæ: ita ut paſtilli fiant.Fel ſiue cor earum cum melle tritum:ut tradit Niceratus.Morbo regio ſalſamentum cum pipere ita ut reliqua carne abſtineatur.Lyeni medetur ſole a piſcis impoſitus.item torpedo. Item rhombus uiuus:dein remittitur in mare.Scorpius marinus necatus in uino:ueſicæ uitia & calculos ſanat. Lapis qui inuenitur in ſcorpionis marini cauda põdere oboli potus.Enhydridis iecur.Blenniorũ cinis cum ruta.Inueniunt & in banchiis piſcis uel capite ceu lapilli.Hi poti ex aqua calculoſis præclare medẽtur.Aiuntq; & urticam marinam in uino potam prodeſſe.item pulmonem marinum decoctum in aqua. Oua ſepiæ urinam mouent:renumq; pituitas extrahunt.Rupta conuulſa cancri fluuiatiles triti in aſinino lacte maxime ſanant.Echini uero cum ſpinis ſuis contuſi:& uino poti calculos.Modus ſingulis hemina bibitur:dõec ꝑſit:& alias in cibis ad hoc proficiunt.Purgatur ueſica & pectinum cibo.Ex iis mares alii donacas:alii aulos uocant fœminas onychas.Vrinam mares mouent.Dulciores fœminæ ſunt & unicolores. Sepiæ quoque oua urinam mouent:renes purgant.Enterocœlæ lepus illinitur tritus cum melle.iecur quoq; aquatici colubri.item hydri tritũ potumq; calculoſis prodeſt.iſchiadicos autem liberant ſalſamẽta ex ſiluro infuſa clyſtere:euacuata prius aluo.Sed is attritus cinis e capite mugillum mullorumq;.Comburuntur autem in fictili uaſe.Illini cum melle debent.item capitis menarum cinis ad rhagadas:& ad condylomata utilis: ſicut pelamidum ſalſarum capitum cinis:uel cybiorum cum melle.Torpedo appoſita procidẽtis interanei morbum ibi cohercet.Cancrorum fluuiatilium cinis ex oleo & cæra:rimas in eadem parte emẽdat.Item & marini cancri polline.Panos ſalſamenta coracini diſcutiunt.Sciænæ interanea & ſquammæ combuſtæ.Scorpio in uino decoctus:ita ut foueantur ex illo.At echinorum teſtæ contuſæ & ex aqua illitæ incipientibus panis reſiſtunt.Muricum uel purpurarum cinis utroq; modo:ſiue diſcutere opus ſit incipientes: ſiue concoctos emittere.Quidam ita componunt medicamentum:cæræ & thuris drachmas. xx. Spumæ argenti quadraginta Cineris muricum.x.Olei ueteris heminam.Proſunt per ſe ſalſamenta cocta Cancri fluuiatiles triti uerendorum puſtulas diſcutiũt.Cinis ex capite menarum.Item carnes decoctæ & impoſitæ.Similiter percæ ſalſæ e capite cinis melle adito.Pellamidũ capitis cinis aut ſquatinæ piſcis cutis combuſta. Hæc eſt qua diximus lignum poliri:quia & e mari fabriles uſus exeunt.Proſunt & ſmarides illitæ.Item muricũ uel purpurarum teſtæ cinis cum melle.Efficacius crematarum cum carnibus ſuis.Carbunculos uerendorum priuatim ſalſamenta cocta cum melle reſtringuunt.At teſtem ſi deſcenderit: coclearum ſpuma illini uolunt. Vrinæ in continentiam hippocampi toſti: & in cibo ſæpius ſumpti emendant. item opidion piſciculus gongro ſimilis cum lilii radice.Piſciculi minuti ex uentre eius qui deuorauerit: exempti & cremati:ita ut cinis eorum bibatur ex aqua.iubent & cochleas africanas cum ſua carne comburi:cineremq; ex uino ſignino dari.Podagris articularibuſq; morbis utile eſt oleum:in quo decocta eſt rana:& ipſarum inteſtina:& rubetæ cinis cum adipe uetere.Quidam & hordei cinerem adiiciunt:trium rerum æquo pondere.iubent & lepore marino recenti podagram fricari.Fibrinis quoq; pellibus calciari maxime pontici fibri. Item uituli marini.Cuius cinis & adeps prodeſt.item & bryon de quo diximus lactucæ ſimile: rugoſioribus foliis:ſine caule.Natura eſt ei ſtyptica.impoſitũ lenit ipetus podagræ.item alga:de qua ſupra dictũ eſt. Obſeruaturq; in ea:ne arida imponat.Perniones emẽdat pulmo marinus.Cancriq; marini cinis ex oleo.itẽ fluuiatiles triti ſicq; cinere & oleo ſubacti:& ſiluri adeps.Et in auriculis morboꝝ ipetus ſedant ranæ ſubinde recentes ipoſitæ:quas quidã diſſectas iubent ponи.Morbos abigit ius Mytulorũ:& cõcharũ comitiales & ut diximus:coagulum uituli marini bibũt cũ lacte equino aſininoue:aut cum punici ſucco. Quidam ex aceto mulſo.Necnon aliqui per ſe pilulas deuorant.Caſtoreũ in aceti mulſi cyathis tribus ieiunis datur: iis uero qui ſæpius corripiuntur:clyſtere infuſum mirifice prodeſt.Caſtorei drachmæ duæ eſſe debebũt:mellis & olei ſextarius:& aquæ tantundem: Ad præſens uero correptis olfactu ſubuenit cum aceto. Datur & muſtelæ marinæ iecur.item muris uel teſtudinum ſanguis.

Ad febres omnium generum:& contra diuerſas infirmitates. CA. XII.

EBrium circuitus tollit iecur delphini guſtatū ante acceſſiões. Hippocampi necant in roſaceo: ut perungant ægri in frigidis febribus. Et ipſi adalligant ægris: item ex aſello piſce lapilli qui plena luna inueniūt: in capite alligantur in linteolo. Pagri fluuitialis longiſſimus dens capillo adalligatus: ita ut quinq; diebus eum qui alligauerit: non cernat æger. Ranæ uero in triuio decoctæ oleo abiectis carnibus perunctos liberāt quartanis. Sunt qui ſtrágulatas in oleo ipſas clam adalligent: oleoq; eo perungant. Cor earū adalligatum frigora febrium minuit. Et oleum in quo inteſtina decocta ſint. Maxime autem quartanis liberant: ablatis unguibus ranæ & aligatæ & rubetæ. Iecur eius: uel cor adalligatur in panno leucophæo. Cancri fluuitiales triti in oleo & aqua perunctis ante acceſſiones in febribus ꝓſunt. Alii qui & piper addunt. Alii decoctos ad quartas in uino e balneo egreſſis bibere ſuadent in quartanis. Aliqui uero ſiniſtrum oculum deuorari iubent. Magi quoq; oculis earum ante ſolis ortum adalligatis ægro: ita ut cæcas dimittant in aquam: tertianas abigi promittunt. Eoſdemq; oculos cum carnibus luſciniæ in pelle ceruina adalligatos: præſtare uigiliam: ſomno fugato tradunt. In lethargumq; uergentibus coagulo ba-
Vel pce lenæ: aut uituli marini ad olfactum utuntur. Aliqui ſanguinem teſtudinum: lethargicis illinunt. Tertianis mederi dicitur: & ſpondylus per ſe adalligatus. Quartanis cochleæ fluuitiales in cibo recentes. Quidam ob id aſſeruant ſale: ut dent tritas in potu. Strombi in aceto putrefacti lethargicos excitant odore. Proſunt & in cardiacis. Cachecticis quorum corpus macie conficitur. Tethya utilia ſunt cum ruta ac melle. Hydropicis medetur adeps delphini liquatus: & cum uino potus. Grauitati ſaporis occurritur tactis naribus unguento: aut odoribus: uel quoquo modo obturatis. Strombi quoq; carnes tritæ: & in mulſi tribus heminis pari modo aquæ: aut ſi febres ſint: ex aqua mulſa datæ proficiunt. Item Succus cancrorum fluuitialium cū melle. Ranæ quoq; aquaticæ in uino uetere & farre decoctæ: ac pro cibo ſumptæ: ita ut bibatur ex eodem uaſe. Vel teſtudo deciſis pedibus capite cauda & inteſtinis exemptis: reliqua carne ita condita: ut citra faſtidium ſumi poſſit. Cancri fluuitiales ex iure ſumpti: & phthiſicis prodeſſe traduntur. Aduſta ſanantur cancri marini uel fluuiatilis cinere. Et ea quæ feruenti aqua combuſta ſint. Hæc curatio etiam pilos reſtituit: cum cancrorum fluuiatilium cinere. Putantq; utendum cum cæra: & adipe urſino. Prodeſt & febri ranarū fellis cinis. Ignes ſacros reſtinguūt ranarum uiuētium uentres ipoſiti: pedibuſq; poſterioribus pronas adalligari iubent: ut crebriore anhelitu proſint. Vruntur & ſilurorum capitum cinere ſalſamentorum ex aceto. Pruritum ſcabiemq; non hominum modo: ſed & quadrupedum efficaciſſime ſedat iecur paſtinacæ de
Vſ callū coctum in oleo. Neruos præciſos purpurarum cauum quo ſe operiūt tuſum glutinat. Lethargicos coagulum uituli adiuuat in uino potum oboli pōdere. Item ichthyocollæ. Tremulos iuuat caſtoreum ſi ex oleo perungantur. Mullos in cibo inutiles neruis inuenio fieri. Sanguinem piſcium putant cibo ſiſti polypo tuſo illitoq;. De quo & hæc traduntur muriam ipſum ex ſeſe emittere: & ideo non debere addi in coquēdo.
Vel ifigi Secari harundine: ferro enim attingi in uitium trahere natura deferente. Ad ſanguinem ſiſtendum & ranarum illinunt cinerem uel ſanguinem arefactum. Quidam ex ea rana quam græci calamiten uocant: quoniam inter harundines fruticeſq; uiuat: minima omnium & uiridiſſima: Cinerem fieri iubent. Aliqui & naſcentium ranarum in aqua quibus adhuc cauda eſt: in calice nouo combuſtarum cinerem ſi pernares fluat inficiendum. Diuerſus hirundinum quas ſanguiſugas uocant ad extrahendum ſanguinem uſus eſt. Quippe eadem ratio earum quæ cucurbitarum medicinalium ad corpora leuanda ſanguine ſpiramēta laxanda iudicantur. Sed uitium quod admiſſæ ſemel deſideriū faciunt circa eadem tempora anni ſemper eiuſdem medicinæ. Multi podagris quoq; admittenda cenſuere. Decidunt ſacietate & pōdere ipſo ſanguinis detractæ: aut ſale aſperſæ. Aliquādo tamen adfixa relinquunt capita: quæ cauſa uulnera inſanabilia facit: & multos interimit: ſicut Meſſalinum e cōſularibus patriciis cū ad genua admiſiſſet. Inueunt uirus remedio uerſo: maximeq; ruffæ ita formidantur: Ergo ſuggentia ora forficibus præciduntur: ac ueluti ſiphōibus defluit ſanguis: paulatimq; morientium capita ſe contrahunt: nec relinquuntur. Natura earum aduerſatur cimicibus: & ſuffitu necat eos. Fibrinarum pellium cum pice liquida combuſtarum cinis: narium profluuia ſiſtit ſucco porri mollitus. Extrahit tæla corpori inhærentia. Sepiarum teſtæ ex aqua ſalſamentorū carnes Cancri fluuiatiles triti. Siluri fluuiatilis: qui & alibi q̄ in nilo naſcit: carnes ſpoſitæ recentes: ſiue ſalſæ. Eiuſdē cinis extrahit & adeps: & cinis ſpinæ eius uicē ſpodii præbet. Vlcera quæ ſerpunt: & quæ ex iis excreſcūt ex capite menarū cinis: uel ſiluri coercet. Carcinomata per earū capita ſalſarū: efficacius ſi cineri earū miſceat ſal & cunila: oleoq; ſubigantur. Cancri marini cinis uſti cum plumbo carcinomata compeſcit. Ad hoc & fluuiatilis ſufficit cum melle: lineaq; lanugine. Sed aliqui malunt alumen melq; miſcere cineri. Phagedenæ ſiluro inueterato: & cum ſardaraca trito. Cacoethæ & nomæ putreſcentia cybio uetere ſanantur. Vermes uero innati ranarum felle tolluntur. Fiſtulæ apperiuntur: ſiccanturq; ſalſamentis cum linteolo immiſſis. Intraque alteram diem callum omnem auferunt: & putreſcentia ulcerū quæq; ſerpunt emplaſtri modo ſubacta: & illita. Et ſalpe expurgat ulcera in linteolis concerptis. Item echinorū teſtæ cinis. Carbunculos coracinorum ſalſamenta illita diſcutiunt. Item mullorum ſalſamenti cinis. Quidam capite tantum utuntur cū melle: uel coracinorum carne. Muricum cinis cum oleo tumores tollit. Cicatrices fel ſcorpiōis marini. Ver-
Vel illi- rucas tollit glani iecur tritum. Capitis menarū cinis cum allio tritus ad thymia crudis utuntur. Fel ſcorpio-
tum nis marini ruffi. Smarides tritæ illitæ. Hallex deferuefacta unguium ſcabriciam: ciniſq; e capite menarum extenuat. Mulieribus lactis copiam facit glaucus e iure ſumptus: & ſmarides cum ptiſana ſumptæ: uel cum fœniculo decoctæ. Mammas ipſas muricū: uel purpuræ teſtarū cinis cū melle efficaciter ſanat. Cācri fluuiatiles illiti: uel marini pilos in māma: uel muricū carnes appoſitæ tollūt. Squatinæ illitæ creſcere māmas nō patiunt. Delphini adipe linamēta accēſa excitāt uuluæ ſtrágulatu oppreſſas. Item ſcombri in aceto putrefa

ēti. Percaq; uel menaq; capitis cinis ammixto ſale: & cunila oleoq; uuluæ medeť. Suffitiõe quoq; ſecũdas extrahit. Itẽ uituli marini adeps inſtillať igni naribus ītermortuaq; uuluæ uitio: & cũ coagulo eiuſdẽ in uellere ipoſitus. Pulmonis marini cinis adalligatus ægregiæ ꝓfluuia purgat. Echini uiuẽtes tuſi: & in uino dulci poti. Siſtunt & cancri fluuiatiles triti in uino potiq;. Itẽ ſiluri ſuffitu p̃cipue africi faciliores partus fieri dicunť. Cancri ex aq̃ poti ꝓfluuia ſiſtere. Ex hyſopo purgare. Et ſi partus ſtrangulet: ſimiliter poti auxilianť. Eoſdẽ recẽtes: uel aridos bibunt ad partus cõtinendos. Hippocrates: ad purgationes mortuoſq; partus utiť illis cũ qnis lappathi radicibus cũ ruta & fuligine tritis: & in mulſo datis potui. Itẽ in iure cocti cũ lappatho & appio mẽſtruas purgatiões expediũt. Lacteſq; ubertatẽ faciũt. Itẽ in febri q̃ ſit cũ capitis doloribus: & oculoq; palpitatiõe. Mulieribus in uino auſtero poti ꝓdeſſe dicunť. Caſtoreũ ex mulſo potũ purgatiõibus prodeſt. Cõtraq; uuluã olfactũ cũ aceto & pice: aut ſubditũ paſtillis. Ad ſecũdas ẽt uti. eodẽ ꝓdeſt cum panace in q̃ttuor cyathis uini. Et a frigore laborãtibus ternis obolis. Sed ſi caſtoreũ fibrũue ſupegrediať grauida: abortũ facere dr̃: & periclitari partus ſi ſuperferať. Mirũ & qđ de torpedine inuenio. Si capiať cum luna in libra fuerit: triduoq; aſſeruet ſub diuo: faciles partus facere: poſtea quotiẽs inferať adiuuare. Et paſtinacæ radius adalligatus umbilico exiſtimať idẽ facere ſi uiuenti ablatus ſit: ipſaq; denuo in mare dimiſſa. Inuenio apud quoſdã oſtraciũ uocari: qđ aliq onychen uocant: hoc ſuffitũ uuluæ pœnis mire reſiſtere. Odoré ré caſtoreiſ: meliuſq; cũ eo uſtum ꝓficere. Vetera quoq; ulcera & cacoethæ eiuſdẽ cinere ſanari. Nã carbunculos & cancinomata in mulieq; parte p̃ſentiſſimo remedio ſanari tradũt cãcro fœmina cũ ſalis flore cõtuſo poſt plenã lunã: & ex aq̃ illita. Pſilothrũ eſt thynni ſanguis: fel: iecur: ſiue recentia: ſiue ſeruata. Iecur ẽt tritũ: mixtaq; cædria plumbea pyxide aſſeruatũ. Ita pueros pubeſcere negauit Mango ſalpe obſtetrix. Eadẽ uis ẽ pulmonis marini. Leporis marini ſanguine & felle: uel ſi in oleo lepus hic neceť. Cancri ſcolopendræ marini cinis cũ oleo. Vrtica marina trita ex aceto ſcyllite. Torpedinis cerebrũ cũ allumine illitũ. xvi. luna. Ranæ paruæ quã in oculoq; curatione deſcripſimus: ſanies efficaciſſimæ pſilothrũ ẽ: ſi recẽs illanať: & ipſa arefacta ac tuſa: mox decocta tribus heminis ad tertias: uel in oleo decocta æreis uaſis. Eadẽ mẽſura alii ex qndecim ranis cõficiũt pſilothrũ: ſicut in oculis diximus. Sãguiſugæ quoq; toſtæ in uaſe fictili: & ex aceto illitæ eundẽ cõtra pilos habẽt effectũ. Et ſuffitus urentiũ eas necat cimices inuectas. Caſtoreo quoq; cũ melle ꝓ pſilothro uſi pluribus diebus reperiuntur. In oi aũt pſilothro uellẽdi prius ſũt pili. Infantiũ gingiuis dentitionibuſq; multũ cõfert delphini cũ melle dentiũ cinis: & ſi ipſo dente gingiuæ tanganť. Adalligatuſq; idẽ pauores repentinos tollit. idẽ effectus & caniculæ dentis. Vlcera uero q̃ in auribus: aut ulla corporis parte fiant cancrorũ fluuitialiũ ſuccus cũ farina hordeacea ſanat. Et ad reliquos morbos triti in oleo punctis ꝓſunt. Siriaſiſq; infantiũ ſpongia frigida cerebro humefacto rana inuerſa adalligata efficaciſſimæ ſanat: quã aridã iueniri affirmant. Mullus in uino necatus: uel piſcis rubellio: uel anguillæ duæ. Itẽ una marina in uino putrefacta iis qui inde biberint tediũ uini affert. Venerẽ inhibet Echeneis & hippopotami frontis e ſiniſtra parte pellis in linteolo adalligata. Fel ue torpedinis uiuæ genitalibus illitũ. Concitant cochleaq; fluuiatiliũ carnes ſale adſeruatæ: & in potu ex uino datæ. Erythini in cibo ſumpti. Iecur ranæ dryophytes & calamitæ in pellicula gruis alligatum: uel dens crocodili maxillaris annexus brachio: uel hyppocãpus: uel nerui rubetæ dextro lacerto adalligati. Amorem finit in pecoris recenti corio rubeta alligata. Equorum ſcabiem ranæ decoctæ in aqua extenuant: donec illini poſſit. Aiuntq; ita curatos nõ repeti poſtea. Et Salpe negat canes latrare: quibus in offa rana uiua data ſit. Inter aquatilia dici debet: & calamochnus latinæ adarcha appellata. Naſcitur circa harundines tenues e ſpuma aquæ dulcis ac marinæ: ubi ſe miſcent. Vim habet cauſticam. ideo acopis addiť contra perfrictionũ uitia. Tollit & mulierũ lentigines in facie. Et calami ſimul dici debent. Phragmitis radix recens tuſa luxatis medetur: & ſpinæ doloribus ex aceto illita. Cyprii uero qui & donax uocať cortex: alopeciis medeť uſtus: & ulceribus ueteratis. Folia extrahunt quæ infixa ſunt corpori: & igni ſacro. Paniculæ flos ſi aures intrauerit: exſurdat. Sepiæ atramento tanta uis eſt: ut in lucerna addito æthiopas uideri ablato priore lumine Anaxilaus tradat. Rubeta decocta & in aqua potu data ſuum morbis medetur: uel cuiuſcunq; ranæ cinis. Pulmone marino ſi confricetur lignũ: ardere uidetur: adeo ut facula ita præluceat.

Vel ex illis

Animalium oĩum in mari uiuentiũ. clxxvii. genera eſſe. CA. XIII.

PEracta aquatiliũ dote non alienũ uidetur indicare per tot maria tã uaſta & tot milibus paſſuũ terræ infuſa: extraq; circũdata menſura pœne ipſius mundi quæ intelligantur aĩalia centũ ſeptuagintaſeptẽ oĩum generum eſſe: eaq; noĩatim: complecti. Qđ in terreſtribus uolucribus fieri nõ quit. Neq; enim omnis indiæ æthiopiæq; aut ſcythiæ deſertorumue nouimus feras aut uolucres cum hoĩum ipſorũ multo plurimæ ſint differentiæ: quas inuenire potuimus. Accedat his taprobanæ inſulæq; aliæ oceani fabuloſe narratæ. Profecto conuenier: non poſſe oĩa genera in contemplationem uniuerſam uocari. At hercule in tanto mari oceano quæq; naſcunť: certa ſunt: notioraq; quod miremur: quæ profundo natura merſit. Vt a beluis ordiamur: arbores phyſeteres: balenæ: priſtes: tritones: nereides: elephanti: hoĩes: qui marini uocantur: rotæ: orcæ: arietes: muſculi: & alii piſcium forma arietes delphini: celebreſq; Homero uituli. Luxuriæ uero teſtudines: & medicis fibri: quoq; e genere lutras nuſq̃ mari accepimus mergi: tãtũ marina dicentes. tã caniculæ: dromones: cornutæ: gladii: ſerræ: cõmuneſq; mari terræ amni hyppopotami: crocodili. Et amni tãtum ac mari: thynni: thynnides: ſiluri: coracini: percæ. Peculiaris autem maris accipẽſer: aurata: aſellus: a carne: aphia: Alopecias: anguilla: araneus: box: baris: banchus: batrachus: belonæ: quos aculeatos uocamus: balanus: coruus: citharus. Chromborum genera: peſſimus chalcis cobio. Collarias aſel uel acus lorum generis ni minor eſſet. Colias ſiue parianus ſiue ſaxitanus a patria bætica: lacertorum minima: ab iis mæotici: cybium. Ita uocatur conciſa pelamis: quæ poſt. xl. dies a ponto in mæotin reuertitur. Cordylla & hæc pelamis puſilla: cũ in pontũ e mæotide exit hoc nomẽ hẽt. cãtharus: callyonimus: ſiue uranoſcopus:

cinædi:phiſcinulæ:Cnide quã nos urticã uocamus. Cancroꝝ genera chamæciſtidæ:chamelæos:chamæpelorides:generis uarietate diſtãtes:& rotũditate:chamæglycia:menides:q̃ ſũt maiores q̃ pelorides. Glycia ſiue corophia. Cõchaꝝ genera iter q̃ & margaritiferæ cochleæ:quaꝝ generis pẽtadactyles:melicẽbales:echinophoræ dicunt:qbus cantãt. Extra has ſũt rotũdæ in oleario uſu cochleæ:cucumis:cynopus:cãmarus: cynoſdexia:draco. Quidã aliud uolunt eẽ dracũculũ. Eſt ãt graculo ſimilis. Aculeos in brachiis hẽt ad caudã ſpectãtis. Sic & ſcorpio lædit dũ manu tollit:erythinus echeneis:echinus. Elephãti locuſtaꝝ generis nigri: pedibus q̃ternis:biſulcis. Præterea brachia duo:binis articulis:ſinguliſq; forficulis denticulatis. Fabri ſiue zeus Glauciſci:glanius:gõger:gerres:galeos:garus:hippus:hippuros:hirũdo:halipleumõ:hippocãpos. Heparcotinos:Sũt lacertoꝝ gña:lolligo uolitãs. Locuſtæ:lucernæ:liparis:lamyrus:lepus:leones:quorum brachia cancris ſimilia ſũt. Reliq̃ pars locuſtæ:mullus:merula iter ſaxatiles laudata:mugil:melanurus:mena:metis:murena. Mys myllus:myſtus murex:oculata:ophidion:oſtria:etia:ortynon. Hic eſt pelamidũ gñis. maximus. Neq; redit in mæotin:ſimilis tritoni:uetuſtate melior. Orphus:orthragoriſcus:phager:phycus ſaxatiliũ:pelamis eaꝝ generis maxia apolectus uocat. Durius triton:phorcus:phitharus:paſſer: paſtinaca. Polypoꝝ:genera:pectines maximi & nigerrimi æſtate:laudatiſſimi mitylenis:tyndaride ſalonis:altiniitantii:in iſula alexãdriæ in ægypto:pectũculi:purpuræ:percides:pinna:pinnotheræ:rhina quẽ ſquatinã uocamus. Rhombus:ſcarus principalis hodie. Solea:ſargus:ſcylla:ſarda. Ita uocat pelamis lõga ex oceano ueniens. Scõber:ſalpa:horus:ſcorpena:ſcorpios:ſciadeus ſciæna:ſcolopẽdra:ſmyrus:ſcepini:ſtrõbus: ſolen: ſiue aulos:ſiue donax:ſiue onix:ſiue dactylus:ſpõdylus:mariſtella:ſpõgia. Turdus iter ſaxatiles nobilis. Tomus
Vel tri- taurianus:quẽ alii xiphiam uocãt. Theſſa:torpedo:tethea. Triton. Pelamidũ gñis magni:ex eo ſerena cybia
phonon fiũt. Vrenæ:urua xiphiæ. His adiiciemus apud Ouidiũ poſita noia:q̃ apud neminẽ aliũ reperiũt. Sed fortaſſis in põto naſcunt:ubi id uolumẽ ſupremis ſuis tpibus ichoauit. Bopgyrũ in ſcopulis uiuentẽ. Orphũ rubentẽ:rhacinũq; pullũ:pictas mormyras:aureiq; coloris chryſon. Præterea paruũ teragũ: & placentẽ cauda labrũ Epodas lati gñis. Præter hæc iſignia piſciũ tradit:channẽ ex ſeipa cõcipere. Glaucũ æſtate nunq̃ apparere Põphilũ q ſp comitet nauigioꝝ curſus. Chromin q nidificet in aqs. Helopen quoq; dicit eſſe nr̃is incognitũ undis. Ex quo apparet falli eos:q eundẽ accipenſerẽ exiſtimauerunt. Helopi palmã ſaporis iter piſces multi dedere. Sũt p̃terea a nullo auctore noiati ſudis latine appellata:a græcis phyræna roſtro ſimilis noie: magnitudie iter ampliſſimos rarus:ſed tñ nõ degener:& pnæ cõchaꝝ generis circa põtias iſulas frequẽtiſſimæ. Stãt uelut ſuillo crure lõgo i arena defixæ:hiãteſq; q̃ lapitudo ẽ:pedali nõ minus ſpatio. Cibũ uenant. Dẽtes i circuitu marginũ hñt pectinati ſpiſſatos. Intus pſpõdylo grãdis caro ẽ. Et hyrenã piſcẽ uidi i oenaria iſula captũ caput exerẽtẽ. Præter hæc purgamẽta aliq̃ relatu idigna:& algis potius annumerãda q̃ aialibus.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXIII. PROOEMIVM.

Metallorum naturæ.

METALLA NVNC IPSA quæ opes:& reꝝ p̃cia dicentur:tellurem intus exq rente cura multiplici. Modo quippe alibi diuitiis foditur:quærente uita auꝝ: argentum: æs: electrum. Alibi deliciis gẽmas: & parietum digitorumq; pigmẽta. Alibi temeritati ferrum auro etiã gratius iter bella cædeſq;. Perſeqmur oẽs eius fibras uidemuſq; ſuper excauatos montes mirantes dehiſcere aliquando:aut intremiſcere illam. Ceu uero non hoc etiam exemplum indignationis ſacræ parẽtis exprimi poſſit. Imus in uiſcera eius:& in ſede maniũ opes quæri mus:tanquã parum benigna fertiliq; qua ſecetur. Inter hæc minimum remediorum gratia ſcrutamur. Cui enim fodiendi cauſa medicina eſt? Quanq̃ & hæc ſumma ſui parte tribuit ut minime parca:faciliſq; in omnibus quæ proſunt. Illa nos præmunt:illa nos ad inferos agunt:quæ occultauit atq; demerſit. Illa quæ non naſcuntur:ut repente mens ad inane euolans reputet quis deinde futurus finis eſt:ſæculis omnibus ex hauriendi eam quouſque penetret auaritia? Quam innocens q̃ beata:immo uero & delicata eſſet uita:ſi nihil aliud de ea niſi quod ſupra terras concupiſceret: haberetq; non niſi quod ſecum eſt? Eruitur quidem aurum & chryſocolla iuxta:ut præcioſior uideatur nomen ex auro cuſtodiens. Parum enim erat naturæ unã iueniſſe uitæ peſtẽ:niſi in p̃cio ẽt eẽt ſanies auri. Quærebat argentũ auaritia. Boni cõſuluit interim inueniſſe miniũ:rubentiſq; terræ excogitauit uſum. Heu pdigioſa ingenia quot modis auximus præcia rerũ? Acceſſit ars picturæ:& aurum argẽtumq; cælando carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare. Aui-

xere & artem uitiorum irritamenta. In poculis libidines cælare iuuit: ac per obſenitates bibere. Abiecta ſũt deinde hæc: & ſordere cœpere: & auri argentiq; nimium fuit. Murrhina & chryſtallina ex eadem terra effodimus: quibus præcium faceret ipſa fragilitas. hoc argumentum opum: hæc uera luxuriæ æſtimata eſt gloria: habere quod poſſet ſtatim totum perire. Nec hoc fuit ſatis: turba gemmarum potamus: & ſmaragdis teximus calices: ac temulentiæ cauſa tenere indiam iuuat: & aurum iam acceſſio eſt.

Quæ prima cõmendatio metallorum auri: & de origine annulorum aureorum: & modo auri apud antiquos: & æqueſtri ordine: & de iure annulorum aureorum. CA. I.

VTinamq; poſſet e uita in totum abdicari aurum ſacra fames: ut celeberrimi auctores dixere: proſciſſum conuitiis ab optimis quibuſq;: & ad perniciem uitæ repertum. Quãtum fœliciore æuo cum res ipſæ permutabantur inter ſe: ſicut & troianis temporibus factitatũ Homero credi conuenit. Ita enim (ut opinor) cõmercia uictus gratia iuenta: alios coriis boum: alios ferro captiuiſq; rebus emptitaſſe tradit: quanq; & ipſe miratus aurum æſtimationes rerum ita fecit: ut centum boum arma aurea permutaſſe Glaucum diceret cum Diomedis armis nouem boum. Ex qua conſuetudine mulcta legum antiquarum pecore conſtat etiam romæ. Peſſimũ uitæ ſcelus fecit: qui annulum primus induit digitis. Nec hoc quis fecerit traditur. Nam de prometheo omnia fabuloſa arbitror: quanq; illi quoq; ferreũ annulum dederit antiquitas: uinculumq; id non geſtamen intelligi uoluerit. Midæ quidam annulũ quo circũacto habentem nemo cerneret: quis non etiam fabuloſiorem fateatur? Manus & prorſus ſiniſtræ maximã auctoritatem conciliauere auro: non quidem romani quorum more ferendum erat bellicæ uirtutis inſignæ. De regibus romanis non facile dixerim. Nullum habet romuli in capitolio ſtatua: nec præter Numæ Seruiiq; Tullii alia. Nec. L. quidem bruti. Hoc in Tarquiniis maximæ miror: quorũ ægregia fuit origo: unde hic annulorum uſus uenit: quanq; etiam nunc lacedæmone ferreo utãtur. Sed a Priſco Tarquinio omnium primo filium cum in prætextæ annis occidiſſet hoſtem bulla aurea donatum conſtat: unde mox bullæ durauit: ut eorum qui æquo meruiſſent filii id inſigne haberent: cæteri lorum. Et ideo miror Tarquinii eius ſtatuã ſine annulo eſt. Quãq; & de nomine ipſo ambigitur. Id græci a digitis appellauere. Apud nos priſci ungulum uocabant. Poſtea & græci & noſtri ſymbolum. Longo certo tempore ne ſenatum quidem romanum habuiſſe aureos: manifeſtum eſt. Siquidem iis tantum qui legati ad exteras gentes ituri eſſent: annuli publicæ dabantur credo: quoniam ita exterorum honoratiſſimi intelligebantur. Neq; aliis uti mos fuit: q̃ qui ex ea cauſa publicæ accepiſſent: uulgoq; ſic triumphabant. Et cum corona ex auro etruſca ſuſtineretur a tergo: annulus tamen in digito ferreus erat: æqua fortuna triumphantis & ſerui coronam ſuſtinentis. Sic triumphauit de iugurta. C. Marius. Aureum non ante tertium conſulatũ ſumpſiſſe tradit. Ii quoq; qui ob legationem acceperant aureos: in publico tantum utebantur: intra domos uero ferreis. Quo argumento etiam nunc ſponſæ annulus ferreus mittitur. Iſq; ſine gemma. Nec iliacis temporibus ullos fuiſſe annulos uideo: nuſquã certe Homerus dicit: cum & codicillos miſſitatos epiſtolarum gratia indicet: & conditas arte ueſtes: ac uaſa aurea argenteaq;: & ea colligata nodi non annuli nota. Sortiri quoq; contra prouocationem duces non annulis tradit. Fabricæ etiam deum fibulas: & aliam mulieribus cultus: ſicut inaures in primordio factitaſſe ſine mentione annulorum. Et qui primus inſtituit: contanter id fecit: leuiſq; manibus ac latentibus induit: cum ſi honos ſecurus fuiſſet: dextra fuerit oſtentandus. Quod ſi impedimentum potuit in ea aliquod intelligi: etiam conſertoris uſu argumentum eſt maius in leua fuiſſe qua ſcutum rapitur. Eſt quidem apud eundem Homerum uirorum crinibus aurum implexum. Ideo neſcio an prior uſus a fœminis cœperit. Romæ quidem non fuit aurum: niſi admodum exiguum longo tempore. Certe cum a gallis capta urbe pax emeretur: non plus quã mille põdo effici potuere. Nec ignoro. M. Craſſum duo millia pondo auri rapuiſſe ſuo: & Pompeii tertio conſulatu e capitolini Iouis ſolio a Camillo ibi cõdita: & ideo a plæriſq; exiſtimari duo millia põdo collata. Sed quod acceſſit: ẽ gallorum præda fuit: detractumq; ab his in parte captæ urbis delubris. Gallos autem cum auro pugnare ſolitos Torquatus iudicio eſt. Apparet ergo gallorum templorumq; tantũdem nec amplius fuiſſe. Quod quidem in augurio intellectum eſt: cum capitolinus duplum reddidiſſet. Illud quoq; obiter indicari cõuenit: quoniam de annulis ſermonẽ repetimus: æditum cuſtodiæ eius deprehẽſum fracta in ore annuli gemma ſtatim expiraſſe: & inditium ita extinctũ. Ergo ut maxime duo tantum milia pondo cum capta eſt. Roma anno trecenteſimo. lxiiii. fuere: cum iam capitum liberorum cenſa eſſent. clii. millia quingẽti. lxxxiii. Eadem poſt annos. cccvii. quod ex capitolinæ ædis incendio cæteriſq; omnibus delubris. C. Marius filius præneſte detulerat tredecim millia põdo: ſub eo titulo in triumpho tranſtulit Sylla. Et argenti. vii. millia. Idem ex reliqua omni uictoria pridie tranſtulerat auri pondo. xv. millia: argenti pondo. cxv. millia. Frequentior autem uſus annulorum nõ ante. Cn. Flauium. Annii ffilium deprehenditur. Hic namq; publicatis diebus faſtis: quos populus a paucis principum quottidie petebat: tãtam gratiam plebis adeptus eſt: alioquin libertino patre genitus: & ipſe Apii Cæci ſcriba: cuius hortatu exceperat eos dies: cõſultando aſſidue ſagaci ingenio promulgaueratq;: ut ædilis curulis crearetur cũ. Q. Anitio præneſtino: qui paucis ante annis hoſtis fuerat: p̃teritis. C. Petilio & Domicio: quorum patres conſules fuerant. Additum Flauio ut ſimul Tribunus plebis eſſet. Quo facto tanta ſenatus indignatione exarſit: ut annulos ab eo abiectos fuiſſe in antiquiſſimis reperiatur annalibus. Fallit pleroſq; qui tum & æqueſtrẽ ordinẽ id feciſſe arbitrantur. Etenim adiectũ hoc quoq;. Sed & falera poſita: pp ea nomen equitũ adiectũ eſt. Annulos quoq;: depoſitos a nobilitate in annales relatũ ẽ: nõ a ſenatu uniuerſo. Hoc actũ P. Sempronio Longo. L. Sulpitio cooſſ. Flauius uouit ædẽ cõcordiæ: ſi populo reconciliaſſet ordines. Et cũ ad id pecunia publica non decerneretur: ex mulctatitia fœneratoribus condemnatis ædiculam æream fecit in græcoſtaſi: quæ nunc ſupra comitium erat: Inciditq; in tabula ærea eam ædem. ccc. quattuor annis

Vel abiectum

poſt capitolinam dedicatam. Ita quadringentis. xlviii. a condita urbe geſtum eſt: & primum annulorum ueſtigium extat. Promiſcui autem uſus alterum ſecundo punico bello. Neq; enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorum carthaginem ab Hannibale mitti. Inter cepionẽ quoq; & Druſum ex annulo in auctione nauali inimicitiæ cœpere. Vnde origo ſocialis belli: & exitia rerum. Ne tum quidem omnes ſenatores habuerunt: utpote cum memoria auorum multi prætura functi in ferreo conſenuerint: ſicut Calphurniũ & Manilium: qui legatus. C. Marii fuerat iugurtino bello Feneſtella tradit. Et multi. L. Fufidium illũ quẽ Scaurus in uita ſua ſcribit. In Quintiorum uero familia aurum ne fœminas quidẽ habere mos fuerat. Nul loſq; omnino annulos maior pars gentium hominumq; etiam qui ſub imperio noſtro degunt hodie habeat. Non ſignet oriens aut ægyptus etiam nunc litteris contenta ſolis. Multis hoc modis ut cætera omnia luxuria uariauit: gemmas addendo exquiſiti fulgoris: cenſuq; opimo digitos onerando: ſicut dicemus in gemmarum uolumine. Mox & effigies uarias cælando: ut alibi ars: alibi materia eſſet in præcio. Alias dein de gemmas uiolari nefas putauit: ac ne qs ſignandi cauſam in annulis eſſe intelligeret: ſolidas iduit. Quaſdam uero neq; ab ea parte: quæ digito occultatur: auro cluſit aurumq; millibus lapillorum uilius fecit. Cõtra multi nullas admittunt gemmas: auroq; ipſo ſignant: ut Claudii Cæſaris principatu repertum. Necnõ & ſeruitia iam ferrum auro cingunt: alia per ſeſe mero auro decorant: cuius licentiæ origo nomine ipſo in ſamothracia id inſtitutum declarat. Singulis primo digitis gerere mos fuerat: qui ſunt minimis proximi. Sic in Nummæ & ſeruii Tulli ſtatuis uidemus. Poſtea pollici proximo induere etiam deorum ſimulacris. Dein iuuit minimo dare. Galliæ britanniæque in medio dicuntur uſæ. Hic nunc ſolus excipitur: cæteri omnes onerantur: atq; etiam priuatim articuli minoribus aliis. Sunt qui tres uni minimo congerant. Alii uero & huic unum tantum: quo ſignanda ſignent. Conditurq; ille ut res rara: & ad iniuriæ uſus ĩdigna: uelut e ſacrario promitur. Et unum in minimo digito habuiſſe p̃cioſioris eſt in re condito ſuppellectilis oſtẽtatio. Iam alii pondera eorum oſtentant. Aliis plures q̃ unum geſtare labor eſt. Alii bratteas inſerunt leuiore materia: & propter caſum gemmarum totam ſollicitudinem amputant. Alii ſub gẽmis uenena cludunt
Vel & pluria
ſicut Demoſthenes ſummus oratorum gratiæ: annuloſq; mortis gratia habent. Demumq; ut plurimum opum ita ſcelera annulis fiunt. Quæ fuit illa priſcorum uita: qualis innocentia in qua nihil ſignabatur? At nunc cibi quoq; ac potus uindicantur annulo a rapina. Hoc profecere mancipiorum legiones: & in domo turba externa acta. Seruoꝝ quoq; cauſa nomenculator adhibendus. Sed aliter apud antiquos. Singuli mancipores luciporeſue dominorum gentiles: omnem uictum in promiſcuo habebant: nec ulla domi cuſtodia a domeſticis opus erat. Nunc rapiendæ comparantur epulæ: pariterq; qui rapiant eas. Sed & claues quoq; ipſas ſignare non eſt ſatis: grauatis ſomno: aut morientibus annuli detrahuntur: maiorq; uitæ ratio circa hoc inſtrumentum eſſe cœpit: incertum a quo tempore. Videmur tamen poſſe in externis auctoritatẽ eius rei intelligere circa Polycratem ſami tyrannum: cui dilectus ille annulus in mare abiectus capto relatus eſt piſce ipſo circiter ducenteſimũm. xxx. annum urbis noſtræ interfecto. Celebratiorem quidem uſum cum fœnore cœpiſſe argumento eſt conſuetudo uulgi ad ſponſiones etiãnum annulo exiliente: ab eo tempore quo nondum erat arra uelocior: ut plane affirmare poſſimus: nummos ante apud nos cœpiſſe: mox annulos. De nummis paulopoſt dicetur. Annuli deſtinxere alterum ordinem a plebe: ut ſemel cœperant eſſe celebres: ſicut tunica ab annulis ſenatum tantum: quanq̃ & hoc ſero: uulgoq; purpura latiore tunica uſos iuenimus etiam præcones: ſicut patrem. L. Hælii. Stilonis Præconini ob id cognominati. Sed annuli plane medium ordinem tertiumq; plebi & patribus inſeruere. Ac quod antea militares æqui nomen dederant: hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Nec pridem id factum. Duo enim Auguſto decurias ordinãte: maior pars iudicum in ferreo annulo fuit. Liq; non æquites: ſed iudices uocabantur. Equitum nomẽ ſubſiſtebat in turmis æquorum publicorum. Iudicum quoq; non niſi quattuor decuriæ fuere primo. Vixq; millia ſingula in decuriis inuenta ſunt: nondum prouinciis ad hoc munus admiſſis. Seruatumq; in hodiernum diem eſt: ne quis e nouis ciuibus in iis iudicaret.

De decuriis iudicum: & quotiens nomina æqueſtris ordinis immutata: & donis militaribus: & quando primum corona aurea. CA. II.

Vel ex oĩbus Vel ciſtas

DEcuriæ quoq; ipſæ pluribus diſcrete nominibus fuere Tribunorum æris: & Selectorum: & iudicum. propter hoc etiamnum. Nongenti uocabantur ex nominibus Selecti ad cuſtodienda ſuffragioꝝ ſcita in comitiis. Et diuiſus hic quoq; ordo erat ſupba uſurpatiõe nominũ: cũ alius ſe Nõgẽtũ: alius ſelectum: alius Tribunũ appellaret. Tyberii demũ principatus nono anno in unitatẽ uenit æqueſter ordo annulorumq; auctoritati forma conſtituta eſt. C. Aſinio Pollione. C. Antiſtio Vetere conſſ. anno urbis conditæ. dcc. ſeptuageſimoquinto. Quod miremur futili pœne de cauſa: cum. C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucuparetur: occupatuſq; in his eſſet quæſtus in ſenatu uulgo inſtitores eius culpe defendi annulis. Hac de cauſa conſtitutum: ne cui ius eius eſſet: niſi cui ingenuo ipſi patri auoq; paterno ſeſtertia. cccc. cenſus fuiſſet: & lege iulia theatrali in. xiiii. ordinibus ſedendi. Poſtea gregatim inſigne id appeti cœptum. Propterq; hæc diſcrimina Caius Princeps decuriam quintam adiecit: tantumq; natum eſt faſtis: ut quæ ſub Diuo Auguſto impleri non potuerant decuriæ non capiant eum ordinem: paſſimq; ad ornamenta ea etiam ſeruitute liberati tranſiliant: quod antea nunq̃ erat factum quoniam in ferreo annulo æquites iudiceſq; intelligebantur: adeoq; promiſcuũ id eſſe cœpit: ut apud Claudium Cæſarẽ in cẽſura eius unus ex æquitibus Flauius Proclus. cccc. ex ea cauſa reos poſtularet. Ita dum ſeparatur ordo ab ingenuis: cõicatus eſt cum ſeruitiis. iudicum autẽ appellatione ſeparari eum ordinẽ primi oĩum inſtituere Gracchi diſcordi popularitate in contumeliam ſenatus. mox ea debellata: auctoritas nominis uario ſeditionum euẽtu circa publicanos ſubſtitit: & aliquãdiu tertiæ uires publicani fuere. M. Cice-

ro demum ſtabiliuit æqueſtre nomen in conſulatu ſuo ei ſenatum concilians: ex eo ſe ordine prouectū eſſe celebrans: & eius uires peculiari popularitate quærens. Ab illo tempore plane hoc tertium corpus in repu. factum eſt. Cœpitq; adiici ſenatui Populoq; Roma. æqueſter ordo. Qua de cauſa & nunc poſt populū ſcribitur: quia nouiſſimæ cœptus eſt adiici. Quinetiā ipſum equitū nomē ſæpe uariatū eſt: in iis quoq; qui ad equitatū trahebant. Celeres ſub Romulo regibuſq; appellati ſunt. Deide flexumines. Poſtea troſſuli: cum oppidum in thuſcis citra uolſinios hoc noīe paſſuū. ix. millia ſine ullo adiumento peditum cœpiſſent. Eius uocabuli uis durauit ultra. C. Gracchum: iunius certe qui ab amicitia eius Gracchanus appellatus eſt ſcriptum reliquit iis uerbis. Quod ad æqueſtrē ordinē pertinet antea troſſulos uocabant: nūc equites uocant. Ideoq; qa non intelligunt troſſulos nomē quid ualeat multoſq; pudet eo noīe appellari: & cām quæ ſupra dicta eſt: exponit. Inuitoſq; etiānum tamē troſſulos uocari. Sunt adhuc aliquæ non omittendæ in auro differentiæ. Auxiliares quippe & externos torquibus aureis donauere: at ciues non niſi argenteis. Præterq; armillas ciuibus dedere: quas non habent externi. Idem quod magis miremur coronas ex aureo dedere ciuibus. Quis primus donatus ſit ea nō iueni: ſed qs primū donauerit a. L. Piſone tradit. Apoſtumius dictator apud lacū regillū caſtris latinoq; expugnatis ei cuius maxime opa capta eſſent: hāc coronā ex præda dedit. Itē. L. Lentulus conſul Seruilio Cornelio merendæ ſamnitū oppido capto. Sed gnq; librarum corona Piſo frugi filium ex priuata pecunia donauit: eamq; coronam teſtamento reipublicæ legauit.

De reliquo uſu auri in uiris: & mulieribus: & de nūmo aureo: & quādo primum ſignatum eſt æs argentum & aurum: & anteq; ſignaretur qui mos in ære: & quæ maxima pecunia primo cenſu: & quotiens: & q; bus temporibus auctoritas auri. CA III.

DEorum uero honori in ſacris nihil aliud excogitatū eſt: q; ut auratis cornibus hoſtiæ maiores dū taxat īmolarentur. Sed in militia quoq; in tantū adoleuit hæc luxuria: ut. M. Bruti in philippicis campis epiſtolæ reperiant fremētes fibulas tribunicias ex auro geri. At Hercules idē ut Brute mulierū pedibus aurum geſtari tacuiſti. Cuius ſceleris nos coarguimus illum primū qui auro dignitatem per annulos fecit: ut habeāt in lacertis iampridē & uiri qd e dardanis uenit: itaq; & dardaniū uocabatur. Viriæ celticæ dicunt. Viriles celtibericæ. Habeant fœminæ in armillis digitiſq; totis collo auribus. Per has diſcurrant catenæ circa latera: & inſerta margaritaq; pondera e collo dominaq; auro pendeant ut in ſomno quoq; unionū cōſcientiā aſſit. Etiānum pedibus induit: atq; inter ſtolā plebemq; hunc mediū fœminarum æqueſtrē ordinē facit. Honeſtius uiri pedagogis id damus: balneaſq; diues puerorq; forma cōuertit. iam uero etiā Harpocratem ſtatuaſq; ægyptioq; numinū in digitis uiri quoq; portare incipiūt. Fuit & alia Claudii principatu differentia inſolēs iis quibus admiſſionē liberti eius dediſſent: imaginē principis in annulo ex auro gerendi: magna criminū occaſione: quæ oīa ſalutaris exortus Veſpaſiani principis aboluit: æqualiter publicando principē. De annulis aureis eorūq; uſu hactenus dictū ſit. pximū ſcelus fecit: qui primus ex auro denariū ſignauit: qd & ipſum latet auctore īcerto. Populus ro. ne quidē argento ſignato ante Pyrrhū regem deuictū uſus eſt. Libralis unde ēt nunc libella dr̄: & dipondius appendebatur aſſis. Quare æris grauis pœna dicta. Et adhuc expenſa in rōnibus dicunt. Itē īpendia & pondera. Quin & militū ſtipendioq; hoc eſt ſtipis ponderandæ pēſatores libripēdes dicunt. Qua cōſuetudine in iis emptionibus q; mācupi ſunt: ēt nunc libra interponit. Seruius rex primus ſignauit æs. Antea rudi uſos romæ. Timeus tradit. Signatū eſt nota pecudū: unde & pecunia appellata. Maximus cenſus. cx. millia aſſium fuit illo rege. Et ideo hæc prima claſſis. Argentū ſignatū eſt anno urbis qngenteſimo octogeſimoquinto. Q. Fabio conſule qnq; annis ante primū bellū punicū. Et placuit denarius pro decē libris æris: qnarius pro qnq; ſeſtertiū pro dipōdio ac ſemiſſe. Libræ aūt pondus æris īminutū bello punico primo cū impenſis reſpublica non ſufficeret. Conſtitutumq; ut aſſes ſextantario pondere ferirentur. ſta quinq; partes factæ lucri diſſolutumq; æs alienum. Nota æris fuit ex altera parte ianus geminus: ex altera roſtrum nauis. Interiente uero & quadrāte rates: quadrans antea triuncis uocatus a tribus unciis. Poſtea Hannibale urgente. Q. Fabio Maximo dictatore aſſes unciales facti. Placuitq; denariū. xvi. aſſibus pmutari. quinariū octonis: ſeſtertiū q̄ternis. Ita reſpub. dimidiū lucrata ē. In militari tn̄ ſtipendio ſp denarius pro decē aſſibus datus. Nota argenti fuere bigæ: atq; q̄drigæ: & ide bigati q̄drigatiq; dicti. Mox lege papyriana ſemūciales aſſes facti. Liuius Druſus in tribunatu plebis: octauā partē æris argento miſcuit. Qui nūc uictoriatus appellat: lege clodia pcuſſus ē. Antea enī hic nūmus ex illyrico aduectus mercis loco hēbatur. Eſt āt ſignatus uictoria: & inde nomē. Aureus nūmus poſt annū. lxii. pcuſſus ē quā argēteus: ita ut ſcrupulū ualeret ſeſtertiis uicenis: qd efficit in libras rōne ſeſtertii: q tūc erāt ſeſtertios nōgentos. Poſt hæc placuit. xl. millia. Sed ſignari ex auri libris: paulatiq; principes iminuere pōdus: minutiſſimus uero ad. xlv. millia. Sed a nūmo prima ē origo auaritiæ excogitata fœnore q̄ ſtuoſa ſegnitia. Hæc paulatim exarſit rabie q̄dā nō iam auaritia: ſed fames auri: utpote cū Septimuleius. C. Gracchi familiaris auro repenſum caput eius exciſum ad Opimiū tulerit: plumboq; in os addito paricidio ſuo rēpublicā etiā circūſcripſerit. Nec iam quiritiū aliquo: ſed uniuerſo noīe Romano infami. Rex Mithridates Aquilio duci capto aurū in os infudit. Hæc parit habendi cupido. Pudet intuentē tantū oīa iſta quæ ſubinde noua græco ſermone excogitant exp̄ſſo argenteis uaſis auro aut incluſo: qbus delitiis ueneunt tā aurea q̄ inaurata: cū ſciamus interdixiſſe caſtris ſuis ſparta cum ne qs aurū haberet: aut argentū. Tanto fuit plus aī fugitiuis noſtris. Meſſala orator prodidit Antonium triumuirū aureis uſum uaſis in omnibus obſcenis deſideriis: pudendo etiā crimine Cleopatræ. Sūmæ apud exteros licentiæ fuerat poculo aureo pului no ſubito Philippum regem dormire ſolitum. Agonenteium Alexandri Magni præfectū aureis clauis ſuffigere crepidas. Antonius in cōtumeliā naturæ uilitatē auro fecit opus proſcriptione dignum. Sed ſpartaci equidem miror Populum Roma. uictis gentibus in tributo ſemper argentū imperitaſſe: nō auq; ſicut car-

Vſuirio læ
Vel utri olæ
Vel pis
Vel py/ris
Vel inſe creto
Vel col/lo
Vel q̄n/ta parte fracta
Vel licinius
Vel q̄ſi/ta
Vel p̄ter alia

thagini cum Hannibale uicte argenti pondo annua in quinquaginta annos nihil auri. Nec potest uideri penuria mundi id euenisse. Nam Midæ: sed & Crœsus: infinitum possederant. Iam Cyrus deuicta asia pondo. xxxiiii. millia inuenerat: præter uasa aurea auruncq; factum: & in eo folia ac platanum uitemq;. Qua victoria argenti quingenta millia talentorum reportauit: & craterem Semiramidis: cuius pondus. xv. talentorũ colligebat. Talentum autem ægyptium pondo. lxxx. patere Varro tradit. Iam regnauerat in colchis Salauces & Esubopes: qui terram uirginem nactus plurimum argenti auriq; eruisse dicitur in suanorum gentes & alioquin uelleribus aureis inclyto regno. Sed & illius aureæ cameræ & argenteæ trabes narrantur: & columnæ atq; parastatæ: uicto. Sesostri ægypti rege tam superbo: ut prodatur annis quibusq; sorte reges singulos e subiectis iungere ad currum solitus: sicq; triumphare. Et nos fecimus quæ posteri fabulosa arbitrẽtur. Cæsar qui postea dictator fuit primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu arenæ argento usus est: ferasq; argenteis uasis incessere tum primum uisum. Mox quod etiam in municipiis æmulant. C. Antonius ludos scæna argẽtea fecit. Item. L. Murena: & Caius princeps in circo pecma duxit. In quo fuere argenti pondo. cxxiiii. Claudius successor eius: cum de britannia triumpharet: inter coronas aureas unã vii. pondo habuit: quã contulisset hispania citerior: alteram. ix. quã gallia comata sicut titulus idicauit. Huius deinde successor Nero Pompeii theatrum operuit auro in unũ diem: quo Tyridati regi armeniæ ostenderat. Et quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambientis urbem? Auri in ærario Populi Romani fuere Sex. Iulio. L. Aurelio consſ. septem annis ante bellũ punicũ tertiũ pondo. dccxxvi. argenti nonagintaduo millia & extra numerũ. ccc. &. lxxv. millia. Item Sex. Iulio. L. Martio consſ. hoc est belli socialis initio: octingenta. xlvi. auri pondo. C. Cæsar primo introitu urbis in ciuili bello suo & ærario. protulit laterũ aureorũ. xxv. millia: & numero pondo. ccc. Nec fuit alius temporibus respu. locupletior. Intulit & Aemilius Paulus perseo rege macedonico deuicto: prædam pondo trium millium: a quo tempore Populus Roma. tributũ pendere desiit. Laquearia quæ nunc & in priuatis domibus auro tenguntur: post Carthaginem euersam primo inaurata sunt in capitolio censura. L. Mummi. Inde transiere in cameras. In parietes quoq;: qui iam & ipsi tanquã uasa inaurantur: cum sua ætas uaria de Catulo existimauerit: q; tægulas æreas capitolii inauraſſet primus. Inuẽtores auri sicut metallorum fere oĩum: septimo uolumine diximus. Præcipuã gratiam huic materiæ fuisse arbitror: non colore qui in argento clarior est: magisq; diei similis: & ideo militaribus signis familiarior: quoniam is longius fulget: manifesto errore eorum qui colorem syderum placuisse in auro arbitrantur: cum in gemmis aliisq; rebus non sit præcipuus. Nec pondere aut facilitate materiæ prælatum est cæteris metallis: cum cedat per utrunq; plumbo. Sed quia rerum uni nihil igne deperit: tuto etiã in incendiis rogisq; durante materia. Quinimo quo sæpius arsit: proficit ad bonitatẽ. Auriq; experimento ignis est: ut simili colore rubeat ignis. Atq; ipsum obryzum uocant. Primũ autem bonitatis argumentum est q̃ difficillime accendi. Præterea mirum prunæ uiolentissimæ ligni indomitum: palea citissime ardescere: atq; ut purgetur cum plumbo coqui. Altera causa præcii maior: q; minimũ usus deterit: cũ argento ære plumbo lineæ præducantur: manusq; sordescant decidua materia. Nec aliud laxius dilatatur: aut numerosius diuiditur: utpote cuius unciæ in septuagenas & quinquagenas pluresq; bratteas quaternum utroq; digitorum spargantur. Crassissimæ ex iis prænestinæ uocant: etiãnum retinentes nomen fortunæ inaurato ibi fidelissime simulachro. Proxima brattea quæstoria appellat. Hispania strigiles uocat auri paruulas massas: quod super oĩa solum in massa auramento capitur. Cum cætera in metallis reperta igni perficiant: hoc statim aurũ est: consumatãq; materiam protinus habet cum ita inuenitur. Hæc enim inuentio eius naturalis est. Alia quã dicemus coacta. Super cætera non rubigo ulla: non erugo: non aliud ex ipso quod cõsumat bonitatem: minuatue pondus. Iam contra salis & aceti succos domitores rerum constantia superq; omnia netur: ac texitur lanæ modo: & sine lana. Tunica aurea triumphasse Tarquinum priscum Verrius tradit. Nos uidimus Agrippinam Claudii principis edente eo naualis prælii spectaculũ assidentẽ ei: indutam paludamento: auro textili sine alia materiæ. Attalicis uero iampridem intexitur inuento regum asiæ. Marmori & iis quæ candefieri non possunt oui candido illinitur: ligno glutini ratione composita: leucoporon uocant. Quid sit hoc: aut quemadmodũ fiat: suo loco docebimus. Aes inaurari argẽto uiuo: aut certe hydrargyro legitimũ erat: de quibus ut dicemus illoq; naturã reddentes: excogitata fraus est. Nãq; æs cruciatur in primis accensumq; restinguitur sale aceto alumine. Postea exarenatur: an satis recoctum sit: splendore dep̃hendente: iterumq; exhalatur igni: ut possit edomitum mixtis pumice alumine argento uiuo inductas accipere bratteas. Alumen in purgando uim habet talem: qualem esse diximus plumbo.

Vel iecſſiuere

Ratio naturalis inueniendi auri: & q̃do primũ aurea statua: & medicinæ ex auro. CA. IIII.

AVrũ inuenit̃ ĩ nr̃o orbe: ut omittamus indicũ: atq; a formicis: aut gryphibus apud scythas erutũ. apud nos tribus modis fluminũ ramẽtis: ut in tago hispaniæ: pado italiæ: hebro thraciæ. Pactolo asiæ. Gangæ indiæ. Nec ullũ absolutius aurũ est: ut cursu ipso trituq; perpolitũ. Alio mõ puteoq; scrobibus effodit̃: aut in ruina mõtiũ. Quare utraq; rõ dicet̃. Aurũ qui q̃runt: ante oĩa segullum tollunt: ita uocat̃ indiciũ: alueus ubi. i. arenæq; lauant̃: atq; ex eo qđ resedit: cõiectura capit̃: ut inueniat̃ ali q̃do in sũma tellure ꝓtinus rara fœlicitate: ut nuper in dalmatia principatu Neronis singulis diebus etiam qnq̃genas libras fundẽs: cũ iã iuentũ in sũmo cespite. Alutationẽ uocãt: si & auro ea tellus subest. Cæterum mõtes hyspaniæ aridi sterilesq;: & in qbus nihil aliud gignatur: huic bono coguntur fertiles esse. Quod puteis foditur: canalitium uocant: alii canalicnse marmoris gloriæ inhærens: non illo modo quo in oriente saphyro atq; thebaico aliisq; in gẽmis scintillat. Sed micas amplexũ marmoris: hi uenaq; canales ꝓ marmor uagãtur & latera puteoq; & huc illuc inde noie inuento: telluſq; ligneis colũnis suspendit̃. Qđ effossum est tunditur: lauatur: uritur: molitur in farinam. Nam quod cudunt apilascudem uocant. Argentum quod

exit a fornacis ſudore quæ e camino iactatur. Spurcitia in omni metallo uocatur ſcoria. Hæc in auro coquitur iterum & tunditur. Catini fiunt ex taſconio. Hæc eſt terra alba ſimilis argillæ. Neq; enim alia afflatum ignemq; & ardentē materiam tollerat. Tertia ratio opera uicerit gigantū. Cuniculis per magna ſpacia actis cauantur montes ad lucernarū lumina. Eadē menſura uigiliarum eſt: multiſq; menſibus non cernitur dies. Arrugias id genus uocant: ſiduntq; rimæ ſubito: & opprimunt operarios: ut iā minus temerariū uideatur e profundo maris petere margaritas: tāto nocentiores fecimus terras. Relinquunt itaq; fornices crebri montibus ſuſtinendis. Occurſant in utroq; genere ſilices. Hos igni & aceto rumpunt. Sæpius uero: quoniā in cuniculis uapor & fumus ſtrangulat: cædunt fracturis. cl. libras ferri terrā agentibus. Egeruntq; humeris noctibus ac diebus per tenebras proximis tradentes: lucem nouiſſimi cernunt. Si longior uidet ſilex: latus ſequitur. Foſſam ambit quiete. Tamen in ſilice facilior exiſtimat opera. Eſt nāq; terra ex quodā argillæ genere galeræ mixta: candidā uocant: ppe inexpugnabilis. Cuneis eā ferreis aggrediunt: & iiſdē malleis: nihilq; durius putant: niſi q; inter oīa auri fames duriſſima eſt. Peracto ope ceruices fornicū ab ultimo cedūt: dātq; ſignum. Ruinaq; ſolus intelligit in cacumine mōtis eius peruigil. Hic uoce ictuue repente reuocari operarios iubet: pariterq; ipſe deuolat. Mons fractus cadit a ſeſe lōgo fragore: qui cōcipi humana mēte non poſſit: & flatu incredibili. Spectāt uictores ruinā naturæ. Nec tamē adhuc aurū eſt. Nec ſciere eſſe cum fodere. Tantaq; ad pericula eu incēda fuit ſatis cauſæ ſperare qđ cuperent. Alius par eſt labor uel hoc maioris impedii flumina ad lauandā hanc ruinā iugis montiū duxere obiter a centeſimo plerūq; lapide. Corrugos uocāt a corriuatiōe credo: nimirū & hic labor eſt. Præcepiſſe libramento oportet: ut fruaris q̄do ifluat: itaq; altiſſimis partibus ducit. Cōuallis & iteruallа ſubſtructis canalibus iungunt. Alibi rupes inuiæ cedunt: ſedēq; trabibus cauatis præbere coguntur. Is qui cedit: funibus pendet: ut pcul intuentibus ſpecies nefaria quidem: ſed alitū fiat. Pendentes maiore ex parte librant: & lineas itineri præfigūt. Itaq; inſiſtentis ueſtigiis hoīs locus nō eſt. Manes trahunt ad hoīes ut uitiū iportēt. Id genus terræ urion uocant. Ergo p ſilices calculoſue ducunt: & urium euitant. Ad capita deiectus in ſupciliis montiū piſcinæ cauant: ducenos pedes in quaſq; partes: & in altitudinē denos. Emiſſaria in iis quina pedū quadratorū ternum fere linquunt: & repleto ſtagno excuſſis obturamētis erumpit torrens tanta ui ut ſaxa ꝓuoluat. Alius etiānum in plano labor. Foſſæ in quas profluat cauant: agogas uocant: eæ ſternunt gradatim. Latera cludunt tabulis: ac per ꝓrupta ſuſpendūtur: canali ita ꝓfluente de terra in mare. His de cauſis iam ꝓmouit hiſpania in priore genere: quæ exhauriuntur īmenſo labore ne occupent puteos in hoc riganf. Aurum arrugia quæſitū non coquitur: ſed ſtatim ſuū eſt. Inueniunt ita maſſæ. Necnō in puteis etiam denas excedētes libras. Palacas hiſpania: alii palacranas: idem qđ minutū eſt: balucem uocant. Vlex ſiccatus uritur: & cinis eius lauat ſuſtrato ceſpite herboſo ut fidat aurū. Vicena millia pondo ad hunc modū amnis ſingulis aſturiā atq; gallætiam & luſitaniā præſtare quidam tradiderūt: ita ut plurimū aſtruria gignat. Neq; in alia parte terrarū tot ſæculis hæc fertilitas. Italiæ parcitū eſt uetere iterdicto patrum: ut diximus alioqn nulla fœcundior metallorū quoq; erat tellus. Extat lex cenſoria uicti miliarū aurifodinæ: qua in uercellenſi agro cauabat: ne plus quinq; hoīum in opere publicani haberent. Aurū faciendi eſt etiā una rō ex auri pigmento: qđ in ſyria foditur pictoribus in ſūma tellure auri colore: ſed fragili lapidum ſpeculariū modo. Inuitaueratq; ſpes Caium principē auidiſſimū auri: quā obrem iuſſit excoqui magnum pondus: & plane fecit aurū excellens: ſed ita parui ponderis ut detrimentū ſentiret: illud propter auaritiā expertus: q̄q̄ auripigmenti libræ. xiiii. permutarent: nec poſtea tentatū ab ullo eſt. Oī auro ineſt argento uario pondere: alibi dena: alibi nona: alibi octaua parte. In uno tantū galliæ metellæ loco: quod uocant albicrarenſe. xxxvi. portio inuenitur: ideo cæteris præeſt. Vbicunq; quinta argenti portio eſt: electrum uocatur. Scrobes eæ reperiuntur in canalienſi. Fit & cura electrum argento addito. Qđ ſi quintam portionem exceſſit: incudibus non reſiſtit. Eſt electro auctoritas Homero teſte qui Menelai regiam auro: electro: argēto: ebore fulgere tradit. Mineruæ templū habet lindos inſulæ rhodiorū: in quo Helena ſacrauit calicem ex electro. Adiicit hyſtoria māmæ ſuæ menſura. Electri natura eſt ad lucernarū lumina clarius argento ſplendere. Quod eſt natiuum & uenena dēphendit. Nāq; diſcurrunt in calicibus arquus cæleſtibus ſimiles cum igneo ſtridore: & gemina ratione præcidunt. Aurea ſtatua prima oīum nulla īanitate: & antequā ex ære aliqua illo modo fieret: quā uocant holoſphyraton in templo Anæitidis poſita dicitur. Qđ in ſitu terrarū nomine hoc ſignificauimus: num ine gentibus illis ſacratiſſimo. Direpta eſt antonii parthicis rebus. Scitumq; narratur dictum unius ueteranorum bononiæ hoſpitali diui Auguſti cœna cum interrogaretur: eſſet ne uerum eum qui primus uiolaſſet hoc numē: oculis membriſq; captum expiraſſe? reſpondit enim tum maxime Auguſtum de cruore eius cœnare: ſeq; illum eſſe: totumq; ſibi cenſum ex ea rapina eē. Hominum primus & auream ſtatuam & ſolidam Gorgias Leontinus delphis in templo ſibi poſuit. lxx. circiter olympiade. Tantus erat docendæ oratoriæ artis quæſtus. Aurū pluribus modis pollet in remediis. Vulneratiſq; & infantibus applicatur: ut minus noceant: quæ inferantur ueneficia. Eſt & ipſi ſuperlatouis malefica gallinarum quoq; & pecorum fœturis. Remedium eſt abluere illatum & ſpargere eos quibus mederi uellis. Torretur & cum ſalis grummo pondere triplici miſſo: & rurſum cū duabus ſalis portionibus & una lapidis quem ſchiſton uocant: ita uirus tradit rebus una crematis in fictili uaſe ipſum purū & incorruptum. Reliquis cinis ſeruatus in fictili & ex aqua illitus: lichenas in facie ſanat. Lomento id cōuenit abluī. Fiſtulas etiam ſanat: & quæ uocantur hemorrhoides. Quod ſi trito ſpuma adiiciatur putria ulcera & terri odoris emendat. Ex melle uero decoctum cum meláthio & illitum umbilico leuiter ſoluit aluū. Verrucas curari eo. M. Varro eſt auctor.

Vel qđ extra fornacis ſudarē e camino iactatur

Vel catino

Vel ingentes

Vel ſup eſt

Vel fluaris

Vel agaianas

Frutex eſt ulex roris marini ſiſis aſp aurūq; retinens uicus

Vel crure

De ſchryſocolla & medicinæ ex chryſocolla. vi. & mirabilia naturæ de glutinandis inter ſe perficiendiſq; metallis.

CA. V.

CHryſocolla humor eſt in puteis quos diximus: per uenam auri defluens craſſeſcente limo rigoribus hybernis uſq; in duriciam pumicis. Laudatiorem eádem in ærariis metallis: & proximá in argentariis fieri compertum eſt. Inuenitur & in plumbariis uilior etiam auraria. In omnibus autem iis metallis fit & cura multum ſra naturalem illá: imiſſis in uenam aquis leuiter hyeme tota: uſq; in Iunium menſem. Dein ſiccatis in iunio & iulio ut plane intelligaſ nihil aliud chryſocolla q̃ uena putris. Natiua duritia maxime diſtat: uuam uocát. Et tamen illa quoq; herba: quá luteá appellant: tinguiſ. Natura eſt quæ lino lanæue ad ſuccũ bibendum. Tundiſ in pilla: deinde tenui cribro ſecerniſ: poſtea moliſ: ac deide tenuius ſic cribaſ. Quicqd non tranſmeat: repetiſ in pilla: dein molliſ. Puluis ſemp in catinos digeriſ: & ex aceto maceraſ: ut oís duricia ſoluaſ. Ac rurſus tundiſ: dein lauatur in conchis: ſiccaturq;. Tunc tingui tur alumine ſchiſto: & herba ſupradicta pingiturq; anteq̃ pingat. Refert q̃ bibula dociliſq; ſit. Ná niſi rapuit coloré: adduntur & ſchythanú atq; turbyſtum: ita uocant medicamenta ſorbere cogentia. Cum tinxere pictores orobitin uocant. Eiuſq; duo genera faciunt: luteá quæ ſeruaſ in lomenta. Et liquidá globulis ſudore reſolutis. Hæc utraq; genera in cypro fiunt. Laudatiſſima in armenia. Secũda in macedonia. Largiſſima in hiſpania. Súma cõmendationis eſt: ut colorẽ herbæ ſegetis lætæ uirentis quá ſimillime reddat. Viſumq; é iam Neronis principis ſpectaculis arená cyrci chryſocolla ſterni: cũ ipſe concolori panno aurigaturus eſſet: introducta opificũ turba. Tribus eá generibus diſtinguũt. Aſperá quæ taxatur in libras. vii. Mediá quæ denariis qnis. Attritam quá & herbaceá uocant: quæ. xiii. Sublinunt aũt arenoſam priuſq̃ inducant atramento: & paretonio. Hæc ſunt tenacia eius in colore blanda. Paretoniũ: quoniá eſt natura pinguiſſimũ: & ꝓpter leuoré tenaciſſimũ atramento aſpergitur: ne paretoni candor palloré chryſocollæ afferat. Luteam putant a lutea herba dictá: quá ipſam cæruleo ſubtritá ſed pro chryſocolla íducũt uiliſſimo genere atq; falaciſſimo. Vſus chryſocollæ & in medicina eſt ad purganda uulnera cũ cæra & oleo. Eadẽ per ſe arida ſiccat: & contrahit. Daſ & in angina orthopneaue miſcenda cũ melle. Concitat uomitiões: miſceſ & colliriis ad cicatrices oculoꝝ: ac uiridibus emplaſtris. Ad dolores mitigandos: & cicatrices trahendas. Hanc chryſocollá medici aceſin appellant: quæ nõ eſt orobitis. Chryſocollá & aurifices ſibi uendicát agglutinádo auro: & íde oés appellatá ſimiliter utentes dicunt. Temperaſ aũt ea cypria ærugine: & pueri ípubis urina: addito nitro. Teriſ cyprio ære in cypriis mortariis: ſanternã uocát nŕi. Ita ferruminaſ aurum: qđ argentoſum uocát. Signúq; eſt ſi addita ſanterna niteſcit. E diuerſo eroſum cõtrahit ſe: hebetaturq;: & difficulter ferruminaſ aurũ. Ad id glutinũ fit auro & ſeptima parte argẽti ad ſupradicta additis: unaq; contritis. Contexi (par eſt) reliq̃ circa hoc: ut uniuerſa naturæ cõtigat ammiratio. Auri glutinũ é tale. Argilla ferro. Cadmia æris maſſis. Alumẽ laminis. Reſina plúbo & marmori. Sed plumbú nigrũ albo iungiſ. Ipſumq; albũ ſibi oleo. Itẽ ſtagnũ æramentis ſtagno argentũ. Pineis optime lignis æs ferrumq; fundiſ. Sed & ægyptia papyro: paleis aurũ. Calx aqua accendiſ: & thracius lapis. Idemq; oleo reſtinguitur. Ignis autem aceto maxime & uiſco & ouo. Terra minime flagrat. Carboni maior uis exuſto. Iterumq; flagranti.

Vel eluta

De argẽto: & argẽto uiuo: & ſtibia ſiue alabaſtro: & ſcoria argẽti: & de ſpuma argenti. CA. VI.

AB his argenti metalla dicanſ: quæ ſequens íſania eſt. Nõ niſi in puteis reperiſ: nullaq; ſui ſpe naſcitur: nullis ut in auro lucentibus ſcintillis. Terra eſt alia ruffa: alia cineracea. Excoqui non põt niſi cũ plumbo nigro: aut cum uena plumbi. Galenam uocant: quæ iuxta argenti uenas plerúq; reperitur. Et eodẽ opere igniũ deſcendit pars in plumbũ: argentum aũt ſuperne innatat: ut oleũ aquis. Reperitur in oíbus pene prouinciis: ſed in hiſpania pulcherrimũ. Id quoq; in ſterili ſolo atq; etiã in montibus. Et ubicunq; una inuenta uena eſt: nõ procul inuenitur alia. Hoc quidẽ & in oí fere materia: unde metalla græci uidenſ dixiſſe. Mirum adhuc per Hiſpanias ab Hannibale olim inchoatos puteos durare ſua ab inuentoribus noía habentes. Ex quis bebelo appellaſ: hodieq; quí. ccc. pondo Hannibali ſũ miniſtra uit in dies. Ad mille qngentos iam paſſus cauato monte per qđ ſpaciũ aquitani ſtantes diebus: noctibuſq; egerunt aquas lucernaꝝ menſura: amnéq; faciunt. Argenti uena in ſũmo reperta: crudaria appellaſ. Finis antiquis ſodiendi ſolebat eſſe alumen inuentũ ultra nihil quærebaſ. Nuper inuenta æris uena ſra alumen alba finé ſpei facit. Odor ex argenti ſodinis inimicus oíbus aíalibus: ſed maxime canibus. Aurũ argẽtumq; quo mollius eo pulchrius: lineas ex argento nigras fieri ꝓduciq; miramur. Eſt & lapis in iis uenis: cuius uomica liquoris æterni argentũ uiuum appellaſ. Venenum reꝝ oíum eſt. Excedit ac perrumpit uaſa permanans tabe dira. Oía ei innatant põter aurum. Id unum ad ſe trahit. Ideo & optime purgat cæteras eius ſordes expués crebro iactatu fictilibus in uaſis ita uitiis abiectis: ut & ipm ab auro diſcedat. In pelles ſubactas effunditur: perq; eas ſudoris uice defluens purũ reliquit aurũ. Ergo & cum æra inauranſ: ſublitũ bracteis pertinaciſſime retinet. Verũ pallore detegit ſimplices: aut prætenues bracteas. Quapp id furtũ quærentes oui liquore candido uſum eum adulterauere. Mox & hydrargyro: de quo ſuo dicemus loco. Et alias argentum uiuũ non largum inuentũ eſt. In iiſdẽ argenti metallis inueniſ: ut ꝓprie dicamus: ſpumæ lapis candidæ nitentiſq;: non tamẽ tranſlucentis: ſtimmi appellant: alii ſtibiam: alii alabaſtrũ: aliq larbaſon. Duo eius genera mas & fœmina. Magis probant fœminá. Horridior eſt mas: ſcabriorq; & minus ponderoſus: minuſq; radians & arenoſior. Fœmina cõtra nitet friabilis ſiſſuriſq; nõ globis dehiſcens. Vis eius aſtringere ac refrigerare. Principalis aũt circa oculos. Náq; ideo ét platyophthalmon id appellauere: quoniá in collyriis mulierũq; epiphoris dilatet oculos & fluctiones inhibeat oculoꝝ: exulceratiõeſq;. Farina eius & thuris gũmi ammixto ſiſtit & ſanguiné e cerebro profluentẽ. Efficacior & contra recẽtia uulnera. Et cõtra ueteres canum morſus inſperſa farina. Et cõtra ambuſta igni cũ adipe ac ſpuma argenti ceruſſaq; & cæra. Vritur aũt offis bubuli ſimi circũlitum in clibanis. Dein reſtinguiſ mulierũ lacte. Teriturq; in mortariis ammixta aqua pluuia. Ac ſubinde turbidũ tranſfundiſ in æreũ uas. Et mundatur nitro. Fex eius intelligiſ plumboſiſſima quæq;

ſubſidit in mortario:abigiturq;.Dein uas in quo turbida trāſſuſa ſunt:opertū linteo p nocte relinquit: & poſtero die quicqd inatat effundit:ſpōgiaq; tollit.Qđ ibi ſubſidit:flos itelligit:ac linteolo iterpoſito in ſole ſiccat:nō ut perareſcat. Iterūq; in mortario terit:& in paſtillos diuidit. Ante oīa aūt urendi modus neceſſarius eſt:ne plūbum fiat.Quidā nō fimo utunt coquētes:ſed adipe. Alii tritū in aqua triplici linteo ſiccant fæcēq; abiiciūt.Idq; qđ defluxerit trāſfūdūt.Ac qcquid ſubſidet id colligētes: emplaſtris collyriſq; miſcēt. Scoriā in argēto græci uocāt helcyſma.Vis eius aſtringere & refrigerare corpora.Addit emplaſtris:ut molibdena:de qua dicemus in plūbo.Cicatricibus maxie glutinādis:& cōtra tenaſmos:dyſenteriaſq; ifuſa clyſteribus cū myrteo oleo.Addūt & in medicamēta quæ uocāt liparas ad excreſcētia ulcerū:aut ex attritu facta:aut in capite manātia.Fit & in iiſdē metallis:& quæ uocat ſpuma argēti.Genera eius tria. Optima quā chryſitin uocāt.Secūda q̄ argyritin.Tertia:q̄ molibditin.Et plerunq; oēs hi colores in eiſdē tubulis iueniūtur.Probatiſſima ē attica.Secūda hiſpaniēſis.Chryſitis ex ipſa uena fit.Argyritis ex argēto.Molibditis plūbi ipſius fuſura:quæ fit puteolis:& inde habet nomē.Ois aūt fit excocta ſua materia ex ſuperiori catino defluens in iferiorē.Ex eo ſublata ueruculis ferreis:atq; i ipſa flāma cōuoluit ueruculo:ut ſit modici tēporis. Eſt aūt ut ex noie ipſo itelligi pōt ferueſcētis & futuræ materiæ ſpuma.Diſtat a ſcoria quo pōt ſpuma a fæce diſtare.Alterū purgātis ſe materiæ,alterū purgatæ uitiū eſt.Quidā duo genera faciunt ſpumæ: quæ uocant ſterelytida & peumenen.Tertiū molibdenā in plūbo dicendā.Spuma ut ſit utilis:iterū coquit:confractis tubulis ad magnitudinē annuloꝝ ita accēſa ſollibus:ad ſeparādos carbōes cineréq; abluit aceto aut uino.Simulq; reſtinguit.Quod ſi ſit argyritis:ut candor ei detur magnitudine fabæ cōfracta in fictili coq iubetur ex aqua addito in linteolis tritico:& hordeo nouis:donec ea purgent.Poſtea ſex diebus terūt in mortariis ter die abluētes aqua frigida.Et cū deſināt calida:addito ſale foſſili in librā ſpumæ obolo.Nouiſſimo die cōdunt in plumbeo uaſe.Alii cū faba cādida & ptiſana coquūt:& in ſole ſiccāt.Alii in lana candida cum faba donec lanā nō denigrēt.Tunc ſalē foſſilem adiiciunt:ſubinde aqua mutata:ſiccārq; diebus.xl. calidiſſimis æſtatis.Necnō in uentre ſuillo in aquā coquūt exemptāq; nitro fricant:& ut ſupra terunt in mortariis cū ſale.Sunt qui nō coquāt:ſed cū ſale terant:& adiecta aqua abluant.Vſus eius ad collyria:& litu ad mulierum cicatricū fœditates tollendas maculaſq;:& abluendum capillum.Vis aūt:ſiccare:mollire: refrigerare:tēperare:purgare:explere.Vlcerū tumores lenire.Talibuſq; emplaſtris ſupradictis ignes etiam ſacros tollit cum ruta:myrtoq; & aceto.Itemq; perniōes cum myrto & cæra & abdomine.

De minio quātæ auctoritatis fuerit apud Romāos:& origine:ac inuentiōe eius:& cinnabaris rōne in picturis:& medicinæ de generibus minii:& ratione eius in picturis. CA. VII.

INuenit in argētariis metallis miniū quoq;:& nunc inter pigmēta magnæ auctoritatis:& quōdā apud romāos nō ſolum maximæ:ſed etiā ſacræ religiōis:ut auctor eſt Verrius:& cuius ſit neceſſe credere auctoritati.Iouis ipſius ſimulachri faciem diebus feſtis minio illini ſolitā:triūphātūq; corpora.Sic Camillum triūphaſſe.Hac religiōe etiā nunc addi in unguēta cœnæ triumphalis:& accenſoribus in primis Iouē miniandū locari.Cuius rei equidē cauſam miror:q̄q̄ & hodie id expeti conſtat æthiopum populis:totoſq; eo tingi proceres:húcq; ibi deorū ſimulacris colorem eſſe.Quapropter diligētius proſequemur oīa de eo.Theophraſtus.xc.annos ante Praxibulū atheniēſiū magiſtrū:quod tēpus exit in urbis noſtræ ducenteſimū quadrageſimū.ix.annū:tradidit inuētum miniū a Calli atheniēſe initio ſperante aurū poſſe excoqui arena rubēte in metallis argēti.Hāc fuiſſe originem eius.Reperiri aūt iam tum in hiſpaniis:ſed durum & arenoſum.Item apud colchos in rupe quādā inaceſſa ex qua iaculātes decuterēt:id eſſe adulterū.Optimū uero ſupra epheſum.Cilbianis agris.Arenā cocci colorē habere.Hāc teri. Dein lauari farinam.Et quod ſubſidat iterum lauari.Differētiam artis eſſe:q; alii minium faciūt prima lotura.Apud alios id eſſe dilutius.Sequētis aūt loturæ optimū.Auctoritatem colori fuiſſe nō miror.Iam.n. troianis tēporibus rubrica in honore erat Homero teſte:qui naues ea commēdat.Alias circa picturas pigmentaq; rarus.Milton uocāt græci miniū:quidā cinnabari.Vnde natus error indico cinnabaris noie. Sic enim appellāt illi ſanē draconis eliſi elephātorū moriētium pōdere permixto utriuſq; aīalis ſanguine:ut diximus.Neque alius eſt color qui in picturis proprie ſanguinem reddat.Illa cinnabaris antidotis medicamētiſq; utiliſſima eſt.At hercule medici quia cinnabari uocāt pro ea utuntur hoc minio: quod uenenū eſſe paulo mox docebimus.Cinnabari ueteres quæ etiā nunc uocāt monocromata:pingebāt.Pinxerunt & epheſio minio: quod derelictum eſt:quia curatio magni operis erat:prætereaq; utrūq; nimis acre exiſtimatur.Ideoq; trāſire ad rubricam:& ſinopidē:de quibus ſuis locis dicam.Cinnabaris adulterat ſanguine caprino: aut ſorbis tritis.Precium ſinceræ nummi quinquaginta.Iuba minium naſci & in carmania tradit.Hermogenes & in æthiopia.Sed neutro ex loco iuehitur ad nos:nec fere aliunde:q; ex hiſpania.Celeberrimū ex ſiſaponēſi regiōe in betica miniario metallo uectigalibus Populi Romāi nullius rei diligētiore cuſtodia. Nō licet id ibi perficere excoquiq;.Romā pfertur uena ſignata ad dena millia fere pōdo annua.Romæ aūt lauatur. In uē dēdo precio ſtatuta lege ne modū excederet.lxx.in libras.Sed adulterat multis modis:unde præda ſocieti.Nāq; eſt alterū genus in oībus fere argētariis:itēq; plumbariis metallis:quod fit exuſto lapide uenis permixto:nō ex illo cuius uomicā argētum uiuum appellauimus(is enim & ipſe in argētum excoquitur)ſed ex aliis ſimul repertis.Steriles etiā plumbi deprehēdunt ſolo colore:nec niſi in fornacibus rubeſcētes: exuſtiq; tundūtur in farinā.Et hoc eſt ſecūdariū miniū per quā paucis notū:multū infra naturales illas arenas. Hoc ergo adulterat in officinis ſociorū.Item ſcyrico:quonāmodo ſcyricū fiat ſuo loco dicemus.Sublini āt ſcyrico miniū cōpendii ratio demōſtrat.Et alio modo pingētiū furto opportunū eſt plenos ſubinde abluēdum penicillos.Sidit autē in aqua:conſtatq; furantibus. Sincæri cocci nitor eſſe debet. Secundarii autem ſplendor in parietibus ſentit imaginem.Quāquā hoc rubigo quædam metalli eſt.Siſaponenſibus autem

Vel ex ſardo

miniariis ſuæ uenæ arena ſine argẽto excoquit. Auri modo ꝓbatur. Auro candente fucatũ nigreſcit. Sincærũ retinet colorẽ. Inuenio & calce adulterari. Ac ſimili ratiõe ferri cãdentis lamina: ſi nõ ſit aurũ: deꝓhendi ilico. Solis atq; lunæ cõtactus inimicus remediũ ut parieti ſiccato cæra punica cũ oleo liquefacta candẽs ſetis iducat. Iterũq; admotis gallæ carbõibus aduratur ad ſudorẽ uſq;. Poſtea cãdelis ſubigat: ac deide linteis puris ſicut & marmora niteſcũt. Qui miniũ in officinis poliunt: faciẽ laxis ueſicis illigãt: ne in reſpirãdo pVel pni nicialẽ puluerẽ trahãt: & tamẽ ut per illas ſpectẽt. Minium in uoluminũ quoq; ſcriptura uſurpatur. Clario cioſum reſq; litteras uel in auro uel in marmore etiam in ſepulchris facit.

De hydrargyro: de argẽto inaurãdo: de coticulis in argẽti generibus & experimẽtis. CA. VIII.

EX ſecũdario iuenit uita & hydrargyꝝ in uicem argẽti uiui pauloãte dilatũ. Fit autẽ duobus modis: æreis mortariis piſtilliſq; trito miſo ex aceto: aut patinis fictilibus ꝓpoſitũ ferrea cõcha cali ce coopertũ argilla ſuperillita. Dein ſub patinis accẽſum follibus cõtinuo igni: atq; ita calicis ſudore deterſo: qui fit argẽteo colore: & aquæ liquore. Idem guttis diuidi facilis & lubrico humore cõfluere. Quod cũ uenenũ eſſe cõueniat: omnia quæ de minio in medicinæ uſu tradũtur: temeraria arbitror: præter q̃ fortaſſe ꝙ illitũ capiti uentriue ſanguinem ſiſtit: dum ne quid prætereat in uiſcera: ac uulnus attingat: aliter utendũ nõ equidẽ cẽſeam. Hydrargyro argẽtum inauratur ſolũ nũc prope: cum & in æra ſimili modo duci debeat. Sed eadem fraus quæ in omni uitæ parte ingenioſiſſima eſt: uilioꝛẽ excogitauit materiam: ut docuimus. Auri argẽtiq; mẽtionem comitatur lapis quem coticulam appellãt: quõdam nõ ſolitum inueniri niſi in flumine Tmolo: ut auctor eſt Theophraſtus. Nunc uero paſſim quem alii heraclium: alii lydium uocãt. Sunt autem modici: quaternas uncias lõgitudinis: binaſq; latitudinis nõ excedẽtes. Qđ a ſole fuit in iis melius: quã ꝙ a terra. Iis coticulis periti cum e uena lima rapuerint experimentum: protinus dicunt quantum auri ſit in ea: quãtum argenti uel æris ſcrupulari differentia mirabili ratiõe nõ fallente. Argentiq; duæ differentiæ. Batillis ferreis candẽtibus ramento impoſito: quod candidum permaneat: probatur. Proxima bonitas ruffo: nulla nigro. Sed experiento quoq; fraus interuenit: ſeruatis enim in uirorũ urina batillis inficitur ita ramẽtum obiter dum uritur: cãdoremq; mẽtitur. Eſt aliquod experimentum politi & in halitu hominis: ſi ſudet protinus: nubemq; diſcutiat.

De ſpeculis: & ægyptio argento. CA. IX.

LAmias duci: & ſpecula fieri nõ niſi ex optimo poſſe creditũ fuerat. Id quoq; iã fraude corrũpit. Sed natura mira eſt imagines reddẽdi: qđ repercuſſo aere: atq; in oculos regeſto fieri conuenit. Eadẽ ui in ſpeculis uſu polita craſſitudine: paulũq; propulſa dilatatur in immẽſum magnitudo imaginũ. Tãtum intereſt: repercuſſum illũ reſpuat: an accipiat. Quinetiã pocula ita figurantur: exculptis intus crebris ceu ſpeculis: ut uel uno intuẽte populus totidẽ imaginũ fiat. Excogitãtur & mõſtrifica: ut in tẽplo ſmyrnæ dicata. Id euenit figura materiæ. Plurimũq; refert: cõcaua ſint & poculi modo an media depreſſa: an elata: an auerſa: an obliqua ſupina: an recta qualitate excipiẽtis figuræ torquẽte ueniẽtes umbras. Neq; enim eſt aliud illa imago: q̃ digeſta claritate materiæ excipiẽtis umbram. Atq; ut oĩa de ſpeculis peragãtur hoc loco optima apud maiores fiebãt brũduſina: ſtagno & ære mixtis. Prælata ſunt argẽtea. PriVel paſi mus fecit praxiteles magni Põpeii ætate. Nuperq; credi cœptũ: certioꝛẽ imaginẽ reddi auro appoſito auerteles ſis. Tingit & ægyptus argẽtum: ut in uaſis Anubẽ ſuũ ſpectet: pingitq; nõ cælat argẽtum. Trãſit inde materia & ad triũphales ſtatuas: mirũq; creſcit p̃ciũ fulgoris excæcati. Id autẽ fit hoc modo. Miſcẽt argẽto tertia pars æris cyprii tenuiſſimi: quod coronariũ uocãt: & ſulphuris uiui quãtum argẽti. Cõflatur ĩ fictili circũlito argilla: Modus coquẽdi donec ſeipſa opercula aperiãt. Increſcit oui indurati luteo: ut tamẽ aceto & creta detereatur. Miſcuit denario triumuir Antonius ferrum. Miſcuit æri falſæ monetæ. Alii e pondere ſubtrahunt: cum ſit iuſtum. lxxxiiii. e libris ſignari. Igitur ars facta denarios probare tam iucunda e lege plebe: uti Mario gratidiano uicatim totas ſtatuas dicauerit. Mirũq; in hac artium ſola uitia diſcuntur: & falſum denarii ſpectatur exemplar: pluribuſq; ueris denariis adulterinus emitur.

De immodica pecunia: & quorum maximæ opes fuerint: & quando primum Populus Romãus ſtipem ſparſerit. CA. X.

NOn erat apud antiquos numerus ultra centum millia. Itaq; hic & hodie multiplicat: ut decies centena millia: aut ſæpius dicãtur. Fœnus hoc fecit numinuſq; percuſſus: & ſic quoq; æs alienũ etiãnum appellat. Poſtea diuites cognominati: dũmodo notũ ſit: eũ qui primus acceperit hoc nomẽ Vel is decoxiſſe creditoribus ſuis. Ex eadẽ gente. M. Craſſus negabat diuitẽ eſſe: niſi qui redditu annuo legionẽ tueri poſſet. In agris ſuis ſeſtertiũ. xx. millia poſſedit. Quiritiũ poſt Syllã ditiſſimus. Nec fuit ſatis Vel meniſi totum parthoꝝ eſuriſſet aurũ. Atq; ut nomẽ quidẽ optimi occupauerit. Iuuat. n. inſectari inexplebilẽ moriã iſtam habendi cupiditatẽ. Multos poſtea cognouimus ſeruitute liberatos opulẽtiores pariterq; tres. Claudii principatu Pallãtem Calliſtũ & Narciſſum. Atq; ut ii omittãtur: tanq̃ adhuc rerum potiãtur. C. Aſinio Gallo. C. Martio Cyrino cõſſ. ad. vi. Calẽ. Februa. C. Cecilius Claudius Iſidorus teſtamẽto ſuo edixit: q̃uis multa ciuili bello perdidiſſet: tamẽ relinquere ſeruorũ quattuor millia: cẽtum. xvi. Iuga boum tria millia ſexcenta. Reliqui pecoris. cc. lvii. millia. In numerato põdo ſexcenta millia. Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertiis Vel. c. x. .xi. milibus. Cõgregatæ & excedẽtes numerũ opes. Quota tamẽ portio erunt Ptolemæi: quẽ Varro tradit Vel poPompeio res gerẽte circa iudæã octona millia equitũ ſua pecunia tolerauiſſe. Mille cõuiuas totidem aureis toriis potoriis mutantẽ uaſa cũ ferculis ſaginaſſe. Quota uero illæ ipſæ (neq; enim de regibus loquor) portio fuerit Pithii bythinni qui platanũ auream: uitẽq; nobilẽ illã Dario regi donauit: Xerxis copias: hoc eſt ſepties pateris Vel pi .lxxxviii. millia hominũ excepit epulo. Stipẽdium quinq; mẽſium frumẽtũq; pollicitus: ut e quinq; liberis thio ſenectuti ſuæ in delectu unus ſaltẽ cõcederet. Hunc quoq; ipſum aliquis cõparet Cræſo regi. Quæ malũ

amentia eſt:id in uita cupere:quod aut etiã ſeruis cõtigerit:aut ne in regibus quidẽ inuenerit finẽ? Populus Ro. ſtipem ſpargere cœpit. Sp. Poſthumio. Q. Martio cõſſ. Tãta pecunia erat:ut eam cõferret. L. Scipiõi:ex qua is ludos fecit. Nam q̃ Agrippæ Menenio ſextãtes æris in funus cõtulit:honoris id neceſſitatiſq̃ ꝓpter paupertatem Agrippæ:non largitionis eſſe dixerim.

De luxuria & frugalitate in uaſis:& lectis argẽteis:& quãdo lances ĩmodicæ factæ. CA. XI.

VAſa ex argento mira incõſtantia humani ingenii uariat:nullũ genus officinæ diu probãdo: nũc furniana:nũc clodiana:nũc gratiana. Etenim tabernas mẽſis adoptauimus: nunc anaglypha: in aſperitatẽq̃ exciſa circa linearũ picturas quærimus. Iam uero & mẽſas repoſitoriis impõimus: & ad ſuſtinẽda obſonia ĩterradimus altera:& intereſt q̃plurimũ lima perdiderit. Vaſa coquinaria ex argẽto Caluus orator fieri querit. At nos carrucas ex argẽto cælare inuenimus. Noſtraq̃ ætate Poppeia cõiunx Neronis pricipis delicatioribus iumẽtis ſuis ſoleas ex auro quoq̃ iduere ſolebat. Libras .xxxii. argẽti. Africanus ſequẽs hæredi reliquit. Idẽq̃ cum de pœnis triumpharet:quattuor millia.cccc.lxx. põdo tranſtulit. Hoc argẽtum tota Carthago habuit illa terraꝝ æmula:quod nũc in mẽſarũ eſt apparatu. Poſtea uicta numãtia & deleta:idem Africanus in triumpho militibus.xvii.millia põdo dedit. O uiros illo imperatore dignos:qbus hoc ſatis fuit. Frater eius allobrogicus primus oĩum mille põdo habuit. At Liuius druſus in tribunatu plebis.xi.millia. Nam propter quinq̃ pondo notatũ a cenſoribus triumphalẽ ſenem: iam fabuloſum uidetur. Item Catũ Elium cũ legati ætolorũ in cõſulatu prandẽtem in fictilibus adiſſent miſſa ab iis uaſa argẽtea nõ accepiſſe:neq̃ aliud habuiſſe argenti ad ſupremũ uitæ diem quã duo pocula: quæ. L. Paulus ſocer ei ob uirtutem deuicto Perſeo rege donaſſet. Inuenimus legatos Carthaginenſiũ dixiſſe:nullos hominũ benignius inter ſeſe uiuere q̃ Romanos. Eodem.n.argẽto apud oẽs cœnitauiſſe ſeipſos. At hercules Põpeium Paulini equitis arelatenſis filium:paterna quoq̃ gente pulſum:q̃.xii.põdo argenti habuiſſet apud exercitũ ferociſſimis gẽtibus oppoſitũ ſcimus. Lectos uero mulierũ iampridẽ totos operiri argento & triclinia quædã qbus argentũ addidiſſe primus tradit:Caruillius pollio eques Romãus: nõ ut operiret:aut deliaca ſpecie faceret:ſed pũica idẽ & aureos fecit? Nec multo poſt argẽtei deliacos imitati ſũt. Quæ oĩa expiauit bellũ ciuile ſyllanũ. Paulo.n.ante hæc facta ſunt. Lãceſq̃ e cẽtenis libris argẽti:quas tũc ſup qngẽtas numero Romæ fuiſſe cõſtat:multoſq̃ ob eas ꝓſcriptos dolo cõcupiſcẽtiũ. Erubeſcãt annales q̃ bellũ ciuile talibus uitiis ĩputauere. Noſtra ætas fortior fuit Claudii pricipatu. Seruus eius Druſillanus noie Rotundus:diſpẽſator hiſpãiæ citerioris qnquagẽariã lancẽ habuit:cui fabricãdæ officina prius exædificata fuerat. Et comitẽ eius octingẽtas quinquagintaocto libraꝝ. Quare quæſo? niſi ut q̃ multi eas cõſerui iferrẽt: aut qbus cœnãtibus? Cornelius Nepos tradit ante Syllæ uictoriã duo tãtum triclinia Romæ fuiſſe argentea. Repoſitoriis argentũ addi ſua memoria cœptũ Feneſtella dicit:q̃ obiit nouiſſimo Tyberii Cæſaris principatu. Sed & teſtudinea tum in uſum ueniſſe. Ante ſe autẽ paulo lignea rotunda ſolida nec multo maiora q̃ menſas fuiſſe. Se quidẽ puero: quadrata & cõpacta aut acere operta:cædro cœpiſſe. Mox additũ argentũ in angulos lineaſq̃ per cõmiſſuras. Tympana uero ſe iuuene appellata ſtateras & lãces quas antiqui magydas appellauerãt. Nec copia tãtũ argẽti fuerat uitæ:ſed ualidius pœnæ metu preciũ. Idq̃ iampridẽ ut ignoſcamus nobis. Delphinos quinis milibus ſeſtertiis in libras emptos. Ca. Gracchus habuit. L. uero Craſſus orator duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos ſeſtertiis centũ. Cõfeſſus eſt tamẽ nũq̃ ſe iis utiꝓpter uerecundiã auſum. Sicut eundẽ. vi. millia ſeſtertiis in ſingulas libras uaſa empta habuiſſe. Aſia primũ deuicta luxuriã miſit in italiã. Siquidẽ. L. Scipio tranſtulit in triumpho argenti cælati põdo millia quadringenta. l. Et uaſorũ aureorũ pondo.cc.millia. anno cõditæ urbis quingẽteſimo ſexageſimoquinto. Eadem aſia domita:multo etiã grauius afflixit mores:inutiliorq̃ uictoria illa hæreditas Attalo rege mortuo fuit. Tum enim hæc emendi Romæ in auctionibus regiis uerecundia exempta eſt:urbis anno.dc.xxvi. mediis .lvi. annis erudita ciuitate amare etiã & non ſolũ amirari opulentiã externam. Immẽſo & achaicæ uictoriæ momento ad impellẽdos mores:quæ & ipſa hoc ĩteruallo anno urbis.dc.viii. parthica ſigna:& tabulas pictas ĩuexit:ne quid deeſſet. Pariterq̃ luxuria nata eſt:& carthago ſublata:ita cõgruẽtibus fatis:ut & liberet amplecti uitia:& liceret peccare ex dignatiõe. Hinc aliqui uetereꝝ:ut. C. Marius poſt uictoriã cimbricã cãtharis portaſſe. Liberipatris exẽplo tradit:ille arator arpinas & manipularis imperator.

De ſtatuis argenteis:& cælatura argenti:& cæteris quibuſdam CA. XII.

ARgenti uſum in ſtatuas primũ ad honorẽ Diui Auguſti in adulationẽ temporũ trãſiſſe falſo exiſtimat. Iam enim triũpho magni Põpei reperimus trãſlatã Pharnacis:qui primus regnauit ĩ põto:argenteã ſtatuã. Itẽ Mithridatis Eupatoris & currus aureos argẽteoſq̃. Argẽto ſuccedit ex ea re aliquãdo & auro luxu fœminaꝝ plebis:cõpedes ſibi ex eo facientiũ: quas induere aureas mos triſtior uetat. Vidimus & ipſi Aureliũ Fuſcũ motũ equeſtri ordine ob inſignẽ calũniã cũ celebritatẽ expectarent adoleſcentiũ ſcholæ ex argẽto annulos habentẽ. Et quid hoc attinet colligere cũ capuli militũ ebore etiã faſtidito cælarent argento:uaginæ catillis:baltei laminis crepitent. Iam uero a pedagogis ad tranſitũ uirilitatis cuſtodiant. Argẽto fœminæ lauent & niſi argẽtea ſolia faſtidiãt:eadẽq̃ materia & cibis & ꝓbris ſeruiat. Videret hæc Fabritius & ſtratas argento mulierũ balineas:ita ut ueſtigio locus nõ ſit cũ uiris lauantium. Fabritius inquã qui bellicoſos ĩperatores pluſq̃ pateram & ſalinũ ex argẽto habere uetabat. Videret hinc donaſortiũ fieri:aut in hæc frangi. Heu mores Fabritii nos pudet. Mirũ in auro cælando iclaruiſſe neminẽ:argento multos. Maxime tamẽ laudatus eſt Mentor:de quo ſupra diximus. Quattuor paria deniq̃ ab eo oĩno facta ſunt:ac iam nullũ extare dicitur:Epheſiæ Dianæ templũ iacet. Capitoliũ incẽdiis. Varro & æreũ ſignũ eius habuiſſe ſcripſit. Proximi ab eo ammiratiõe Acragas & Boetus & Mys fuere. Extãt hodie omniũ opera in inſula Rhodiorũ boeti apud lyndiam Mineruã in tẽplo. Acragantis in tẽplo liberipatris in

ſpſa Rhodo bacchæ centauriq; cælati in ſcyphis. Myos in eadē æde & Silenus & Cupido ſacra gentis: & ue neratio in ſcyphis. Magna fama poſt hos celebratus eſt Antipater: quiq; ſatyrū in phyala grauatū ſōno col/ locauiſſe uerius q̄ cælaſſe dictus eſt Stratōicus. Mox Cyzicenus Tauricus. Itē Ariſton & Onychus Mithy/ lene laudaſ. Et Hecateus: & circa magna Pōpei ætatē Praxiteles Poſidonius Epheſius: Lædus Stratites: qui prœlia armatoſq; cælauit. Zopyrus qui areopagitas & iudiciū Oreſtis in duobus ſcyphis pōdo. xii. æſtima tis. Fuit dein pytheas: cuius duæ unciæ uiginti uenierūt. Vlyxes & Diomedes erāt ī phyalæ emblemate pal ladium ſurripiētes. Fecit idem & cocos Magireſia appellatos paruulis potoriis. Sed e q̄bus ne exēplaria q̄dē liceret exprimere. Tam opportūa iniuriæ ſubtilitas erat. Habuit & Teucer Cruſtarius famā. Subitoq; hæc ars ita exoleuit: ut ſola iam uetuſtate cenſeaſ uſq; adeo attritis cælaturis: ne figura diſcerni poſſit: auctoritas cōſtet. Argentū medicatis aquis inficiſ: atq; etiā afflatu ſalſo: ſicut in mediterraneis hiſpāiæ. In argēti & auri metallis naſcunſ etiā nunc pigmēta. Sil. n. cæruleū: quod proprie limus eſt. Optimū ex eo quod atticū uo/ catur. Preciū in. p. libras. xxxii. Proximū marmoroſum ſub dimidio attici precio. Tertiū genus eſt preſſum quod alii ſcyricum uocāt ex inſula ſcyro. Iam q̄dē & ex achaia quo utuntur ad picturæ umbras. Precium in libras huius. HS. ii. Dipondiis uero detractis quod lucidum uocāt e gallia ueniens. Hoc aūt & attico ad lumina utūtur. Ad abacos nō niſi marmoroſo: quoniā marmor in eo reſiſtit amaritudini calcis. Effoditur & ad. xx. ab urbe lapidē in montibus. Poſtea uritur preſſum appellantibus qui adulterant. Sed eſſe falſum aduſtumq; amaritudine apparet: quoniam reſolutum in puluerem eſt.

De ſile: & ceruleo: & chryſocolla: & neſtoriano: & cilono: & q̄ non omni anno æqualiter ſpecies uendan tur. CA. XIII.

Ille primi inſtituere pingere: Polygnotus & Mycon attico dūtaxat. Hoc ſecuta ætas ad lumina uſa eſt. Ad umbras aūt ſcyrico & lydio. Lydiū ſardibus emebaſ: quod nūc obmutuit. Cæruleū arena eſt. Huius genera tria. Antiquius ægyptiū: quod maxime p̄batur ſcyricū hoc diluiſ faci/ le. Cunq; teriſ: in quattuor colores mutaſ: cādidioré nigrioréue: craſſioré: tenuioréue. Preferſ huic etiānum cypriū. Acceſſit his puteolanū & hiſpaniēſe: arena ibi cōfici cœpta. Tinguiſ aūt omne: & ī ſua coquitur herba: bibitq; ſuccū. Reliqua cōfectura eadē quæ chryſocollæ. Ex ceruleo fit: quod uocaſ lomen/ tum. perficitur id lauādo terendoue: & hoc eſt cæruleo candidius. precia eius. xxiii. in libra. Cærulei. xviii. Vſus in creta calcis impatiens. Nuper acceſſit & neſtorianū ab auctore appellatum. Fit ex ægyptii leuiſſima parte. precium eius. xl. in libras. Idem & puteolani uſus: præter q̄ ad feneſtras. Vocant cœlon. Non pridē ap portari & indicum eſt cœptum. Cuius preciū. xvii. in libras. Ratio in pictura ad īciſuras hoc eſt umbras di uidendas ab lumine. Eſt & ſubtiliſſimū genus lomenti: quidā tritum uocāt quinis aſſibus æſtimatū. Cæru lei ſinceri experimētum in carbone ut flagret. Fraus uiola arida decocta in aqua: ſuccoq; per linteū expreſſo in eretam erethriam. Vis eius in medicina ut purget ulcera. Itaq; & emplaſtris adiiciunt. item cauſticis. Te/ ritur difficillime ſile. In medendo leuiter mordet: aſtringitq; & explet ulcera. Vritur in fictilibus ut proſit. Precia rerum quæ uſquā diſpoſuimus: non ignoramus alia in aliis locis eſſe: & omnibus pene annis mutari prout nauigationes conſtiterint: aut ut quiſq; mercatus ſit: aut aliquis prævalens manceps annonam flagel let: non obliti Demetrium tota hellade Neronis principatu accuſatum apud conſulem. poni tamē neceſſa/ rium fuit: quæ plerunq; erant romæ: ut exprimeretur auctoritas rerum.

Vel anti quitus

Vel qd dant tri tum

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXIIII.

PROOEMIVM.

Aeris metalla. CA. I.

Vel fa/ brorū

PROXIMA DICAN/ tur aeris metalla: cui & in uſu proximum ē precium. immo uero ante argentum: ac pe/ ne etiam ante aurum corinthio. Stipis quo/ que auctoritas: ut dixi mus. Hinc æra militū tribuni ærarii: & æra/ riū: & obærati ab ære dicti. Docuimus q̄diu Populus Ro. ære ſignato tātū uſus eſſet: & alia quæ uetuſtas tradidit: cum æqualē urbi auctoritatē eius declararet a rege Numa collegio tertio fabrum æra/ riorū inſtituto. Vena quo dictū eſt mō effodiſ igniq; perficiſ. Fit & elapide eroſo: quē uocāt Cadmiā. Cele britas ī aſia: & quōdā ī cāpāia: nūc ī pgōatiū agro: ex/ trēa pte italiæ. ferūtq; nup ī germānia ēt, puīcia reptū.

Genus æris:quæ corinthia:quæ deliaca:quæ ægynetica. CA. II.

EIt & ex alio lapide:quē calcitē uocāt in cypro:ubi prima fuit æris inuētio.Mox utilitas p̄cipua reperto in aliis terris p̄ſtantiore:maxime aurichalco:qđ ob p̄cipuā bonitatē ammiratiōe diu obtinuit. Nec reperiť lōgo iā rpe effœta tellure. Proximū bōitate fuit Saluſtianū in ceutronū alpino tractu nō lōgi & ipſum æui.Succeſſit & liuianū in gallia.Vtrūq; a metallo⁊ dominis appellatū: illud ab amico diui Auguſti:hoc a cōiuge:uelocis defectus.Liuianū quoq; certe admodū exiguū inueniť.Sūma gloria nūc in marianū cōuerſa:quod & cordubēſe diciť.Hoc a liuiano cadmiā maxie ſorbet:& aurichalci bonitatē imitaťin ſeſtertiis dupōdiariiſq; cyprio ſuo aſſibus cōtentis.Et hactenus nobilitas in ære naturalis ſe habet.Reliqua genera artificio cōſtant:q̄ ſuis locis reddentť:ſumma claritate ante oīa īdicata.Quōdā æs cōfuſæ auro argēto q; miſcebaťr:& tamē ars præciſior erat.Nunc ícertum eſt peior hæc ſit an materia.Mirūq; cū ad infinitū operū precia hæc creuerint:auctoritas artis extincta eſt.Quæſtus.n.cauſa:ut oīa: exerceri cœpta eſt:quæ gloriæ ſolebat.Ideo etiā deo⁊ adſcripta operi cū ꝓceres gentiū claritatē & hac uia quærerent: adeoq; exoleuit fundēdi æris precioſi ratio:ut iādiu ne fortūa qdē í ære ius artis habeat.Ex illa aūt antiqua gloria corinthiū maxie laudaťr:hoc caſus miſcuit.Corintho cū caperetť icenſa:mireq; circa id multo⁊ affectatio fuit.Quippe cū tradaťr nō aliena de cauſa Verrē quē Cicero dānauerat ꝓſcriptū eſſe ab Antonio:quā q; corinthiis ſe ei ceſſurū negauiſſet.At mihi maior pars eo⁊ ſimulare eā ſcientiā uideť:ad ſegregandos ſe a cæteris:magis q̄ ítelligere aliquid ſubtiliūs:& hoc paucis docebo.Corinthus capta ē olympiadis cētesimæ qnquageſimeſextæ anno.iii.noſtræ urbis ſexcēteſimooctauo:cū ante in ſæculo fictores nobiles eē deſiſſent quo⁊ iſti oīa ſigna hodie Corinthia appellāt.Quapropter ad coarguēdos eos ponemus artificū ætates: nā urbis noſtræ annos ex ſupradicta cōparatiōe olympiadū colligere facile erit.Sunt ergo uaſa tātū corinthia quæ iſti elegātiores nūc æs ſculpēdo trāſferūt modo in lucernas:modo í trullas:nullo mūditia⁊ reſpectu. Eius tria genera.Cādidū argēto nitore q̄ proxime accedēs:in quo illa mixtura prævaluit.Alterū in quo auri ſulua natura.Tertiū in quo æqualis oīum tēperies fuit.Præter hæc eſt:cuius ratio nō pōt reddi: q̄q̄ hoīs manufacta dederit fortuna tēperamētum ſimulacro ſigniſq;.illud ſuo colore precioſum ad iocineris imaginē uergēs:quod ideo epatizon appellāt:procul a Corinthio.Lōge tamē ante ægyneticū atq; deliacū: quæ diu obtinuere principatū.Antiquiſſima æris gloria deliaca fuit mercatus in delo cōcelebrāte toto orbe: & ideo cura officinis triclinio⁊ pedibus fulciſq;.Ibi prima nobilitas æris.Peruenit deinde ad deū ſimulacra: effigiemq; hoīum:& alio⁊ aīalium.proxima laus gynetico fuit.Inſula ipſa eſt nec gignēs: ſed officinarum temperatura nobilitata.Bos æreus inde captus in foro boario eſt Romæ.Hic eſt exemplar ægynetici æris. Deliaci autem iupiter in capitolio in Iouis tonantis æde.Illoq; ære Myron uſus eſt.Hoc polycletus æqualis atq; condiſcipulus.Aemulatio autem & in materia fuit.

De candelābris:& templorum ornamentis. CA. III.

PRiuatimq; ægyna cādelabro⁊ ſuperficiē dūtaxat elaborauit:ſicut tarentū ſcapos: in iis ergo iuncta cōmēdatio officina⁊ eſt.Nec pudet tribuno⁊ militariū ſalariis emere:cū ipſum nomē a cādelarum lumine ípoſitū appareat.Accenſio candelabri talis fuit:ut auctor eſt Dion iuſſu p̄conis Cleſippus fullo gibbere & præterea alio fœdus aſpectu febricatus eſt:emente id Gegania feſtertiis.l.eodēq; oſtentāte in cōuiuio emptum:ludibrii cauſa nudatus:atq; impudētia libidinis receptus in torum:mox in teſtamētū prediues numinū uice illud cādelabrū coluit:& hāc corinthiis fabulā adiecit: uindicatis tamē moribus nobili ſepulchro:per qđ æterna ſupra terras Gegāiæ dedecoris memoria duraret. Sed cū eſſe nulla corinthia cādelabra cōſtet:nomē id præcipue in iis celebraťr:quoniā Nūmii uictoria corinthū quidē diruit:ſed cōpluribus achaiæ oppidis ſimul æra diſperſit.Priſci limina etiā ac ualuas in tēplis ex ære factitauere.Inuenio & a Cn.Octauio qui de perſeo rege nauale triūphū egit factā porticū duplicē ad cyrcū flaminiū:quæ corinthia ſit appellata a capitulis æreis colūnarū.Veſtæ quoq; ædem ipſam ſyracuſana ſupficie tegi placuiſſe.Syracuſana ſunt in Pantheo capita colūnarū a.M.Agrippa poſita.Quinetiā priuata opulētia eo modo uſurpata eſt.Camillo enim crimini obiecit Sp.Caruillius quæſtor: q; ærata hoſtia haberet in domo.Nā triclinia ærata abacoſq; & monopodia.Cn.Manliū aſia deuicta primū iuēiſſe triūpho ſuo: quē duxit urbis anno quingēteſimo ſexageſimoſeptimo.L.Piſo.auctor eſt.Antias qdē.L.Craſſum hæredē.L. Craſſi oratoris multa etiā triclinia ærata uendidiſſe.Ex ære:factitauere & cortinas tripodū noīe delphicas: quoniā donis maxime Apollinis delphici dicabanť.Placuere & lychni pēſiles in delubris:arbo⁊ modo mala ferentiū lucētes.Qualis eſt in tēplo Apollinis palatini:quē Alexāder Theba⁊ expugnatiōe captū luciniæ dicauerat eidem deo.Trāſit deinde ars ubiq; uulgo ad effigiem deorum.

Quando primum ſimulacrum Romæ factum:& de origine ſtatuarum & honore ſtatuarum:& generibus:& figuris. CA. IIII.

ROmæ ſimulacrū ex ære factum Cereri primū reperio ex peculio.Sp.Caſſii:quē regnū affectātē pater ipſius íteremerat.Trāſiit & ab diis ad hoīum ſtatuas:atq; imagines multis modis: Antiq pingebāt eas bitumine:quo magis mirū eſt:placuiſſe auro ítegere.Hoc neſcio an romanū fuerit iuentū.Certe etiā Romæ nō habet uetuſtatē.Effigies hoīum nō ſolebāt exprimi niſi aliqua illuſtri cauſa ppetuitatē merētiū:& primo ſacro⁊ certaminū uictoria:maximeq; olympiæ ubi oīum q uiciſſent:ſtatuas dicari mos erat.Eorū uero qui ter ibi ſuperauiſſent:ex mēbris ipſo⁊ ſimilitudine expreſſa: quas iconas uocāt.Atheniēſes neſcio an primi oīum Harmodio & Ariſtogitōi tyrānicidis publice poſuerīt ſtatuas.Hoc actū eſt eodē anno:quo & reges Romæ pulſi.Excepta deinde res eſt a toto orbe terra⁊ humaniſſima ambitiōe.Et iam oīum municipio⁊ & fori ſtatuæ ornamētū eſſe cœpere:,progariq; memoria hominum & honores legi æuo & baſibus inſcribi:ne in ſepulchris tantum legerentur. Mox forum & in do-

Vel ebu xonum

uel noie

uel totū

mibus priuatis factum atq; in atriis. Honos clientum instituit sic colere patronos.

De statuis & quibusdam aliis: & quibus primum in colũna: & quando rostra: & quãdo primum publice: & quæ primum statuæ Romæ. CA. V.

Vel græcis mos est

IOgata effigie antiquitus statuæ dicabãt. Placuere & nudæ tenẽtes hastã ab ephebor& gymnicis exẽplaribus: quas achilleas uocãt. Græca res est nihil uelare. At cõtra romana ac militaris thoracas addere. Cæsar quidẽ dictator loricatã sibi dicari in foro suo passus est. Nã lupercor& habitu factæ tam nouitiæ sunt: q̃ quæ nuper ꝓdiere penulis idutæ. Mãcinus eodẽ habitu sibi instituit quo deditus est. Notatũ ab auctoribus &. L. actiũ poetã in camœnar& æde maxima forma statuã sibi posuisse: cũ breuis admodũ fuisset. Equestres uero statuæ modo Romanã celebrationẽ habent: orto sine dubio a græcis exẽplo. Sed illi celatas tãtum dicabãt in sacris uictores. Postea uero & qui bigis uel quadrigis uicissent. Vnde & nostri currus nati in iis qui triumphauissent. Serũ hoc & in iis nõ nisi a Diui Augusto seiuges sicut & elephãti. Nõ uetus & bigarũ celebratio in iis qui prætura functi curru uecti essent ꝑ circũ. Antiqor colũnarũ: sicut. C. Menio qui deuicerat priscos latinos: qbus ex fœdere tertias predæ Popu. Ro. præstabat. Eodẽq; in cõsulatu in suggestu rostra deuictis antiatibus fixerat anno urbis. cccc xvi. Itẽ. C. Duilio qui primus nauale triũphum egit de pœnis: quæ est etiam nũc in foro. Itẽ. P. Minutio præfecto annõnæ: extra portam trigeminã unciaria stipe collata. Nescio an primo honor talis a populo. Antea enim a senatu erat: ꝑclara res: nisi friuolis cœpisset initiis. Nãq; & atti Nauii statua fuit ante curiam: cuius basis conflagrauit curia incensa. P. Clodii funere. Fuit & Hermodori ephesii in comitio legum: quas decẽuiri scribebãt: interpretis publice dicata. Alia causa & alia auctoritas maior in Oratii Coclitis statua: quæ durat hodieq; cum hostes a ponte sublicio solus arcuisset. Equidẽ & Sybillæ tres iuxta rostra sunt: minores sint licet. Vna quam pacuuius Taurus ædilis plebis instituit. Duæ quas. M. Messalla. Primas putarẽ has & Atti Nauii positas ætate Tarquinii prisci: nisi regum antecedentium essent in capitolio.

Vel uncial

Vel sublitio

De statuis sine tunicis & qbusdã aliis: & q̃ prĩa Romæ statua equestris: & quãdo oẽs statuæ priuatim & publice sublatæ: & qbus Romæ mulieribus: & quæ prĩæ ab exteris publice positæ. CA. VI.

EX iis Romuli est sine tunica: sicut & Camilli in rostris: & ante ædem Castorum fuit. M. Tremelli equestris togata: qui samnites bis deuicerat. Captaq; anagnia populum stipendio liberauerat. Inter antiquissimas sunt & Tullii Celii. L. Roscii. Et Sp. Matici Fulcini in rostris a fidennatibus in legatione interfectorum. Hoc a Romão Populo tribui solebat iniuria cæsis: sicut. P. Iunio: & .T. Coruncanio: qui ab Teuca illiricorum regina interfecti erant. Non omittendum: quod annotauere annales: tripedaneas iis statuas in foro statutas. Hæc uidelicet mensura honorata tunc erat. Non præteribo. C. Octauium ob unum uerbum quo regem Antiochum dilaturum se responsum dicẽtem uirga quam tenebat forte circunscripsit. & priusquam egrederetur circulo illo: responsum dare coegit. In qua legatione interfecto senatus statuam poni iussit quam oculatissimo loco in rostris. Inuenitur & statua decreta Taraciæ Caiæ siue Suffeciæ uirgini uestali: ut poneretur ubi uellet. quod adiectum non minus honoris habet: quã q̃ fœminæ est decreta. Meritum eius ipsis ponam annalium uerbis. Quod campum tyberinum gratificata ea esset populo. Inuẽio & Pythagoræ & Alcibiadi in cornibus comitii positas cum bello sannitico Apollo pythius fortissimo græcorum gentis iussisset & alteri sapientissimo simulacra celebri loco dicari: donec Sylla dictator ibi curiam faceret. Mirumq; est illos patres Socrati cunctis ab eodem deo sapientia prælato Pythagoram prætulisse: aut tot aliis uirtute Alcibiadem: aut quemquam utroq; Themistocli. Columnarum ratio erat: attolli supra cæteros mortales: q; & arcus significant nouitio inuento. Primus tamẽ honos cœpit a græcis. Nullique arbitror plures statuas dicatas quam phalerio Demetrio athenis. Siquidem. ccc. lx. statuere: quas mox lacerauerunt: nondum anno hunc numerum dierum excedente. Statuerant Romæ etiam in omnibus uicis. C. Mario Gratidiano tribus ut diximus: easdemque subuentere Syllæ introitu. Pedestres sine dubio Romæ fuere in auctoritate longo tempore. Equestrium tamen origo per quam uetus est cum fœminis etiam honore cõicato. Cloeliæ enim statua est equestris: ceu parum esset toga eam cingi: cum nec Lucretiæ: nec Bruto qui expulerant reges: propter quos Cloelia iter obsides fuerat: decerneretur. Hanc primam & Oratii Coclitis publice dicatam crediderim. Ante enim sibi ac Sybillæ Tarquinium & reges ipsos posuisse uerisimile est: nisi Cloeliæ positam esse quoque Piso traderet ab iis qui una obsides fuerant redditis a Porsena in honorem eius: habuit e diuerso Annius fæcialis equestrem statuam contra Iouis Statoris ædem in uestibulo superiore domus ualeriæ fuisse Publicolæ cõsulis filiæ: eamque solam fugisse. Tyberimque transnatauisse: cæteris obsidibus qui porsenæ mittebantur: interemptis Tarquinii insidiis. L. Piso prodidit. Idem auctor est Marco Aemylio &. C. Popilio secundo consl. a censoribus Publio Cornelio Scipione: & Marco Popilio statuas circa forum eorum qui magistratus gesserant sublatas omnes: præter eas quæ populi aut senatus sententia statutæ essent. Eam uero quam apud ædem Telluris statuisset sibi Spu. Cassius: qui regnum affectauerat: etiam conflatam a censoribus. Nimirum in ea quoq; re ambitionem prouidebant illi uiri. Extant Catonis in censura uociferationes: mulieribus Romãis in prouinciis statuas poni. Nec tamen potuit inhibere: quo minus Romæ quoque ponerentur: sicuti Corneliæ Gracchorum matri: quæ fuit Africani prioris filia. Sedens enim huic posita: soleisque sine amento insignis in Metelli publica porticu. Quæ statua nunc est in Octauiæ operibus. Publicæ autem ab exteris posita est Romæ. C. Aelio tribuno plebis lege perlata in Septimium Statilium Lucanum: qui thurinos bis infestauerat. Et ob id. C. Aelium thurini statua & corona aurea donarunt. Idem postea Fabritium donauere statua liberati obsidione. Passimque statuæ in clientela sunt receptæ. Et adeo discrimen omne sublatũ: ut Hannibalis etiã statuæ tribus locis uisant in ea urbe: intra cuius muros solus hostiũ emisit hastam.

Vel Cn. popiliũ

Vel q̃sq;

Vel Cœliæ

Vel gentes

De antiquis ſtatuariis & preciis ſignoꝝ imodicis:& coloſſis in urbe celeberrimis. CA. VII.

VIſſe aũt ſtatuariã artẽ familiarẽ italiæ quoq; & uetuſtã indicãt Hercules ab Euandro ſacratus:ut pduntin foro boario:qui triũphalis uocaſ:atq; per triũphos ueſtitur habitu triũphali.Præterea Ianus geminus a Nũma rege dicatus:qui pacis belliq; argumẽto colitur. Digitis ita figuratis: ut trecentoꝝ quinquagintaquinq; dieꝝ nota p ſignificationẽ anni tpis & æui ſe deũ idicaret. Signa quoq; thuſanica per terras diſperſa:quæ in ethruria factitata nõ eſt dubiũ.Deoꝝ tantũ putarẽ eẽ:ni Metrodorus Sceptius cui cognomẽ romãi nois Odio inditũ eſt.Vulſinios pulſatos ꝓpter cẽtũ & decẽ ſtatuarũ ſignа obiecerit.Mirũq; mihi uidetur cũ ſtatuaꝝ in italia tam uetus origo ſit:potius lignea aut fictilia deorũ ſimulacra in delubris dicata uſq; ad deuictã aſiam:unde irrepſit & luxuria. Similitudines exprimẽdi quæ prima fuerit origo:in ea quã plaſticen græci uocant dici cõuenientius erit.Etenim prior quã ſtatuaria fuit. Sed hæc ad infinitũ efflоruit multorũ uoluminũ opere ſi quis plures perſequi uelit.Oia enim quis poſſit? In.M. Scauri ædilitate tria millia ſignorũ in ſcæna tantũ fuere tẽporario theatro.Mũmius deuicta achaia repleuit urbem.Ipſe exceſſit nõ relicturus filiæ dotem.Cur enim nõ cum excuſatione ponatur? Multa & Luculli inuexere.Rhodi etiãnum.iii.millia ſignorũ eſſe Mutianus ter conſul prodidit: nec pauciora athenis & olympiæ.Delphis ſupereſſe creduntur.Quis iſta mortaliũ perſequi poſſit? aut quis uſus noſcẽdi intelligat? Inſignia tamẽ & maxime aliqua de cauſa notata:uoluptuariũ ſit attigiſſe:artificeſq; celebratos nominauiſſe ſingulorũ quoq; inexplicabilem multitudinẽ:cum Lyſippus ad ſexcenta.x.opera feciſſe tradat. Ante omnia ut arti claritatẽ poſſent dare uel ſingula.Numerũ apparuiſſe.defuncto eo cum theſauꝝ effregiſſet hæres:ſolitum .n. ex immani precio cuiuſq; ſigni denarios ſe ponere aureos ſingulos. Euecta ſupra humanã fidem ars eſt ſucceſſu:mox etiam audacia. In argumẽtum ſucceſſus:unum exẽplum afferam: nec deorum nec hoĩum ſimilitudinis expreſſæ. Aetas noſtra uidit in capitolio:priuſq; id nouiſſime cõflagraret a Vitellianis incenſum in cella Iunonis canẽ ex ære uulnus ſuum lambentẽ.Cuius extmiũ miraculũ & idiſcreta ueriſimilitudo nõ ex eo ſolũ itelligitur:ꝙ ibi dicatus fuerat:uerũ & noua ſatiſdatiõe:nã ſumma nulla par uidebaſ:capite tutelarios cauere pro eo inſtitui publici fuit.Innumera ſunt exẽpla.Moles quippe excogitatas uidemus ſtatuaꝝ quas coloſſos uocãt turribus pares.Talis eſt in capitolio Apollo tráſlatus a.M. Lucullo ex apollonia ponti urbe.xxx.cubitoꝝ.c.l.talẽtis factus.Talis in cãpo martio Iupiter a Claudio Cæſare dicatus:qui ideo uocaſ Põpeianus a uicinitate theatri.Talis & taréti factus a Lyſippo.xl.cubitoꝝ.Miꝛ in eo ꝙ manu(ut ferunt)mobilis ea ratio liberamẽti eſt:ut nullis cõuellaſ ꝓcellis.Id quidẽ ꝓuidiſſe & artifex dicit:modico iteruallo.Vnde maxime opus erat flatũ frangi oppoſita colũna.Itaq; pp magnitudinem difficultatẽq; moliẽdi:nõ attigit eũ Fabius uerrucoſus:cũ Herculẽ qui eſt in capitolio:inde tráſferret.Ante oẽs aũt in ammiratiõe fuit Solis coloſſus rhodi quẽ fecerat Chares Lyndius Lyſippi ſupradicti diſcipulus. Septuaginta cubitoꝝ altitudinis fuit.Hoc ſimulacrũ poſt quinquageſimũ ſextũ annũ terremotu ꝓſtratũ. Sed iacens quoq; miraculo eſt.Pauci pollicẽ eius ampiectunt.Maiores ſunt digiti q̃ pleræq; ſtatuæ. Vaſti ſpecus hiant de fractis mẽbris.Spectant intus magnæ molis ſaxa:quoꝝ põdere illud ſtabiliuerat conſtituens.Duodecim annis tradũt effectũ.ccc.talentis:quæ cõtulerãt ex apparatu regis Demetrii relicta moræ tedio.Sunt alii minores hoc in eadẽ urbe coloſſi centũ numero.Sed ubicũq; ſinguli fuiſſent nobilitaturi locum.Prætereq; hos deoꝝ quinq; quos fecit Bryaxis.Factitauit coloſſos & italia.Videmuſq; certe Apollinẽ in bibliotheca templi Auguſti thuſcaniũ.l.pedũ a pollice:dubiũ ære mirabiliorẽ an pulchritudine.Fecit & Sp.Caruilius Iouẽ qui eſt in capitolio uictis ſamnitibus ſacrata lege pugnãtibus e pectoralibus eoꝝ ocreiſque & galeis.Amplitudo tãta eſt:ut cõſpiciaſ a Latiario Ioue.Reliquiiſq; limæ ſuã ſtatuã eã fecit:quæ ẽ ante pedes ſimulacri eius:Habẽt in eodẽ capitolio ammirationẽ:& capita duo:quæ.P.Lẽtulus cõſul dicauit. Alterũ a Charete ſupradicto factũ.Alterũ fecit Decius cõparatiõe in tantũ uictus:ut artificiũ minime probabilis artificis uideaſ.Verũ omnẽ amplitudinẽ eius generis ſtatuarũ uicit ætate noſtra Zenodorus Mercurio facto in ciuitate galliæ aruernis per annos.x.pedũ.cccc.immani precio. Is poſtq̃ ſatis ibi artem approbauerat:Romã accitus eſt a Nerone:ubi deſtinatũ illius principis coloſſum fecit centũ.x.pedum longitudine:qui dicatus Solis uenerationi eſt damnatis ſceleribus illius principis.Mirabantur in officina non modo ex argilla ſimilitudinem inſignem:uerum & de paruis admodum ſurculis quod primum operis inſtar fuit.Ea ſtatua indicauit interiſſe fundendi æris ſcientiam:cum & Nero largiri aurum argentũq; paratus eſſet & Zenodorus ſcientia fingendi cælãdiq; nulli ueterũ poſtponeretur. Statuã aruernorũ cũ faceret: ꝓuinciæ Vibio Auito præſidente duo pocula Calamidis manu cælata:quæ Caſſio Syllano auunculo eius præcepto ri ſuo Germanicus Cæſar adamata donauerat æmulatus eſt:ut uix ulla differentia eſſet artis. Quãtoq; maior in Zenodoro præſtantia fuit:tanto magis deprehendi æris oblitteratio poteſt.

Vel ſignorũ

Vel iſtituti

Vel ratione

Vel relicto

Vel qui

Vel inſtauratiõi fiũt

Vt artis deprehendæ

Nobilitate ex ære operum & artificum.ccclxvi. CA. VIII.

SIgnis quæ uocant corinthia pleriq; in tantũ capiuntur:ut ſecũ circũferant:ſicut Hortenſius orator ſphingẽ Verri reo ablatam.Propter q̃ Cicero illo iudicio in altercatiõe negãti ei ſe enigmata intelligere:reſpõdit debere:quoniã ſphingem domi haberet.Circũtulit & Nero princeps amazonẽ:de qua dicemus.Et pauloãte.C.Ceſtius cõſularis ſignũ quod ſecũ etiã in ꝓlio habuit. Alexandri quoq; magni tabernaculũ ſuſtinere traduntſolitæ ſtatuæ:ex quibus duæ ante Martis ultoris ædẽ dicatæ ſunt:totidem ante regiã.Minoribus ſimulacris ſigniſq; inumera prope artificũ multitudo nobilitata eſt. Ante oẽs tamẽ Phidias athenis Ioue olympiæ facto ex ebore quidẽ.Sed ex ære ſigna fecit. Floruit aũt olympiade octogeſimatertia circiter.ccc.noſtræ urbis anno.Quo eodẽ tẽpore æmuli eius fuere Alcamenes:Critias:Neſtocles:Hegleas.Et deinde olympiade octogeſimaſeptima Agelades:Callon:Polycletus: Phragmõ:Gorgias:Lacõ:Myron:Pythagoras:Scopas:Perelius.Ex iis Polycletus diſcipulos habuit Argiũs

Asopodorum: Alexim: Aristidem: Phrynonem: Dinonem: Athenodorum: Dameam: Clitorium: Myronem: Lycium. Nonagesimaquinta olympiade floruere Naucydes: Dinomedes: Canachus: Patrocles. Centesimasecunda Polycles: Cephisiodotus: Leochares: Epatodorus. Centesimaquarta Praxiteles: Euphranor: Centesimaseptima Echion: Theromachus: Centesima quartadecima Lysippus fuit: & cum eo Alexander magnus. Item Lysistratus & frater eius Sthennis: Euphronides. Sostratus Ion: Syllaniō. In hoc mirabile: q̄ nullo doctore nobilis fuit ipse. Discipulosq̄ habuit Zeusin & Iadem. Centesima. xx. Eutychides: Eutycrates: Lahippus: Cephisiodotus: Timarcus: Pyromachus. Cessauit deinde ars: ac rursus olympiade centesima quinquagesimaquinta reuixit: cum fuere longe quidem infra prædictos probati tamen Antheus: Callistratus: Polycles: Atheneus: Callixenus: Pytocles: Pythias: Tomylos. Ita distinctis celeberrimorum ætatibus insignes raptim transcurram reliquam multitudinem: & passim dispersam. Venere autem & in certamen laudatissimi: quamquam diuersis ætatibus geniti: quoniam fecerant amazonas: quæ cum in templo Ephesiæ Dianæ dicarentur: placuit eligi probatissimam: ipsorum artificum qui præsentes erant iudicio: cum apparuit eam esse: quam omnes secundam a sua quisq̄ iudicasset. Hæc est polycleti: ꝓxima ab ea phidiæ. Tertia chresillæ. Quarta cyclonis. Quinta phragmonis: phidias præter Iouem olympium quem nemo æmulatur. fecit & ex ebore æque Mineruam athenis: quæ est in parthenone astans. Ex ære uero præter amazonem supradictam Mineruam tam eximiæ pulchritudinis: ut a forma cognomen acceperit. Fecit & Clidichum & aliam Mineruam: quam Romæ ad ædem. Fortunæ æmilius paulus dedicauit: itē duo signa: quæ catulus in eadem æde posuit: palliata. Et alterum colossicon nudum. primusq̄ artem toreuticem aperuisse atq̄ demonstrasse merito iudicatur: polycletus sicyonius ageladis discipulus. Diadumenum fecit molliter iuuenē centum talentis nobilitatum: item & Doryphorum uiriliter puerum. Fecit & quem canona artifices uocant: liniamenta artis ex eo petentes uelut a lege quadam. soluſq̄ hominum artem ipse fecisse artis opere iudicatur. Fecit & distringētem se. Et nudum talo incessentem. Duosq̄ pueros. Item talis nudos ludentes: qui uocantur astragalizontes: & sunt in Titi imperatoris atrio: quo opere nullum absolutius pleriq̄ iudicant. item Mercurium qui fuit lisymachiæ. Herculem qui Romæ antheum a terra sustinentem: artemona qui periphoretos appellatus est. Hic consumasse hanc scientiam iudicatur: & toreuticen sic eruditse: ut phydias aperuisse: proprium eiusdem: ut uno crure insisterent signa excogitasse: ut ait Varro: & pene ad unum exemplum Myronem eleuteris natum: & ipsum Ageladis discipulum bucula maxime nobilitauit celebratis uersibus laudata: quando alieno pleriq̄ ingenio magis quam suo commendantur. Fecit & canem: & Dyscobolon: & Persea: & Pristas: & satyrum admirantem tibias: & Mineruā: delphicos pētathlos pancratiastas. Herculem etiā qui est apud circum maximū in æde pompei magni. Fecit & cicadæ monumētum & locustæ: sicut carminibus suis Erina significat. Fecit & Apollinem quem a triūuiro Antonio sublatum restituit ephesius diuus Augustus ammonitus in quiete. Primus hic multiplicasse uarietatem uidetur numerosior in arte q̄ polycletus: & in simetria diligentior. Et ipse tamen corporum tenus curiosus: animi sensus non expressisse. Capillum quoq̄ & pubem nō emendatius fecisse q̄ rudis antiquitas instituisset. Vicit eum Pythagoras ex italia Rheginus pancratiaste delphis posito. Eundem uicit & Leontius qui fecit stadiodromō astylon: qui olympiæ ostenditur. Et lybin puerum tenentem tabellas eodem loco: & mala ferētem nudum. Syracusis autem claudicantem: cuius ulceris dolorem sentire etiam spectantes uidētur. Item apollinem citharedum: serpentemq̄ eius confici sagittis: qui Dicæus appellatus est: quoniam cum thebæ ab Alexandro caperentur: aurum a fugiente conditum sinu eius cælatum esset. Hic primus neruos & uenas expressit capillumq̄ diligentius. Fuit & alius pythagoras samius initio pictor: cuius signa ad ædem fortunæ huiusce deæ sunt seminuda: unde & laudata sunt. Hic supradicto facie quoq̄ indiscreta similis fuisse traditur. Rhegini autem discipulus & filius sororis fuisse traditur. Sostratii lysippus Sicyonius. Duris negat. Tullius fuisse discipulum affirmat. Sed primo ærarium fabrum. Audendi ratione cœpisse pictoris Eupompi responso. Eum enim interrogatū quē sequeretur antecedentiū: dixisse demōstrata hominū multitudine: naturā ipsam imitanda esse: non artificem. plurima ex omnibus signa fecit: & ut diximus fœcūdissimæ artis: inter quæ distringentē se: quē. M. Agrippa ante thermas suas dicauit: mire gratū Tyberio principi: qui nō quiuit tēperare sibi in eo: q̄q̄ iperiosus sui inter initia principatus trāstulitq̄ in cubiculum: alio ibi signo substituto: cū quidē tanta populi Romani cōtumacia fuit: ut magnis theatri clamoribus reponi Apoxyomenon cōflagitauerit: princepsq̄ q̄q̄ adamatū reposuerit. Nobilitat lysippus & temulēta tibicina & canibus ac uenatiōe. In primis uero quadriga cū sole Rhodio ꝙ. Fecit & Alexandrū magnū multis operibus: a pueritia eius orsus. Quā statuā inaurari iussit Nero princeps delectatus admodū illa. Dein cū precio perisset gratia artis: detractū est aurū p̄ciosiorq̄ talis existimat etiā cicatricibus operis atq̄ cōscissuris: in q̄bus aurum hæserat remanētibus. idē fecit Ephestionē Alexādri magni amicū: quē quidā polycleto ascribunt: cū is cētū prope annis ante fuerit. idē Alexādri uenationē quæ delphis sacrata est. Athenis satyrorum turmā. Alexandrum amicorumq̄ eius imagines summa omniū similitudine expressit. Has metellus macedonia subacta transtulit Romam. Fecit & quadrigas multoꝝ generū. Statuariæ arti plurimū traditur contulisse capillum exprimendo. Capita minora faciēdo q̄ antiqui. Corpora graciliora siccioraq̄: per quæ proceritas signorum maior uideretur. Non habet latinum nomen symmetria: quam diligentissime custodiuit noua intactaque ratione quadratas ueterum staturas permutādo: uulgoq̄ dicebat: ab illis factos quales essent homines a se quales uiderentur esse. Huius proprie uidentur esse argutiæ operū custoditæ in minimis quoq̄ rebus. Filios & discipulos reliquit laudatos artifices lahippū & Bedam: sed ante oēs Eutychratem: q̄q̄ is cōstantiam patris potius æmulatus q̄ elegantiam austero maluit genere quam iucundo placere. Itaq̄ optime expræssit Herculem delphis & Alexandrum Thespin uenatorem & thespiadum prælium æquestre. Simu

Vel tymoles

lachrum trophonii ad oraculum. Quadrigas medeæ complures, Equū cum fiscinis. Canes uenantiū. Huius porro discipulus fuit Thysicrates & ipse Sicyonius: sed Lysippi sectæ propior ut uix discernantur complura signa: ceu senex Thebanus Demetrius rex: Peuceste alexandri magni seruator. Digni tanta gloria artifices. Qui compositis uoluminibus condidere hæc: miris laudibus celebrāt: & thelaphanem phoeceum ignotum alias: quoniam in thessalia ubi habitauerit: latuerint opera eius alioquin suffragiis iporum æquatur polycleto: myroni: pythagoræ. Laudant eius larissam: & spirarchum. Pentathlon: & apollinem: alii nō hanc ignobilitatis fuisse causam: sed quoniā se regum Xerxis & Darii officinis dediderit: existimant. Praxiteles quoq; marmore fœlicior: ideo clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera. Proserpinæ raptū. Item cataguſam: & ebrietatem: & liberum patrem: nobilemq; una satyrum: quem græci periboetō cognominant. Signa etiam quæ ante fœlicitatis ædem fuere. Veneremq; quæ cum ipsa æde incendio cremata est Claudii principatu: marmoreæ illi suæ per terras iclytæ parem. Item stephusam. Spelumenem: Oenophorum: Harmodium: & aristogytonem tyránicidas: quos a Xerse persarum rege captos uicta perside atheniensibus remisit. Magnus alexander. Fecit & puberem apolliné subrepenti lacertæ cōmunis sagitta insidiantem: quem Sauroctonon uocant. Spectantur & duo signa eius diuersos effectus exprimentia flentis matronæ & meretricis gaudentis. Hanc putant phrynem fuisse: deprehenduntq; in ea amorem artificis: & mercedem in uultu meretricis. Habet simulachrum & benignitas eius. Calamidis enim quadrigæ aurigā suū imposuit. ne melior in æquorum effigiæ in homine defeciſſe crederetur: ipse calamis & alias quadrigas bigasq; fecit: æquis semper sine æmulo expræssis. Sed ne uideatur in hominū effigie inferior: alchmena nullius est nobilior: alcamenes phidiæ discipulus & marmorea fecit: & æreum pentathlon: qui uocatur encrinomenos: at polycleti discipulus aristides quadrigas & bigas. Et iphicratis leæna laudatur. Scortum hæc lyræ cantu familiaris. Harmodio & aristogytoni consilia eorum de tyrannicidio usq; ad morté excruciata a tyrannis nō pdidit. Quāobrē athenienses eam honore habere uolentes: ne tamen scortum celebrasse uiderentur: animal nominis eius fecere: atq; ut itelligeretur causa honoris in opere linguam addi ab artificæ uetuerunt. Bryaxis æsculapium & seleucum fecit. Bedas odorantem Batton apollinem & iunonem: qui sūt Romæ in templo concordiæ. Cresilas uulneratum deficientē: in quo possit intelligi: quantū restat animæ. Et olympium periclē dignum cognomīe. Mirumq; in hac arte est: q; nobiles uiros nobiliores fecit. Cephisidorus mineruam mirabilem in portu athenienſium. Et aram ad templum iouis seruatoris in eodé portu: cui pauca comparantur. Canachus apollinem nudum qui philesius cognominatur in didymeo ægyneticī æris temperatum. Ceruumq; una ita uestigiis suspendit: ut linum subter pedes trahatur alterno morsu calceq; digitis retinentibus solum: ita uertebrato dente utriusq; in partibus: ut a repulsu per uices resiliat. Item celetizontas pueros fecit. Chereas Alexandrum magnum. Et philippum patrem eius fecit. ctheſilaus doryphoron: & amazonem uulneratam. Demetrius lysimachen: quæ sacerdos mineruæ fuit annis. lxiiii. Idem & mineruam quæ musica appellatur: quoniam dracones in gorgone eius ad ictus citharæ tinnitu resonant. Idem æquitem sarmenem: qui primus de æquitatu scripsit. Dedalus & ipse inter fictores laudatus pueros duos distringentes se fecit. Dynomenes protesilaum: & pythodemum luctatorem. Euphranoris Alexander paris est: in quo laudatur: q; omnia simul intelligantur: iudex dearum: amator Helenæ: & tamē achillis interfector. Huius est minerua Romæ: quæ dicitur catuleana infra capitolium a. Q. Luctatio catulo dicata. Et simulachrum boni euentus dextra pateram: sinistra spicam ac papauer tenens. Item latona puerpera apollinem & Dianam infantes sustinens in æde concordiæ. Fecit quadrigas bigasq;. Et clyticon eximia forma. Et uirtutē ægregiā: utraq; colloſtreas. Mulierē ministrātē & adorantē: itē Alexandrū & philippū in q̄drigis. Eutychydes eurotā fecit: ī quo artē ipam liqdiorē plurimi dixere. Hegiæ minerua pyrrhusq; rex laudat. Et celetizontes pueri: & castor ac pollux ante ædē Iouis tonantis agesiæ: in pario colonia Hercules isidori. Butthyreus lycius myronis discipulus fuit: q fecit dignū p̄ceptore pueꝝ sufflantē lāguidos ignes & argonautas: leocras: aquilam sentientem quid rapiat in Ganymede: & quid ferat: parcentē unguibus etiā per uestem. Puerum autolycon pancratio uictorem: propter quem Xenophō sympoſium scripsit. Iouem q; illum Tonantem in capitolio ante cuncta laudabilem: item apollinem diadematum: luciſcus lagonem puerum subdole ac fucatæ uernilitatis. Lycius & ipse puerum suffitorem. Menechmi uitulus genu præmitur replicata ceruice. Ipseq; menechmus scripsit de sua arte. Naucides mercurio & discobolo īmolante arietem censetur. Naucerus luctatorem anhelantem fecit. Niceratus Aesculapium & hygiam qui sunt in concordiæ templo romæ. Phynomachi quadriga regitur ab alcibiade: polycles hermaphroditum nobilem fecit. Pyrrhus hygiam & mineruam. Phœnix: lysippi discipulus epitherſen. Stypax cyprius uno celebrat signo splachnopte. Periclis olympii uernula. Hic fuit exta torrens: ignem oris pleni spiritu accendēs. Syllanion apollodorum fecit fictorem & ipsum: sed inter cunctos diligentissimum artis: & inimicum sui iudicē crebro pfecta signa frangentē: dū satiare cupiditatē negt artis: & iō insanū cognominatū. Hoc in eo exp̄ssit: nec hoiem ex ære fecit: sed iracundiā. Et achillē nobilē. Itē epistatē exercētē athletas. Strongilion amazonē: quā ab excellentia crurū Eucnemō appellāt. Ob id in comitatu Neronis principis circūlatā. Itē fecit puerū: quē amādo Brutus philippēsis cognomīe suo illustrauit. Theodorus q labyrinthū fecit fami: ipse se ex ære fudit p̄ter similitudinē nobilē: fama magnæ subtilitatis celebratus. Dextra limā tenet: leua tribus digitis q̄drigulā tenuit translatā preneste: tantæ paruitatis: ut totam eam currumq; & aurigam integeret alis simul facta musca. Xenocrates Tisicratis discipulus: aut ut alii Eutycratis: uicit utroq; copia signoꝝ: & de sua arte composuit uolumina. plures artifices fecere Attali & eumenis aduersus gallos prœlia. Isigonus: phyromachus: Stratonicus: Antigonus: qui condidit uolumina de sua arte. Boeti q̄q̄ argēto melior īfans eximie anserem strangulat. Atq; ex oībus q̄ rettuli clarissima quæq; in urbe iam sunt dicata a Vespasiano principe in

Velcathlisin

templo pacis:aliiſq; eius operibus uiolentia Neronis in urbem conuecta:& in ſellariis domus aureæ diſpo
ſita.Præterea ſunt æqualitate celebrati artifices:ſed nullius ope& ſuo& præcipui.Ariſton qui & argentum
cælare ſolitus eſt.Callaſes:Deſias:Cantharus:Sicyonius:Dionyſiodorus:Critiæ diſcipulus:Deliades: Eu
phorion:Eunicus:& Hecatæus.Argenti cælatores:Leſbocles: pdorus:pythodicus:polygnotus.Idé picto
res nobiliſſimi.Ité ex cælatoribus:Stratonicus:Scymnus qui fuit Critiæ diſcipulus.Nunc percenſebo eos:
Vel an/ qui eiuſdem generis opera feceruntut apollodorus:androbolus:aſclepiodorus:aleuas philoſophus: appel
helas las:& adorãtes fœminas antigonus.Et luctatores peryxyomenon.Tyránicidaſq; ſupradictos:antimachus:
athenodorus:Fœminas nobiles ariſtodemus:& luctatores bigaſq; cum auriga.Philoſophos anus Seleucũ
regem.Habet quoq; huius gratiã Doryphorus.Cephiſidori duo fuere. E priore eſt Mercurius liberũpa
trem in iſantiã nutriens.Fecit & concionantẽ manu elata. Perſona in incerto eſt.Sequẽs philoſophus fecit
celetas:qui cũ phidia Iouẽ olympiũ fecerat . Philoſophus itẽ Cleon:& Cenchramis:& callicles:& Cephis:
& Calcoſthenes:& comœdos:& athletas:Dahippus:pellatiomenõ:Daiphron:& Democritus:& Dæmon:
philoſophus Epigenon oia fere prædicta imitatus pceſſit in tubicine & mri iterfectæ infantẽ miſerabiliter
blandientẽ.Eubolides digitis cõputans.Mycon athletis ſpectatus.Menogenes q̃drigis.Nec minus Nicera
tus oia quæ cæteri aggreſſus:repſentauit Alcibiadẽ:lampadeq; accenſa matrẽ eius Demareten ſacrificantẽ;
pthiſicrates bigæ:pitho mulierẽ ipoſuit.Idẽq; fecit Martẽ & Mercuriũ qui ſunt in Cõcordiæ tẽplo Romæ
perillũ nemo laudat ſæuiorẽ phalaride tyranno:cui taurũ fecit mugitus hois pollicitus igne ſubdito:& pri
mus eũ expertus eſt cruciatũ iuſtiore ſæuitia.In hoc a ſimulachris deũ hoiumq; deuocauerat humaniſſimã
artem:iõ ne tot conditores eius elaboraueranttut ex ea torméta fierent:itaq; una de cã ſeruanẽ opera eius:
ut q̃ſquis illa uideat:oderit manus.Sthenis Cererẽ:Iouem: Mineruã fecit: qui ſunt Romæ in Concordiæ
templo.Idem flentes matronas:& adorantes:ſacrificanteſq;.Simon canẽ & ſagittariũ fecit.Stratonicus cæ/
lator ille philoſophus.Scopas utroſq;.Athletas aũt & armatos & uenatores:ſacrificanteſq; Batton.Euchir
Glaucides:Heliodorus:Hycanus:Lophon:Lyſon:Leon:Menodorus:Myagrus:polycrates:polydus:& py/
thocritus:ptogenes.Iidẽq; pictura clariſſimi:ut dicemus.Patrocles polis poſſidonius:qui & argentũ cæla/
uit nobiliter natiõe epheſius.Perichlymenus : phylon:Simenus:Thimotheus:Theomneſtus : Thimarchi
des:Thimon:Thyſias:Traſon.Ex oĩbus aũt maximæ cognomine iſignis eſt Callimachus ſemp calũniator
Vel ca/ ſuitnec finẽ habens diligentiæ ob id texitechnos appellatus.Memorabilis exemplo adhibẽdæ curæ modũ.
cote xi/ Huius ſunt ſaltantes lacænæ emendatũ opus.Sed in quo gratiã oẽm diligentia abſtulerit.Quẽ quidẽ & pi
technos ctorem fuiſſe tradũt.Nõ ære captus:nec arte unam ſolũmodo Zenonis cypriã ſtatuã in expeditiõe nõ uen/
dit Cato.Sed qa philoſophi erat.Vt obiter hoc quoq; noſcaẽ tam inane exemplũ in mentione ſtatuarũ eſt:
& una non ptereunda:licet auctoris incerti iuxta roſtra Herculis tunicati.Eleo habitu Romæ : torua facie
Vel ſu/ ſentiẽtæq; ſupma in tunica:ĩ hac tres ſũt tituli.Vnus.L.Luculli ĩperatoris de manubiis. Alter pupillũ lucul
leo li filiũ eſt.S.C.dedicaſſe.Tertius.T.Septimiũ Sabinũ ædilem curulem ex priuato in publicũ reſtituiſſe.Tot
certaminũ tantæq; dignationis ſimulachrũ id fuit:nũc reuertemur ad differentias æris & mixturas.In cy/
prio coronariũ & regulare eſt utrũq; ductile.Coronariũ tenuaẽ in laminas:taurorũq; felle tinctũ ſpẽm auri
in coronis hiſtrionũ præbet.Idẽq; in uncias additis auri ſcrupulis ſenis ptenui pyropi bractea igneſcit. Re/
gulare & in aliis fit metallis.Idẽq; chaldarioꝝ differẽtia:q; chaldariũ fundiẽ tantũ: malleis fragile : q̃bus re/
gulare obſequiẽ:ab aliis ductile appellatũ:quale oẽ cypriũ eſt.Sed & in cæteris metallis cura diſtat a chalda
rio oẽ.n.purgatis diligentius igni uitiis excoctiſq; regulare eſt.In reliqs generibus palma cãpano.Simile in
multis partibus italiæ prouinciiſq;.Sed octonas plumbi libras addunt:& bene recoquũt propter inopiam
ligni.Quantum ea res differentiæ afferat:in gallia maximæ ſentitur:ubi iter lapides candefactos funditur.
Exurente enim coctura:nigrum atq; fragile conficitur.Præterea ſemel recoquunt:quod ſæpius feciſſe bo
nitati plurimum confert.Id quod notaſſe:non ab re eſt.

Differentiæ æris & mixturæ:& de ſeruando ære. CA. IX.

AEs oẽ frigore magno melius fundi.Sequenſq; tẽperatura ſtatuaria eſt. Eadẽq; tabularis hoc mõ.
Maſſa proflaẽ in primis:mox ĩ proflatũ addiẽ tertia portio æris collectanei:hoc ẽ ex uſu coempti.
Peculiareq; in eo cõdimẽtũ attritu domiti & cõſuetudie nitoris:ueluti mãſuefacti.Miſcenẽ & plũ
bi argẽtarii põdo duodena:ac ſelibra centenis pflati.Appellaẽ ẽt nunc & formalis tẽperatura æris
tenerrimi:qm̃ nigri plũbi decima portio addiẽ:& argẽtarii uigeſima:maximæq; ita colorẽ bibit:quẽ græ/
canicũ uocãt.Nouiſſima eſt quæ uocaẽ ollaria:uaſe nomẽ hoc dante.Ternis aut q̃ternis libris plũbi argen
tarii in centenas æris additis.Cyprio ſi addaẽ plũbũ:colos purpuræ fit in ſtatuaꝝ ptextis.Aera exterſa rubi
ginẽ celerius trahũt:quã neglecta:niſi oleo punganẽ.Seruari ea optimæ in liqda pice tradunt.Vſus æris ad
ppetuitatẽ monumentoꝝ iampridẽ tranſlatus eſt.Tabulis æreis in q̃bus publicæ cõſtitutiones incidanẽ.

De cadmia medicinæ. CA. X.

METalla æris multis modis inſtruunt medicinam:utpote cum ulcera omnia ibi ociſſime ſanentur.
Maxime tamen prodeſt cadmia. Fit ſine dubio hæc & in argenti fornacibus : candidior ac minus
ponderoſa:ſed nequaquã comparanda ærariæ.Plura autem genera ſunt. Namq; ipſe lapis ex quo
fit æs cadmia uocatur furfuris neceſſarius medicinæ inutilis.Sic rurſus in fornacibus exiſtit: aliã/
que nominis ſui originem recipit. Fit autem egeſta flammis. atque flatu tenuiſſima parte materiæ: &
cameris lateribuſue fornacium pro quantitate leuitatis applicata. Tenuiſſima eſt in ipſo fornacium ore:
qua flammæ eluctantur:appellata capnitis:exuſta:& nimia leuitate ſimilis fauillæ.Interior optima:came/
ris dependens : & ab eo argumento botrytis cognominata ponderoſior hæc priore. Leuior porro ſecutu/
ris.Duo eius colores.Deterior cinereus.Puniceus melior:friabilis:oculorumq; medicamentis utiliſſima.

Tertia eſt in lateribus fornacium: quæ propter grauitatem ad cameras peruenire non potuit. Hæc dicitur placitis: & ipſa ab argumento cruſta uerius q̃ pumex intus uaria: ad pſoras utilior: & ad cicatrices trahẽdas. Fluunt ex ea duo alia genera, Onychitis extra pœne cærula: intus onychys maculis ſimilis. Oſtracitis tota nigra & cæteraꝝ fortiſſima: uulneribus maximæ utilis. Oĩs aũt cadmia in cypri fornacibus optima. Iterũq; a medicis coquit̃ carbone puro atq; ubi in cinerẽ rediit: extinguit̃ uino amineo: quæ ad emplaſtra præparatur: quæ uero ad pſoras aceto. Quidam in ollis fictilibus tuſam urunt: ac lauant: in mortariis: poſtea ſiccãt. Nymphodorus lapidem ipm quã grauiſſimũ ſpiſſumq; urit pruna: & exuſtũ chio uino reſtinguit: tũditq; mox linteo cribrat: atq; in mortario terit: mox aqua pluuia macerat: iterũq; terit quod ſubſedit: donec cærufſæ ſimilis fiat: nulla dentium offenſa. Eadem ſollæ actio: ſed quã puriſſimũ lapidem eligit. Cadmiæ effectus: ſiccare: ſanare: ſiſtere fluctiones: pterygia: ſordes oculoꝝ purgare: ſcabriciem extenuare: & quicquid in plumbi effectu dicemus. Et æs ipſum ad oĩa eadem uritur: præter q̃ albugines oculoꝝ: & cicatrices. Vlcera quoq; oculorum cum lacte ſanat. Idq; ægyptii collyrii mõ terunt in coticulis. Facit & uomitiones e mele ſumptũ. Vritur autem cyprium in fictilibus crudis cum ſulphuris pari pondere: uaſe circũlito ſpiramento in caminis: donec uaſa ipſa percoquantur. Quidam & ſalem addunt. Alii alumen pro ſulphuræ. Alii nihil ſed aceto tantum aſpergunt. Vſtum teritur mortario thebaico: aqua pluuia lauatur: minor effectu: iterumq; adiecta largiore teritur: & dum conſidat relinquitur: hoc ſæpius: donec ad ſpeciem minii redeat. Tunc ſiccatum in ſole: in ærea pyxide ſeruatur. Vel ſordidiſſima

De ſcoria: & flore: & ſquãma æris: & ſtomace: & ærugine: & hyeratio. CA. XI.

IT ſcoria æris ſimili mõ lauat̃: minor effectu quã æs ipſum. Sed & æris flos medicinæ utilis eſt. Fit ære fuſo: & in alias fornaces tranſlato: ubi flatu crebriore excutiunt̃ uelut milii ſquãmæ: quas uocant florẽ: cadunt aũt cum panes æris aqua refrigerant̃ rubentq; ſimiliter ex eis fit: quã uocãt lepida: & ſic adulterat̃ flos: ut ſquãma ueneat p eo. Eſt ãt ſquãma hæc decuſſa ui clauis: ĩ quos panes ærei feruminant̃. In cypriis maximæ officinis oĩa. Differentia hæc eſt: q; ſquãma excutit ictibus iiſdem panibus. Flos cadit ſponte. Squãmæ eſt alterũ genus ſubtilius ex ſũma. ſ. lanugine decuſſum: qđ uocant ſtomoma. Atq; hæc oĩa medici (qđ pace eoꝝ dixiſſe liceat) ignorant. Pars maior & noĩa: in tantũ a conficiẽdis iis medicaminibus abſunt: qđ eſſe propriũ medicinæ ſolebat. Nũc quotiens ĩcidere in libellos: cõponere ex iis uolẽtes aliq̃: hoc eſt ipendio miſeroꝝ experiri cõmentaria: credũt ſeplaſiæ ea oĩbus quidẽ fraudibus corrumpenti: fictaq; iampridẽ emplaſtra & collyria mercant̃: tabeſq; merciũ: fraus ſeplaſiæ ſic exterit̃. Et ſquãma aũt & flos uruntur in patinis fictilibus aut æreis deide lauant̃ ut ſupra ad eoſdẽ uſus. Et amplius nariũ carnoſa uitia, Itẽq; ſedis: & grauitates auriũ: per fiſtulas in eas flatu ĩpulſa. Et ulcera oris farina admota. Tollit & tonſillas cũ melle. Fit & ex cãdido ære ſquãma cypria lõge iefficacior. Necnõ urina pueri prius macerãt clauos paneſq;. Quidam uero excuſſam ſquãmã terunt: & aqua pluuia lauant. Dant & hydropicis duabus drachmis in mulſi hemina: & illinunt cũ polline. Aruginis quoq; magnus uſus. Sed pluribus fit ea modis. Nãq; & e lapide excoquit̃ æs deradit̃: & ære candido pforato: atq; in cadis ſup acetũ ſuſpenſo æreo: obturatũq; operculo: multo pbatiore q̃ ſi hoc idẽ ſquãmis fiat. Quidã uaſa ipſa cãdidi æris fictilibus condũt in aceto radũtq; .x. die. Alii uinaceis cõregunt: totidẽ poſt dies radunt. Alii delimatã æris ſcobẽ aceto ſpargũt: uerſantq; ſpatis ſæpius die donec abſumat̃. Eandẽq; ſcobẽ alii terere in mortariis æreis ex aceto malũt. Ociſſime uero cõtrahit coronariũ æruginé reciſamentis in acetũ additis. Adulterant marmore trito maxĩæ rhodiam æruginé. Alii pumice aut gũmi. Præcipue aũt fallit atramẽto ſutorio adulterata. Cætera. n. dente depræhenduntur: ſtridentia in frendendo. Experimentũ in batillo ferreo. Nã quæ ſincæra eſt ſuũ colorem retinet: quæ mixta atramento rubeſcit. Depræhendit̃ & papyro galla prius macerato. Nigreſcit. n. ſtatim erugine illita. Depræhenditur & uiſu maligne uirens. Sed ſiue ſincæram ſiue adulteram aptiſſimũ eſt eius ſiccatam in patina noua uri & uerſari: donec ut fauilla fiat. Poſtea teritur: & reconditur. Aliqui in crudis fictilibus urunt: donec figlinum percoquatur. Nonnulli & tus maſculum ammiſcent. Lauatur autem ærugo ſicut cadmia. Vis eius collyriis oculorum aptiſſima: & delachrymationibus mordẽdo proficiens. Sed ablui neceſſarium penicillis calidis: donec rodere deſinat. Hieratium uocatur collyrium: quod ita maximæ conſtat. Temperatur autem idem ammoniaci unciis quattuor: ærugĩs cypriæ duabus: atramenti ſutorii: qđ chalcantum uocant totidem. Myſi uero una: croci. ỿi. Hæc omnia trita aceto thaſio colliguntur in pillulas: excellentis remedii contra glaucomatum initia & ſuffuſionum. Cõtra calligines & ſcabricias: & albugines: ac genarum uitia. Cruda autem erugo: uulnerariis emplaſtris miſcetur. Oris etiam & gingiuarumq; exulcerationem mirifice emendat: & labiorum ulcera cum oleo. Quod & ſi cæra addatur: purgat & ad cicatricẽ perducit. Aerugo & callum fiſtularum erodit: uitiorumq; quæ circa ſedem: ſiue per ſe: ſiue cum ammoniaco illita: uel collyrii mõ in fiſtulas adacta. Eadẽq; cũ reſinæ terebinthinæ tertia pte ſubacta lepras tollit.

De ſcolecia: & chalciti: & ſori: & chalcantho. CA. XII. Vel pſorico

EST & alterum genus ærugĩs: quã uocant ſcoleciam in cyprio ære. Hoc trito alumine & ſale aut nitro pari pondere cum aceto albo q̃ acerrimo. Non fit hoc niſi æſtuoſiſſimis diebus circa canis ortum. Teritur autem: donec uiride fiat: contrahatq; ſe in uermiculorum ſpeciem: unde & nomen. Quod uitium ut emendetur: duæ partes q̃ fuere aceti miſcentur urina pueri impubis. Idẽ autem in medicamẽtis & ſanterna efficit: qua diximus aurum ferruminari. Vſuſq; utriuſq; qui æruginis. Scolecia fit & per ſe raſa ab ærario lapide: de quo nũc dicemus. Chalcitim uocãt lapidẽ: ex quo & ipſum æs coquitur. Diſtat a cadmia: q; illa ſuper terram ex ſubdialibus petris cædit̃: hæc ex obrutis. Item q; chalcitis friat ſe ſtatim: mollis natura: ut uideatur lanugo concreta. Eſt & alia diſtinctio: q; chalcitis tria genera continet æris: & myſios & ſorios: de quibus ſingulis dicemus ſuis locis. Habet autem æris uenas oblongas.

Probatur mellei coloris gracili uenarum discursu friabilis: nec lapidosa. Putant & recentem utiliorem esse: quoniã inueterata sori fiat. Vis eius ad excrescẽtia in ulceribus sanguinem sistere: gingiuas: uuam: tonsillas farina compescere. Vuluæ quoq; uitiis in uellere imponitur. Cum succo uero porri uerendoꝝ additur em plastris. Macerat aũt in fictili ex aceto circũlito fimo diebus. xl. Et colorem croci trahit. Tũc ammixto cadmiæ pari pondere medicamentũ efficit pforicon dictum. Quod si duæ partes chalcitidis tertiæ cadmiæ tẽ perentur: acrius hoc idem fiet. Acrius etiãnum & uehementius factum si aceto q̃uino temperent. Tosta uero efficacior fit ad eadem oĩa. Sori ægyptiũ maximæ laudatur: multũ superato cyprio hispaniensi & africo q̃q̃ oculoꝝ quoq; curationi quidã utilius cypriũ putant. Sed in quacũq; natione optimũ: cui maximũ uirus olfactu: trituq; pinguiter nigrescens: & spongiosum. Stomaco res cõtraria in tantũ: ut qbusdã olfactu modo uomitiones moueat. Et ægyptium quidẽ tale. Alterius nationis contrariũ splẽdescit. Et myси est lapidosius. Prodest aũt & dentiũ dolori: si contineatur: atq; colluatur. Et oris ulceribus grauibus: quæq; serpunt. Vritur carbonibus ut chalcitis. Myси aliqui tradiderũt fieri ex usto lapide in scrobibus flore eius luteo miscente se ligni pinea fauilla. Re uera aũt e supradicto fit lapide concretũ natura discretumq; & optimũ in cypriorum officinis: cuius notæ sunt friati aureæ scintillæ: & cum teratur arenosa natura siue terra chalcitidi similis. Hoc autẽ miscent: qui aurũ purgant. Vtilitas aũt eius infusi cũ rosaceo auribus purulentis: & lana impositi capitis ulceribus. Extenuat etiã scabricias oculoꝝ inueteratas. Præcipue utile tonsillis: contraq; anginas & suppurata. Ratio ut. xvi. drachmæ in hemina aceti coquantur addito melle: donec lentescat. Sic ad supradicta utile est. Quotiens opus sit molliri uim eius: mel aspergitur. Erodit & callum fistularum ex aceto fouentiũ: & collyriis additur. Sistit & sanguinem: ulceraq; quæ serpant: quæue putrescãt. Absumit & excrescentes carnes. Peculiariter uirilitatis uiciis utilæ: & fœminaꝝ profluuiũ sistit. Græci cognationẽ æris fecerunt noie & atramento sutorio. Appellant enim chalchantũ. Nec ullius æque mira natura est. Fit & in hispania e puteis stagnisue habentibus id genus aquæ. Decoquit ea ammixta dulci pari mensura: & in poscinas ligneas funditur. Immobilibus super has transtris dependent restes lapillis extentæ: quibus adhærescens limus: uitreis acinis imaginẽ quandã uuæ reddit. Exemptũ ita siccatur diebus. xxx. Color est cæruleus: per quã spectabili nitore: uitrũq; esse creditur. Diluendo fit atramentũ tinguẽdis coriis. Fit & pluribus modis genere eo in scrobe cauato. Quaꝝ e lateribus distillãtes hyberno gelu stalagmiã uocant: neq; est purius aliud. Sed ex eo candidũ colorẽ sentientẽ uiolã leucoion appellant. Fit & in saxoꝝ catinis pluuia aq̃ corriuato limo gelãte. Fit & salis mõ flagrãtissimo sole admissas dulces aq̃s cogẽte. lõ duplici quidã differentia fossile aut facticiũ appellãt. Hoc pallidius: & q̃tum colore: tantũ bonitate deterius. Probãt maximæ cypriũ in medicinæ usu. Sumit ad depellẽda uẽtris aĩalia drachmæ pondere cũ melle. Purgat & caput dilutũ: ac naribus instillatũ. Itẽ stomachũ cũ melle: aut aq̃ mulsa sumptũ. Medet & oculoꝝ scabriciei doloriq; : necnon & caligini & oris ulceribus. Sistit & sanguinẽ nariũ. Itẽ hemorrhoidũ. Extrahit ossa fracta cũ semine hyoscyami. Suspẽdit epiphoras penicillo fronti impositũ. Efficax & in emplastris ad purgãda uulnera: & excrescentia ulcerũ. Tollit & uuas uel si decocto tangantur. Cum lini quoq; semine superponitur emplastris ad dolores tollendos. Quodq; ex eo candicat: in eo usu præfertur uiolaceis. Et grauitati aurũ per fistulas inspiratur. Vulnera etiam per se illitum sanat: sed tinguit cicatrices. Nuperq; inuentum urforum in arena & leonum ora aspergere illo: tantaq; est uis in astringendo: ut non queant mordere.

Vel peior fiat

Vel contritum

De pompholyge: & spodio: & antispodio: & diphryge: & triente sernilio. CA. XIII.

ET iam nũc in ærariis reperiunt quæ uocãt põpholygẽ & spodion. Differentia: q; põpholyx: lotura parat. Spodios illota est. Aliq id qđ sit candidũ leuissimũq; põpholygem dixere: & esse æris & cadmiæ fauillã. Spodion nigrioré: ponderosioréq; esse derasam parietibus fornaciũ mixtis scintillis aliq̃do & carbonibus. Hæc aceto acepto odorẽ æris præstat: & si tangat lingua saporẽ horridum. Conuenitq; oculoꝝ medicamẽtis qbuscũq; uitiis occurrens: & ad oĩa quæ spodion. Hoc solũ distat q; huius elutior uis est. Addit & in emplastra: qbus lenis quærit refrigeratio & siccatio. Vtilior ad oĩa q̃uino lota est. Spodios cypria optima. Fit aũt liquescẽtibus cadmia & ærario lapide. Leuissimæ hæc efflatur & ocius: euolatq; e fornacibus: & tectis adhæresci. A fuligine distans candore. Qđ minus candidũ ex ea: ĩmaturæ fornacis argumentũ est. Hoc quidã pompholygẽ uocant. Qđ uero rubicũdius ex iis inuenitur: acriorem uim habet: exulceratq; adeo: ut cũ lauatur si oculos attingat excæcet. Est & melli coloris spodios: in q̃ plurimũ æris intelligit. Sed qđcunq; genus lauando fit utilius. Purgatur ante pinna: deinde crassiore lotura. Digitis scabriciẽ exterunt. Media uis eius est quæ uino lauat. Est & aliq̃ in genere uini differentia. Leni enĩ lota collyriis oculoꝝ nimium uigiliis fatigatoꝝ apta putat. Eadẽq; efficacior ulceribus q̃ manant: uel oris: quæ madẽt: & oĩbus medicamentis quæ parantur contra gangrenas. Fit & in argenti fornacibus spodios: quã uocant lauriotin. Vtilissima autem oculis eõfirmatur: quæ fit in aurariis. Nec in alia parte magis est uitæ ingenia mirari. Quippe ne inquirenda essent metalla uilissimis rebus: utilitates eadem excogitauit. Antispodion uocant cinerẽ fici arboris uel caprificiuel myrti foliorũ cũ tenerrimis ramoꝝ partibus: uel oleastri uel cytonii malivel lentisci. Itẽ ex moris ĩmaturis. i. cãdidis ĩ sole arefactis: uel e buxicoma: uel pseudocyperi: aut rubi: aut terebinthi: uel oenãthis. Taurini quoq; glutinis: aut linteoꝝ cinerem similiter pollere inuentũ est. Vruntur oĩa ea crudo fictili in fornacibus: donec figlina percoquat. In ærariis officinis & smegma fit: iam liquato ære atq; pcocto: additis etiãnum carbonibus: paulatim q; accensis: ac repente uehementiori flatu expuitur æris pala quædam. Solum quo excipiatur: stratum esse debet: facile ab ea discernitur aqua in iisdem officinis. Diphryga uocant græci ab eo quod bis torreatur. Cuius origo triplex. Fieri enim traditur ex lapide piryte cremato in caminis: donec excoquatur in rubricam. Fit & in cypro ex luto cuiusdam specus arefacto prius: mox paulatim circundatis sarmentis. Tertio fit modo in forma cibus æris

Vel palea

Vel maximæ

fæce ſubſidente. Differentia eſt quidem: q̃ es ipſum in catino defluit: ſcoria extra fornaces: flos ſupernatat. Diphryges remanet. Quidam tradunt in fornacibus globos lapidis qui coquantur: ferruminari: circa hũc æs feruere. Ipſum uero non percoqui: niſi tranſlatum in alias fornaces: & eſſe nodum quendam materiæ. Id quod excocto ſuperſit: diphryga uocant. Ratio eius in medicina ſimilis ſupradictis. Siccare: & excreſcentia conſumere: & perpurgare. Probatur lingua: ut eam ſiccet tactu ſtatim: ſaporemq; æris reddat. Vnũ etiã num æris miraculum non omittemus. Seruilia familia illuſtris infaſtis trientem æreum paſcit auro & argento: conſumentẽ utrũq;. Origo atq; natura eius incõperta eſt mihi. Verba ipſa de ea re Meſſallæ ſenis ponam. Seruilioꝝ familia hẽt trientẽ ſacrũ. Cui ſũma cum cura magnificentiaq; ſacra quot annis faciunt: quẽ ferunt alias creuiſſe alias decreuiſſe uideri: & ex eo aut diminutionẽ: aut honorẽ familiæ ſignificari.

De ferro: & ferreis metallis: & differentiæ ferri. CA. XIIII.

PRoxime indicari debent metalla ferri: optimo uitæ peſſimoq; inſtrumẽto. Siquidẽ hoc tellurem ſcindimus: ſerimus arbuſta: ponimus pomeria: uites ſqualore deciſo annis oĩbus cogimus iuuenſcere. Hoc extruimus tecta: cædimus ſaxa: oẽſq; ad alios uſus ferro utimur. Sed eodẽ ad bella: cædes: latrocinia non cõminus ſolũ: ſed ẽt miſſili uolucriq;: nunc tormẽtis excuſſo: nunc lacertis: nũc uero pennato quã ſceleratiſſimã humani ingenii fraudẽ arbitror. Siqdẽ: ut ocius mors pueniret ad hoiem: alitẽ illã fecimus: pennaſq; ferro dedimus. Quamobrẽ culpa eius nõ natura fiat accepta. Aliquot experimẽtis probatũ eſt poſſe innocens eſſe ferrũ. In fœdere qd expulſis regibus Po. ro. dedit Porſena: noĩatim comprehenſum iuenimus: ne ferro niſi in agricultura uterent. Et cum ſtilo ſcribere intutũ: ut uetuſtiſſimi auctores ꝓdiderunt. Magni Põpeii in tertio cõſulatu extat edictũ: in tumultu necis clodianæ ꝓhibẽtis ullum telũ eſſe in urbe. Et tamen uita ipſa nõ defuit honorẽ initio habere ferro quoq;. Ariſtonidas artifex cum exprimere uellet Athamãtis furorẽ Chlearcum filiũ præcipitare uolentis: & præcipitato illo reſidentis pœnitentiã: ferrum & æs miſcuit: ut rubigine eius per nitorẽ æris relucẽte: exprimeret uerecundiæ rubor. Hoc ſignum extat hodierno die. Eſt in eadẽ urbe & ferreus Hercules: quẽ fecit Alcon laboꝝ dei patientia inductus. Videmus & Romæ ſcyphos e ferro dicatos in templo Martis ultoris. Obſtitit eadẽ naturæ benignitas exigentis a ferro ipſo pœnas rubigine: eadẽq; prouidentia nihil in rebus mortalibus facientẽ: q̃ qd infeſtiſſimũ mortalitati. Ferri metalla ubiq; ꝓpemodũ reperiunt. Quippe inſula ẽt italiæ ilua gignente: minimaq; difficultate cognoſcunt ipſo colore terræ manifeſto. Sed rõ eadẽ excoquendis uenis. In cappadocia tantũ quæſtio ẽ aquæ an terræ fiat acceptũ: quoniã perfuſa certo fluuio terra neq; aliter ferrũ e fornacibus reddit. Differentia ferri numeroſa. Prima in genere terræ cæliue. Alias enim molle tantum plumboq; uicinius ſubminiſtrant. Alias fragile & eroſum rotarumq; uſibus: & clauis maximæ fugiendum: cui prior ratio conuenit. Aliud breuitate ſola placet: clauiſq; caligariis. Aliud rubiginem celerius ſentit. Strictureque uocantur eæ omnes: quod non in aliis metallis aſtringẽda acie uocabulo impoſito. Et fornacium maxima differentia eſt. In iis quidem nucleus ferri excoquitur ad indurãdam aciem. Aliquæ modo ſunt ad denſandas incudes malleorũue roſtra. Sũma aũt differentia in aqua eſt: cui ſubinde candens imergitur. Hæc aqua alibi atq; alibi utilior nobilitauit loca gloria ferri: ſicuti bilbilin in hiſpania & turriaſſonem. Comum in italia cum Ferraria metalla in iis locis nõ ſint. Ex omnibus autem generibus palma ſerico ferro eſt. Seres hoc cum ueſtibus ſuis pellibuſq; mittunt. Secunda partico: neq; alia genera ferri ex mera acie temperantur: cæteris enim admiſcentur. Mollior complexus in noſtro orbe. Aliubi uena bonitatem hanc præſtat: ut in noricis. Aliubi factura: ut ſulmone aqua uti diximus. Quippe cũ in exacuendo oleares cotes: & aquariæ æque differant: oleo delicatior fiat acies. Mirumq; cum excoquatur uena: aquæ modo liquari ferrum: poſtea in ſpongias frangi. Tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt: ne aqua in fragilitatem durentur. A ferro ſanguis humanus ſe ulciſcitur. Contactum namq; eo celerius ſubinde rubiginem trahit. De magnete lapide ſuo loco dicemus: concordiaq; quã cũ ferro habet. Sola hæc materia uires ab eo lapide accipit: retinetq; longo tempore. Aliud appræhendens ferrum: ut annulorum cathena ſpectetur interdum. Quod imperitum uulgus appellat ferrum uiuum: uulneraq; ex tali aſperiora fiant. Lapis hic & in cantabria naſcitur: non ille magnes uerus caute continua: ſed ſparſa bubbatione ita appellant: neſcio an uitro fundendo perinde utilis: nondum enim expertus eſt quiſq;: ferri utiq; ĩficit aciem: ut magnes. De magnete lapide Chirocrates architectus Alexandriæ Arſinoes templũ cõcamerare ĩchoauerat: ut in eo ſimulachrum eius e ferro pendere in aere uideretur. Interceſſit mors: & ipſius: & Ptolemæi: qui id ſorori ſuæ iuſſerat fieri. Metallorum oĩum uena ferri largiſſima eſt. Cantabriæ maritimæ parte: quã oceanus alluit: mons præruptæ altus: incredibile dictu: totus ex ea materiæ eſt: ut in ambitu oceani diximus.

Vel ,mitiorem

Vel thimocrates

Vel iunxerit

De temperatura ferri: & medicinæ ex ferro: & erugine: & rubigine: & ſquamma ferri: & hygremplaſtro. CA. XV.

FErrum accenſum igni: niſi duret ictibus: corrumpitur. Rubens nõ eſt habile tundendo: neq; anteq̃ albeſcere incipiat. Aceto & alumine illitum fit æri ſimile. A rubigine uindicatur cæruſſa & gypſo & liquida pice. Hæc eſt temperatura a græcis antipathia dicta. Ferunt quidam & religione quadam id fieri. Et extare ferream cathenã apud euphratẽ amnẽ in urbæ: quæ zeugma appellatur: qua Alexander magnus ibi uinxerit pontẽ: cuius annulos qui refecti ſunt rubigine infeſtari: carẽtibus ea prioribus. Medicina e ferro eſt: & alia q̃ ſecandi. Nãq; circũſcribi circulo terue circũlato mucrone: & adultis & infantibus ꝓdeſt contra noxia medicamenta: & ꝑfixos in limine e ſepulchro euulſos clauos: aduerſus nocturnas lymphationes. Pungiq; leuiter mucrone quo percuſſus homo ſit: contra dolores laterum pectorũq; ſubitos q punctionẽ afferant. Quædam uſtione ſanant. Priuatim uero canis rabidi morſus. Quippe etiam prævalente morbo expauenteſq; potum: uſta plaga ilico liberantur. Calefit etiam ferro candente

Vel figẽdum

Vel ex

Vlbullatione

Vlcrates

aqua in multis uitiis:priuatimq; dyſentericis. Eſt & rubigo ipſa in remediis:& ſic Thelephũ prodiſſe ſanaſſe Achilles ſiue id ærea ſiue ferrea cuſpide fecit. Ita certe depingit ex ea decutiens gladio. Sed rubigo ferri deradit humido ferro clauis ueteribus. Vis eius:ligare:ficcare:reſtringere. Emendat alopecias illita. Vtunt & ad ſcabricias genaꝝ:puſtulaſq; totius corporis cũ cæra & oleo myrteo. Ad ignes uero ſacros ex aceto. Item ad ſcabiẽ. Paronychia digitoꝝ:& pterygia in linteolis. Siſtit & fœminaꝝ ꝓfluuia ĩpoſita uelleribus. Plagis quoq; recẽtibus uino diluta & cũ myrrha ſubacta. Et cõdylomatis ex aceto ꝓdeſt. Podagras quoq; illita lenit. Squáma quoq; ferri in uſu eſt ex acie aut mucronibus maxie ſimili:ſed acriore ui q̃ rubigo. Quáobrẽ & cõtra Epiphoras oculoꝝ aſſumit. Sanguinẽq; ſiſtit:cũ uulnera maxie ferro fiant. Siſtit & fœminaꝝ profluuia. Imponit & cõtra lyenũ uitia. Hemorrhoidas cõpeſcit ulcerũq; ſerpentia. Et genis ꝓdeſt farinæ mõ aſperſa pauliſper. Præcipua tamẽ cõmẽdatio eius in Hygremplaſtro ad purgãda uulnera:fiſtulaſq; :& oẽm callũ erodendũ:& raſis oſſibus carnes recreãdas. Componitur hoc modo. Obolis ex cimolia creta duobus: drachmis ſex ex ære:totidem ex ſquãma ferri:totidem cæræ:ex oleo ſextarius. His adiicitur cum ſũt repurganda uulnera:aut replenda cæratum.

De plumbi metallis:& albo plumbo:& nigro. CA. XVI.

Equit natura plumbi. Cuius duo gña:nigrum atq; candidũ:præcioſiſſimũ candidũ a græcis appellatũ caſſiteriũ:fabuloſeq; narratũ in ĩſulas athlantici maris peti:uitilibuſq; nauigii circũſutis corio aduei. Nunc certũ eſt in luſitania gigni & in gallecia ſũma tellure arenoſa & coloris nigri. Põdere tantũ ea deprehendit. Interueniunt & minuti calculi:maxie torrentibus ſiccatis. Lauãt eas arenas metallici:& qđ ſubſidit coquunt in fornacibus. Inuenit & in aurariis metallis:quæ alutia uocãt. Aqua ĩmiſſa eluente calculos nigros paulũ candore uariatos:qbus eadẽ grauitas q̃ auro. Et iõ in calathis in qbus aurũ colligit remanẽt cũ eo:poſtea caminis ſeparãt. Cõflatiq; in albũ plumbũ reſoluunt. Nõ fit in gallecia nigrũ:cum uicina cantabria nigro tantũ abundet. Nec ex albo argentũ:cũ fiat ex nigro. Iungi inter ſe plumbũ nigrũ ſine albo non põt. Nec hoc ei ſine oleo. Ac ne albũ quidẽ ſecũ ſine nigro. Albũ habuit auctoritatẽ & iliacis tẽporibus teſte Homero caſſiriton ab eo dictũ. Plũbi nigri origo duplex eſt. Aut enĩ ſua ꝓpuit uena:nec qcq̃ aliud ex ſe parit:aut cũ argẽto naſcit:mixtiſq; uenis conflat. Eius q primus fluit in fornacibus liquor:ſtagnũ appellat. Qui ſecũdus argentũ. Qui remanſit in fornacibus:galena quæ portio eſt tertia addita uenæ. Hæc rurſus conflata dat nigrum plumbum deductis partibus duabus.

De ſtagno & plumbo argentario:& quibuſdam aliis. CA. XVII.

Stagnum illitũ æreis uaſis ſarorẽ gratiorẽ facit:& cõpeſcit eruginis uirus:mirũq; pondus nõ auget. Specula quoq; ex eo laudatiſſima (ut diximus) brunduſii tẽperabant:donec argẽteis uti cœpere & ancillæ. Nunc adulterat ſtagnũ addita æris tertia portiõe candidi in plumbũ albũ. Fit & alio mõ:mixtis albi plũbi nigriq; libris. Hoc nunc aliq argentariũ appellãt. Idẽ & tertiariũ uocãt in quo duæ nigri portiones ſunt:& tertia albi. Præciũ eius in libras. xxx. Et hoc fiſtulæ ſolidant. Improbiores ad tertiariũ additis æqs partibus albi:argentariũ uocant:& eo quæ uolũt icoquunt. Præcia huius faciũt in pondo. cxxx. In libras albo ꝓ ſe ſincæro ꝑcia ſũt. xxx. nigro. xvii. Albi natura plus aridi hẽt. Cõtraq; nigri tota humida eſt. Iõ albũ nulli rei ſine mixtura utile eſt. Neq; argentũ ex eo plumbat:quoniã prius liqueſcit argentũ. Cõfirmantq; ſi minus albo nigri q̃ ſatis ſit miſceat:erodi ab eo argentũ. Albũ incoquit æreis operibus galliaꝝ inuento:ita ut uix diſcerni queat ab argento:eaq; incoctilia uocãt. Deinde & argentũ incoquere ſimili mõ cœpere:æquoꝝ maxime ornamẽtis iumentorũq; iugis. In alexia oppido reliq̃ gloria biturigũ fuit. Cœpere deinde & eſſeda uehicula & petorita exornare. Similiq; mõ ad aurea quoq; & argentea ſtaticula inanis luxuria puenit:quæq; in ſcyphis cerni ꝓdigum erat:hæc in uehiculis atteri cultus uocat. Plũbi albi experimentũ in charta eſt:ut liquefactũ pondere uideat nõ calore rupiſſe. India neq; æs neq; plumbum hẽt:gẽmiſq; ſuis ac margaritis hæc ꝓmutat. Nigro plumbo ad fiſtulas laminaſq; utunt laborioſius in hiſpania eruto:totaſq; ꝓ gallias. Sed in britãnia ſũmo terræ corio adeo large:ut lex ultro dicat:ne plus certo mõ fiat. Nigri gñibus hæc ſunt noĩa. Iouetanũ:caprarienſe:oleaſtrenſe. Nec dr̃ia ulla ſcoriæ mõ ſit excocta diligenter. Mirũq; in iis ſolis metallis q; derelicta fertilius reuiuiſcũt. Hoc uidet facere relaxatis ſpiramentis ad ſacietatẽ ĩfuſus aer:æq; ut fœminas q̃ſdã fœcũdiores abortus facere. Nup id cõpertũ in betica ſantarẽſi metallo qđ locari ſolitũ. x. libris ꝓ. cc. ante annos:poſtq; oblitteratũ erat. lv. locatũ eſt. Simili mõ antonianũ. In eadem prouincia pari locatione peruenit ad pondo. cccc. uectigalis. Et mirum aqua addita nõ liqueſcere uaſa e plumbo conſtat. Eadem in aqua calculus æreuſue quadrans ſi addatur: uas peruri.

Medicinæ de plũbo:& ſcoria plũbi:de molibdena ſiue galena:de pſymythio:& ſandaraca. CA. XVIII.

In medicina ꝓ ſe plũbi uſus eſt cicatrices reprimere:adalligatiſq; lumboꝝ & renum parti laminis frigidiore natura ĩhiberi ĩpetus ueneris. Viſaq; in qete ueneria ſpontæ naturæ erũpentia uſq; in morbi genus:his laminis Caluus orator cohibuiſſe traditur uireſq; corporis ſtudiorum labore cuſtodiſſe. Nero (quoniam ita diis placuit) princeps lamina pectori impoſita ſub ea cantica exclamans alendis uocibus demonſtrauit rationem. Coquitur ad medicinæ uſus patinis fictilibus ſubſtrato ſulphuræ minuto laminis impoſitis tenuibus opertiſq; ſulphuræ & ferro mixtis. Cum coquitur:munienda in eo opere foramina ſpiritus conuenit:alioquin plumbi e fornacibus halitus noxius ſentitur & peſtilẽs: & canibus ociſſimæ. Omnium uero metallorum muſcis & culicibus. Quamobrem non ſunt ea tædia in metallis. Quidẽ in coquẽdo ſcobẽ plũbi lima quæſitã ſulphuri miſcẽt. Alii cæruſſam potius quã ſulphur. Fit & lotura plurimi uſus in medicina:cum ſeipſo terit in mortariis plumbeis: addita aqua cæleſti: donec craſſeſcat. Poſtea ſupnatans aqua tollit ſpongiis:qđ craſſiſſimũ fuit ſiccatũ diuidit in paſtillos. Quidã lima tũ plumbũ ſic terunt. Quidã ẽt plumbaginẽ ammiſcẽt. Alii uero acetũ:alii uinũ:alii adipẽ:alii roſam. Qui-

dā in mortario lapideo & maxie thebaico plumbeo paſtillo terere malunt. Cādidiuſq; fit ita medicamētū. Id aūt qđ uſtum eſt plumbū lauat ut ſtibi & cadmia: pōt aſtringere: ſiſtere: cōtrahere cicatrices. Vſus eni ex eodē & in oculoꝝ medicamētis: & maximæ cōtra ꝓcidentiā eoꝝ: & inanitatē: & ulcerū excreſcētia: rimaſq; ſedis aut hemorrhoidas: & cōdylomata. Ad hæc maximæ lotura plumbi facit. Cinis aūt uſti ad ulcera ſerpentia aut ſordita. Eadēq; quæ chartis ratio ꝓfectus. Vritur autē in patinis ꝑ laminas minutas cū ſulphure uerſatū rudibus ferreis aut ferulaceis donec liquor mutet in cineré. Dein refrigeratū teritur in farinā. Alii elimatā ſcobē in fictili crudo coquūt in caminis: donec percoquat figlinū. Aliq cæruſſam miſcēt pari menſura: aut hordeū: teruntq; ut in crudo dictū eſt: & ꝓferunt ſic tritū plumbū ſpodio cyprio. Scoria quoq; plūbi in uſu eſt. Optimaq; quæ ad luteū maximæ colorē accedit ſine plumbi reliqs: aut ſulphuris ſpeciæ & terra carens. Lauat hæc in mortariis minutū fracta: donec aqua luteū colorē trahat: & tranſfundit in uas pur idq; ſæpius: uſq; dū ſubſidat: qđ utiliſſimū ē. Eoſdēq; effectus hēt quos plumbū: ſed acriores. Mirari ſuccurrit experientiā uitæ: ne fæce quidē rerū excrementorūq; fœditate intētata tot modis. Fit & ſpodiū ex plumbo eodē quo ex cyprio ære diximus. Lauat in linteis raris in aqua cæleſti: ſeparaturq; terrenū tranſfuſione: cribratūq; terit. Quidā puluerem cum pēnis detergere malunt: ac terere i uino odorato. Eſt & molibdena quā alibi galenā uocauimus: plūbi & argenti uena cōis. Melior hæc: quāto magis aurei coloris: quātoq; minus plūboſa friabilis & modicæ grauis. Cocta cū oleo iocineris colorē trahit. Adhæreſcit & auri & argenti fornacibus. Et hāc metallicā uocant. Laudatiſſima q̄ in zephyrio fiat. Probant minime terrenæ minimæq; lapidoſæ. Coquunt lauanturq; ſcoriæ mō. Vſus in lipara ad leniēda refrigerādaq; ulcera. Emplaſtriſq; nō aliganť: ſed illita ad cicatricē ꝓducūt in teneris corporibus molliſſimiſq; partibus. Cōpoſitio eius eſt libris tribus: & cæræ libra una: olei tribus heminis. Qđ in ſenili corpore cū fracibus addit. Tēperat & cū ſpuma argēti & ſcoria plūbi: ad dyſenteriā & tenaſmū fouēdo calida. Pſymmythiū quoq; hoc eſt cæruſſam plūbariæ dant officinæ. Laudatiſſimū in rhodo. Fit āt ramentis plūbi tenuiſſimis ſup uas aceti aſperrimi ꝓpoſitis atq; ita diſtillātibus. Qđ ex eo cecidit in ipm acetū arefactū molit & cribrat. Iterūq; aceto mixto i paſtillos diuidit: & in ſole ſiccat æſtate. Fit & alio mō addito in urceos aceti plūbo obturatos ꝑ dies. x. deraſoq; ceu ſitu ac rurſus deiecto: donec deficiat materia. Qđ deraſum ē terit & cribrat: & coquit in patinis: miſceturq; rudiculis: donec ruffeſcat: & ſimile ſcandaracæ fiat. Dein lauat dulci aq̄: donec nubeculæ oēs eluant. Siccat ſimiliter poſtea: & in paſtillos diuidit. Vis eius eadē q̄ ſupradictis. Leuiſſima tātū ex oībus ꝑterq; ad cādorē fœminaꝝ adhibet. Eſt āt lætalis potus: ſicut ſpuma argēti. Poſtea cæruſſa ipſa ſi coquat ruffeſcit. Sandaracæ quoq; ꝓpemodū dicta natura ē. Inuenit āt & in aurariis & in argētariis metallis: melior quo magis ruffa quoq; magis uirus redolēs: ac pura friabiliſq;. Valet purgare: ſiſtere: excalfacere: prodere. Sūma eius dos ſeptica. Explet alopecias ex aceto illita. Addit oculoꝝ medicamētis. Fauces purgat cū melle ſūpta. Vocē lympidā ac canoꝝ facit. Suſpirioſis tuſſiētibuſq; iucunde medet cum reſina terebinthina in cibo ſūpta. Suffita quoq; cū cædro: ipſo nidore eis medet. Et arſenicū ex eadē eſt materia. Qđ optimū: coloris ēt in auro excellētius. Qđ uero pallidius aut ſandaracæ ſimilius eſt: deterius exiſtimat. Eſt & tertiū genus quo miſcet aureus color ſandaracæ. Vtraq; hæc ſquāmoſa. Illud uero ſiccū purūq; gracili uenaꝝ diſcurſu fiſſile. Vis eadē q̄ ſupra: ſed acrior. Itaq; & cauſticis addit: & pſilothris. Tollit & pterygia digitoꝝ carneſq; narium: & condylomata: & quicqd excreſcit. Torretur: ut ualidius proſit in noua teſta: donec mutet colorem.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXV. PROOEMIVM.

Honos picturæ & imaginum.



METALLORVM QVIbus opes conſtant: adnaſcentium quoq; eis natura ĩdicata propemodum eſt: ita connexis rebus ut immenſa medicinæ ſylua: & officinarū tenebræ: & moroſa cælandi pingēdiq; ac tingēdi ſubtilitas: ſimul dicerentur. Reſtāt terræ ipſius genera lapidumq;: uel numeroſiores arariæ: plurimis ſingula a græcis præcipue uoluminibus tractata. Nos in iis breuitatem ſequemur utilem inſtituti modo: nihil neceſſarium aut naturalæ omittentes.

Honos picturæ. CA. I.

PRimūq; dicemus quæ reſtant de pictura arte quondam nobili: tunc cum expeteretur a regibus populiſq; & alios nobi

litante: quos esset dignata posteris tradere. Nunc uero in totum marmoribus pulsatum quidē & auro: nec tantum ut parietes toti operiantur: uerum & interraso marmore: uermiculatisq; ad effigies rerum & animalium crustis. Non placent iam abaci: nec spatia montis in cubiculo delatantia. Cœpimus & lapidem pingere. Hoc Claudii principatu inuentum. Neronis uero maculas quæ non essent in crustis inserēdo unitatē uariare: ut ouatus eēt Numidicus: ut purpura distingueret Sinadicus inuenit: q̄liter illos nasci optarent de litiæ: montiū hæc subsidia deficientiū. Nec cessat luxuria id agere ut q̄plurimū incendiis perdat.

Honos imaginum. CA. II.

IMaginū quidem pictura: q̄ maxime similes in æuum propagabantur figuræ: quod in totū exoleuit. Aerei ponuntur clypei: argēteæ facies: surdo figurarū discrimine statuaq; capita permutant. Vulgatis iampridem salibus etiam carminū: adeo materiā malunt conspici oēs q̄ se nosci. Et iter hæc pinacothecas ueteribus tabulis consuunt: alienasq; effigies colunt: ipsi honorē non nisi in p̄cio ducentes: ut frangat hæres: furis detrahat laqueus. Itaq; nullius effigie uiuente: imagines pecuniæ nō suas relinquūt. idē palæstras athletaq; imaginibus: & ceromata sua exornant: & uultus Epicuri p cubicula gestant: ac circūferunt secū. Natali eius uicesima luna sacrificāt: feriasq; oī mense custodiunt: q̄s ichadas uocāt ii maxime q se ne uiuentes quidē nosci uolūt. Ita est, p̄fecto: artes desidia perdidit: & quoniā animoq; imagines nō sunt: negligunt ēt corpoq;. Aliter apud maiores in atriis hæ erant: quæ spectarent: nō signa externorum artificū: nec æra aut marmora. Expræssi cæra uultus singulis disponebant armariis: ut eēnt imagines quæ comitarentur gentilicia funera. Sempq; defuncto aliquo: totus aderat familiæ eius qui unq̄ fuerat populus. Stēmata uero lineis discurrebāt ad imagines pictas. Tablina codicibus implebant: & monumētis rerum in magistratu gestaq;. Aliæ in foribus: & circa limina aioq; ingentiū imagines erant: affixis hostiū spoliis: quæ nec emptori refringere liceret: quæ ēt dominis mutatis: domus ornamēta erant. Eratq; hæc stimulatio sūma & ingens exprobrantibus tectis quottidie imbellē dominū ītrare in alienū triūphū. Extat Messallæ oratoris indignatio: quæ p̄hibuit iferi genti suæ bleuinoq; alienā imaginē. Similis cā Messallæ seni ex præsit uolumina illa: quæ de familiis cōdidit: cū Scipionis Pōpeiani transisset atriū: uidisset q; adoptiōe testamentaria Saluitonis: hoc enim ei fuerat cognomen. Africanoq; dedecore notā irrepentē Scipionum noi. Sed pace Messallarū dixisse liceat ēt mētiri claroq; imagines: erat aliquis uirtutū amor: multoq; honestius q̄ mereri: ne q̄s suas expeteret. Nō est p̄tereundū & nouitiū inuentū. Siquidē non solū ex auro argēto ue aut certe ex ære in bibliothecis dicant illi: quoq; īmortales animæ in iisdem locis ibi loquunt: quinimo etiam quæ nō sunt fingunt: pariuntq; desideria nō traditi uultus: sicut in Homero euenit: quo maius (ut equidē arbitror) nullū est fœlicitatis specimē: quā sp oēs scire cupere qualis fuerit aliq̄s. Asinii Pollionis hoc romæ inuentū: qui primus bibliothecā dicando: ingenia hoīum rempublicā fecit. An priores cœperint alexādriæ & pergami reges: q̄ bibliothecas magno certamine instituere: non facile dixerim. Imaginū amore flagrasse quondā testes sunt: & Atticus ille Ciceronis: edito de iis uolumine: &. M. Varro benignissimo inuento insertis uoluminum suorum fœcunditati non nominibus tantum septingentorum illustrium: sed & aliquo modo imaginibus: non passus intercidere figuras: aut uetustatem æui contra homines ualere inuentione muneris: etiam diis inuidiosus: quando īmortalitatem non solum dedit: uerum etiam in omnes terras mittit: ut præsentes esse ubiq; & claudi possent.

Vel interire

Vt sacrorū inuētores: q̄netiā diis iuidisse: quoniā

Quando primum clypei imaginum publicæ: quando in domibus positi: & de picturæ initiis: & monochromaton: & primis pictoribus: & antiquitate picturarum in italia. CA. III.

Vel credi

IT hoc quidē alienis ille p̄stitit. Suoq; uero clypeos in sacro uel publico priuatim dicare primus instituit (ut reperio) Ap. Claudius: qui consul cū seruilio fuit anno urbis. cclix. Posuit enī in Bellonæ æde maiores suos: placuitq; in excelso spectari & titulos honoq; legi. Decora res utiq; si liberorū turbæ paruulis imaginibus ceu nidū aliquē sobolis pariter ostendāt. Quales clypeos nemo nō gaudens fauēnsq; aspicit. Post eū. M. Aemilius collega in cōsulatu. Q. Luctatii nō in basilica mō æmilia uerum & domi suæ posuit: id quoq; martio exēplo. Scutis enī qualinus apud Troiā pugnatū est: cōtinebant imagines. Vnde & nomen habuere clypeoq;: non ut puersa grāmaticoq; subtilitas uoluit a cluēndo. Origo plenā uirtutis faciē reddi in scuto cuiusq; qui fuerit usus illo. Pœni ex auro factitauere & clypeos & imagines: secūq; in castris tulere. Certe captis eis talē. Asdrubalis inuenit. Q. Martius Scipionū in hispania ultor. Isq; clypeus supra fores capitolinæ ædis usq; ad incendiū primū fuit. Maioq; quidē nostroq; tanta securitas in ea re annotat: ut. L. Manlio. Q. Fuluio consl. anno urbis qngentesimo. lxxv. M. Aufidius tutelæ capitolii redēptor docuerit patres argenteos esse clypeos: qui pro æreis per aliquot iam lustra assignabant. De picturæ initiis incerta nec instituti operis quæstio est. Aegypti sex milibus annorū apud ipsos inuentā prius q̄ in græciā transiret: affirmant. Vana p̄dicatione ut palā est. Græci aūt alii apud sicyonē: alii apud corinthios repertam: oēs ab umbra hoīs lineis circūducta. Itaq; talem primā fuisse. Secundā singulis coloribus & monochromaton dictā: postq̄ operosior inuenta erat: duratq; talis etiānum. Inuentam linearē dicunt a Phylocle ægyptio uel Cleante corinthio. Primi exercuere. Ardices corinthius: & Thelephanes sicyonius sine ullo etiānum colore. lā tamē spargētes lineas intus. Ideo & quos pingerent ascribere institutū. Primus inuenit eos colores: teste ut ferunt Arato: Cleophantus corinthius. Hunc autem eodē noīe alium fuisse: quē tradit Cornelius Nepos secutum in italia Demaratū Tarquinii prisci romani regis patrē fugientē a corintho iniurias Cypseli tyranni: ut mox docebimus. Iam enim absoluta erat pictura etiam in italia. Extant certe hoquidē tadiq; antiquiores urbæ picturæ ardeæ in ædibus sacris, quibus equidē nullas æque miror tam longo æuo durantes in orbitate tecti ueluti recentes. Similiter lanuuii ubi atalanta & Helena cōminus pictæ sunt nudæ: ab eodem artificæ: utraq; excellentissima forma: sed altera ut uirgo: ne ruinis quidem templi cōcussæ.

uel noīs

citi

uel tecti

Pontius legatus Caii principis eas tollere conatus est libidine accensus: si tectorii natura permisisset. Durauere & cæteræ antiquiores & ipsæ. Fatebiturq; quisquis eas diligēter eximauerit: nullam artium celerius consumatam: cum iliacis temporibus non fuisse eam appareat.

De pictoribus Romanis: & quādo primū dignitas picturæ: & qui uictorias suas pictura proposuerunt: & quando externis picturis dignitas Romæ. CA. IIII.

APud romanos quoq; honos mature huic arti contigit. Siquidem cognomina ex ea pictorū traxerunt Fabii classime gentis: princepsq; eius cognominis: ipse ædem salutis pinxit anno urbis cōditæ. ccccl. quæ pictura durauit ad nostram memoriā: æde Claudii principatu exusta. Proxime celebrata est in foro boario æde Herculis pacuuii poetæ pictura. Ennii sorore genitus hic fuit: clariorēq; eam artē romæ fecit gloria scæuæ. postea nō est spectata honestis manibus: nisi forte quis Turpilium equitē romanū e Venetia nostræ ætatis belle referat: hodieq; pulchris eius operibus Veronæ extantibus. Leua is manu pinxit qđ de nullo ante memorat. Paruis gloriabatur tabellis: extinctus nuper in longa senecta. Aterius Labeo prætorius ét procōsulatu puinciæ Narbonēsis functus. Sed ea res in risu: & iam cō tumelia erat. Fuit & principū uirorū nō omittendū de pictura celebre cōsilium. Qu. Pedius nepos. Qu. pedii cōsularis triumphalisq; a Cæsare dictatore cohæredis Augusto dati cū natura mutus esset: eum Messalla orator: ex cuius familia pueri auia erat picturā docendū censuit. Idq; etiā diuus Augustus cōprobauit. puer magni profectus in ea arte obiit. Dignatio aūt præcipua romæ increuit (ut existimo) a. M. Valerio maximo cōsule: cū Messalla princeps tabulā picturæ prœlii: quo carthaginēses & Hieronē in sicilia deuicerat: p posuit in latere curiæ hostilæ: anno ab urbe cōdita quadringēteſimononageſimo. Fecit hoc quidē &. L. Scipio. Tabulāq; uictoriæ suæ asiaticæ in capitolio posuit. Idq; ægre tulisse fratrē Africanū tradunt iratū haud imerito: quoniā filius eius illo prœlio captus fuerat. Nō dissimilē offensionē & Aemiliani subiit. L. Hostilius mācinus: qui primus carthaginē irruperat: situm eius expugnationēq; depictas proponēdo in foro: & ipse assistens populo spectanti singula enarrādo. Qua comitate proximis comitiis cōsulatū adeptus est. Habuit & scæna ludis Claudii pulchri magnā ammirationē picturæ: cum ad tegulas similitudinē corui decepti imagine aduolarent. Tabulis autē externis auctoritatē romæ fecit primus oium. L. Mummius: cui cognomē Achaici uictoria dedit. Nam cū in præda uendēda res distraxisset: & rex Attalus sex millibus sestertium emisset Aristidis tabulā Liberūpatrē continentē: preciū miratus suspicatusq; aliquid in ea uirtutis qđ ipse nesciret: reuocauit tabulā Attalo multū querēte: & in cereris delubro posuit. Quam primū arbitror picturam externā romæ publicatā. Deinde uideo & in foro positas uulgo. Hinc. M'. Crassi oratoris ille leposagentis subueteribus cum testis cōpellatus instaret: dic ergo Crasse qualē mereris? Talem inquit: ostendēs in tabula pictum ificietissime gallū exerentē linguā. In foro fuit & illa pastoris senis cū baculo: de qua teutonorū legatus interrogatus quāti eum æstimaret: respōdit sibi donari nolle talem uiuum uerūq;. Sed præcipuam auctoritatē fecit publice tabulis Cæsar dictator Aiace & Medea ante Veneris genitricis ædem dicatis. Post eum. M. Agrippa uir rusticitati quā delitiis propior. Extat certe eius oratio magnifica & maximo ciuium digna de tabulis oībus signisq; publicādis. Quod fieri satius fuisset: quā in uillarū exilia pelli. Verū eadē illa toruitas tabulas duas Aiacis & Veneris mercata est a cizicenis. xiii. millia pōdo. In thermasq; quoq; calidissima parte marmoribus icluserat paruas tabellas: pauloāte cū restringerent: sublatas. Sup oēs diuus Augustus in foro suo in celeberrima parte posuit duas tabulas: quæ belli pictā faciē habēt & triūphū. Idem Castores ac uictoriā posuit: & quas dicemus sub artificū mētione in tēplo Cæsaris patris. Idē in curia quoq; quā in comitio cōsecrabat duas tabulas impressit parieti. Nemeā sedētē supra leonē. Palmigerā ipsam astante cum baculo sene. Cuius supra caput tabula bigæ dependet: quā Nicias scripsit se inussisse: tali enim usus est uerbo. Alterius tabulæ admiratio est puberē filium seni patri similem esse: salua ætatis differētia: superuolante aquila draconem cōplexa. Philochares hoc suum opus esse: testatus est. Immensa uel unā si quis tātum hanc tabulā æstimet: potentia artis: cum propter Philocharem ignobiliſſimos alioquin Glauconem filiumq; eius Aristippū senatus populusq; Roma. tot sæculis spectet. Posuit & Tyberius Cæsar minime comis imperator in templo ipsius Augusti: quas mox indicabimus.

Vel refrigerēt

Ratio pingendi de pigmentis. CA. V.

HActenus dictū sit de dignitate artis morientis. Quibus coloribus singulis primi pinxissent: diximus cū de pigmētis traderemus in metallis. Qui monochromatea genera picturæ uocauerint: q deinde & quæ & qbus tēporibus inuenerint: dicemus in mentiōe artificū: quoniam indicare naturas colorū causa instituti operis prior est. Tandē se ars ipsa distinxit: & inuenit lumen atq; umbras differētia colorū alterna uice sese excitante. Deinde adiectus est splendor: alius hic quam lumē: quē quia iter hoc & umbrā esset: appellauerunt tonon. Cōmissuras uero colorū & transitus: armogen.

De coloribus natiuis & factitiis. CA. VI.

SVnt autem colores austeri aut floridi. Vtrunq; natura aut mixtura euenit. Floridi sunt: quos dominus fingenti præstat: minium: armeniū: cynabaris: chrysocolla: indicum: purpurissum. Cæteri austeri. Ex omnibus alii nascuntur. Alii fiunt. Nascuntur sinopis: rubrica: parethoniū: melinum: eretria: auripigmentum. Cæteri finguntur. Primūq; quos in metallis diximus. Præterea e uilioribus ochra: cæruſſa usta: sandaraca: sandix: syricum: atramentum. Sinopis inuenta est primū in ponto inde nomen a sinope urbe. Nascitur & in ægypto: balearibus: africa: sed optima in lemno & in cappadocia. Effossa & in spelūcis. Quæ saxis adhæsit: excellit. Glebis suus colos: extra maculosus. Hacq; usi sunt ueteres ad splendorē. Spes sinopidis tres: rubra: & minus rubens: & inter has media. Preciū optimæ in libras. xiii. denariis. Vsus ad penicillū: aut si lignū colorare libeat. Eius quæ ex africa uenit: octoni asses: cicerculū

appellant. Quæ magis cæteris rubet: utilior abacis. Idem precium eius: quæ præstior uocatur & est maxime fusca. Vsus eius ad bases abacorum. In medicina uero blandus: emplastrisq; & malagmatis siue sicca cõpositione eius siue liquida. Facilis cõtra ulcera in humore sita: uelut oris: sedis. Aluũ sistit infusa. Fœminaq; profluuia pota denarii põdere. Eadem adusta: siccat scabricias oculorũ: uino maxime. Rubricæ genus in ea uoluere intelligi quidã secũdæ auctoritatis. Palmã. n. lemniæ dabant: minio proximã. Hæc é antiquis multum celebrata cũ insula in qua nascitur. Nec nisi signata uenundabatur: unde & sphragidé appellauere. Hac miniũ sublinunt: adulterantq;. In medicina præclara res habetur. Epiphoras. n. oculorũ mitigat & dolores circũlita. Aegylopias manare prohibet. Sanguinẽ reiicientibus ex aceto datur bibenda. Bibitur & cõtra lienum rhenumq; uitia & purgationes fœminarũ. Item & contra uenena & serpentium ictus terrestriũ marinorumq;. Omnibus ideo antidotis familiaris. Ex reliquis rubricæ generibus: fabris utilissima ægyptia: & africana: quoniã maxime sorbentur. Picturis autẽ apta nascit & in ferrariis metallis. Ex ea fit ochra: exusta rubrica in ollis nouis luto circũlitis. Quo magis arsit in caminis hoc melior. Omnis autem rubrica siccat. Ideoq; & emplastris cõuenit: igni etiã sacro. Sinopidis põticæ selibra silis lucidi libris. x. & melini græciẽsis duabus mixtis: tritisq; una per dies. xii. leucophorũ fit: hoc est glutinũ auri cũ inducit ligno. Parethoniõ nomen loci habet ex ægypto: spumã maris esse dicũt solidatã cũ limo: & ideo cõchæ minutæ inueniunt in eo. Fit & in creta ísula atq; cyrenis. Adulterat Romæ creta cimolia decocta cõspissataq;. Preciũ optimo in põdo sex librarũ e candidis coloribus pinguissimũ: & tectoriis tenacissimũ: propter leuorẽ. Melinum cãdidũ & ipsum est. Optimũ in melo insula. In samo quoq; nascitur. Sed eo nõ utuntur pictores propter nimiam pinguitudinẽ. Accubantes effodiũt ibi inter saxa uenas scrutãtes. In medicina eundẽ usum habet quem eretria creta. Præterea linguã tactu siccat. Pilos detrahit & mitigat. Preciũ in libra sestertiis singulis. Est & colos tertius e candidis cærussæ: cuius rationẽ in plumbi metallis diximus. Fuit & terra per se í theodoti fundo inuenta smyrnæ: qua ueteres ad nauium picturas utebãtur. Nunc omnis ex plumbo & aceto fit: ut diximus. Vsta casu reperta incendio pyræ: cerussa in orcis cremata. Hac primus usus est Nicias supradictus. Optima nunc asiatica habetur: quæ & purpurea appellatur. Precium eius in libras æris. v. Fit & Romæ cremato sile marmoroso & restincto aceto. Sine usta non fiunt umbræ. Eretria terræ suæ habet nomẽ. Hac Nicomachus & parrhasius usi refrigerat emollitq;. Explet uulnera si coquatur: ad siccanda præcipue utilis: & capitis doloribus: & ad deprehendenda pura. Subesse enim ea intelligitur: si ex aqua illita non arescat. Sandaracham & ochram Iuba tradit in insula rubri maris topazio nasci. Sed inde non peruehuntur ad nos. Sandaraca quo modo fieret: diximus. Fit adulterina & ex cærussa in fornace cocta Colos esse debet flammeus. Precium in libras asses quini. Hæc si torreatur: æqua parte rubrica ammixta sandycem facit. Quanquã animaduerto Virgilium existimasse herbam id esse: illo uersu.

Sponte sua sandyx pascentes uestiet agnos.

Precium in libras dimidiũ eius quod sandaracæ. Nec sunt alii colores maioris põderis. Interfacticios est & syricum: quo minium sublini diximus. Fit aũt sinopide & sandyce mixtis. Atramẽtũ quoq; inter factícios erit: q̃q̃ est & terra geminæ originis. Aut. n. salsuginis modo emanat: aut terra ipsa sulphurei coloris ad hoc probatur. Inuẽti sunt pictores qui e sepulchris carbones infectos effoderẽt. Sed importuna hæc oia ac nouitia. Fit. n. & fuligine pluribus modis: resina uel pice exustis. Propter qđ officinas etiã ædificauere: fumũ eũ nõ emittẽtes. Laudatissimũ eodẽ modo fit e tædis. Adulterat fornaciũ balnearũq; fuligine: quo ad uolumina scribẽda utuntur. Sunt & qui uini fæcem siccatã excoquãt: affirmãtq; si ex bono uino fæx fuerit: indici speciẽ id atramentũ põbere Polygnotus & Mycon celeberrimi pictura athenis e uinaceis fecere: tryginon appellant. Appelles cõmentus est ex ebore cõbusto facere: quod elephantiũ uocãt. Apportatur & indicũ ex india: inexploratæ adhuc inuentiõis mihi. Fit etiã apud infectores ex flore nigro: qui adhærescit æreis cortinis. Fit & e tædis ligno cõbusto tritisq; in mortario carbõibus. Mira in hoc sepiarũ natura: sed ex iis nõ fit. Omne aũt atramentũ sole perficit. Librariũ: & tectoriũ glutino ammixto. Quod aũt aceto liquefactũ est: ægre eluitur. E reliquis coloribus quos a dominis dari diximus ꝓpter magnitudinẽ precii ante oẽs est purpurissum e creta argẽtaria cũ purpuris pariter tinguitur: bibitq; eũ colorẽ celerius lanis. Præcipuum est primum: feruenti aheno rudibus medicamẽtis inebriatũ. Proximũ egesto eo addita creta in ius idem. Et quotiens id factũ est: leuatur bonitas pro numero dilutiore sanie. Quare puteolanũ potius laudatur q̃ tyriũ aut gætulicũ uel laconicũ: unde preciosissimæ purpuræ. Causa est q; hysgino maxime inficitur: rubiãq; cogit sorbere. Vilissimũ a canusio. Preciũ huic a singulis denariis in libras ad. xxx. Pingẽtes sandyce sublita mox ouo inducentes purpurissum fulgorẽ minii faciũt. Si purpuram facere malunt: cæruleũ sublinũt: mox purpurissum ex ouo inducunt. Ab hoc maxima auctoritas ĩdico. Ex india uenit arundinũ spumæ adhærescente limo cũ teritur nigrũ. At indiluendo mixturã purpuræ cæruleiq; mirabilẽ reddit. Alterũ genus eius est in purpurariis officinis innatans cortinis & est purpuræ spuma. Qui adulterãt uero indicum tingũt sterco-
Vel aluminatiã ra columbina aut cretam selinusiã uel anulariam uitro ĩficiunt. probat carbone. Reddit enim quod sincerum est flãmam excellẽtis purpuræ: & dum fumat odorẽ maris olet. Ob id quidam e scopulis id colligi putant. Preciũ indico denarii. xx. in libras. In medicina indicũ rigores & impetus sedat. Siccat oris ulcera. Armenia mittit quod eius nomine appellatur. Lapis est hic quoq; chrysocollæ modo infectus. Optimũq; est quod maxime uiride est: cõmunicato colore cũ cæruleo. Solebant libræ eius tricenis nummis taxari. Inuẽta per hispanias arena est similem curam recipiens. Itaq; ad denarios senos uilitas rediit. Distat a cæruleo cãdore modico: qui teneriorem hunc efficit colorem. Vsum in medicina ad pilos tantum alendos habet: maximeq; in palpebris. Sũt etiamnum nouitii duo colores e uilissimis uiride quod appianũ uocatur: & quod crysocollam luteam mentitur. Ceu parum multa sint mendacia eius. Fit ex creta uiridi æstimatum sester-

tiis in libras. Anulare quod uocant candidum est: quo muliebres picturæ illuminantur. Fit & ipsum ex creta ammixtis uitreis gemmis ex uulgi anulis: unde & anulare dictum.

Qui colores udo non inducantur: & quibus coloribus antiqui pinxerunt: & quando primum gladiatorum pugnæ propositæ sunt. CA. VII.

EX oibus coloribus cretulá amare: udoq; illini recusant purpurissum: indicũ: cæruleũ: melinum: auripigmentũ: appianũ. Cærussa cæræ tinguntur iisdẽ coloribus ad eas picturas quæ inurũtur alieno parietibus genere: sed classibus familiari. Iam uero & onerariis nauibus: quoniá & periculá expingimus: ne quis miretur & rogos pingi. Iuuatq; pugnaturos ad mortẽ aut certe cædem speciose uehi. Qua cõtemplatiõe tot colorũ tanta uarietate subit antiquitatẽ mirari. Quattuor coloribus solis imortalia opera illa fecere: ex albis melino: ex silaceis attico: ex rubris sinopi de põtica: ex nigris atramẽto. Apelles Echion Meláthius Nicomachus clarissimi pictores: cũ tabulæ eoz; singulæ oppidoz; uenirent opibus. Nũc & purpuris in parietes migrãtibus & india cõferente fluminũ suoz; limũ & draconũ & elephãtoz; saniẽ nulla nobilis pictura est. Oia ergo meliora tũc fuere: cũ minor copia. Ita est quoniã (ut supra diximus) rerum nõ animi preciis excubatur. Et nostræ ætatis insaniã ex pictura nõ omittã. Nero princeps iusserat colosseũ se pingi. cxx. pedũ in linteo incognitũ ad hoc tẽpus. Ea pictura cũ peracta eẽt in marianis hortis accensa fulmine cũ optima hortorũ parte cõflagrauit. Libertus eius cũ daturus esset Antii munus gladitorium publicas porticus inuestiuit pictura ut cõstat: gladiatorũ ministrorúq; omniũ ueris imaginibus redditis. Hic multis iam sæculis summus animus in pictura. Pingi autem gladiatoria munera: atq; in publico exponi cœpta a. C. Terentio Lucano. Isq; auo suo a quo adoptatus fuerat. xxx. paria in foro per triduum dedit. Tabulamq; pictam in nemore Dianæ posuit.

De ætate picturæ operum & artificum indicatura nobilitates. cccv. CA. VIII.

NVnc celebres in ea arte q̃ maxima breuitate percurrã: neq; enim instituti operis est talis executio. Itaq; & quosdã uelut in transcursu & in alioz; mẽtione obiter nominasse satis erit: exceptis operũ claritatibus: quæ & ipsa cõueniet attingi: siue extãt: siue intercidere. Nõ cõstat sibi in hac parte græcorũ diligẽtia q̃ multas post olympiadas celebrãdo pictores q̃ statuarios auctores. Primúq; olympiade nonagesima: cum & phidiã ipsum initio pictorẽ fuisse tradatur: clipeumq; athenis ab eo pictũ. præterea in cõfesso fit octogesimatertia fuisse Panæum fratrẽ eius: qui clipeũ intus pinxit Elide Mineruæ: quam fecerat Colotes Phidiæ discipulus: & in faciendo Ioue olympio adiutor. Quid? q; in cõfesso perinde est Bularchi pictoris tabula: in qua erat magnetũ prœliũ: a Cãduale rege lydiæ heraclidaz; nouissimo: q; & Myrsilus uocitatus est: repensam auro? Tanta iam dignatio picturæ erat. Id circa ætatẽ Romuli acciderit necesse est: duo enim de uicesima olympiade iteriit Cãdaules: aut ut quidã tradunt eodẽ anno: quo Romulus: nisi failor: mãifesta iã tum claritate artis adeo absolutiore. Quod si percipiẽ: necesse ẽ simul appareat multo uetustiora principia esse: eosq; qui monochromata pinxerũt: quoz; ætas nõ traditur. Aliquãto ergo ante fuisse Hygiemonẽ Monochromadã: qui primus in pictura marẽ fœminãq; discreuit. Eumaz; athenieẽsem figuras oẽs imitari ausum. Quicq; inuenta eius excoluerit Cimonẽ Cleoneũ. Hic Catagrapha iuenit: hoc est obliquas imagines & uarie formare uultus respiciẽtes suspicientesue: & despicientes. Articulis etiam membra distinxit. Venas protulit: præterq; in ueste rugas & sinus inuenit. Panæus quidem frater phidiæ etiam prœlium atheniensium aduersus persas apud marathonem factum pinxit. Adeo iam colorum usus increbuerat: adeo ars perfecta erat: ut in eo prœlio iconicos duces pinxisse tradatur: atheniensium Milciadem: Callimachum: Cynegyrum Barbarorum Darium. Thyssaphernem.

Vel Aegide

Vel pandenus

Vel nuconicos

Primum picturæ certamen: & qui primi penicillo pinxerunt. CA. IX.

QVinimo certamẽ picturæ etiã florente eo institutũ est corinthi ac delphis. Primusq; oium certauit cũ Timagora chalcidẽse: superatusq; est ab eo pythis: quod & ipsius Timagoræ carmine uetusto apparet: chronicoz; errore nõ dubio. Alii quoq; post hos clari fuere nonagesima olympiade: sicut Polignotus Thasius: qui primus mulieres lucida ueste pinxit: capita earum mitris uersicoloribus operuit: plurimúq; picturæ primus cõtulit. Siquidẽ instituit os adaperire. dentes ostẽdere: uultũ ab antiquo rigore uariare. Huius est tabula in porticu Põpeii: quæ ante curiam eius fuerat. In qua dubitat ascendẽtem cũ clipeo pinxerit: an descendẽtẽ. Hic delphis ædem pinxit. Hic & athenis porticũ quæ poecile uocatur gratuito: cũ partẽ eius Mycon mercede pingeret. Vnde maior huic auctoritas. Siquidẽ amphictiões: qd' est publicũ græciæ cõciliũ: hospicia ei gratuita decreuere. Fuit alius Mycon: qui minoris cognomine distinguit: cuius filia Timarete & ipsa pinxit. Nonagesima ãt olympiade fuere Aglaophõ Cephisodorus Phrylus Euenor pater parrhasii & pceptor maximi pictoris: de quo suis annis dicemus. Oẽs hi iam illustres: nõ tamẽ in qbus hærere expositio: dẽat: festinãs ad lumina artis: in qbus primus refulsit. Apollodorus atheniẽsis nonagesimatertia olympiade. Hic primus species exprimere instituit: primusq; gloriã penicillo iure cõtulit. Eius est sacerdos adorans: & Aiax fulmine icensus: qui pergami spectatur hodie. Neq; ante eũ tabula ullius ostẽditur: quæ teneat oculos. Ab hoc artis fores apertas Zeusis heracleotes irauit olympiadis nonagesimægntæ anno quarto: audentẽq; iam aliqd penicillũ (de hoc. n. adhuc loquimur) ad magnã gloriam perduxit. A quibusdã falso in octogesima nona olympiade positus: cũ fuisse necesse est Demophilum hymereũ: & Neseam thasium. Quoniã utrius eorum discipulus fuerit: ambigitur. In eum Apollodorus supradictus uersus fecit: Artem ipsis ablatã. Zeusin ferre secum. Opes quoq; tantas acquisiuit: ut in ostentatiõe earũ olympiæ aureis litteris in palliorũ tesseris intextum nomẽ suum ostẽtaret. Postea donare opera sua instituit: q; ea nullo satis digno precio permutari posse diceret: sicuti Alcmenã agrigentinis: pana Archelao. Fecit & penolopem: in qua amores pinxisse uidetur: & Athletam. Adeoq; sibi in illo placuit: ut uersum subscriberet ce-

lebrem ex eo inuisurum aliquem facilius q̄ imitaturum. Magnificus est Iuppiter eius in throno astantibus diis. Et Hercules infans dracones strangulans Alcmena matre coram pauente: & amphytriõe. Deprehendi tur tamen zeusis grandior in capitibus articulisq; alioquin tantus diligentia: ut agrigentinis facturus tabu lam: quam in templo Iunonis laciniæ publice dicarent: inspexerit uirgines eorum nudas: & quinq; elegerit ut quod in quaq; laudatissimũ esset: pictura redderet. pinxit & monacromata ex albo: æquales eius & æmu li fuere Timanthes: androcydes: Eupompus. parrhasius.

De auibus per picturam deceptis: & quid difficillimum in pictura. CA. X.

DEscendisse hic cum zeuside in certamen traditur. Et cum ille detulisset uuas pictas tanto succes su: ut in scenã aues aduolarẽt: ipse detulisse linteũ pictũ traditur: ita ueritate representata: ut zeu sis alitũ iudicio tumens flagitaret tandẽ remoto linteo ostendi picturã: atq; intellecto errore cõ cederet palmã ingenuo pudore: quoniã ipse aues fefellisset: parrhasius autẽ se artificẽ. Fertur & postea zeusis pinxisse puerũ uuas ferentẽ: ad quas cũ aduolarent aues: eadẽ ingenuitate processit iratus operi: & dixit: uuas melius pinxi q̄ pueꝝ. Nam & si hoc cõsumassem: aues timere debuerãt. Fecit & figlina opera: quæ sola in ambracia relicta sunt: cũ inde musas Fuluius nobilior Romã trãsferret. zeusis manu Romæ he lena est in Philippi porticibus. Et i cõcordiæ delubro Marsyas religatus. Parrasius ephesi natus: & ipse mul ta cõstituit. Primus symmetriã picturæ dedit. Primus argutias uultus: elegãtiam capilli: uenustatẽ oris cõ fessione artificũ in lineis extremis palmã adeptus. Hæc est in pictura summa subtilitas. Corpora enim pin gere & media rerum: est quidẽ magni operis: sed in quo multi gloriã tulerint. Extrema corporũ facere: & desinẽtis picturæ modũ icludere: rarum in successu artis iuenitur. Ambire enim debet se extremitas ipsa: & sic definere: ut promittat alia posse: ostendatq; etiam quæ occultat. Hãc ei gloriã cõcessere Antigonus & xe nocrates: qui de picturis scripsere: prædicãtes quoq; nõ solum cõfitentes. Alia multa graphidis uestigia ex tant in tabulis ac membranis: ex quibus proficere dicũtur artifices. Minor tamẽ uidetur sibi comparatus in mediis corporibus exprimẽdis. Pinxit & dæmonem atheniẽsium argumẽto quoq; igenioso. Volebat nãq; uarium: iracũdum: iniustũ: incõstantem. Eundem uero exorabilẽ: clæmẽtem: misericordem excelsum: glo riosum: humilem: ferocem: fugacemq;: & omnia pariter ostẽdere. Idem pinxit & Thesea qui romæ in capi tolio fuit. Et Nauarchum thoracatũ. Et in una tabula quæ est Rhodi: Meleagrũ: Herculẽ: Persea. Hæc ibi ter fulmine ambusta: ne oblitterata hoc ipso miraculũ auget. Pinxit & Archigallũ: quã picturã amauit Ti berius princeps: atq; ut auctor est Decius eculeo. lx. sestertiis æstimatã cubiculo suo inclusit. pinxit & Cres sam nutricem: infantẽq; in manibus eius. Et philiscũ & liberũ patrẽ astante uirtute: & pueros duos: in qui bus spectatur securitas & simplicitas ætatis. Item sacerdotẽ astante puero cũ ærra & corona. Sunt & duæ picturæ eius nobilissimæ hoplitides. Alter in certamine ita decurrẽs: ut sudare uideatur. Alter arma depo nens ut anhelare sentiat. Laudat & Aeneas Castorq; ac pollux in eadẽ tabula. Itẽ Thelephus Achilles: Aga mẽnon: Vlixes fœcundus artifex. Sed quo nemo insolentius & arrogãtius sit usus gloria artis. Nã & cogno mina usurpauit abrodiætũ se appellãdo: aliisq; uerbis principẽ artis & eam ab se cõsumatã. Super oia Apol linis se radice ortum: & Herculẽ quẽ lyndi fecerat talẽ a se pictũ: qualẽ sæpe in quiete uidisset. Ergo magnis suffragiis superatus a Timãthe est sami in Aiace: armorũ quoq; iudicio Herois noie id se molestẽ ferre dice batq;: q; iterũ ab indigno uictus esset. Pinxit & in minoribus tabellis libidines eo genere & petulantibus io cis se reficiẽs. Nã Timanthi uel plurimũ affuit ingenii. Eius enim est Iphigenia oratorũ laudibus celebrata. Qua stante ad aras peritura cũ mœstos pinxisset oẽs: præcipue patruũ cum tristiciæ oẽm imaginẽ consum
Vel ige/ nua psisset: patris ipsius uultũ uelauit: quẽ digne nõ poterat ostẽdere. Sunt & alia ingenii eius exemplaria ueluti Cyclops dormiẽs i paruula tabula. Cuius & sic magnitudinẽ exprimere cupiẽs pinxit iuxta satyros thyrso pollicẽ eius metiẽtes: atq; in oĩbus eius operibus itelligitur plus semper q̄ pingitur. Et cum ars summa sit: ingenium tamẽ ultra artem est. Pinxit & heroa absolutissimi operis: arte ipsa cõplexus uires pingendi: qđ opus nunc Romæ in templo Pacis est. Euxinidas hac ætate docuit Aristidem præclarum artificem. Eupõ pus pamphilum apellis præceptorem. Est eupompi uictor certamine gymnico palmam tenens. Ipsius au ctoritas tanta fuerit: ut diuiserit picturam in genera tria: quæ ante eum duo fuere helladicum & asiticũ: asi ticum appellabant propter hunc qui erat sycionius. Dimisso helladico tria facta sunt. Ionicum: sycioniũ: at ticum. Pamphili pictura est cognatio & prælium ad phliuntem & uictoria atheniẽsium. Item Vlixes in ra te. Ipse macedo natione: sed primus in pictura omnibus litteris eruditus: præcipue arithmetice & geome trice: sine quibus negabat artem perfici posse. Docuit neminẽ minoris talento annis decem: quã mercedẽ & Apelles & Melantius ei dedere. Et huius auctoritate effectum est sycione primum: deinde & in tota græ
Vel anti graphi/ cé cia: ut pueri ingenui ante omnia graphicẽ: hoc est picturam in buxo docerentur: reciperetur q; ars ea in pri mum gradum liberalium. Semper quidẽ honos ei fuit: ut ingenui eam exercerent: mox ut honesti perpe tuo interdicto: ne seruitia docerentur. Ideo neq; in hac neq; in toreutice ullius qui seruierit opera celebran
Vel in ludo tur. Clari etiã centesimaseptima olympiade extitere Echion & Therimacus. Echionis sunt nobiles picto ræ Liberpateꝝ: item tragœdia & comœdia. Semiramis ex ancilla adipiscens regnum: anus lampadas præ ferẽs: & noua nupta uerecũdia notabilis. Verũ & oẽs prius genitos futurosq; postea supauit. Apelles eo usq; olympiade centesima. xii. in pictura prouectius: ut plura solus prope q̄ cæteri omnes cõtulerit: uoluminibus editis quæ doctrinã eam cõtinent. Præcipua eius in arte uenustas fuit: cũ eadẽ ætate maximi pictores essent quorũ opera cum ammiraretur: collaudatis omnibus: deesse iis unam illã uenerẽ dicebat: quã græci charita uocant. Cætera omnia cõtigisse. Sed hac soli sibi neminẽ parẽ. Et aliã gloriã usurpauit: cũ prothoge nis opus immensi laboris ac curæ supra modum anxie miraretur. Dixit enim omnia sibi cũ illo paria esse: aut illi meliora: sed uno se præstare: q; manum ille de tabula nesciret tollere: memorabili præcepto: nocere

ſæpe nimiam diligentiam. Fuit autem non minoris ſimplicitatis q̃ artis. Nec cedebat amphioni de diſpoſitione: nec Aſclepiodoro de menſuris: hoc eſt quanto quid a quo diſtare deberet. Scitum eſt inter Prothogenẽ & eum quod accidit. Ille rhodi uiuebat. Quo cũ apelles annauigaſſet: auidus cognoſcendi opera eius fama tantum ſibi cogniti: cõtinuo officinam petiit. Aberat ipſe: ſed tabulam magnæ amplitudinis in machina aptatam picturæ anus una cuſtodiebat. Hæc prothogenem foris eſſe reſpõdit: iterrogauitq; a quo quæſitum diceret. Ab hoc iquit Apelles areptoq; peniculo lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam. Reuerſo prothogeni quæ geſta erant anus ĩdicauit. Ferunt artificẽ protinus cõtemplatũ ſubtilitatem dixiſſe: Apellẽ ueniſſe. Nõ. n. cadere in aliũ tam abſolutũ opus. Ipſum tunc alio colore tenuiorẽ lineã in ipſa illa duxiſſe: præcepiſſeq; abeuntẽ ſi rediſſet ille: oſtẽderet: adiiceretq; hũc eſſe quẽ quæreret: atq; ita euenit. Reuertitur. n. Apelles: ſed uinci erubeſcẽs: tertio colore lineas ſecuit: nullũ relinquẽs amplius ſubtilitati locum: at Prothogenes uictũ ſe cõfeſſus in portũ deuolauit: hoſpitem quærẽs. Placuitq; ſic eam tabulã poſteris tradi: oĩum quidẽ: ſed artificũ præcipue miraculo. Cõſumptã eã cõſtat priore incendio domus Cæſaris in palatio. Auide ante a nobis ſpectatam ſpatioſiore amplitudine: nihil aliud cõtinentem q̃ lineas uiſum effugientes. Inter egregia multoq; opera inani ſimilẽ & eo ipſo allicientẽ omniq; opere nobiliorẽ. Apelli fuit alioquin perpetua cõſuetudo nunq̃ tam occupatam diem agẽdi: ut nõ lineã ducẽdo exerceret artẽ: quod ab eo in prouerbiũ uenit. Idem perfecta opera ꝓponebat in pergula trãſeuntibus: atq; poſt ipſam tabulã latẽs uitia quæ notarent aſcultabat: uulgum diligẽtiorem iudicẽ q̃ ſe præferẽs. Feruntq; a ſutore reprehẽſum q; in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas. Eodẽ poſtero die ſuperbe emẽdationẽ priſtinæ ammonitiõis cauillante circa crus idignatũ proſpexiſſet: denunciãtem ne ſupra crepidã ſutor iudicaret: quod & ipſum in prouerbiũ uenit. Fuit. n. & comitas illi: propter quã & gratior Alexãdro magno erat: frequenter in officinã uentitanti. Vnde ut iam diximus: ab alio pingi ſe uetuit iueterato edicto. Sed & in officina imperite multa differẽti ſilentiũ comiter ſuadebat: rideri eum dicẽs a pueris qui colores tererẽt. Tantũ auctoritatis & iuris erat & in regẽ alioquin iracundũ. Quãq̃ Alexander ei honorẽ clariſſimo præbuit exemplo. Nãq; cũ dilectæ ſibi ex pallacis ſuis præcipue nomine Cãpaſpen nudã pingi ob ammirationẽ formæ ab Apelle iuſiſſet: eũq; cum paret: captum amore ſenſiſſet: dono dedit eam. Magnus animo maior imperio fuit: nec minor hoc facto q̃ uictoria aliqua. Quippe ſe uicit: nec thorũ tantũ ſuum: ſed etiã affectũ donauit artifici: ne dilectæ quidem reſpectu motus ut quæ modo regis fuiſſet modo pictoris eſſet. Sunt qui uenerẽ Anadyomenen illo pictã exẽplari putãt. Apelles & in æmulis Benignus Prothogeni dignationẽ primus rhodi cõſtituit. Sordebat ille ſuis: ut plerũq; domeſtica. Percõtantiq; quanti licitaretur opera effecta: paruum neſcio quid dixerat. at ille quinquagenis talentis popoſcit: famãq; diſperſit ſe emere: ut pro ſuis uenderet. Ea res cõcitauit Rhodios ad intelligendum artificem: nec niſi augentibus preciũ ceſſit. Imaginũ ille ſimilitudines adeo indiſcrete pinxit: ut incredibile dictu appion grãmaticus ſcriptũ reliquerit: quẽdam ex facie hominũ ad diuinãtem: quos Metopoſcopos uocant ex iis dixiſſe aut futuræ mortis annos aut præteritæ. Nõ fuerat ei gratia in comitatu Alexãdri cũ Ptolomæo: quo regnãte Alexãdriam ui tempeſtatis expulſus ſubornato fraude æmulorum Plano regio inuitatus ad regis cœnã uenit. Indignãtiq; Ptolomæo: & uocatores ſuos oſtendẽti ut diceret a quo eorum inuitatus eſſet: arepto carbone extincto e foculo: imaginẽ in pariete deliniauit: agnoſcente uultum Plani rege ex inchoato protinus. pinxit & Antigoni regis imaginẽ altero lumine orbã primus excogitata ratiõe uitia cõdendi: obliquam nanq; fecit: ut quod corpori deerat: picturæ potius deeſſe uidere tur. Laniumq; ea in parte a facie oſtendit: quã totam poterat oſtendere. Sunt inter opera eius expirantium imagines. Quæ autem nobiliſſima ſint: nõ eſt facile dictu. Venerẽ exeuntẽ e mari diuus auguſtus dicauit in delubro patris Cæſaris: quæ anadyomene uocatur: uerſibus græcis tali opere dum laudatur uicto: ſed illuſtrato. Huius enim inferiorẽ partẽ corruptã qui reficeret: non poterat inueniri. Verum ipſa iniuria ceſſit in gloriam artificis cõſenuit hæc tabula cariæ: Aliamq; pro ea Nero in prĩcipatu ſubſtituit ſuo Dorothei manu: Apelles inchoauerat aliam uenerẽ cois: ſuperaturus etiã ſuam illã priorẽ. Inuidit mors peracta parte: nec qui ſuccederet operi ad præſcripta liniaméta inuentus eſt. Pinxit & Alexãdrum magnũ fulmẽ tenẽtem in templo epheſiæ Dianæ. xx. talentis auri. Digiti eminere uidentur: & fulmẽ extra tabulã eẽ. Sed legẽtes meminerint: oſa ea cõſtare quattuor coloribus. Immane tabulæ precium accepit aureos menſura non numero. Pinxit & Megabyzi ſacerdotis Dianæ epheſiæ pompã: Clitum Equo ad bellum feſtinantẽ: & ei galeam poſcenti armigerũ porrigẽtem. Alexandrum & Philippũ quotiens pinxerit: enumerare ſuperuacuum eſt. Mirãtur eius abronẽ ſamii & Menãdrum regẽ cariæ rhodii. Item anceũ. Alexãdriæ Gorgoſthenẽ Tragœdum. Romæ Caſtoré & pollucẽ cum uictoria & Alexandro magno. Item belli imaginem reſtrictis a tergo manibus Alexandro in cutru triumphãte. Quas utraſq; tabulas diuus Auguſtus in fori ſui partibus celeberrimis dicauerat ſimplicitate moderata. Diuus Claudius pluris æſtimauit. In utriuſq; exciſa facie alexandri diui auguſti imaginẽ ſubdere. Eiuſdẽ arbitrantur manu eſſe & in antoniæ templo Herculem auerſum: ut quod eſt difficillimũ facie eius oſtendat uerius pictura quam promittat. Pinxit & Heroa nudum: eaq; pictura naturã ipſam prouocauit. Eſt & equus eius ſine fine dictus in certamine quod iudiciũ ad mutas quadrupedes prouocauit ab hoĩbus. Nãq; ambitu æmulos ꝑualere ſentiens ſingulorũ picturas inductis equis oſtendit: apellis tantum equo adhinniuere: idq; poſtea ſemper illius experimẽtũ artis oſtẽtat. Fecit & Neoptolemũ ex equo aduerſus perſes: Archelaũ cũ uxore & filia: Antigonũ thoracatũ cũ equo incedentẽ. Peritiores artis præferunt omnibus eius operibus eundẽ regem ſedentẽ in equo. Dianã ſacrificãtium uirginũ choro mixtã: quibus uiciſſe Homeri uerſus uidetur idipſum ſcribẽtis. Pinxit & quæ pingi nõ poſſunt toni trua: fulgetra: fulguraq; bronten: aſtrapen: ceraunobolon appellant. Inuẽta eius & cæteris eius profuere in arte. Vnum imitari nemo potuit: quod abſoluta opera atramẽto illinebat ita tenui: ut idipſum repercuſſu

claritates oculorum excitaret: custodiretq; a puluere & sordibus: ad manum intuenti demũ appareret. Sed & tum ratione magna: ne colorũ claritas oculorũ aciem offenderet ueluti per lapidẽ specularẽ intuentibus e longinquo. Et eadẽ res nimis floridis coloribus austeritatẽ occulte daret: Aequalis eius fuit aristides thebanus: Is omniũ primus animũ pinxit & sensus omnes expressit: quos uocãt græci ethe. Item perturbationes durior paulo in coloribus. Huius pictura: oppido capto ad matris morientis ex uulnere mãmam adrepens infans: intelligiturq; sentire mater: & timere ne emortuo lacte sanguinẽ infans lambat. Quã tabulã Alexãder magnus trãstulerat pellam in patriam suam. idem pinxerat prœlium cũ persis. c. hoies ea tabula cõplexus pactusq; in singulos mnas denas a tyrãno elatensium Mnasone. Pinxit & currentes quadrigas. Et supplicantem pene cũ uoce. Et uenatores cum captura. Et Leontionem pictorẽ. Et Anapauomenõ propter fratris amorẽ moriẽtẽ. Item Liberumpatrẽ & ariadnen spectatos Romæ in æde Cereris. Tragœdum & puerum apollinis. Cuius tabulæ gratia interiit pictoris iscitia: cui tergẽdam eam mãdauerat. M. Iunius prætor sub die ludorũ apollinariũ. Spectata est & in æde dei in capitolio imago senis cum lyra puerũ docentis. Pinxit & ægrum sine fine laudatũ. Qua in arte tantum ualuit: ut Attalus rex unã tabulam eius centum talentis emisse tradatur. Simul ut dictum est: & Protogenes floruit patria icaunus gentis Rhodiis subiectæ. Summa eius paupertas initio: artisq; summa intẽtio: & ideo minor fertilitas. Quis eum edocuerit: nõ putant cõstare. Quidã & naues pinxisse usq; ad annũ quinquagesimũ. Argumẽtum esse: q; cum athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro Propyleon pingeret ubi fecit nobilẽ Paralum & Hemionida: quã quidã nauicam uocãt: adiecerit paruulas naues lõgas in iis: quæ pictores parerga appellant: ut appareret a quibus initiis ad arcem ostentatiõis opera sua peruenissent. Palmã habent tabularũ eius Ialysus: qui est usq; hodie Romæ dicatus in templo Pacis: quẽ cum pingeret: traditur madidis lupinis uixisse: quoniã simul famẽ sustineret & sitim: ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorẽ induxit cõtra subsidia iniuriæ & uetustatis: ut decedẽte superiore inferior succederet. Est in ea canis mire factus: ut quẽ pariter casus & ars pinxerit. Nõ iudicabat se exprimere in eo spumã anhelantis cum in reliqua omni parte quod difficillimũ erat: sibi ipse satisfeciſſet. Displicebat autẽ ars ipsa: nec minui poterat: & uidebatur nimia ac longius a ueritate discedere: spumaq; illa pingi nõ nasci ex ore anxio animi cruciatu cum pictura uerum esse nõ uerisimile uellet: abstersérat sæpius: mutauerat q; penicillum: nullo modo sibi approbans. Postremo iratus arti quod intelligeretur: spõgiam impegit inuiso loco tabulæ: ex illaq; reposuit ablatos colores: qualiter cura optauerat fecitq; in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo similis & Nealtem successus in spuma equi similiter spõgia impacta secutus dicitur cum pingeret popizonta retinẽtem equum. Cum ita prothogenes monstrauit & fortuna. Propter hunc Ialysum ne cremaret tabulas Demetrius Rex: cum ab ea parte sola posset Rhodũ capere: non incẽdit: & parcẽtem q; picturæ fugit occasio uictoriæ. Erat nũc prothogenes in suburbano hortulo suo: hoc est Demetrii castris. Neq; interpellatus prœliis inchoara opera intermisit omnino: sed accitus a rege interrogatusq; qua fiducia extra muros ageret: respondit: scire se illi cum rhodiis bellũ esse nõ cum artibus. Dispoſuit ergo rex in tutelam eius stationes: gaudens q; posset manus seruare: quibus iam peperce rat: & ne sæpius auocaret: ultro ad eum uenit hostis. Relictisq; uictoriæ suæ uotis inter arma & murorum ictus spectauit artificem. Sequiturq; tabulã eius tẽporis hæc fama: q; eam prothogenes sub gladio pinxerit. Satyrus hic est: quẽ Anapauomenõ uocant: ne quid desit tẽporis eius securitati tibias tenẽs. Fecit & Cydippen Triptolemũ: Cyliscũ tragœdiarũ scriptorẽ meditantẽ & Athletã: & Antigonũ regẽ: & imaginẽ matris Aristotelis philosophi: qui ei etiã suadebat: ut Alexãdri magni opera pingeret: propter æternitatẽ rerũ. Impetus animi & libido in hæc quædã artis eum potius tulere: Nouissime pinxit Alexãdrum ac pana. Fecit & signa ex ære: ut diximus. Eadẽ ætate Asclepiodorus fuit: quẽ in symmetria mirabatur apelles. Huic Mnason tyrannus pro. xii. diis dedit in singulos mnas tricenas. Idemq; Theomnesto in singulos heroas mnas cẽtenas. His annumerari debet Nicomachus Aristodemi filius: ac discipulus. Pinxit hic raptum proserpinæ. Quæ tabula fuit in capitolio in Mineruæ delubro supra ædiculã iuuẽtutis. Et in eodẽ capitolio alia q̃ plancus imperator posuerat: uictoria quadrigã in sublime rapiens. Hic primus Vlixi addidit pileum. Pinxit & apollinem & Dianam: Deumq; matrẽ in leõe sedẽtẽ. Et item nobiles bacchas arreptãtibus satyris. Scyllãq; quæ nunc est Romæ in tẽplo pacis. Nec fuit alius in ea arte uelocior. Tradũt nãq; cõductum eum ab aristrato sicyoniorũ tyrãno ad pingẽdum: quod is faciebat Telesti poetæ monumẽtum: præfinito die intra quem perageret: nec multo ante uenisse: accẽso in pœnã tyrãno: pauciscq; diebus absoluisse celeritate & arte mira. Discipulos habuit aristidẽ fratrẽ & aristoclẽ filium & philoxenũ eretrium. Cuius tabula nullis postferenda Cassandro regi picta: cõtinuit Alexãdri prœliũ cum Dario. Itẽ pinxit & lasciuiã: in qua tres Sileni comesantur. Hic celeritatẽ præceptoris secutus: breuiores etiãnum quasdã picturæ uias & cõpendiarias inuenit: annumeratur his & Nicophanes elagãs & cõcinus: ita ut uetusta opera pingeret ꝓpter æternitatẽ rei & impetuosi animi: & cui pauci cõparent. Coturnus ei & grauitas artis. Multũ a zeusside & apelle abest apellis discipulus perseus ad quẽ de hac arte scripsit: qui huius fuit ætatis. Aristidis Thebani discipuli fuerũt: & filii Niceros & aristippus: cuius est Satyrus cũ Scypho coronatus. Discipuli eius fuerũt antorides & Euphranor: de quibus mox dicemus. Nãq; subtexi par est: minoris picturæ celebres in penicillo e quibus fuit pyreicus arte paucis postferẽdus. Proposito nescio an destruxerit se: quoniã humilia quidẽ secutus humilitatis tamẽ summã adeptus est gloriã. Tõstrinas sustrinasq; pinxit & asellos & obsonia ac similia: ob hoc cognomiatus Rhyparographos. In iis cõsummatæ uoluptatis. Quippe eæ pluris ueniere q̃ maxime multorũ. E diuerso meniana ut inquit uarro: oia opiebat. Serapiõis tabula subueteribus. Hic scœnas maxime pinxit: sed hominem pingere nõ potuit. Contra Dionysius nihil aliud q̃ homines pinxit: ob hoc anthropographus cognominatus. Parua & Calicles fecit. Item caleces comicis tabellis. Vtraq; antiphilus. Nam & Hesionam nobilẽ

Vel thlepolemũ

Vel ariston

pinxit:& Alexandrum ac Philippum cum Minerua:qui ſunt in ſchola in octauiæ porticibus & Philippi.Liberumpatrem:Alexandrum puerum:Hippolytum tauro emiſſo expaueſcentē. In pompeia uero Cadmū & Europē.Idemq; iocoſo nomine & gryllum ridiculi habitus pinxit.Vnde hoc genus picturæ gryllus uocatur.Ipſe in ægypto natus didicit a Cteſidemo.Decet non ſileri & ardeatis templi pictorem præſertim ciuitate donatum.Ibi & carmine quod eſt in ipſa pictura his uerſibus.

Dignis digna loco picturis condecorauit.
Reginæ Iunonis ſupremæ coniugis templum.
Marcus ludius elotas ætolia oriundus:
Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc ardea laudat.

Eaq; ſunt ſcripta antiquis litteris latinis.Nō fraudādo & Ludio & diui Auguſti ætate:qui primus inſtituit amœniſſimā parietū picturā uillas:& porticus:ac topiaria opera:lucos:nemora:colles:piſcinas:euripos:amnes:littora:qualia quis optaret:uarias ibi obābulātiū ſpēs:aut nauigātiū:terraq; uillas adeūtiū aſellis aut uehiculis.Iam piſcātes:aucupāteſq;:aut uenātes:aut ēt uindemiātes.Sūt i eius exēplaribus nobiles plauſtri acceſſu uillæ:ſub colliū ſpōſione mulieres labētes trepidæq; ferunt.Plurimæ ꝓterea faciles argutiæ:facetiſſimi ſales.Idēq; ſubdialibus maritimas urbes pīgere inſtituit blādiſſimo aſpectu minimoq; ipēdio.Sed nulla gloria artificū eſt:niſi eoꝝ q tabulas pinxere eoq; uenerabilior appet antiqtas.Nō.n.pietes excolebāt domi nis tātū:nec domos uno in loco māſuras:q̄ ex icēdiis rapi nō poſſent.Caſula Prothogenes cōtentus erat in hortulo ſuo.Nulla in Apellis tectoriis pictura erat.Nōdū libeat parietes totos pīgere.Oīs eorū ars urbibus excubabat:pictorq; res cōis terraꝝ erat.Fuit & Arellius Romæ celebris pauloāte diuū Auguſtū:niſi flagitio iſigni corrupiſſet artē ſemp alicuius amore fœminæ flagrās:& ob id deas pingēs:ſed dilectaꝝ imagine:itaq; i pictura eius ſcorta numerabant.Fuit & nup grauis ac ſeuerus:idēq; floridus:humilis ei pictor Amulius.Huius erat Minerua ſpectātē aſpectās quacūq; aſpiceret.Paucis diei oris pingebat:id quoq; cū grauitate:q; ſemp togatus q̄q̄ in machinis.Carcer eius artis domus aurea fuit:& ideo nō extant exēpla alia magnopere.Poſt eū fuere in auctoritate Cornelius pinus & Actius priſcus:qui honoris & uirtutis ædes imperatori Veſpaſiano Auguſto reſtituenti pinxerunt.Sed priſcus antiquis ſimilior.

Vel paluſtri
Vel collatis
Vel ſub collātiū ſpecie
Vel lauātes

De auium cantu compeſcendo:& qui encauſto & penicillo primus lacunaria:& cameras pinxerit:ſparſimq; precia mirabilia picturarum. CA. XI.

NOn eſt omittēda in picturæ mentiōe celebris circa Lepidū fabula.Siquidē in triū uiratu quodam loco deductus a magiſtratibus in nemoroſum hoſpitiū:minaciter cū iis poſtero die expoſtulauit:ſomnū adēptū ſibi uolucrū cōcentu.At illi draconē in lōgiſſima mēbra depictū circūdedere loco.Eoq; terrore aues tunc ſiluiſſe narrant:& poſtea cognitū eſt ita poſſe cōpeſci.Cæris pingere ac picturā inurere quis primus excogitauerit:nō cōſtat.Quidā Ariſtidis inuentū putāt:poſtea cōſumatā a praxitele.Sed aliquāto uetuſtiores encauſticæ picturæ extitere:ut Polygnoti & Nicanoris & Archeſilai pariorū.Lyſippus quoq; egynæ picturæ ſuæ iſcripſit Enetē:qd' profecto nō feciſſet:niſi encauſtica inuēta.Pāphilus quoq; Apellis ꝑceptor nō pinxiſſe tantū encauſtica:ſed etiā docuiſſe tradit' pauſiā ſicyoniū primū in hoc genere nobilē.Brietis filius hic fuit:eiuſdēq; primo diſcipulus.Pinxit & ipſe penicillo parietes thebis cū reficerent' quōdā a polygnoto picti:multūq; cōparatiōe ſupatus exiſtimabat':quoniā non ſuo genere certaſſet.Idē & lacunaria primus pingere inſtituit.Nec cameras ante eū taliter adornari mos fuit.Paruas pingebat tabellas maximeq; pueros.Hoc æmuli eū iterpretabant' facere:quoniā tarda picturæ ratio eēt illa.Quāobrē daturus celeritatis famā:abſoluit uno die tabellā:quæ uocata eſt hemereſios puero picto.Amauit i iuuēta Glycerā municipē ſuā iuentricē coronaꝝ:certādoq; imitatiōe eius ad numeroſiſſimā florū uarietatē perduxit artē illā:poſtremo pinxit illā ſedentē cū corona.Quæ nobiliſſima tabula appellata eſt ſtephanoplocos:ab aliis ſtephanopolis:quoniā Glycera coronas uenditādo ſubſtinuerat paupertatē.Huius tabulæ exēplar:quod apographon uocāt.L.Lucullus duobus talētis emit athenis:pauxias aūt fecit & grādes tabulas:ſicut ſpectatā in pōpei porticibus boum īmolationē.Eā.n.picturā primus iuenit:quā poſtea imitati ſunt multi:æquauit aūt nemo.Ante oīa cū lōgitudinē bouis oſtēdere uellet:aduerſum eū pinxit:nō tranſuerſum.Vnde & abūde itelligit' amplitudo.Dein cū oēs quæ uolunt eminētia uideri:cādifaciāt:coloreq; cōdiāt nigro.Hic totū bouē atri coloris fecit:umbraq; corpus ex ipſo dedit.Magna prorſus arte in equo extātia oſtēdēs:& in cōfracto ſolida oīa.Sicyone & hic uitā egit:diuq; fuit illa patria picturæ.Tabulas inde omnes ex publico propter æs alienū ciuitatis addictas Scauri ædilitas Romā tranſtulit:poſt eū emicuit longe ante oēs Euphranor iſthmius olympiade.ſ.centeſima.iiii.Is eſt qui inter fictores dictus eſt a nobis.Fecit & coloſſos:& marmora ac ſcyphos ſculpſit.Docilis ac laborioſus ante omnes:& in quocūq; genere excellens ac ſibi æqualis.Hic primus uidetur & expreſſiſſe dignitates inſignia heroum:& uſurpaſſe ſymmetriam.Sed fuit in uniuerſitate corporū exilior:capitibus articuliſq; grādior.Volumina quoq; cōpoſuit de ſymmetria & coloribus.Opera eius ſunt:equeſtre prœliū.xii.dii.Theſeus:in quo dixit:eundē apud parrhaſiū roſa paſtum eſſe ſuum uero carne.Nobilis eius eſt tabula epheſi:Vlixes ſimulata ueſania bouem cū equo iungēs:& palamedes dux faſce gladium cōdens.Eodē tēpore fuit & Cydias:cuius tabulā Argonautas.HS.c.xlīiii.Hortēſius orator mercatus eſt:eiq; ædem fecit in tuſculano ſuo.Euphranoris autē diſcipulus fuit Antidotus.Huius eſt clipeo dimicans & luctator:tibicēq; iter pauca laudatus.Ipſe diligentior:q̄ numeroſior:& in coloribus ſeuerus.Maxime iclaruit diſcipulo.Nicia athenienſi qui diligentiſſime mulieres pinxit.Lumen & umbras cuſtodiuit:atq; ut eminerent e tabulis picturæ:maxime curauit.Opera eius nemea aduecta ex aſia Romā a ſyllano:quā in curia diximus poſitā.Item Liberpater in æde Concordiæ.Hiacynthus:quē Cæſar Auguſtus delectatus eo ſecum deportauit alexandria capta:Et ob id Tiberius Cæſar in templo eius dicauit hanc

tabulam Dianæ. Epheſi uero eſt Megabyzi ſacerdotis epheſiæ Dianæ ſepulchrum. Athenis necromantia. Homeri. Hãc uendere noluit Attalo regi talẽtis. lx. potiuſq; patriæ ſue dõauit: abundãs opibus. Ficit & grã des picturas: in qbus ſunt Calypſo & Io: & Andrõeda. Alexãder quoq; in Põpei porticibus præcellẽs: & Ca lypſo ſedẽs. Huic quidẽ aſcribunt quadrupedes, Proſperrime canes expreſſit. Hic eſt Nicias: de quo dicebat Praxiteles interrogatus: quæ maxime opera ſua probaret in marmoribus: quibus Nicias manũ admouiſſet. Tantũ circũlitiõi eius tribuebat. Nõ ſatis diſcernitur alius eodẽ noie. At hũc eundẽ quidã faciunt olympia de centeſima. xii. Niciæ cõparatur: & aliquãto præferẽ athenion Maronites Glautiõis corinthii diſcipulus & auſterior colore: & in auſteritate iucundior: ut in ipſa pictura eruditio eluceat. Pinxit ĩ templo Eleuſinæ Philarchũ: athenis frequẽtiam quã uocauere polygynæcon. Item Achillẽ uirginis habitu occultatum Vly xe deprehẽdente. Et in una tabula quaq; maxime inclaruit: agoſonem cũ equo. Quod niſi in iuuenta obiiſ ſet: nemo ei cõpararetur. Eſt & nomẽ Heraclidi macedõi. Initio naues pinxit. Captoq; rege perſeo athenas cõmigrauit: ubi eodẽ tempore erat Metrodorus pictor. Idemq; philoſophus magnæ in utraq; ſcientia au ctoritatis. Itaq; cum. L. Paulus deuicto perſeo petiſſet ab athenienſibus ut q̃ probatiſſimum philoſophum mitterent ſibi ad erudiendos liberos: ĩtemq; pictorem ad triumphũ excolendũ: athenienſes Metrodorũ ele gerunt: profeſſi eundem in utroq; deſiderio præſtantiſſimum: quod edicto quoq; Paulus ĩdicauit. Timo machus bizantinus Cæſaris dictatoris ætate Aiacem ei pinxit & Medeam abeo in Veneris genetricis æde poſitas: octoginta talentis uenundatas. Talentum autem atticum ut ait Varro. xvi. ſeſtertiis taxatur. Timo machi æque laudantur Oreſtes, Iphigenia in tauris: & Lecythion agilitatis exercitator: cognatio nobilium palliati: quos dicturos pinxit: alterum ſtantem: alterum ſedentem. Præcipue tamen ars ei fauiſſe in Gorgo ne uiſa eſt. Pauſiæ filius & diſcipulus Ariſtolaus e ſeueriſſimis pictoribus fuit: cuius ſunt Epaminundas: pe ricles: Medea: Virtus: Theſeus. Imago atticæ plebis: boum immolatio. Sunt quibus & Mechopanes eiuſdẽ pauſiæ diſcipulus placeat diligentia: quam intelligant ſoli artifices. Alias durus in coloribus ſed & multus. Nam Socrates iure omnibus placet. Taleſq; ſunt eius picturæ. Cum Aeſculapio filiæ Hygia Aegle: Panacea Laſo: & piger qui appellatur Ocnos ſpartum torquens q; aſellus arrodit. Hactenus indicatis genere in utro que proceribus: non ſilebuntur & primis proximi. Ariſtoclides: qui pinxit ædem Apollinis Delphis: An thiphilus puero ignem conflante laudatur: ac pulchre alias domo ſplendeſcente: ipſiuſque pueri ore. Item lanificio: in quo properant omnium mulierum penſa: Ptolemæo uenante. Sed & nobiliſſimo ſatyro cum pelle pantherina: quem Apoſcopenonta appellant. Ariſtophon anchalo uulnerato ab apro cum ſocia dolo ris aſtipale. Numeroſa æque tabula: ĩ qua ſunt Priamus: Helena Credulitas: Vlyxes: Deiphebus: Dolus. An drobius pinxit Scyllin ancoras perſicæ claſſis præcidentem. Artemon Danen mirãtibus eam prædonibus. Reginam Stratonicem: Herculem & Deianiram. Nobiliſſimas autẽ quæ ſunt in porticibus Octauiæ ope ribus. Herculem ab oeta monte Doridos exuſta mortalitate conſenſu deorum in cœlum euntem. Laume dontis circa Herculem & Neptunnum hiſtoriam: Alcimachus Dioxippum: qui Pancratio olympiæ citra pulueris iactum: q; uocant aconiti: uicit Conet. Nemea. Cteſilochus apellis diſcipulus petulanti pictura in notuit Ioue librum parturiente depicto mitrato & muliebriter ingemiſcente inter obſtetrices & dearum clamorem. Cteſidemus oecaliæ expugnatione & laodamia. Cleſides reginæ Stratõices iniuria: nullo enim honore exceptus ab ea: pinxit uoluptatem cum piſcatore: quem reginam amare ſermo erat. Eamque tabu lam in portu epheſi propoſuit: ipſe uelis raptus eſt: Regina tolli uetuit: utriuſq; ſimilitudine mire expreſ ſa. Cratinus comœdus athẽis in pompio pinxit. Eutychides bigam regis cum uictoria. Eudorus ſcæna ſpe ctatur. Idem & ex ære ſigna fecit. Iphis Neptunno & Victoria. Habrõ amiciciam & concordiam pinxit: &
Vel leõ ſippus deorum ſimulachra. Leontiſcus aratum uictorem cum tropheo pſaltriam. Leon Sapho. Nicæarchus Ve nerem inter Gratias & cupidinem. Herculem triſtem inſaniæ pœnitentia. Nealces Venerem ſolers in arte & ingenioſus operi ſuperpinxit. Siquidem cum prœlium nauale ægyptiorum & perſarum pinxiſſet: quod in nilo: cuius aqua eſt mari ſimilis: factum uolebat intelligi: argumentoq; declarauit: quod arte non pote rat: aſellum enim in littore bibentem pinxit: & crocodillum inſidiantem ei. Oenias Syngenicon. Philiſcus officinam pictoris: ignem conflante puero. Phalerion Scyllam. Simonides Agatarchum & Mnemoſinem. Simus iuuenem requieſcentem: officinam fullonis: quinquatrus celebrãtem. Idemq; Nemeſin egregiam. Theodorus uero emungentem. idem ab Oreſte matrem & Aegyſthum interfici. Bellumq; iliacum pluri bus tabulis: quod eſt Romæ in philippi porticibus: & Caſſandram in concordiæ delubro. Theontius Epi curum cogitantem Demetriũ regem. Theon Oreſtis inſaniam: Thamyrã cytharœdũ. Tauriſcus dioſcobo lum: Clytẽneſtrã: Paniſcum: polynicẽ regnum repetentẽ: & Capanea. Non omittetur inter hos inſigne exẽ plum. Nanq; erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris in tantum ipſe profecit: ut celebrem etiam diſcipu lum ipſe reliquerit Paſiam fratrem Egenitæ fictoris. Illud uero per quam rarum ac memoria dignum eti am ſuprema opera artificum imperfectaſq; tabulas: ſicut Irin Ariſtidis: Tindaridas Nicomachi: Medeam: Thimomachi: & quam diximus Venerem apellis: in maiori ammiratione eſſe: q̃ perfecta. Quippe in iis li niamenta reliqua: ipſæq; cogitationes artificum ſpectantur: atq; in lenocinio commendationis dolor eſt. Manus cum id agerẽt extinctæ deſiderantur. Sunt etiamnum non ignobiles quidem in tranſcurſu tamen dicendi: Ariſtonides: Anaxander: Ariſtobolus ſyrus: Areheſilas: Tiſicratis filius: Coribas: Nicomachi diſci pulus: Carmanides Euphranoris: Dionyſiodorus colophonius: Diogenes qui cum Demetrio rege uixit. Eutymedes: Heraclides macedo: Mydõ ſolus philomachi ſtatuarii diſcipulus: Mnaſitheus Sicyõius: Mna ſidemus Ariſtonidis filius & diſcipulus: Neſſus Habronis filius: Polemon alexãdrinus. Theodorus ſamius & Tadius Nicoſthenis diſcipuli. Xenon Neoclis diſcipulus Sicyonius. Pinxere & mulieres. Timarete My conis filia Dianam in tabula: quæ epheſi eſt ĩ antiquiſſimis picturæ. Irene Cratini pictoris filia & diſcipula

puellam quæ eſt eleuſinæ. Calypſo ſenem & præſtigiatorem Theodorum. Alciſthene ſaltatorem. Ariſtare te Nearchi filia & diſcipula Aeſculapium. Lala cyzena perpetua uirgo. Martia. M. Varronis iuuenta romæ & penicillo pinxit: & ceſtro in ebore imagines mulierum maxime: & Neapolitanū in grandi tabula. Suam quoq; imaginem ad ſpeculū. Nec ullius in pictura uelocior manus fuit. Artis uero tantum ut multū immanitate precii antecederet celeberrimos eadem ætate imaginū pictores. Sopylon & Dionyſium: quoq; tabulæ pinacothecas implent. Pinxit & quædam Olympias: de qua hoc ſolum memoratur: diſcipulum eius fuiſſe Antobolum. In encauſtice pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat: cæra & ebore ceſtro ideſt uiriculo: donec claſſes pingi cœpere. Hoc tertium acceſſit: reſolutis igni cæris penicillo utendi: quæ pictura in nauibus nec ſole nec ſale uentiſq; corrumpitur. Pingunt & ueſtes in ægypto inter pauca mirabili genere. Candida uela poſtquam attriuere illinentes non coloribus: ſed colorem ſorbentibus medicamentis. Hoc cum fecere non apparet in uelis: ſed in cortina pingi. In feruentes aquas merſa poſt momentum extrahuntur picta. Mirumq; cum ſit unus in cortina colos: ex illo alius atq; alius fit in ueſte accipientis medicaminis qualitate mutatus. Nec poſtea ablui poteſt: ita cortina non dubiæ confuſura colores ſi pictos acciperet. Digerit eos ex uno: pingitq; dum coquit. Et aduſtæ ueſtes firmiores fiunt: q̄ ſi non urerentur.

Plaſtices primi iuentores: de ſimulacris & uaſis fictilibus & precio eorum. CA. XII.

DE pictura ſatis ſuperq;. Contexuiſſe his & plaſticē cōueniat: eiuſdē operæ terræ fingere ex argilla ſimilitudines. Dibutades ſicyonius figulus primus inuenit corinthi filiæ opera: q̄ capta amore iuuenis: illo abeunte peregre: umbram ex facie eius ad lucernā in pariete lineis circūſcripſit. Quibus pater eius īpreſſa argilla typū fecit: & cū cæteris fictilibus induratū igni propoſuit: eūq; ſeruatū in nympheo: donec corinthū Mummius euerteret: tradunt. Sunt qui in ſamo primos oīum plaſticen inueniſſe Rhoecum & Theodorū tradant multo ante Battiadas corintho pulſos. Demarathum uero ex eadem urbe profugū qui in ethruria Tarquiniū priſcum regē populi Ro. genuit: comitatos fictores Euchirapum & Eugrammū: ab iis italiæ traditam plaſticen. Dibutadis inuentum eſt rubricā addere: aut ex rubrica cretam fingere. Primuſq; perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit: quæ inter initia protypa uocauit. Poſtea idem ectypa fecit. Hic & faſtigia templorū orta: propter hunc plaſtæ appellati. Hominis autem imaginē gypſo e facie ipſa primus oīum expreſſit: cæraq; in eam formam gypſi infuſa emendare inſtituit Lyſiſtratus ſicyonius frater Lyſippi: de quo diximus. Hic & ſimilitudinem reddere inſtituit. Ante eū quam pulcherrimas facere ſtudebatur. Idem & de ſignis effigiem exprimere iuenit. Creuitq; res in tātum: ut nulla ſigna ſtatuæ ue ſine argilla fierent. Quo apparet antiquiorē hanc fuiſſe ſcientiam. q̄ fundendi æris. Plaſtæ laudatiſſimi fuere Dimophilus & Gorgaſus. Idemq; pictores qui cereris ædem Romæ ad circū maximum utroq; genere artis ſuæ excoluerunt: uerſibus inſcriptis græce: quibus ſignificarunt a dextra opera Dimophili eſſe: a parte Leua Gorgaſi. Ante hanc ædem tuſcanica omnia in ædibus fuiſſe auctor eſt. M. Varro. Ex hac cum reficerentur: cruſtas parietum exciſas tabulis marginatis incluſas eē. Item ſigna ex faſtigiis diſperſa. Fecit & Calcoſthenes cruda opera athenis: qui locus ab officina eius ceramicos appellatur. M. Varro tradit ſibi cognitum romæ. Poſſunium nomine: a quo factas romæ tubas. Item piſces: quos aſpectu diſcernere a ueris uix poſſes. Idem magnificat archeſilaum. L. Luculli familiarem: cuius proplaſticem pluris uenire ſolitā ab artificibus ipſis quam aliorū opera. Ab hoc factam Venerem genetricem i foro Cæſaris: & priuſquā abſolueret: feſtinatione dedicandi poſitā. Deinde ei a Lucullo ſeſtertiis. lx. ſignū fœlicitatis locatum: cui mors utriuſq; inuiderit. Octauio equiti romano cratera facere uolenti exemplar e gypto factū talento. Laudat & paſitelem qui plaſticen matrē ſtatuariæ ſculpturæq; & cælaturæ eē dixit: & cum eēt in oībus his ſummus nihil unq̄ fecit: anteq̄ finxit. Præterea elaboratā hāc italiæ artē & maxime ethruriæ. Turianūq; a fregellis accitum: cui locaret Tarquinius Priſcus Iouis effigiem in capitolio dicandā. Fictilem eā fuiſſe: & ideo mirari ſolere. Fictiles in faſtigio templi eius quadrigæ: de quibus ſæpe diximus. Ab hoc eodē factum Herculem: qui hodieq; materiæ nomē in urbe retinet. Hæ enim tum effigies deum erant laudatiſſimæ. Nec pœniteret nos illorū qui tales coluere. Aurū enim & argentū ne diis quidem conficiebant. Durant etiānum pleriſq; in locis talia ſimulacra. Faſtigia quidē templorū etiam in urbe crebra & municipiis mira cælatura & arte firmitateq; æui ſanctiore auro certe inocētiore. In ſacris qdē ēt iter has opes nō murrhinis cryſtalliſue: ſed fictilibus prolibatur ſympulis inocentius. Inenarrabili terræ bēignitate: ſi quis ſingula æſtimet: etiā ut omittant in frugū uini: pomorū: herbarū: fruticū: medicamētorū metallorū generibus beneficia eius: quæq; adhuc diximus: uel quæ aſſiduitate faciant. Figlinarū opera: imbricibus: tubulis teguliſq; ad balneas māmatis: uel adiecta coctilibus laterculis fundamētiſq; aut quæ rota fiūt etiam fictilibus doliis ad uina excogitatis: & ad aquas. Propter quæ Nūma rex ſeptimū collegiū figulorū inſtituit. Quin & defunctos ſeſe multi fictilibus doliis condi maluere: ſicut. M. Varro pythagorico modo in myrti & oleæ atq; nigræ populi foliis. Maior quoq; pars hominū terrenis utitur uaſis. Samia etiānum in eſculētis laudant. Retinet hanc nobilitatē & Arretiū in italia & calicū tantū ſurrentū: aſta pollentia: in hiſpania & ſaguntū: in aſia pergamū. Habent & trallis opera ſua: & utina in italia: quoniā & ſic gentes nobilitant. Et hæc quoq; p maria terraſq; ultro citroq; portant. Inſignibus rotæ officinis erythris. Hodieq; in templo mōſtrantur duæ amphoræ ꝓpter tenuitatē conſecratæ diſcipuli magiſtriq; certamine uter tenuiorē humū circūduceret. Coislaus maxima: hadrianis firmitas. Nōnullis circa hoc ſeueritatis quoq; exēplis. Qu. Coponiū iuenimus ambitus dānatū: quia uini amphoram dediſſet dono ei: cuius ſuffragii latio erat. Atq; ut luxu aliqua quoq; auctoritas cōtingat figlinis tripatinū inquit Feneſtella appellabat ſumma cœnaq; lauticia. Vna erat murenaq; altera lupoq;: tertia myxonis piſcis. Inclinatis iam. ſ. moribus ut tamē eos præferre græciæ etiā philoſophis poſſimus. Siquidē in Ariſtotelis hæredū auctione. lx. patinas ueniſſe tradit. Nā nos cū unā Aeſopi tragœ-

Vſ rhe cum

Vel hamatis

Vel mixti piſcis

diarum hiſtrionis in natura auium diceremus ſeſtertiis.dc.ſtetiſſe:nō dubito idignaturos legētes. At Hercules Vitellius in principatu ſuo.cc.ſeſtertiis condidit patinam:Cui faciendæ fornax in campis ex edificata erat:quoniā eo peruenit luxuria:ut etiā fictilia pluris conſtent:q̄ murrhina. Propter hanc Mutianus altero cōſulatu ſuo in cōquæſtione exprobrauit patinarū paludes Vitellio.Memoria nō ulla fœdiore:cuius ueneno Aſprenati reo Caſſius Seuerus accuſator obiiciebat iteriſſe.cxxx.cōuiuas.Nobilitant̄ iis oppida quoq; ut regium:& cumæ.Samia teſta matris deū ſacerdotes:qui galli uocant̄:uirilitatē amputant. Nec aliter citra perniciem:ſi.M.Celio credamus:qui linguā ſic amputandā obiecit graui probro:tanquam & ipſe iam tunc eidem Vitellio malediceret.Quid non excogitauit ars? fractis etiam teſtis utendo ſic ut firmius durēt tuſis calce addita:quæ uocāt ſignina.Quo genere etiam pauimenta excogitauit.

Terræ uarietates:& de puluere puteolāo:& aliis terræ generibus:q̄ in lapidē uertunt̄. CA. XIII.

VErū & ipſius terræ ſunt alia ſegmēta.Quis.n.ſatis miret̄ peſſimā eius partē medioq; puluerem appellatū in puteolāis collibus opponi maris fluctibus:merſumq; ptinus fieri lapidē unū inexpugnabilē undis:& fortiorē quotidie:utiq; ſi cumano miſceat̄ cemēto.Eadē eſt terræ natura in cyzicena regiōe:ſed ibi nō puluis:ueꝝ ipſa terra qualibet magnitudīe exciſa & demerſa in mare lapidea extrahit̄.Hoc idē circa caſſandreā prodūt fieri.Et in fonte gnidio dulci intra octo menſes terrā lapideſcere.Ab oropo quidē aulidē uſq; quicquid terræ attingit̄ mari:mutatur in ſaxa:non multū a puluere puteolano diſtat e nilo arena tenuiſſima ſui parte:nō ad ſuſtinēda maria fluctuſq; frangēdos:ſed ad debellāda corpora palæſtræ ſtudiis.Inde certe patrobio Neronis principis liberto aduehebatur.Quin & Leonato & Cratero ac Meleagro Alexādri magni ducibus fabulū hoc portari cū reliquis militaribus commertiis reperio.Plura de hac parte nō ſum dicturus:nō hercules magis q̄ de terræ uſu in cæromatis:quibus exercendo iuuentus noſtra corpora uites animorum perdidit.

De parietibus fornaceis:& lateritiis:& eorum ratione. CA. XIIII.

QVid? nō & in africa hiſpāiaq; ex terra parietes:quos appellāt fornaceos(quoniā fornacū modo circundati utrinq; duabus tabulis īfarciunt̄ uerius q̄ īſtruunt̄)æuis durāt:īcorrupti ībribus: uentis: ignibus:oīq; cemēto firmiores.Spectat ēt nūc ſpeculas Hānibalis hiſpania terrenaſq; turres iugis mōtiū īpoſitas.Hīc & ceſpitū natura caſtroꝝ uallis accōmodata cōtra fluminū īpetus aggeribus. Illini quidē crates parietū luto:& lateribus crudis extrui quis ignorat? Lateres nō ſunt e fabuloſo:neq; arenoſo:multoq; minus calculoſo ducēdi ſolo:ſed e cretoſo & albicāte:aut ex rubrica.Vel ſi iā ex fabulo e maſculo certe.Fingunt̄ optime uere.Nā ſolſtitio rimoſi fiunt:quos ædificiis nō idoneos ꝓbāt.Quin & ītritū ipſum eoꝝ prius q̄ fingant̄:macerari oportet.Genera eoꝝ tria.Lidoron quo utimur:lōgū ſeſqpede:latum pede.Alteꝝ tetradorō.Tertiū pētadorō:Græci.n.antiq doron palmū uocābāt:& iō dora mūera: ga manu darent̄.Ergo a q̄ttuor &.v.palmis ꝓut ſunt:noīant̄.Eadē eſt latitudo.Minore ī priuatis operibus: maiore in publicis utunt̄ in græcia:pithane in aſia & ulterioris hiſpāiæ ciuitatibus maſſiliā & caleto fiunt lateres: q ſiccati nō mergunt̄ in aq̄.Sūt.n.e terra pumicoſa:cū ſubigi pōt utiliſſima.Græci:ꝓterq̄ ubi e ſilice fieri poterat ſtructura:parietes latericios ꝓtulere.Sūt.n.æterni:ſi ad ꝓpendiculū fiant.Ideo & ad publica opa & regias domos addunt̄.Sic extruxere murū athenis:q id mōtē hymetū ſpectat.Sic patris ædes Iouis & Hercu lis q̄uis lapideas colūnas & epiſtylia circūdarēt. Domū regiā Attali tallibus.Itē ſardibus Croeſi: quā geruſia fecere.Halicarnaſi mauſolea:q̄ etiā nūc durāt.Lacedæmone qdē excīſum lateritiis parietibus opus tectoriū ꝓpter excellētiā picturæ ligneis formis īcluſum romā deportauere in ædilitate ad comitiū exornandū Murena & uarro.Quod opus cū per ſe mirū eſſet:trāſlatū tamē magis mirabant̄.In italia quoq; latericius murus aretii & meuaniæ eſt.Romæ nō fiunt talia ædificia:quia ſeſquipedalis paries:nō pluſquā unam contignationem tolerat.Cautūq; eſt:ne cōis craſſior fiat:nec intergerinorū ratio patitur.

Vel lydium

De ſulphure:alumine:& generibus eorū:& medicinæ. CA. XV.

HAec ſint dicta de lateribus.In terræ aūt reliquis generibus:uel maxime natura mira eſt ſulphuris quo plurima domant̄.Naſcit̄ in īſulis æolis inter ſiciliā & italiā:quas ardere diximus.Sed nobiliſſimū in melo inſula.In italia quoq; inuenit̄ in neapolitano cāpanoq; agro collibus:qui uocant̄ leucogæi:qd̄ e cuniculis effoſſum pficit̄ igni.Genera quattuor.Viuū:quod græci apyron uocāt: naſcitur ſolidum:hoc gleboſum.Eo ſolo ex oībus generibus medici utūtur.Cætera enim liquore cōſtant: & cōficiuntur oleo incocta.Viuū aūt effodit̄:tranſlucetq;:& uiret.Alterū genus appellant glebam: fullonum tantum officinis familiare.Tertio quoq; generi unus tantū eſt uſus ad ſufficiendas lanas:quoniā candorem tantū molliciēq; confert.Egula uocat̄ hoc genus.Quarto aūt ad ellychnia maxime cōficienda. Cætero tanta uis eſt:ut morbos comitiales deprehēdat nidore:īpoſitū igni.Luſit & Anaxialus eo cādens in calice nouo prunaq; ſubdita circūferens:exardeſcētis repercuſſu pallorē dirum uelut defunctorū effundente cōuiuiis. Natura eius excalfacit:cocoquit.Sed & diſcutit collectiones corporum:ob hoc talibus emplaſtris malagmatibuſq; miſcetur.Renibus quoq; & lumbis in dolore cum adipe mire prodeſt impoſitum.Aufert & lichenas a facie cum terebinthi reſina:& lepras:Harpaxiton uocatur a celeritate auellendi:auelli. n. ſubinde debet.Prodeſt & ſuſpirioſis linctum.Purulenta quoq; extuſſientibus:& contra ſcorpionū ictus. Vitiligines uiuum nitro mixtū:atq; ex aceto tritum & illitum:tollit.Itē lendes in palpebris:aceto ſandaracato ammixto.Habet & in religionibus locum ad expiandas ſuffitu domos.Sentit̄ uis eius & in aquis feruentibus.Neque alia res facilius accenditur:quo apparet:ignium uim magnā etiam ei ineſſe.Fulmina & fulgura quoq; ſulphuris odorē habent:ac lux ipſa eorū ſulphurea eſt.Et bituminis uicina eſt natura:alibi limus:alibi terra.Limus a iudeæ lacu ut diximus emergens.Terra in ſyria circa ſydonē oppidum maritimum.Spiſſantur hæc utraq;:& in dēſitatē coeunt.Eſt uero liquidū bitumē ſicut zacynthium & quod a babylone inuehitur.

Ibí quidem & candidum gignitur. Liquidum eſt & apolloniaticum: quæ oía græci piſſaſphalton appellãt: ex argumento picis & bituminis. Gignitur & pingue liquoriſq; oleaci in ſicilia: agragantino fonte íficiens riuũ. Incolæ id arundinũ panniculis colligunt citiſſime ſic adhæreſcens. Vtunturq; eo ad lucernarũ lumina olei uice. Itẽ ad ſcabiem iumentorũ. Sunt qui & naphthen de qua in ſecũdo diximus uolumine: bituminis generi aſcribunt. Vergit ardens eius uis igniũ naturæ cognata procul abeſt ab oi uſu. Bituminis probatio ut quã maximæ ſplendeat: ſitq; põderoſum ac graue. Leue autẽ modice: quoniã adulteraſ pice. Vis bituminis quæ ſulphuris: ſiſtit diſcutit: attrahit: glutinat. Serpentes nidore fugat accenſum. Ad ſuffuſiones oculorũ: & albugines babyloniũ efficax tradit. item ad lepras lichenas: prurituſq; corporũ illinitur & podagris. Oía autem eius genera incõmodos oculorũ pilos replicant. Dentiũ doloribus medent ſimul cum nitro illita. Tuſſim ueterem & anhelitus cũ uino potum emendat. Dyſentericis etiã datur eodem modo. Siſtitq; aluũ. Cum aceto uero potum diſcutit concretũ ſanguinẽ: & detrahit. Mitigat lumborũ dolores: item articulorũ. Cum farina hordeacea impoſitũ: emplaſtrum peculiare facit ſui noís. Sanguinem ſiſtit. Vulnera colligat. Glutinat neruos. Vtuntur etiã ad quartanas bituminis drachma & hedyoſmi pari pondere cum myrrhæ obolo ſubacti. Comitiales morbos uſtum deprehendit. Vuluarũ ſtrangulationes olfactum diſcutit cum uino & caſtoreo. procidentia ſedis ſuffitu reprimit. purgatiões fœminarũ in uino potum elicit. In reliquo uſu æramentis illinit: firmatq; ea contra ignes. Dixius & tingi ſolitas ex eo ſtatuas & illini. Calcis quoq; uſum præbuit uita ferruminatis babylonis muris. placet in ferraris fabrorũ officinis tingendo ferro: clauorũq; capitibus: & multis aliis uſibus. Nec minor aut ab eo diſſimilis eſt aluminis opera: qđ intelligitur ſalſugo terræ. plura & eius genera. In cypro candidũ & nigrũ: exigua coloris differentia: cũ ſit uſus magni: quoniã inficiendis claro colore lanis candidũ liquidũq; utiliſſimũ eſt. Contraq; fuſcis aut obſcuris nigrũ. Et aurum nigro purgat. Fit autem oẽ ex aq̃ limoq;: hoc eſt terræ exudantis natura. Corriuatum hyeme æſtiuis ſolibus maturat. Qđ fuerit ex eo præcox: candidũ fit. Gignitur aũt in hiſpania: ægypto: armenia: macedonia: ponto: africa. Inſulis ſardinia melo: lipara: ſtrongyle. Laudatiſſimũ in ægypto: proximũ in melo. Huius quoq; duæ ſpecies: liquidũ: ſpiſſumq;. Liquidi pbatio: ut ſit lympidũ lacteũq; ſine offenſis fricandi: cum quodam igniculo caloris. Hoc phorimon uocãt. An ſit adulteratũ: deprehendit ſucco punici mali. Sincerum enim mixtura ea nigreſcit. Alterũ genus eſt pallidæ & ſcabræ naturæ & qđ inficitur galla. Ideoq; hoc uocant paraphoron. Vis liqdi aluminis aſtringere: indurare: rodere. Melle admixto ſanat oris ulcera: papulas: prurituſq;. Hæc curatio fit in balneis duabus mellis partibus: tertia aluminis. Virus alarũ ſudoreſq; ſedat. Sumitur pilulis contra lyenis uitia. Pellendũq; pruritum: ac per urinã ſanguinẽ. Emendat & ſcabiẽ nitro ac melãthio admixtis. Concreti aluminis unum genus ſchiſton appellant græci in capillamenta quædã canaſcẽtia dehiſcens. Vnde quidã trichitin potius appellauere. Hoc quoq; fit ex lapide: ex quo & id chalcitin uocãt: ut ſit ſudor quidã eius lapidis in ſpumã coagulati. Hoc genus aluminis ſiccat: minuſq; ſiſtit humorẽ inutilem corporibus. Sed auribus magnopere pdeſt ifuſum: uel illitũ: uel oris ulceribus: dẽtibuſq; ſi ſaliua cũ eo cõtineat. Et oculorũ medicamentis inſerit apte: uerẽdiſq; utriuſq; ſexus. Coquit i patinis: donec liq̃ri deſinat. Interioris eſt & alterũ genus qđ ſtrongylen uocant. Duæ eius ſpẽs: fungoſum atq; oíum ore dilui facile: qđ in totũ dãnat. Melius pumicoſum: & foraminũ fiſtulis ſpongiæ ſimile: rotundũq; natura: candido ppius: cũ q̃dã pinguedine ſine arenis friabile: nec íficiens nigritia. Hoc coquit per ſe carbonibus puris: donec cinis fiat. Optimũ ex oíbus qđ melinũ uocãt ab íſula melo: ut diximus. Nulli uis maior neq; aſtringẽdi: neq; denigrãdi: neq; ídurãdi. Nullũ ſpiſſius. Oculorũ ſcabricias extenuat. Cõbuſtũ utilius epiphoris íhibẽdis. Sic & ad pruritus corporis. Sanguinẽ quoq; ſiſtit in totũ foris illitũ. Vulſis pilis ex aceto illitũ: renaſcentẽ mollit lanuginẽ ſũmã. Oium generũ uis in aſtringendo. Vnde nomẽ a græcis. Ob id oculorũ uitiis aptiſſima ſunt. Sanguinis fluctiones íhibent cũ adipe. Sic & infantiũ ulcera putreſcentia ulcerũ cõpeſcit cũ adipe. Et hydropicorũ eruptiões ſiccat. Et auriũ uitia cum ſucco punici mali. Et unguium ſcabricias: cicatricũq; duritias: & pterygia ac perniones. Phagedenas ulcerum ex aceto: aut cum galla pari pondere cremata. Lepras cum ſucco olerum. Cum ſalis uero duabus partibus uitia quæ ſerpunt. Lendes & alia capillorum aĩalia permixtũ aquæ. Sic & ambuſtis prodeſt: & furfuribus corporum cũ ſero pice. Infunditur & diſentericis. Vuã quoq; in ore comprimit: ac tonſillas. Ad oía quæ in cæteris generibus diximus efficacius intelligitur ex melo aduectum. Nam ad reliquos uſus uitæ in coriis laniſq; perficiendis: quãti ſit momenti: ſignificatũ eſt. Ab his per ſe omnia ad medicinas pertinentia terræ genera tractabimus.

Vel fricantiũ

Vel ſero picis uel picẽ

De terra ſamia: & eretria: & chia: & ſelinuſia: & phniti: & ampeliti medicinæ. CA. XVI.

SAmiæ duæ ſunt: quæ ſyropicon: & q̃ aſter appellant: prioris laus: ut recens ſit: & leuis: linguæq; glutinoſa. Altera gleboſior: candida. Vtraq; urit: ac lauat. Sunt qui præferant priorẽ. pſunt ſanguinẽ expuentibus. Emplaſtriſq; quæ ſiccandi cã componunt: Oculorũ quoq; medicamẽtis miſcentur. Eretria totidẽ differentias hẽt. Namq; & alba eſt: & cinerea: quæ põfert in medicina. Probatur mollicie: & qđ ſi ære præducat: uiolaceũ reddit colorẽ. Vis & ratio eius in medẽdo dicta eſt iter pigmenta. Lauatur oís terra. In hoc enim loco dicemus: perfuſa aqua ſiccataq; ſolibus: iterũ ex aqua trita: ac repoſita: donec conſidat: & digeri poſſit in paſtillos. Coquitur in calicibus crebro cõcuſſu: eſt in medicaminibus & chia terra candicãs. Effectus eius qui ſamiæ. Vſus ad mulierũ maximæ cutem. Idem & ſelinuſiæ. Lactei coloris eſt hæc: & aqua dilui celerrima. Eadẽq; lacte diluta: tectoriorũ albaria interpolãtur. pnigitis eretriæ ſimillima eſt grandioribus tantum glebis & glutinoſa: cui effectus idem qui cimoliæ: infirmior tamẽ. Bitumini ſimillima eſt ampelitis. Experimentum eius: ſi cæræ modo accepto oleo liqueſcat. Et ſi nigricãs colos maneat toſtæ. Vſus ad molliendum diſcutiendumq;. Ad hæc medicamentis additur: præcipue in cal. blepharis & inficiendis capillis.

Vel aere

V phnitis

Cretæ genera ad ueſtium uſus cimolia:ſarda:umbrica:ſaxum:argentariam. CA. XVII.

CRetæ plura genera. Ex iis cimoliæ duo ad medicos ptinentia. Candidũ & ad purpuriſſum inclinans. Vis utriq; ad diſcutiendos tumores:& ſiſtendas fluctiones aceto aſſumpto. Panos quoq; & parotidas cohibet. Et lichenas illita:puſtulaſq; Si uero aphronitrũ & æs cypriũ admiſceat & acetũ:pedũ tumores ſanat:ita ut in ſole curatio hæc fiat:& poſt ſex horas aqua ſalſa abluatur. Teſtium uero tumoribus cypria cæra addita pdeſt:& refrigerãdi quoq; natura cretæ eſt:ſudoreſq; ĩmodicos ſiſtit illita. Atq; ita papulas cohibet ex uino ſumpta in balneis:laudat maximæ theſſalica. Naſcit & in lycia circa bubonẽ:eſt & alius cimoliæ uſus in ueſtibus. Nam ſarda quæ affertur de ſardania:candidis tantũ aſſumit. Inutilis uerſicoloribus:eſt & utiliſſima oĩum cimoliæ generũ:p̃cioſior umbrica:& quã uocãt ſaxum. Proprietaſq; ſaxi:q; creſcit in macerando:atq; pondere emit:illa mẽſura. Vmbrica nõ niſi poliẽdis ueſtibus aſſumit. Neq; enĩ pigebit hanc quoq; partẽ attingere:cum lex metella extet fullonibus dicta:quã. C. Flãminius:&. L. Aemilius cẽſores dedere ad populũ ferendã. Adeo oĩa maioribus curæ fuere. Ergo ordo hic eſt. Primũ abluit ueſtis ſarda: dein ſulphure ſuffit:mox deſquãmat cimolia: quæ eſt coloris ueri. Fucatus enĩ depræhendit:nigreſcitq;:& effundit ſulphure. Veros aũt & præcioſos colores emollit cimolia:& quodã nitore exhilarat contriſtatos ſulphure. Candidis ueſtibus ſaxum utilius a ſulphure. Inimicũ coloribus. Græcia pro cimolia tymphaico utitur gypſo. Alia creta argentaria appellatur:nitorem angenteũ reddẽs. Eſt & uiliſſima qua circum præducere ad uictoriæ notam:pedeſq; uenaliũ tranſmare aduectorũ denotare inſtituerunt maiores. Talemq; plociũ minimicæ ſcœnæ conditorem & aſtrologiæ conſobrinũ eius Manliũ antiochum:item grãmaticæ Taberium Erotem eadem naue aduectos uidere proaui.

VItymphetico

Qui & quorum liberti præpoſiti. CA. XVIII.

SEd quid hos refero aliquo litteraq; honore cõmendatos? Talẽ in cataſta uidere Chryſogonum Syllæ: Amphionẽ. Q. Catuli interfectorẽ: Heronẽ. L. Luculli: Demetriũ: Pompeii: augẽq; demetrii: q̃q̃ & ipſa pompei credita eſt:& Hipparchũ. M. Antonii: Menã & Menecratẽ Sex. Pompeii: alioſq; deinceps: quos enumerare iã nõ eſt: e ſanguine quiritiũ & proſcriptionũ licentia ditatos. Hoc eſt inſigne uenaliciis gregibus: opprobriũq; inſolẽtis fortunæ: qua & nos adeo potiri rerũ uidimus: ut p̃toria quoq; ornamenta decerni a ſenatu iubente Agrippina Claudii Cæſaris uiderimus libertis. Tantũq; non cum laureatis faſcibus remitti illo: unde cretatis pedibus aduenĩſſent.

Vel menodorũ

Vel tantũq; laureatis

De terra ex galata:terra clupea:terra balearica: terra ebuſitana. CA. XIX.

RÆterea ſunt genera terræ proprietatis ſuæ: de quibus iam diximus. Sed & hoc loco reddẽda natura. Ex galata inſula & circa clupeam africæ ſcorpiones necat: balearis & ebuſitana ſerpentes.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXVI. PROOMEIVM.

Naturæ lapidum ac marmorum luxuria. CA. I.

LAPIDVM NATVra reſtat: hoc eſt præcipua morũ inſania: etiã ut gẽmæ cũ ſuccinis: atq; criſtalli cum murrhinis ſileant. Omnia nãq; quæ uſq; ad hoc uolumẽ tractauimus hoi aliqua ex cã genita uideri poſſunt. Mõtes natura ſibi fecerat ad quaſdã cõpages telluris uiſceribus denſandis: ſimul ad impetus fluminũ domandos: fluctuſq; frangendos: ac minime quietas partes coercendas duriſſima ſui materia. Cædimus hos: trahimuſq; nulla alia q̃ deliciaꝝ cã: quos tráſcendiſſe quoq; mirũ fuit. In portento ꝓpe habuere maiores alpes ab Hannibale exuperatas:& poſtea a cimbris. Nunc ipſæ cædunt in mille genera marmorũ. Promontoria aperiunt mari:& rerum natura agitur in planum. Euehimus ea quæ ſeparandis gentibus ꝓ terminis conſtituta erant: naueſq; marmoꝝ cauſa fiunt: ac per fluctus ſæuiſſimã reꝝ naturæ partem: huc illucq; portãtur iuga montium: maiore etiãnum ueſania: q̃ cum ad frigidos potus uas petitur in nubila. Cæloq; proximæ rupes cauantur: ut bibatur glaciæ. Secum quiſq; cogitet quæ præcia hoꝝ audiat: quas uehi trahiq; moles uideat. Sed & q̃ ſine his multoꝝ fuerit beatior uita: ad q̃q; multoꝝ neceſ ſit neceſſe iſta facere: imo uerius pati mortales: quos ad uſus: q̃ſue ad uoluptates alias niſi ut inter maculas lapidũ iaceant: ceuuero nõ tenebris noctiũ dimidiæ parti uitæ cuiuſq; gaudia hæc auferentibus. Ingens iſta reputantem ſubit etiã antiquitatis rubor. Extant cenſoriæ leges glandia in cœnis glireſq; & alia dictu minora apponi uetãtes. Marmora inuehi:& maria huius rei cauſa tranſiri: quæ uetaret lex nulla lata eſt.

Vel delicatoria

Qui primus in publicis operibus ostenderit. CA. II.

DIcat fortassis aliquis: non enim inuehebantur. Id quidem falso. cccl x. colũnas. M. Scauri ædilitate ad scænã theatri temporarii: & uix uno mense futuri in usu uiderunt portari silentio legũ. Sed publicis nimirũ idulgentes uoluptatibus. Id ipsum cur? aut qua magis uia irrepunt uitia q̃ publica? Enimuero non alio mõ in priuatos usus illa uenere: ebora: aurum: gẽmæ: aut quid oĩno diis relinquimus? Veꝝ esto indulserint publicis uoluptatibus: etiãne tacuerunt maximas eaꝝ atq; adeo duodequadragenum pedũ lucullei marmoris in atrio Scauri collocari: nec clam illud occulteq; factũ est: Satisdari sibi dãni ifecti egit redẽptor cloacaꝝ cum in palatiũ extraherentur. Non ergo in tam malo exẽplo moribus caueri utilius fuerat: q̃ tacere tantas moles in priuatam: domum trahi præter fictilia deoꝝ fastidia.

Vel portatas

uel palã

Quis primus peregrino marmore colũnas habuerit romæ. CA. III.

NEc potest uideri Scaurus rudi & huius mali iprouidæ ciuitati obrepsisse quodam uitæ rudimento. Iam enim. L. Crassum oratorem illum: qui primus peregrini marmoris colũnas habuit in eodem atrio: hymetias tamen nec plures sex aut longiores duodenum pedũ: quẽ. M. Bruttus in iurgiis ob id Venerem palatinã appellauerat. Nimirũ ista omisere moribus uictis: frustraq; iterdicta quæ uetuerant: cernentes: ullas potius q̃ irritas esse leges maluerunt. Qui nos sequentur meliores non esse probabũt. Quis enĩ tantarum hodiæ colũnarum atrium habet? Sed prius q̃ de marmoribus dicamus: hominum in iis præferenda iudicamus præcia. Ante igitur artifices censebimus.

Qui primũ laudati in marmore scalpendo: & quibus temporibus. CA. IIII.

MArmore scalpendo primi oium inclinauerunt Dipoenus & Scyllis geniti in creta insula etiãnum medis imperantibus: priusq; q̃ Cyrus in persis regnare inciperet: hoc est olympiade circiter quinquagesima. Ii sicyonem se contulere: quæ diu fuit officinarum omnium metallorũ patria. Deorũ quorũdam simulachra publicæ simul locauerant sicyonii: quæ prius quã absoluerentur: artifices iniuriam quæsti abierunt in ætolos. protinus sicyonios fames inuasit ac sterilitas: mærorq; dirus. Remedium petentibus apollo pythius affuturum respondit: si dipoenus & Scyllis deorum simulachra perfecissent. Quod magnis mercedibus obsequiisq; impetratum est. Fuere autem simulachra ea apollinis: dianæ: Herculis: Mineruæ: quod e cælo postea tactum est.

Nobilitates operũ & artificũ in marmore. cxxvi. de marmore pario & mausoleo. CA. V.

GVm ii essent: iam fuerant in chio insula Malas sculptor: dein filius eius Micciades: ac deinde nepos anthermus chius: cuius filii Bupalus & anthermus clarissimi in ea sciẽtia fuere Hipponactis poetæ ætate: quem certum est. lx. olympiade fuisse. Quod si quis horum familiam ad proauũ usq; retro agat: inueniet artis eius originem cum olypiadum origine cœpisse. Hipponacti notabilis fœditas uultus erat: quãobrem imaginem eius lasciuia iocorum ii proposuere ridentium circulis. Qd Hipponax indignatus: amaritudine carminum distrinxit eos in tantum: ut credatur aliquos ex iis ad laqueum compulisse: quod falsum est. Complura enim in finitimis insulis simulachra postea fecere: sicut in delo: quibus subiecerunt carmen: non uitibus tantum censeri chium: sed & operibus anthermi filiorum. Ostendunt & lasii dianam manibus eorum factam. Et in ipsa chio narrata est operis eorum dianæ facies in sublimi posita: cuius uultum intrantes tristem: abeuntes exhylaratum putant Romæ signa eorum sunt in palatina æde apollinis i fastigio. Et omnibus fere quæ diuus augustus fecit, patris quoq; eorum & deli fuere opera: & in lesbo insula. Dipoeni quidem ambratia: argos: cleone: operibus refertæ fuere. Omnes autem tantum candido marmore usi sunt e paro insula quem lapidem cœpere lychnitem appellare: quoniã ad lucernas in cuniculis cæderet: ut auctor est Varro: multis postea candidioribus repertis. Nup etiã in lunensiũ lapidicinis. Sed in pariorũ mirabile prodit: gleba lapidis unius cuneis diuidentiũ soluta imaginẽ sileni itus extitisse. Non omittendũ hanc artẽ tanto uetustiorẽ fuisse q̃ picturã aut statuariã: quaꝝ utraq; cum phidia cœpit octogesimatertia olympiade: post annos circiter. cccxxxii. Et ipsum phidiam tradunt sculpsisse marmora. Veneréq; eius esse Romæ in Octauiæ operibus eximiæ pulchritudinis. Alcamenem atheniensem (quod certum est) docuit in primis nobilẽ: cuius opera athenienses cõplura in ædibus sacris posuere. præclaramq; Veneris imaginẽ extra muros: quæ appellatur aphrodite exopolis. Huic summã manũ ipsæ phidias imposuisse dicit. Ipsius discipulus fuit agoracritus parius ei ætate gratus. Itaq; e suis operibus pleraq; nomini eius donasse fertur. Certauere autem inter se ambo discipuli in Venere facienda. Vicitq; alchamenes non opere: sed ciuitatis suffragiis contra peregrinum suo fauentis. Quare agoracritus ea lege signum suum uendidisse traditur: ne athenis esset: & appellasse nemesim. Id positum est rhãnunte pago atticæ: qd. M. Varro omnibus signis prætulit. Est & i matris magnæ delubro in eadem ciuitate agoracriti opus. phidiam clarissimũ esse per oẽs gentes quæ Iouis olympii famã intelligũt: nemo dubitat. Sed ut & merito laudari sciant etiam qui opera eius non uiderunt proferemus argumento paruo & ingenii tantũ. Neq; ad hoc Iouis olympii pulchritudine utemur: non mineruæ athenis factæ amplitudine: cum sit ea cubitorũ. xxvi. Ebore hæc & auro constat: sed in scuto eius in quo amazonum prœlium cælauit intumescẽte ambitu palmæ eiusdem cõcaua parte deorum & gigantũ dimicationẽ: in soleis uero laphitarũ & centauroꝝ: adeo momenta omnia compacta artis illi fuere. In base autem quod cælatum est pandoras genesin appellauit. Ibi dii sunt uiginti numero nascentes. uictoria præcipue mirabili: periti mirantur & septem: & sub ipsa cuspide æream sphingem. Hæc licet sint obiter dicta de artifice nunquã satis laudato simul ut noscatur illam magnificentiam æqualem fuisse & in paruis. Praxitelis ætatem inter statuarios diximus: qui marmoris gloria superauit etiam semet. Opera eius sunt athenis in ceramico: sed ante omnia & non solum praxitelis: uerum & in toto orbe terrarum Venus: quam ut uiderent multi nauigauerunt gnidum, duas fecerat: si-

Vel in pmptu

Vlence/pis

Vel ois

Vel no/scentes

uictoriã mirabili: & pciopuo præcio

mulque uendebat.alteram uelata ſpeciæ quam ob id quidem prætulerunt optione:quorum cõditio erat coi:cum alteram etiam eodem præcio detuliſſet:ſeuerum id ac pudicum arbitrantes.Reiecta gnidii emerunt:immenſa differentia famæ. Voluit eam poſtea a gnidiis mercari rex Nicomedes: totum æs ciuitatis alienum:quod erat ingens:diſſoluturum repromittens.Omnia perpeti maluere:nec immerito. Illo enim ſigno Praxiteles nobilitauerat gnidum. Aedicula eius tota aperitur:ut conſpici poſſit undiq; effigies deæ: fauente ipſa(ut creditur)facto.Nec minor ex quacunque parte ammiratio eſt.Ferunt amore captum quendam:cum detuliſſet noctu ſimulachro cohæſiſſe:eiuſque cupiditatis eſſe indicem maculam. Sunt in gnido & alia ſigna marmorea illuſtrium artificum.Liberpater Braxydis:& alter Scopæ:& Minerua.Nec maius aliud Veneris praxitelicæ ſpecimen q̃ quod inter hæc ſola memoratur. Eiuſdem eſt Cupido obiectus a Cicerone Verri ille propter quem theſpiæ uiſebantur.Nunc in Octauiæ ſcholis poſitus.Eiuſdem & alter nudus in pario colonia propontidis par Veneri gnidiæ nobilitate & iniuria. Adamauit enim eum Alchidas rhodius:atq; in eo quoq; ſimile amoris ueſtigium reliquit.Romæ Praxitelis opera ſunt: Flora:Triptolemus:Cæres in hortis ſeruilianis.Boni euentus & Bonæ fortunæ ſimulachra in capitolio.Item menades & quas Thiadas uocãt: & Caryatidas & ſileni in Aſinii Pollionis monumentis:& apollo & neptunus. Praxitelis filius Cephiſſodorus rei & artis hæres fuit. Cuius laudatum eſt pergami ſymplega ſignum nobile: digitis corpori uerius qui marmori impreſſis. Romæ eius opera ſunt Latona in palatii delubro.Venus in Aſinii Pollionis monumentis:& intra octauiæ porticus in iunonis æde Aeſculapius ac Diana.Scopæ uero laus cum his certantis.Fecit Venerem & pothon: & phæthontem: qui ſamothraciæ ſanctiſſimis cæriVI facta moniis coluntur.Item apollinem palatinum.Veſtam ſedentem laudatam in ſeruilianis hortis: duaſq; chamæteras circa eam:quorum pares in Aſinii monumentis ſunt. Vbi & canephorus eiuſdem. Sed in maxima dignatione Cn.Domitii delubro in cyrco flamminio Neptunus ipſæ & Thetis atq; achilles. Nereides ſupra delphinos:& cete & hippocampos ſedentes.Item tritones:choruſque phorci & priſtes: ac multa alia Vel piſtrices marina.Eiuſdem manus omnia magnum & præclarum opus etiam ſi totius uitæ fuiſſet.Nunc uero præter ſupradicta quæq; neſcimus.Mars eſt etiãnum ſedens:Coloſſus eiuſdem in templo Bruti Callaici apud circum eundem ad lauicanam portam eunti.Præterea Venus in eodem loco nuda praxitelicem illam gnidiam antecedens:& quæcunq; alium locum nobilitant.Romæ quidem magnitudo operum eſt iam oblitterata a magnis officiorum negociorumque aceruis:quæ omnes a contemplatione talium abducunt: quoniam ocioſoꝝ:& in magni loci ſilentio apta ammiratio talis eſt.Qua de cauſa ignoratur artifex eius quoq; Veneris:quam Veſpaſiãus imperator in operibus pacis ſuæ dicauit antiquorum dignam fama. Parhæſitatio eſt in templo apollinis ſoſiani Nioben cum liberis morientem Scopas an praxiteles fecerit. Item Ianus pater in ſuo templo dicatus ab auguſto:ex ægypto aduectus:utrius manu ſit: iam quidem & auro occultatus.Similiter in curia octauiæ quæritur de cupidine fulmen tenente. Id demum affirmatur. Alcibiadem eſſe principem forma in ea ætate.Multa in eadem ſchola ſine auctoribus placent. Satyri quattuor: ex quibus unus liberum patrem palla uelatum Veneri præfert:alter liberam ſimiliter. Tertius ploratum infantis cohibet.Quartus cratere alterius ſitim ſedat:duæq; nymphæ uelificantes ſua ueſte. Nec minor quæſtio VI uenerisVel ſemeles eſt:in ſeptis.Olympum & pana chironemque cum achille qui fecerint:præſertim cum capitali ſatiſdatiõe fama iudicet dignos. Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin:& Thimotheum: & leocarem: de quibus ſimul dicendum eſt:quoniam pariter cælauere mauſoleum hoc eſt ſepulchrum ab uxore artemiſia factum Mauſolo cariæ regulo:qui obiit olympiadis centeſimæ anno ſecundo. Opus id ut eſſet inter ſeptem miracula:ii maximæ artifices fecere.patet ab auſtro & ſeptentrione ſexagenos ternos pedes.Breuius a frontibus toto circuitu pedes quadringẽtos.xi.attollitur in altitudinem.xxv.cubitis.Cingitur columnis.xxxvi. ab oriente cælauit Scopas:a ſeptentrione Bryax:a meridie Timotheus: ab occaſu leocares. priuſque quam peragerent:regina artemiſia:quæ mariti memoriæ id opus extrui iuſſerat:obiit. Non tamen receſſerunt: niſi abſoluto iam. Id gloriæ ipſorum artiſque monumentum iudicantes;hodiæque certant manus acceſſit & quintus artifex. Namque ſupra pteron pyramis altitudine inferiorem æquauit.xxiiii.gradibus in metæ cacumen ſe contrahens.In ſummo eſt quadriga marmorea:quam fecit pythis.Hæc adiecta centum quadraginta pedum altitudine: totum opus includit.Thimothei manu diana Romæ eſt in palatio apollinis delubro:cui ſigno caput repoſuit aulanius Euander.In magna ammiratione eſt & Hercules Meneſtrati. Et Hecathe epheſi in templo dianæ poſt ædem in cuius contemplationem ammonent æditui parcere oculis:tanta marmoris radiatio eſt. Non poſtferuntur & charites in propylæis athenienſium: quas Socrates fecit: alius ille quã pictor:idem ut aliqui putant. Nam myronis illius: qui ære laudatur: anus ebria eſt ſmyrnæ in primis inclyta. Pollio Aſinius ut fuit acris uehementiæ:ſic quoque ſpectari:monumenta ſua uoluit. In iis ſunt centauri nymphas gerentes Archeſitæ: Theſpiades. Cleomenis: Oceanus & iuppiter Enthochii. Hippiades Hermerotes Tauriſci non cælatoris illius: ſed Tralliani. Iuppiter hoſpitalis. Pappipi praxitelis diſcipuli Zetus & Amphion & Dirce & Taurus: uinculumque ex eodem lapide. Arhodo aduecta opera apollonii & Tauriſci parentum. Ii certamen de ſe fecere Menecraten uideri profeſſi:ſed eſſe naturalem artemidorum. Eodem loco liberpater Eutychidis manu laudatur. Ad Octauiæ uero porticum Apollo Philiſci Rhodii in delubro ſuo. Item Lathona & Diana: & muſæ nouem: & alter apollo nudus. Eum qui cytharam in eodem templo tenet. Timarchides fecit. Intra Octauiæ uero porticus in æde iunonis: ipſam deam Dionyſius & Polycles. Aliam uenerem eodem loco Philiſcus. Cætera ſigna praxiteles. Item Polycles & Dionyſius Thimarchidis filii Iouem qui eſt in proxima æde fecerunt. pana & Olympum luctantes. Eodem loco Heliodorus:quod eſt alterum in terris ſymplega nobile.Venerẽ lauantem ſeſe.dædalum aſtantem polycharmus.Ex quo apparet in magni honoris auctoritate habitum.

Lysiæ opus:quod in palatio super arcum Diuus Augustus honori Octauii patris sui dicauit in ædicula co/
lumnis adornata. Idest quadriga curruscꝫ:& apollo ac diana ex uno lapide. In hortis seruilianis reperio lau
datos Calamidis apollinem illius cælatoris. Dactylidis Pythias. Amphistrati Callisthenem historiaꝝ scri/
ptorem. Deinde multoꝝ obscurior fama est:quorūdam claritati in operibus eximiis obstante numero arti
ficum:quoniā nec unus occupat gloriam:nec plures pariter nuncupari possunt:sicuti in Laochoonte:qui ē Vī occu
in Titi imperatoris domo opus omnibus & picturæ & statuariæ artis præponendū. Ex uno lapide eum & pari·
liberos:draconūcꝫ mirabiles nexus de cōsilii sententia fecere sūmi artifices agesander & polydorus & athe/ Vel cōsi
nodorus rhodii. Similiter palatinas domos Cæsarū repleuere probatissimis signis Craterus cum pythodo mili
ro. Polydectes cū Hermolao:pythodorus alius cū Arthemone. Et singularis aphrodisius trallianis. Agrip/
pæ pantheū decorauit Diogenes athenien sis:& Caryatides. In colūnis templi eius probant inter pauca ope
rum sicut in fastigio posita signa:sed propter altitudinē loci minus celebrata. In honore est & in templo illo Vel in
Hercules ad quem pœni oībus annis humana sacrificauerūt uictima humi stans:ante aditū porticus agna sūmo fa
tiones sitæ. Fuere & Thespiades ad ædē fœlicitatis:quaꝝ unam amauit eques romanus Iunius piscículus: stigio
ut tradit Varro ammiratur & paxiteles:qui etiam quinꝫ scripsit uolumina nobiliū operum in toto orbe.
Natus hic in græcia. Italiæ ora & ciuitate romana donatus cum iis oppidis. Iouem fecit eburneū in Metelli
æde:qua cāpus petitur. Accidit uero ei:ut cum in naualibus ubi feræ affricanæ erant per caueā intuens leo/
nem cælaret:ut ex alia cauea panthera erumperet nō leui periculo diligentissimi artificis. Feciſſe opera com
plura dicitur:sed quæ fecerit nominatim non refertur. Archesilaum quoꝫ magnificat Varro:cuius se mar
moreā habuisse leænam tradit aligeroscꝫ ludentes cū ea cupidines quoꝫ alii religatam tenerent: alii e cor/
nu cogerent:biberet alii calciarent soccos:oēs ex uno lapide. Idē & a Coponio. xiii. nationes quæ sunt circa
pompeium factas auctor est:inuenio & canacum laudatum inter statuarios feciſſe marmorea. Nec minus
Sauron atcꝫ Bathracum oblitterari conuenit:qui fecere templa Octauiæ porticibus incluſa natione:& ipsi
lacones. Quidam & opibus præpotentes fuisse eos putant:ac sua impensa construxisse:inscriptionem sperā
tes. Qua negata:hoc tamen alto loco & modo usurpasse. Sunt certe etiānum in colūnarum epystiliis insculpta noīum eoꝝ argumenta rana atcꝫ lacerta:in iouis æde extitisse picturā cultuscꝫ reliquos oēs fœmineos
argumentis cōstat:& enī facta iunonis æde cū ferrent signa:permutasse geruli tradunt:& id religioni custo
ditum:uelut ipsis diis sedē ita partitis. Ergo & in iunonis æde cultus est:q Iouis esse debebat. Sunt & in par
uis marmoreis famā consecuti Myrmecides:cuius quadrigam cum agitatore cooperuit aliis musca. Et cal Vel ebu
licrates:cuius formicarum pedes atcꝫ alia membra peruidere non est. reis

Quando primū marmoꝝ in edificiis usus:& qs primus romæ crustauerit parietes:& qbus ætatibus q̄cꝫ
marmora in usum uenerint:& qs primus marmora secuerit:& ratio secandi de arena. CA. VI.

Haec sint dicta de marmorum sculptoribus:summacꝫ claritate artificum:quo in tractatu subit mē
rem non fuisse tum auctoritatem maculoso marmori:quā fecere thasocycladum insularum:una
æque & eleſbio: liuidius hoc paulo uersicolores quidem maculas habens. Et in totum marmo/
rum apparatum Menander etiam diligentissimus luxuriæ interpres primus & raro attigit. Co/
lumnis demum utebantur in templis: nec lauticiæ causa: nondum enim ista intelligebantur: sed quia fir/
miores aliter statui non poterant. Sic est inchoatum athenis templum Iouis olympii:ex quo Sylla capitoli
nis ædibus aduexerat columnas. Fuit tamen inter lapidem atcꝫ marmor differentia iam apud Homerum
dicit enim paridis os marmoreo saxo pcussum. Sed hactenus. Regias quoꝫ domos laudatissimæ tum p̄/
ter æs:aurum:electrum:argentum:ebore tantum adornans. Primum (ut arbitror) uersicolores istas ma/
culas chiorum lapidicinæ ostenderunt:cum extruerent muros: faceto in id. M. Ciceronis sale. Omnibus
enim ostentabant ut magnificum. Multo inquit magis mira res esset:si tiburthyno lapide feciſſetis. Et her
cules non fuisset picturæ honos ullus non modo tantus sine aliqua marmorum auctoritate. Secandi mar/
mor in crustas:nescio an cariæ fuerit inuentum. Antiquissima quod equidem inueniā. Haliacarnasi Mau/
soli domus proconneso marmore exculta est:lateritiis parietibus. Is obiit olympiadis centesimæsextæ an/
no secundo. Vrbis Romæ anno. ccc. secūdo. Primum romæ parietes crusta marmoris operuisse totius do
mus suæ in cælio monte Cornelius nepos tradidit Mamurram formiis natum equitem romanum præfe
ctum fabrorum. C. Cæsaris in gallia. Neqꝫ indignatio fit tali auctore inuenta re. Hic namqꝫ est Mamurra
Catuli ueronensis carminibus proscissus:quem ut res est:domus ipsius clarius quā Catullus dixit habere:
quicquid habuisset comata gallia. Namqꝫ adiecit idem Nepos eum primū totis ædibus nullam nisi e mar
more columnam habuisse:omnes solidas e carystio:aut lunensi. Deniqꝫ. M. Lepidus Catuli in consulatu
collega primus omnium limina ex numidico marmore in domo posuit:magna reprehensione. Is fuit cō
sul anno urbis. dclxvi. Hoc primum inuecti numidici marmoris uestigium inuenio:non in columnis tan
tum crustisue ut mamurra carystium posuit: sed in massa & uilissimo liminum usu. Post hunc Lepidum Vel me/
ferme quadriennio. L. Lucullus consul fuit:qui nomen (ut apparet ex re) luculleo marmori dedit: admo/ sa
dum delectatus illo. Primusqꝫ romam inuexit atque alioquin:cum cætera maculis aut coloribus commen Vel me/
dentur. Nascitur autem in nilo insula:solumque pœne horum marmorum ab amatore nomen accœpit. sea
Inter hos primum (ut arbitror) marmoreo parietes habuit scena. M. Scauri:nō facile dixerim sectos an soli
dis glebis politos: sicuti est hodie Iouis tonantis ædes in capitolio. Nondum enim secti marmoris uesti
gia inuenerat italia. Sed quisquis primum inuenit secare luxuriamque diuidere:importuni ingenii fuit.
Arena hoc fit: & ferro uidetur fieri serra in prætenui linea præmente arenas uersando tractuque ipso se
cante. Aethiopica ad hoc maximæ probatur. Nam id quoque accessit: ut ad æthiopas usque peteretur:
quod faceret marmora. Immo uero etiā in indos unde margaritas quoꝫ peti seueris moribus īdignū erat.

Hoc proximæ laudatur. Mollior tamen quæ ex æthiopia. Illa enim nulla scabricie secat. Indica non æque leuigat: sed ea combusta polientes marmora fricare iubẽtur. Simile & naxiæ uitium est & coptidi: quæ uocatur ægyptia. Hæc fuere antiqua genera marmoribus secandis. Postea reperta est ars: non minus probãda ex quodam hadriatici maris uodo æstu nudante obseruatione non facili. Iam quidem quãcunq; arena seca re e fluuiis omnibus fraus artificum ausa est: quod dispendium admodum pauci intelligũt. Crassior enim arena laxioribus segmentis terit: & plus erodit marmoris: maiusq; opus scabricia polituræ relinquit. Ita se-
Vel ero-so ctæ attenuantur crustæ. Rursusq; thebaica polituris accõmodatur. Et quæ fit e poro lapide: aut e pumice. Signis e marmore poliendis: gemmisq; etiam scalpendis atq; limandis.

De naxio & harmonio: & de generibus marmorum. CA. VII.

NAxium diu placuit ante alia: ita uocant cotes in insula cypro genitæ. Vicere postea ex armenia uectæ. Marmoꝝ genera & colores non attinet dicere in tãta noticia. Nec facile est enumerare in tãta multitudine. Quoto. n. quoq; loco nõ suũ marmor inuenitur? Et tamen celeberrimi generis dicta sunt in ambitu terraꝝ cum gẽtibus suis. Non oĩa tamen in lapidicinis gignunt. Sed multa & sub terra sparsa. Præciosissimi quidẽ generis lacedæmoniũ uiride: cunctisq; hilarius. Sic & augusteũ: ac deinde tyberium: in ægypto Augusti ac Tyberii primũ principatu reperta. Differétjaq; eoꝝ est ab ophite: cum sit illud serpẽtiũ maculis simile: unde & nomẽ accepit: q; hæ maculas diuerso mõ colligũt. Augusteũ undatim crispũ in uertices. Tyberiũ sparsim cõuoluta canicie. Neq; ex ophite colũnæ: nisi paruæ admodũ iueniunt. Duo eius genera: molle candidum: nigricans durũ. Dicuntur ambo capitis dolores sedare adalligati: & serpentiũ ictus. Quidam phreneticis: ac lethargicis adalligari iubent candicantẽ. Contra serpentes autẽ a quibusdam laudatur præcipue ex his quẽ tephriam appellant a colore cineris. Vocat & mẽphites a loco gemmantis naturæ: Cuius usus conuenit iis quæ urenda aut secanda sũt: ex aceto illitus. Obstupescit eni ita corpus: ut non sentiat cruciatũ. Rubet porphyrites in ægypto ex eo candidis iter ueniẽtibus punctis: leucostyctos uocatur. Quantislibet molibus cædendis sufficiũt lapidicinæ. Statuas ex eo Claudio Cæsari procurator eius in urbẽ ex ægypto aduexit tris. Asinius Pollio non admodũ probata nouitate. Nemo postea certe imitatus est. Inuenit eadẽ ægyptus in æthiopia quẽ uocant basaltẽ: ferrei coloris atq; duritiæ. Vnde & ei nomen dedit. Nunq; is aũt maior repertus est q̃ in templo pacis ab ĩperatore Vespasiano Augusto dicatus. Argumento. xvi. liberis circa ludentibus: per quos totidẽ cubiti sũmi incrementi augentes annos eius intelliguntur. Non absimilis illi narratur in thebis delubro Serapis (ut putant) Memnonis statua dicatus: quem quottidiano solis ortu contactũ radiis crepare dicũt. Onycen ẽt tũ in arabiæ mõtibus nec usq; alibi nasci putauere uĩi ueteres. Sed & in germania potoriis uasis ide factis primũ dein pedibus lectoꝝ sellisq; Cornelius nepos tradit magno fuisse miraculo: cũ. P. Lentulus Spinter amphoras ex eo & urceos magnitudíe cadoꝝ ostẽdisset. Post qnquẽniũ deinde triginta duoꝝ pedũ lõgitudine colũnas uidisse. Variatũ in hoc lapide postea est. Namq; pro miraculo insigni q̃ttuor modicas in theatro suo Cornelius Balbus posuit. Nos amplio res triginta uidimus in scæna: quã Calistus Cæsaris Claudii libertoꝝ potentissimus exædificauerat.

De alabastritæ: & lygdino alabandico. CA. VIII.

EVnc aliqui lapidẽ alabastriten uocãt: quẽ cauant ad uasa unguentaria: quoniã optime ea incorrupta seruare dicũt. Idemq; ẽt exustus: emplastris cõuenit. Nascit circa thebas ægyptias: & damascũ syriæ. Hic cæteris cãdidior. Probatissimus uero in carmania: mox in india. Iam quidẽ & in syria asiaq;. Vilissimus autẽ & sine ullo nitore in cappadocia. Probant quã maximæ mellei coloris in uertice maculosi atq; nõ translucidi. Vitia uero in iis corneus color: aut cãdidus: & quicqd simile uitro est. Paulũ distat ab eo ad unguentoꝝ fidẽ: uti existimant. Lygdinus in tauro repertus amplitudine qua lances crateraſq; nõ excedat. Antea tantũ ex arabia aduehi solitus candoris eximii. Magnus & cõtrariæ iter se naturæ duobus honos. Coralitico in asia reperto: mensuræ nõ ultra bina cubita: candore pximo ebori & quadã similitudine. E diuerso niger est alabandicus terræ suæ noĩe q̃q̃ & mileti nascens: ad purpurã tamen magis aspectu declinante. Idẽq; liquat igni: ac fundit ad usum uitri. Thebaicus itercinctus aureis guttis iuenitur
Vel syenites in africæ parte ægypto ascriptæ coticulis ad terenda collyria q̃dã utilitate naturæ alia cõueniens. Circa syenem uero thebaidis fimites: quẽ ante pyrrhopœlion uocabant. Trabes ex eo fecere reges quodã certamine obeliscos uocantes solis numini sacratos. Radiorũ eius argumentũ in effigie est: & ita significatur noĩe ægyptio. Primus omniũ id instituit Mitres: qui in solis urbe regnabat somnio iussus: & hoc ipũm inscriptũ est
Vel uncẽ tenis in eo. Etenim sculpturæ illæ effigiesq; quas uidemus: ægyptiæ sunt litteræ. Postea & alii regũ in supradicta urbe. Sochis quattuor numero: quadragenoꝝ & octonum cubitorum longitudine. Ramises autẽ is quo
Vel maturius regnante ilium captum est: quadraginta cubitorum. Idemq; digressus inde: ubi fuit Mneuidis regia posuit alium longitudine. undecenis pedibus: per latera cubitis quattuor.

De obelisco: & thebaico: & alexandro: & de illo qui est in circo magno. CA. IX.

VI trigĩta
Vel quẽ thebis eẽ dixi uel focis
V festalis
Vel sex ĩ monte PUs id fecisse dicuntur uiginti millia hominum. Ipse rex cum subrecturus esset: uererenturq; ne machinæ ponderi nõ sufficerẽt: quo maius periculũ curæ artificũ denunciaret: filiũ suũ adalliga uit cacumini: ut salus eius apud moliẽtes pdesset lapidi. Hac ammiratiõe operis effectũ est: ut cũ oppidũ id expugnaret Cambyses rex: uentũq; esset ĩcendio ad crepidines obelisci: extingui ignẽ iuberet molis reuerentia qui urbis nullam habuerat. Sunt & alii duo. Vnus a Smarre positus: alter ab Eraphio sine notis quadraginta octo cubitorũ. Alexandriæ statuit unum octoginta cubitoꝝ. Ptolæmeus philadelphus: quem exciderat Nectabis rex purum. Maiusq; opus fuit indeuehendo: statuendoue q̃ in excidẽ do. A Satyro architecto aliqui deuectum tradunt. Rate ut Callixenus dixit a phœnice fossa perducta usq; adiacentem obeliscum e nilo. Naueſq; duas in latitudinem patulas: pedalibus spatiis ex eodem lapide ad

rationē geminati per duplicem mensuram ponderis oneratas ita ut subirent obeliscū pendentem extremi tatibus suis in ripis utrinq; postea e gestis laterculis alleuata naue excepisse onus statutū. Excisos aūt sex talis in monte eodē & artificē donatū talentis quinquaginta. Hic autē obeliscus fuit in arsinoe positus a rege supradicto: munus amoris in coniuge: eadēq; sorore arsinoe. Inde eū naualibus incōmodū. Maximus quidam præfectus ægypti transtulit in forū reciso cacumine dū uult fastigiū addere auratū: qđ postea amisit. Et alii duo sunt alexandriæ ad portū in Cæsaris tēplo: quos excidit Mesphees rex quadragenū binum cubitorū. Super oia accessit difficultas mari romā deuehendi: spectatis admodū nauibus. Diuus Augustus priorem aduexerat miraculi gra: puteolisq; naualibus perpetuis dicauerat. Sed incēdio consumptus est. Diuus Claudius aliquot p annos asseruatā eam quā Caius Cæsar iportauerat: oībus quæ unq; in mari uisa sūt: mirabiliorē turribus puteolis ex puluere exædificatis perductā ōstiam portus gratia mersit: alia ex hoc cura nauium quæ tyberi subuehebāt. Quo experimēto palā fuit: nō minus aquaq; huic amni eē quā nilo. Is aūt obeliscus quē Diuus Augustus in circo magno cōstituit: excisus a rege Semneserteo: quo regnante pythagoras in ægypto fuit: centum uigintiquinq; pedum est: & dodrantis: præter basim eiusdem lapidis. Is uero qui est in campo martio nouem pedum minor est a Sesostride: Inscriptam ambo rerum interpretationem ægyptiorum opere & phylosophiæ continent.

De illo qui est in campo martio pro gnomone. CA. X.

ILI qui est in cāpo Diuus Augustus addidit mirabilē usum ad deprehēdas solis umbras: dierūq; ac noctiū magnitudines: strato lapide ad obelisci magnitudinē: cui par fieret umbra romæ cōfecto die sexta hora paulatim q; p regulas quæ sūt ex ære iclusæ singulis diebus decresceret: ac rursus augescere: digna cognitu res & ingenio fœcūdo. Manlius mathematicus apici auratā pilā addidit: cuius uertice umbra colligeret in semetipsam alia atq; alia incremata iaculantē apice ratione ut ferūt: a capite hois intellecta. Hæc dieq; obseruatio triginta iā fere annis nō congruit: siue solis ipsius dissono cursu & cæli aliqua ratione murato: siue uniuersa tellure aliqđ a cētro suo dimota: ut deprehendi & in aliis locis accipio: siue urbis tremoribus ibi tantū gnomone intorto: siue inundationibus tyberis sedimento molis facto: q̄q̄ ad altitudinem impositæ rei in terram quoq; dicantur iacta fundamenta. Vel molli

De tertio obelisco romæ in uaticano. CA. XI.

TErtius est in uaticano Caii & Neronis principū circo: ex omnibus unus omnio fractus in moli- Vel imitatione
tudine eius: quem fecerat Sesostridis filius Nuncoreus. Eiusdem remanet & alius centum cubitorum quem post cæcitatem uisu reddito ex oraculo soli sacrauit.

De pyramidibus ægyptiis: & sphinge. CA. XII.

DIcantur obiter & pyramides & in eadē ægypto regū pecuniæ ociosa: ac stulta ostentatio. Quippe cū faciendi eas cā a plerisq; tradat: ne pecuniā successoribus aut æmulis insidiantibus p̄berent: aut ne plebs eēt ociosa. Multa circa hoc uanitas illoq; hoium fuit: uestigiaq; cōpluriū inchoataq; extant. Vna est in Arsinoite nomo: duæ in mēphi non procul a labyrintho: de quo & ipso dicemus. Totidē ubi fuit meridis lacus: hoc est fossa grādis. Sed ægyptus inter mira ac memorāda narrat horā cacumina extrema: quæ eminere dicunt. Reliquæ tres: quæ orbē terraq; impleuere fama: sane cōspicuæ undiq; V urbe annauigantibus: sitæ sunt in parte africæ monte saxeo sterilique iter memphin oppidū: & qđ appellari diximus delta a nilo minus q̄ttuor millibus passuum: a memphi septē. d. pass. a uico apposito quē uocant busirin. In quo sunt assueti scādere illas. Ante has est sphinx: uel magis miranda: qua siluestria sunt accolentiū. Amasin regē putant in ea conditū: & uolunt inuectā uideri. Est aūt saxo naturali elaborata: & lubrica. Capitis monstri ambitus per frontē centū duos pedes colligit: longitudo pedū centū q̄dragintatriū est: altitudo a uentre ad sūmū apicē in capite sexagintaduū. Sed piramis amplissima ex arabicis lapidicinis constat. Trecenta sexaginta hoium millia annis. xx. eam construxisse produnt. Tres uero factæ annis septuagintaocto & mensibus quattuor. Nempe qui de iis scripserunt: sunt Herodotus: Euhemerus: Duris samius: Aristagoras: Dionysius: Artemidorus: Alexander: Polyhistor: Butarides: Antisthenes: Demetrius: Demoteles: Appion. Inter omnes uero eos nō constat a quibus factæ sint iustissimo casu oblitteratis tantæ uanitatis auctoribus. Aliq ex iis pdiderūt in rhaphanos & alliū: ac cepas: mille octingēta talenta erogata. Amplissima octo iugera optinet soli q̄ttuor angulorq; paribus iteruallis per octingentos octogintatres pedes singulorq; laterū altitudo: a cacumine pedes. xxv. alterius iteruallā singula per q̄ttuor angulos pares. dcc. trigintaseptē cō- Vel. xv.
prehendunt. Tertia minor p̄dictis: sed multo spectatior. æthiopicis lapidibus cōsurgit. ccc. sexagintatribus pedibus inter angulos. Vestigia ædificationū nulla extant. Arena late pura circumlentis similitudine: qualis in maiori parte africæ. Quæstionum summa est quanā ratione in tantā altitudinē subuecta sint cementa. Alii enim nitro ac sale adaggeratis concrescente opere: at peracto fluminis irrigatione dilutis. Alii lateribus e luto factis in priuatas domos distributis. Nilium enim non putant rigare potuisse multo humilioré. In pyramide maxima est intus puteus octogintasex cubitorum: flumen illo admissum arbitrant. Mensurā altitudinis eaq;: oiumq; similiū deprehendere iuenit. Tales milesius umbrā metiendo: qua hora par eē corpori solet. Hæc sunt pyramidū miracula. Supremūq; illud: ne quis regum opes miretur: minimam extitisse laudatissimā a Rhodope meretricula factam: æsopi fabularum phylosophi conserua quondam & contu- Vel i cō
bernalis hæc fuit: maiore miraculo tantas opes meretricio esse cōquisitas quæstu. Magnificatur & alia tur tinuatio
ris a rege facta in insula pharo portum optinente alexandriæ: quā constitisse. dccc. talentis tradunt: magno ne
animo ne qđ omittamus Ptolemæi regis: q; in ea permiserit Sostrati cassidis architecti structuræ ipsius no Vel ne
men iscribi. Vsus eius nocturno nautaq; cursui ignes ostēdere ad p̄nuncianda uada portusq; introitū. Sicut cōtinua
iam tales compluribus locis flagrant: ut potneosicæ ac rauennæ ad uitandū periculū etiā in corriuatione. tione

Flagrant cum eo ſita ea craſſienne. Periculum in corriuatione igniũ ſydus exiſtimet: quoniã e longinquo ſimilis flãmaꝝ aſpectus eſt. Hic idem architectus primus oĩum penſilẽ ambulationẽ gnidi feciſſe traditur.

De labyrinthis ægyptio: lemnio: italico. CA. XIII.

Dicamus & labyrinthos: uel portentoſiſſimũ humani ingenii opus. Sed non ut exiſtimari poſſit falſum. Durat ét nunc in ægypto in heracleopolite nomo: q primus factus eſt ante annos (ut tradũt) tria millia ſexcentos a peteſuco rege: ſiue Tithoe. Quanq herodotus totũ opus regũ eſſe dicat: nouiſſimeq pſammetichi. Cauſam faciendi uarie ĩterprætant. Demoteles regiam Motherudis fuiſſe. Lycias ſepulchrũ Meridis. Plures ſoli ſacrum id extructum: quod maximæ creditur. Hĩc utiq ſumpſiſſe Dædalũ exemplar eius labyrinthi quẽ fecit in creta: non eſt dubiũ: ſed centeſimã tantum portionem eius imitatũ: quæ itinerum ambages occurſuſq; ac recurſus inexplicabiles cõtinet. Non ut in pauimentis puerorũue ludicris campeſtribus uidemus breui lacinia millia paſſuũ plura ambulationis continentẽ: ſed creVi uide mq mil lia paſ. bris foribus inditis ad fallendos occurſus: redeundũq; in errores eoſdẽ. Secundus hic fuit ab ægyptio labyrinthus. Tertius in lemno. Quartus in italia. Oẽs lapide polito fornicibus tecti. Aegyptius qđ miror equidem in introitu lapideis e paro colũnis. Reliquæ erant ſyenitæ: molibus cõpoſitis quas diſſoluere: ne ſæcula quidem poſſint adiuuantibus Heracleopolitis: qui id opus inuiſum mire infeſtauere. Poſitionem operis eius: ſingulaſq; partes enarrare nõ eſt: cũ ſit in regiones diuiſum atq; in pfecturas: quas uocãt nomos: ſexdecim noĩbus eorum totidem uaſtis domibus attributis. Præterea tẽpla oĩum ægypti deoꝝ cõtinet: ſuperq; Nemeſes quindecim ædiculis incluſæ. Sunt pyramides cõplures quadragenaꝝ ulnarum ſenos radice muros optinentes. Feſſi iam eundo pueniunt ad uiarũ illum ĩexplicabilem errorẽ. Quin & cœnacula prius excelſa: porticuſq; aſcendunt nonagenis gradibus oẽs. Intus colũnæ de porphyrite lapide: deoꝝ ſimulachra: regum ſtatuæ: monſtrifice effigies. Quarũdam autem domoꝝ talis eſt ſitus: ut adaperientibus fores toni truum intus terribile exiſtat. Maiore aũt in parte tranſitus eſt per tenebras: aliæq; rurſus extra murum labyrinthi ædificiorũ moles pteron appellãt. Inde aliæ profeſſis cuniculis ſubterraneæ domus. Refecit unus oĩno pauca ibi ex monte phado Thebis rex ante alexandrũ magnũ annis quingentis. Id quoq; tradit fulſiſſe trabibus ſpinæ oleo incoctæ dum fornices quadrati lapidis aſſurgerent. De ægyptio & cretico labyrinthis ſatis dictum eſt. Lẽnius ſimilis illis colũnis tantũ centũ qnquaginta memorabilior fuit: quarũ in officina turbines ita librati pependerunt: ut puero circũagente tornarent. Architecti illũ fecere Zmilus & Rholus & Theodorus indigena. Extantq; adhuc reliquiæ eius: cũ cretici italiciq; nulla ueſtigia extent. Namq; & italicũ dici conuenit: quẽ fecit ſibi porſenna rex ethruriæ ſepulchri cã: ſimul ut & externorũ regum uanitas quoq; ab italis ſuperaret. Sed cũ excedat oĩa fabuloſitas: utemur ipſius. M. Varronis in expoſitione eius uerbis. Sepultus eſt inqt ſub urbe cluſio: in quo loco monumentũ reliquit lapide quadrato. Singula latera pedũ lata tricenum: alta qnquagenũ. Inq; baſi quadrata intus labyrinthũ inextricabilẽ. Quo ſi quis impro peret ſine glomere lini: exitũ ĩuenire nequeat. Supra id quadratũ pyramides ſtant qnq;. Quattuor in angulis: & in medio una. In imo latæ pedũ ſeptuagenũ quinũ: altæ cẽtum quinquagenũ: ita faſtigiatæ: ut in ſummo orbis æneus & pegaſus unus oĩbus ſit impoſitus: ex quo pendeant excepta cathenis tintinnabula: quæ uento agitata longe ſonitus referant: ut dodonæ olim factum. Supra quẽ orbẽ q̃ttuor pyramides inſup ſingulæ extant alte pedũ centenũ. Supra quas uno ſolo qnq; pyramides: quaꝝ altitudinẽ Varronẽ puduit adiicere. Fabulæ ethruſcæ tradunt eandẽ fuiſſe: quã totius operis: adeo ueſana dementia quæſiſſe gloriã impẽdio nulli profuturo. Præterea fatigaſſe regni uires: ut tamen laus maior artificis eſſet.

De penſili horto & oppido: & templo Dianæ epheſiæ. CA. XIIII.

Egunt & penſiles hortos: ĩmo uero totũ oppidũ feciſſe ægyptiæ thebæ: exercitus armatos ſubito educere ſolutis regibus nullo oppidanoꝝ ſentiẽte. Etiãnũ hoc minus miꝝ: quã q; flumine mediũ oppidũ iterfluente: quæ ſi fuiſſent: nõ dubiũ eſt dictuꝝ Homerũ fuiſſe: cum centũ portas ibi prædicaret. Græcæ magnificentiæ uera ammiratio extat templũ epheſiæ Dianæ ducentis uigintiannis factum a tota aſia. In ſolo id paluſtri fecere: ne terræmotus ſentiret: aut hiatus timeret. Rurſus ne in lubrico atq; inſtabili fundamẽta tantæ molis locarentur: ante calcatis ea ſubſtrauere carbonibus dein uelleribus lanæ Vniuerſo tẽplo longitudo eſt quadringentoꝝ uigintiqnq; pedũ: latitudo ducentoꝝ uiginti. Colũnæ centũ uigintiſeptẽ a ſingulis regibus factæ: ſexaginta pedũ altitudine. Ex iis triginta ſex cælatæ. Vna a Scopa. Operi pfuit Cteſiphon architectus. Sũma miracula: epyſtilia tantæ molis atolli potuiſſe. Id conſecutus eſt ille perõibus arena plebis molli puluino ſup capita colũnarũ exaggerato paulatim exinaniẽs ab imo Vel cliuo ut ſenſim totũ in colle ſederet. Difficillime hoc cõtingit in limine ipſo: qđ foribus ĩponebat. Etenim ea maxima moles fuit: nec ſedit. In cubili aĩo anxio artifici mortis deſtinatione ſupma. Tradũtq; in ea cogitatiõe feſſum nocturno tempore inquiete uidiſſe præſentem deam: cui templum fiebat: hortantem ut uiueret: ſe compoſuiſſe lapidem: atq; ita poſtero die apparuit: ponderecq; ipſo correctus uidebatur. Cætera eius operis ornamenta plurium librorum inſtar optinet: nihil ad ſpecimen naturæ pertinentia.

De delubro Cyzici: & lapide fugitiuo: & de echo ſepties reſonãte: & ædificio ſine clauo: & mirabilia ædificiorum romæ. CA. XV.

Drat & Cyzici delubrũ: in quo filũ aureũ comiſſuris oĩbus politi lapidis ſubiecit artifex eburneũ iouẽ dicaturus, itus coronante eũ marmoreo apolline. Tralucẽt ergo picturæ tenuiſſimis capillamentis: lenicq; afflatu ſimulachra refouẽte: pter ĩgeniũ artificis ipſa materia q̃is occulta in præcio operis intelligit. Eodẽ in oppido eſt lapis fugitiuus appellatus. Argonautæ eo ꝓ anchora uſi ibi reliquerant. Hũc e pytaneo (ita uocat locus) ſæpe profugũ fixere plũbo. Eadẽ in urbe iuxta portã quæ thracia uocat turres, vii. acceptas uoces numeroſiore repcuſſu multiplicãt. Nomenq; huic miraculo echo eſt a

græcis datum. Et hoc quidem natura locorũ euenit. Et plerunq; conualliũ: ibi casu accidit. Olympiæ autẽ arte mirabili modo in porticu quã oppidani heptaphonon appellãt: quoniã septies eadẽ uox redditur. Cyzici & buleuterion uocant ædificiũ amplum sine ferreo clauo ita disposita contignatione: ut eximantur trabes sine fulturis ac reponantur. Quod item romæ in ponte subicio religiosum est: postea q̃ Coclite Horatio defendente ægre reuulsus est. Vex & ad urbis nostræ miracula transire conuenit: nõgentorũq; annorũ dociles scrutari uiros: & sic quoq; terrax orbem uictum ostẽdere: qđ accidisse totiens pœne: quot referrentur miracula: apparebit. Vniuersitate uero aceruata & in quendã unum cumulũ coniecta non alia magnitudo exurget: q̃ si mundus alius quidã i uno loco narret. Nam ut cyrcum maximũ a Cæsare dictatore extructum longitudine stadiox trium: latitudine unius: sed cũ ædificiis iugerum quaternũ ad sedem. cclx. millium inter magna opera dicamus. Nõne inter magnifica basilicã Pauli colũnis e phrygibus mirabilem: forumq; diui Augusti templũ pacis diui Vespasiani iperatoris Augusti: pulcherrima operũ quæ unquã? Pantheon Ioui ultori ab agrippa factũ: cum theatrũ ante texerit romæ Valerius ostiensis architectus ludis Libonis? Pyramidas regum miramur opera cũ solũ tantũ foro extruendo sestertiis mille ducentis Cæsar dictator emerit. Et si quidem impensæ mouent captis auaritia ais. P. Clodius quẽ Milo occidit: sestertiis. cxlvii. millibus domo empta habitauerit. Quod equidẽ non secus ac regũ insaniam miror: itaq; & ipsum Milonem sestertia septingenta millia æris alieni debuisse inter ꝓdigia ai humani duco. Sed tunc senes aggeris uastum spatium & substructiones insanas captiosi mirabant. Præterea cloacas operũ oĩum dictu maximũ: suffossis montibus: atq; ut pauloante rettulimus: urbe pẽsili: subterq; nauigata. Id. M. Agrippa fecit in ædilitate post cõsulatũ per meatus corriuatis septem amnibus cursu præcipiti torrentiũ modo rapere: atq; auferre oĩa coactis. Insuper mole imbriũ concitati uada ac littora quatiunt. Aliq̃do tyberis retro infusi recipiunt fluctus. Pugnantq; diuersi aquarx impetus intus: & tamen obnixa firmitas resistit. Trahunt moles internæ tantæ non succumbentibus causis operis. Pulsant ruinæ sponte præcipites: aut impactæ incendiis. Quatitur solũ terræmotibus. Durant tamen a Tarquino prisco annis octingentis ꝓpe inexpugnabiles. Nõ omittendo memorabili exempio uel eo magis: quoniã celeberrimis rerũ cõditoribus omissum est. Cũ id opus Tarquinius Priscus plebis manibus faceret: essetq; labor incertũ longior an piculosior: passim conscita nece quiritibus tediũ fugientibus. Nouũ & incogitatum ante posteaq; remediũ inuenit ille rex: ut omniũ ita defunctorũ figeret crucibus corpora spectanda ciuibus: simul & feris uolucribusq; laceranda. Quãobrẽ pudor romani nois proprius qui sæpe res perditas seruauit in prœliis: tunc quoq; subuenit. Sed illo tẽpore ĩposuit iam erubescens: cũ puderet uiuos tanquã puditurũ esset extinctos. Amplitudiné cauis eam fecisse ꝓdirur ut uehem fœni large onustam transmitteret. Parua sunt cuncta quæ diximus: & oĩa uni comparãda miraculo: anteq̃ noua attingã. M. Lepido. Q. Catulo conss. ut constat inter diligẽtissimos auctores domus pulchrior non fuit romæ: q̃ Lepidi ipsius. At Hercule intra annos. xxxv. eadem centesimũ locum non optinuit. Cõputet in hac æstimatione qui uolet marmorũ molẽ: opera pictorx: impendia regalia. Et cũ pulcherrima laudatissimaq; certantes centũ domos: postea eas ab inumerabilibus aliis in hunc diẽ uictas. Profecto incendia puniunt luxũ: nec tamen effici põt: ut mores aliquid ipso hoĩe mortalius esse intelligãt. Sed eas oẽs duæ domus uicerunt. Bis uidimus urbem totã cingi domibus principũ. Caii & Neronis. Et huius quidẽ ne qd deesset aurea. Nimirũ sic habitarunt illi q hoc imperiũ fecere: tantas ad uincendas gẽtes triumphosq; referendos ab aratro aut foco exeuntes: quorx agri quoq; minorẽ modum obtinuere quã cellaria istorum. Subit uero cogitatio quota portio harũ fuerint areæ illæ: quas inuictis iperatoribus decernebant publicæ ad exædificandas domos. Sũmusq; illarũ honos erat: sicut in. L. Valerio publicola: q primus consul fuit cũ L. Bruto post tot merita: & fratre eius q bis in eodẽ magistratu sabinos deuicerat: adiici decreto: ut domus eorũ fores extra aperirent: & ianua in publicũ reiiceret. Hoc erat clarissimũ insigne inter triũphales quoq; domos. Non patiemur duos Caios uel duos Nerones ne hac quidẽ gloria famæ frui. Docebimusq; ẽt insaniam eorx uictam priuatis operibus. M. Scauri: cuius nescio an ædilitas maximæ ꝓstrauerit mores ciuiles: maiusq; sit Syllæ malũ tanta priuigni potentia: q̃ proscriptio tot milliũ. Hic fecit in ædilitate sua opus maximũ oĩum: quæ unq̃ fuere humana manu facta: non temporaria mora: uerũetiam æternitatis destinatiõe. Theatrũ hoc fuit. Scæna ei triplex altitudine. ccclx. colũnarũ in ea ciuitate quæ sex hymetias non tulerat sine probro ciuis amplissimi. Iã pars scænæ e marmore fuit. Media e uitro inaudito etiã postea genere luxuriæ. Sũmæ tabulis inauratis columnæ ut diximus. Imæ duodequadragenum pedum. Signa ærea inter columnas ut indicauimus: fuerunt tria millia numero. Cauea ipsa cœpit hominum octuaginta millia cum Pompei amphitheatri totiens multiplicata urbe tantoque maiore populo sufficiat large quadraginta millia sedente. Sed & reliquus apparatus tantus: attalica uestẽ: tabulis pictis: cæteraque cura fuit: ut in tuscula nam uillam reportatis quæ superfluebant quottidiani usus deliciis incensa uilla ab iratis seruis concrementur ad sestertia. M. Aufert animũ & a destinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigæ mẽtis: aliamq; connecti maiorem ĩsaniam. Et ligno. C. Curio qui bello ciuili in cæsarianis partibus obiit: funebri patris munere cũ opibus apparatuq; non posset superare Scaurũ. Vnde enim illi uictricus. Scylla? & Metella mater proscriptionũ sectrix? Vnde. M. Scaurus pater totiens princeps ciuitatis: & marianis sodalitiis rapinarũ prouincialiũ sinus? cum iam ne ipse quidẽ comparari sibi posset. Quando hoc certe ĩcendii illius præmiũ habuit conuectis ex orbe terrarum rebus: ut nemo postea par esset insaniæ illi. Ingenio ergo suo utendum erat. Curioni eiq; aliud excogitandũ fuit. Operepræciũ est scire quid iuenerit: & gaudere moribus nostris: ac nostro modo nos uocare maiores. Theatra duo iuxta fecit amplissima e ligno cardinum singulorũ uersatili suspensa libramento: in quibus utrisq; ante meridiano ludorum spectaculo edito inter sese auersis ne inuicem obstreperent scænæ: & repente circunactis ut constiterant. Postremo iam die discedentibus ta-

Vel capitolii

Vel capitosi

Vel tñ

Vel sex hoĩum

Vel qui prius

Vt nauẽ

Vel contrastarent

bulis & cornibus inter ſe coeuntibus faciebat amphiteatrum: & gladiatorum ſpectacula edebat ipſm magis auctoratum populũ Ro. circũferẽs. Quid enĩ miretur quiſq; in hoc primum? inuentorem? an inuentum? an artificem? an auctorem? auſum aliquem hoc excogitare? an ſuſcipere parere? an iubere? Sup omnia erit populi furor ſedere auſi tam infida inſtabiliq; ſede. En hic eſt ille terrarum uictor: & tŏtius dominator orbis qui gentes & regna diriperet: iura exteris mitteret: & quoſdam in numero deorum ĩmortalium generis humani portio in machina pendens & ad periculum ſuum plaudens. Quæ uilitas animarum iſta? aut quæ quærela de cannis? aut quantũ mali potuit accidere? Hauriri urbes terræ hiatibus publicus mortaliũ dolor eſt. Ecce po. Ro. uniuerſus uelut duobus nauigiis impoſitus binis cardinibus ſuſtinetur: & ſeipſum depugnantem ſpectat: periturus momento aliquo luxatis machinis: & per hoc quæritur in tribunitiis conctionibus gratia: ut penſiles tribus faceret. Qualia hic in roſtris? Quid non auſurus apud eos quibus hoc perſuaſerit. Vera namq; confitentibus popu. roma. funebri munere ad tumulũ patris eius depugnauit uniuerſus. Variauit hanc magnificentiam ſuam feſſis turbatiſq; cardinibus: & amphitheatri forma cuſtodita nouiſſimo die diuerſis duabus per medium ſcænis athlætas edidit: raptiſq; e contrario repente pulpitis eodem die uictores e gladiatoribus ſuis produxit. Nec fuit rex. Curio aut gentium imperator non opibus inſignis: uti qui nihil in cenſu habuerit: præter diſcordiam principũ. Sed dicantur uera æſtimatione inuicta miracula: quæ. Q. Martius rex fecit. Is iuſſus a ſenatu aquaꝝ appiæ & anienis tegula ductus reficere: nouã a nomine ſuo appellatam cuniculis per mõtes actis intra præturæ ſuæ tẽpus adduxit. Agrippa uero in ædilitate ſua: adiecta uirginea aqua: cæteriſq; corriuatis atq; emẽdatis lacus. dcc. fecit. Præterea fontes. cv. caſtella. cxxx. complura etiam cultu magnifica & operibus. Is ſigna. ccc. ſærea aut marmorea impoſuit: & columnas ex marmore quadringentas: eaq; omnia annuo: patio: adiecitq; ipſæ in ædilitatis ſuæ cõmemoratione & ludos unde ſexaginta diebus factos: & gratuita præbuit balnea. clxx. quæ nunc romæ ad infinitum auxere numerum. Vicit antecedentes aquarum ductus nouiſſimũ impendium operis inchoati a Caio Cæſare: & peracti a Claudio. Quippe a lapide. xl. ad eam excelſitatem: ut in omnes urbis montes leuarent: influxere curtius atq; cæruleus fontes. Erogata in id opus ſeſtertia quingenta. lv. millia. Quod ſi quis diligentius æſtimauerit aquarum abundantiam in publico balneis piſcinis domibus euripis hortis ſuburbanis uillis ſpatioq; aduenientis extructos arcus: montes perfoſſos: conualles æquatas: fatebitur nihil magis mirandũ fuiſſe in toto orbe terraꝝ. Eiuſdem Claudii inter maximã equidem ac memoranda dixerim: quãuis deſtitutum ſucceſſoris odio montem perfoſſum ad lacum fucinum emittendum: inenarrabili profecto impendio: & operariorũ multitudine per tot annos: cum aut corriuatio aquarum: qua terrenus mons erat egereretur in uertice machinis: aut ſilex cæderetur. Omniaq; intus in tenebris fierent: quæ neq; concipi animo niſi ab iis qui uidere: neq; humano ſermone enarrari poſſũt. Nam portus hoſtienſis opus prætereo. Item uias inter montes exciſas. Mare thyrrenum a lucrino mollibus ſecluſum. Tot pontes tantis ĩpendiis factos. Et inter plurima alia italiæ miracula: ipſa marmora in lapidicinis creſcere auctor eſt Papyrius Fabianus naturæ rerum peritiſſimus: Exemptores quoq; affirmant compleri ſponte illa montium ulcera. Quæ ſi uera ſunt: ſpes eſt: nunquã defuturam luxuriam.

Vel & q̃ dã munere

Vel athlæta ſedit

De magnetis generibus: & medicinis. CA. XVI.

AMarmoribus digredienti ad reliquoꝝ lapidẽ inſignes naturas: q̃s dubitet in primis magnetẽ occurrere? Quid. n. mirabilius? aut qua in parte naturæ maior improbitas? dederat uocẽ ſaxis: ut diximus: reſpondentẽ hoĩ: ĩmo uero & obloquentẽ? q̃d lapidis rigore pigrius? Ecce ſenſus manuſq; tributi illi. Quid ferri duricia pugnatius? Sed cedit: & patiť mores: trahitur náq; a magnete lapide. Domitrixq; illa reꝝ oĩum materia ad inane neſcio quid currit: atq; ut propius uenit: aſſiſtit: teneturq; & cõplexu hæret. Sideritin ob hoc alio noĩe appellant: quidã heracleon. Magnes appellatus eſt ab inuentore: ut auctor eſt Nicander in india repertus. Náq; & paſſim inueniť: ut in hiſpania quoq; inueniſſe autẽ fertur clauis crepidarũ & baculi cuſpide hærentibus: cum arméta paſceret. Quinq; genera magnetis Sotacus demonſtrat: æthiopicũ: & magneſiacũ e macedonia ei contermina Boebeida lacum petentibus dextra. Tertium in echio boœtiæ. Quartum circa alexandriã troadem. Quintum in magneſia aſiæ. Differentia prima mas ſit an fœmina. Proxima in colore. Nã qui in macedonia & magneſia reperiunť: ruffi nigriq; ſũt. Boœtius uero ruffi coloris plus habet q̃ nigri. Is qui in troade inueniť: niger eſt & fœminei ſexus: ideoq; ſine uiribus. Deterrimus aũt in magneſia aſiæ candidus: neq; attrahens ferrũ ſimiliſq; pumici. Compertũ tanto meliores eſſe q̃to ſunt magis cærulei: æthiopicis laus ſũma datur: ponduſq; argento rependiť. Inueniť hic in æthiopia zimiri: ita uocatur regio arenoſa. Ibi & hæmatites magnes ſanguinei coloris: ſanguinemq; reddens ſi teratur: Sed & crocum. In attrahendo ferrum non eadem quæ magneti hæmatite natura. Aethiopici argumentum eſt: q; magnetem quoq; alium ad ſe trahit. Omnes autem ii oculorum medicamentis proſunt ad ſuam quiſq; portionem. Maximæq; epiphoras ſiſtunt. Sanant & aduſta cremati tritiq;. Alius rurſus in eadem æthiopia non procul mons gignit lapidem theameden: qui ferrum omne abigit: reſpuitq;. De utraq; natura eius ſæpius diximus.

Vel in ida

De lapidibus qui cito abſumunt corpora in eis cõdita: & de his qui diu ſeruant: & de Aſſio lapide: & medicinis eius. CA. XVII.

EApidem e ſcyro inſula integrum fluctuare tradunt: eundẽ cõminutũ mergi. In aſſo troadis ſarcophagus lapis fiſſili uena ſcindiť. Corpora defunctorũ condita in eo abſumi conſtat intra. xl. diem exceptis dentibus. Mutianus ſpecula quoq; & ſtrigiles & ueſtes & calciamenta illita mortuis lapidea fieri auctor eſt. Eius generis & in lycia ſaxa ſunt & in oriente: quæ uiuentibus quoq; adalligata: erodunt corpora. Mitior eſt autem ſeruandis corporibus nec abſumendis chernites ebori ſimillimus: in

quo Darium conditū ferunt. Parioq; similis candore & duritia: minus tamē pōderosus qui porus uocat. Theophrastus auctor est & trāslucidos lapides in ægypto iueniri: quos ophitæ similes ait: qđ fortassis tunc fuerit: qm̄ & ii desinūt & noui reperiunt. Assius gustu salsus podagras lenit pedibus in uase ex eo cauato in ditis. Præterea oīa crurū uitia in iis lapidicinis sanant: cū in metallis oībus crura uitient. Eiusdē lapidis flos appellat farina ex eo mollis ad quædam perinde efficax. Est aūt similis pumici ruffo. Ammixtus æri cyprio māmarū uitia emendat. Pici autē resinæue strumas & panos discutit. Prodest & phthisicis linctu. Cū melle uetera ulcera ad cicatricem perducit. Excrescentia erodit. Et ad bestiarū morsus utilis. Repugnantia curationi ac suppurata siccat. Fit cataplasma ex eo podagris mixto fabæ lomento.

De ebore fossili: & lapidibus osseis: & palmatis: & aliorū generibus. CA. XVIII.

IDem Theophrastus & mutianus eē aliquos lapides: qui pariant: credunt. Theophrastus auctor est & ebur fossile candido & nigro colore inueniri: & ossa e terra nasci: inueniriq; lapides osseos. Palmati circa mundā in hispania: ubi Cæsar dictator Pōpeium uicit: reperiunt: idq; quotiēs fregeris. Sunt & nigri: quorū auctoritas uenit in marmora: sicut tænarius. Varro nigros ex Africa firmiores esse tradit: quam in italia. E diuerso albos coranos duriores: quā parios. Idem lunensem silicem serra secari. At thusculanū dissilire igni. Sabinū fuscum addito oleo etiam lucere. Idem molas uersatiles uol sine inuentas. Aliquas & spōte moras inuenimus in prodigiis. Nusquam autem hic utilior q̄ in italia gignitur: lapisq; nō saxum est. In quibusdam uero prouinciis omnino nō inuenitur. Sūt quidā in eo genere molliores: qui & cote leuigant: ut procul intuētibus ophitæ uideri possint. Neq; est alius firmior: quādo & lapidis natura ut lignum similiter imbres soleq; aut hyemes nō patitur. In aliis atq; aliis generibus. Sunt qui & lunam nō tollerent: & qui uetustate rubiginem trahant: colorēue candidum oleo mutent.

De corallio uel pyrite: & medicinis eius: & ostracite: de amātho lapide: & medicinis eius: de militino lapide & uiribus eius: de gagate lapide & medicinis eius: de spōgiæ: & phrygio lapide & natura eius. C. XIX.

COrallium lapidē quidā pyriten uocāt: quoniā sit plurimus ignis illi. Sed est alius etiānū pyrites similitudine æris. In cypro eū reperiri uolunt: & in metallis quæ sunt circa acamaniā: unū argenteo colore: alterū aureo. Coquunt uariæ. Ab aliis iterū tertioq; in melle: donec cōsumat liquor. Ab aliis pruna prius: dein melle: & postea lauant ut æs. Vsusq; eorū in medicina excalfacere: siccare discutere: humorē extenuare: & duritias nimias mollire. Vtunt & crudis tusisq; ad strumas atq; furūculos. Pyritarū etiānum aliqui genus unū faciunt plurimū habens ignis: quos uiuos appellamus: & ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorū maxime necessarii: qui clauo uel altero lapide percussi: & scintillas edunt: quæ exceptæ sulphure aut fungis aridis: uel foliis: dicto celerius ignem trahunt. Ostracitæ similitudinē testæ habēt. Vsus eorū pro pumice ad leuigandā cutem. Poti sanguinē sistunt: & illiti cū melle ulcera doloresq; māmarū sanant. Amiātus alumini similis nihil igni deperdit. Hic ueneficiis resistit oībus: priuatim magorum. Gæoden ex argumēto appellant: quoniā amplexus est terrā: oculorū medicamētis utilissimus. Item māmarū & testium uitiis. Melitites lapis succū remittit dulcē: mellitūq; tusus. Et cæræ mixtus eruptiōibus pituitæ maculisq; corporis medet: & fauciū exulcerationi. Epinyctidas tollit: & uuluarum dolores īpositus uelleri. Gagates lapis nomē loci & amnis habet gagis lyciæ. Aiunt & in leucola expelli mari: atq; infra duodecim stadia colligi. Niger est: planus: pumicosus: nō multū a ligno differens: leuis: fragilis: odore si teratur grauis. Fictilia ex eo inscripta nō delentur. Cū uritur: odorem sulphureū reddit. Mirumq; accenditur aqua: oleo restinguit. Fugat serpentes recreatq; uuluæ strangulationes. Deprehendit sonticum morbum & uirginitatem suffitus. Item ex uino decoctus: dentibus medetur. Strumisq; cæræ permixtus. Hoc dicuntur uti magi in ea quam uocant axinomantiam. Id peruri negant: si euenturum sit: quod aliquis optet. Spongiæ lapides inueniuntur in spongiis: & sunt natiui. Quidam eos cysteolithos uocant: quoniam uesicæ medentur. Calculos rumpunt in uino poti. Phrygius lapis gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa. Vritur ante uino perfusus: flaturq; follibus: donec ruffescat: ac rursus dulci uino restinguit: & hoc trinis uicibus: tingendis uestibus tantum utilis.

De hæmatite & quinq; generibus eius: & schisto. CA. XX.

SChistos & hæmatites cognationē habent. Hæmatites inuenitur in metallis. Vstus minii colorē imitat. Vritur ut phrygius: sed nō restinguit uino. Adulterat schisto. Hæmatiten discernūt uenæ rubentes: & friabilis est natura. Oculis cruore suffusis mire cōuenit. sistit profluuiū mulierū potus. Bibunt eum & qui sanguinē reiecerūt cū succo punici mali. Et in uesicæ uitiis efficax. Bibitur & in uino cōtra serpentiū ictus. Infirmior ad oīa hæc eadē est: quē schiston appellant. Sed in iis commodior croco similis: peculiarius splendet. Proficit oculorū lachrymis in lacte muliebri. Procidēteq; oculos præclare cohibet. Hæc est sentētia eorū qui nuperrime scripsere. Sed Sotacus e uetustissimis auctoribus quinq; genera hæmatitarū tradit præter magnetē principatū dat ex iis æthiopico: oculorū medicamentis utilissimo. Ex iis quæ panchresta appellāt. Item ambustis. Alterū atrodamāta dicit uocari: colore nigro pōdere ac duritia insignem: & inde nomē traxisse: præcipueq; in africa repertum. Trahere autem in se argentum: æs: ferrum. Experimentū eius esse in cote ex lapide bisanite. Reddere enim succum sanguineū: & esse ad iocineris uitia precipui remedii. Tertiū genus arabici facit: simili duricia: uix reddētis succū ad cotē aquariam aliquādo croco similem. Quarti generis elatiten uocari quādiu crudus sit: coctū uero militem: utilē ambustis. Ad omnia utiliorem rubrica. Quinti generis schistos hemorrhoidas reprimit. In totum autem hæmatitas omnes tritos in oleo trium drachmarum pondere a ieiunis sumendos: ad uitia sanguinis. Idem actor schiston alterius generis q̄ hæmatiten tradit: quem uocant Anthracitin. Nasci in africa nigrum attritum reddere aquariis cotibus ab ea parte quæ fuerit ab radice nigrum colorē: ab altera parte croci. Ipsum

Vel androdamanta
Vel colorem
Vel eius in totū uis oēs strūas sanare tri? i oleo & a ieiunis bibit? sanat uitia sanguinis

utilem esse oculorum medicamentis.

De quattuor generibus aetitis: & calamo: & samio: & arabo: & pumicibus. CA. XXI.

AEtites lapis etiam argumento nominis magnam famam habet. Reperitur in nidis aquilarum: si cuti in decimo uolumine diximus. Aiunt binos inueniri: marem & fœminam. Nec sine iis pare re quas diximus aquilas: & ideo binos tantum. Genera eorum quattuor. In africa nascentem pu sillum & mollem intra se ac uelut in aluo habentem argillam suauem: candidam. Ipsum friabilē quem fœminei sexus putant. Marem autem qui in arabia nascitur: durum gallæ similem: aut subrutilum in aluo habentem durum lapidem. Tertius in cypro inuenitur: colore illis in africa nascentibus similis: am plior tamen atq; dilatatus. Cæteris enim globosa facies. Habet in aluo arenam iucundam & lapillos. Ipse tam mollis ut etiam digitis fricetur. Quarti generis Thaphiusius appellatur: nascens iuxta leucadem: in ta phiusa: qui locus est dextra nauigantibus ex hac ad leucadem. Inuenitur in fluminibus candidus & rotun dus. Huic est in aluo lapis qui uocatur callimus: nec quicq̄ tenerius. Aetitæ omnes grauidis adalligati mu lieribus uel quadrupedibus in pelliculis sacrificati uteri animalium continent partus: non nisi parturiant:
Vel excidunt remouendi: alioquin uuluæ excidium. Sed nisi parturientibus auferantur: omnino non pariunt. Est & la pis famius in eadem insula: ubi terram laudauimus: poliendo auro utilis. Vtilis & in medicina oculorū ulce ribus cum lacte quo supradictum est modo contra ueteres lachrymationes. Prodest & contra uitia stoma chi potus. Vertigines sedat. Mentesq; cōmotas restituit. Quidam & in orbis comitialibus utiliter dari pu tant. Et ad urinæ difficultates: acopis etiam miscetur. Probatur grauitate & candore. Vuluas & partus con tineri adalligato eo tradunt. Arabius lapis ebori similis: dentifriciis accōmodatur crematus. Priuatim he morrhoidas sanat cum lanugine linteorum: linteolis insuper impositis. Non prætermittenda est & pumi cum natura: siquidem ita appellantur quidam lapides erosi amne: in ædificiis musea uocant depēdentia ad imaginem specus arte reddendam. Sed & ii pumices qui sunt in usu corporum leuigandorum fœminis iā quidem & uiris atq; ut ait Catullus libris: laudatissimi sunt in melo scyro & æoliis insulis. Probatio in can dore & in minimo pōdere: & ut q̄ maximæ spongiosi aridiq; sint: ac teri faciles: nec arenosi in fricando. Vis eorum in medicina: extenuare: siccare. In ustrina ter siccantur: ita ut torreantur carbone puro: ac totiens ui no restinguantur albo. Lauantur deinde ut cadmia: & siccati conduntur q̄ minimum uliginoso loco. Vsus farinæ eius oculorum maximæ medicamentis. Vlcera purgat eorum leuiter: expletq; cicatrices: & emēdat. Quidam tertia ustione refrigeratos potiusquā restinctos terere malunt ex uino. Adduntur ēt ad malagma ta capitum uerendorumq; ulceribus. Vtilissima fiunt ex iis dentifricia. Theophrastus autem auctor est po tores in certamine bibendi præsumere farinam eius: sed nisi imenso potu impleantur: periclitari. Tantāq; refrigerandi naturam esse: ut musta feruere desinant pumice addito.

De lapidibus mortariorū medicinaliū: & mollibus lapidibus: & speculari lapide: & silicibus: & phengite: & cotibus: & reliqs ad structurā lapidibus igni: & tempestatibus resistentibus. CA. XXII.

AVctoribus curæ fuere lapides mortariorū quoq; nec medicinalium tantum: aut ad pigmenta per tinentium. Etheſiumq; lapidem in iis prætulere cæteris: mox & thebaicum: quem pyrrhopoeci lon appellauimus. Aliqui psaronium uocant. Tertium ex calazio chrysiten. Medici autem & ba saniten. Hic enim lapis nihil ex sese remittit. Ii autem lapides qui succum reddunt oculorum me dicamentis utiles existimantur. Ideoq; æthipici maximæ ad ea probantur. Tænarium uero lapidem & pœ nicum & hæmatiten iis medicamentis prodesse tradunt: quæ ex croco componantur. Ex alio tænario qui niger est: & ex pario lapide non æque mediis utilem. Potiorem ex lapide alabastrite ægyptio: uel ex ophi te albo. Est enim hoc genus ophitis: ex quo uasa & etiam cados faciunt. In syphno lapis est qui cauatur: tor naturq; in uasa coquendis cibis utilia: uel ad esculentorum usus. Quod in comensi italiæ lapide accidere sci mus: sed in sphno singulare q; excalfactus oleo nigrescit: durescitq;. Natura mollissimus tanta qualitatum
Vel trās latis differentia est. Nam mollicie & transalpis præcipua sunt exempla. In belgica prouincia candidum lapidem serra qua lignum: faciliusq; etiam secant ad tegularum & imbricum uicem. Vel si libeat: ad quæ uocant pa uonacea tegendi genera: & igne quidem durati iidem sectiles sunt. Specularis uero quoniam & hic lapis no men optinet: faciliore multo natura finditur in quaslibet tenues crustas. Hispania hunc olim citerior tantū dabat nec tota: sed intra centum millia passuum circa segobricam urbem. Iam & cypros & cappadocia & si cilia: & nuper inuentum africa. Postferendos omnes tamē Hispaniæ: & cappadociæ mollissimis & amplis simæ magnitudinis: sed obscuris. Sunt & in bononiensi italiæ parte breues maculosi complexu silicis alli gati: quoq; tamen appareat natura similis eis qui in hispania puteis effodiuntur profunda altitudine. Nec
Vel fissili non & saxo incluſus sub terra inuenitur: extrahiturq;: aut exciditur. Sed maiori parte fossili natura absolu tus segmenti modo nunquā adhuc quinq; pedum longitudine amplior. Humorem hunc terræ quidam
Vt forte feræ autumant crystalli modo glaciari. Et in lapidem cōcrescere manifesto apparet: q; cum feræ decidere in pu teos tales medullæ: ex ossibus earum in eadem lapidis natura post unam hyemem figurātur. Inuenitur &
Vel i ossibus niger aliquando. Sed cādido natura mira cum sit mollicia nota ppetiendi solis rigoriq;: nec senescit si mo do iniuria absit: cum hoc etiam in cementis multorum generum accidat. Inuenere & alium usum in ramē
Vt appa rēt figu ratæ tis quoq; circum maximum ludis cyrcensibus sternendi: ut sit in cōmendatione candor. Nerone principe in cappadocia repertus est lapis duritia marmoris candidus atq; transluces: etiam qua partæ fuluæ incide rant uenæ: ex argumento phengites appellatus. Hoc construxerat ædem fortunæ: quā seiani appellatione dicebat: a Seruio rege sacratam aurea domo complexus. Quare etiam foribus apertis interdiu claritas ibi diurna erat: haud alio q̄ specularium modo: tanquā inclusa luce: non transmissa. In arabia quoq; esse lapi dem uitri modo translucidum: quo utuntur pro specularibus: Iuba auctor est. Nunc ad operarios lapides

transiſſe conueniat:primūq; cotes ferro acuendo. Multa earū genera. Creticæ diu maximā laudā habuere. Secundā laconicæ ex taygeto mōte:utræq; oleo īdigētes. Inter aquarias naxiæ laus maxia fuit: mos armeniacæ:de qbus diximus. Ex oleo & aqua ciliciæ pollēt:ex aq̄ arſinoeticæ. Repte ſunt ī italia aq̄ trahētes aciē acerrimo effectū. Necnō & trāſalpes:quas paſcernices uocāt. Quarta rō eſt ſaliua hois ꝓficientiū. Quæ ī tō ſtrinaꝝ officinis iutilis:ē fragili mollicia. Flāminitāæ ex hiſpāia citeriore in eo genere ꝓcipuæ. Reliqua multitudo lapidū in totū ædificiis iutilis eſt moroſitate. Quædā tamē loca moré illū habent:ſicut carthago in africa exercet halitu maris:fricat uento:& uerberat ībri. Sed cura tuent picādo parietes:quoniā & tectoria calx rodit. Sciteq; dictū eſt:ad tecta eos pice ad uinū calce uti:qm̄ ſic muſta cōdiūt. Alia molicia circa romā fidēnati & albāo. In liguria quoq; umbria & Venetia albus lapis dētata ſerra ſeccat. Hi tractabiles in opere laboré quoq; tot erāt ſub tecto dūtaxat. Aſpergine & gelu pruiniſq; rúpunt ī teſtas. Nec cōtra humores & aurā maris robuſti. Tyburtini ad reliqua fortes:uapore diſſiliūt. Nigri ſilices optimi qbuſdā in locis & rubētes. Nō nuſq̄ uero & albi:ſicut in tarquiniēſi Anitiāis lapidicinis circa lacū uolſiniēſem. Et in ſtatonienſi ſunt:qbus ne ignis qdē nocet. Iidē & in monumēta ſculpti cōtra uetuſtatē quoq; icorrupti pmanēt. Ex iis forme fiunt:in qbus æra fundunt. Eſt & uiridis lapis ueheméter igni reſiſtēs ſed nuſq; copioſus. Et ubi inuenit lapis nō ſaxū eſt. E reliquis pallidus iceméto raro utilis. Globoſus cōtra iniurias fortis:ſed ad ſtructurā ifidelis:niſi multa ſuffrenatiōe deuinctus. Nec certior fluuiatilis ſemp ueluti madens. Remediū eſt in lapide dubio æſtate eū eximere:nec ante biēnium eū inſerere tecto:domitū tēpeſtatibus. Quæ ex eo læſa fuerint:in ſubterranea ſtructura aptant utilius. Quæ reſtiterint:tutum eſt cælo cōmittere. Græci e lapide duro ac ſilice æquo cōſtruunt ueluti lateritios parietes. Cū ita fecerint:iſodomos uocant genus ſtructuræ. At cū in æquali craſſitudine ſtructa ſunt pſeudiſodomō. Tertiū eſt emplecton tātūmodo frōtibus politis. Reliqua fortuito collocāt. Alternas coagmētatiōes fieriiut cōmiſſuras antecedentiū medii lapides optineāt:ne ceſſariū eſt:in medio quoq; pariete ſi res patiat. Si minus:utiq; a lateribus. Medios parietes ſarcire fractis cementis. Dictyotheton uocant:reticulatam ſtructurā:quā frequētiſſime Romæ ſtruunt:rimis oportunā. Structurā ad normā & libellam fieri & ad perpendiculum reſpondere oportet.

uel lāini
tanæ
uel mor
talitate
quadā
uel non
alium
uel friat

uel ſuf/
fragatio
ne

De Ciſternis & calce & arenæ generibus:& mixtura calcis:& arenæ:& uitiis ſtructuræ: & tectoris columnis. CA. XXIII.

ET Ciſternas arena pura & aſpera q̄nq; ptibus:calcis q̄ uehemētiſſimæ duabus cōſtrui conuenit: fragmētis ſilicis nō excedētibus libras. Ita ferratis uectibus calcari ſolū parieteſq; ſimiliter. Vtilius geminos eſſe:ut in priore uitia cōſidāt aquæ: atq; p collū in ꝓximas tranſeat maxime pura aqua. Calcé e uario lapide Cato cēſorius iprobat. Ex albo melior q̄ ex duro & ſtructuræ utilior. Quæ ex fiſtuloſo:tectoriis. Ad utrunq; damnat ex ſilice. Vtilior eadē ex effoſſo lapide quā ex ripis fluminū collecto. Vtilior e molari:quia eſt q̄dā pinguior natura eius. Mirū aliquid poſtq̄ arſerit:accendi aquis. Arenæ tria genera. Foſſicia cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut marinæ tertia. Si & teſtæ tuſæ tertia pars addatur melior materia erit. Ab apēnino ad padū nō inuenit foſſicia:nec marina. Ruinarū urbis ea maxime cauſa: q; furto calcis ſine ferrumine ſuo cemēta cōponuntur. Intrita quoq; quo uetuſtior eo melior. Vnde & in antiquarū ædium legibus inuenitur ne recētiore trima uteretur redēptor quiſquā. Ideo nulla tectoria eorū rimæ fedauere. Tectoriumq;:quod niſi ter arenato & bis marmorato inductum eſt:non ſatis ſplendoris habet. Vliginoſa & ubi ſalſugo uiciat teſtatio ſublini utilius. In græcia tectoriis etiam arenatum quod inducturi ſunt:prius in mortario ligneis uectibus ſubigunt. Experimentū marmorati eſt in ſubigendo:donec rutro nō cohæreat. Cōtra in albario opere:ut macerata calx ceu glutinū hæreat. Sed macerari nō niſi a gleba oportet. In elide ædes eſt Mineruæ:in qua frater Phidiæ paneus tectoriū induxit lacte & croco ſubactum:ut ferunt:ideoq; ſi teratur in ea hodieq; ſaliua pollice:odorem croci ſaporemq; reddere traditur. Columnæ in æde denſius poſitæ:craſſiores uidentur. Quattuor earum genera:quæ ſextam partem altitudinis in craſſitudine ima habēt:doricæ uocantur:quæ nonam ionicæ:quæ ſeptimā thuſcanicæ. Corinthiis eadem ratio quæ ionicis. Et differētia:quoniā capitularis corinthiarū eadem eſt altitudo quæ colligit craſſitudine ima:ideoq; graciliores uidētur. Ionici enim capituli altitudo tertia pars eſt craſſitudinis. Antiqua ratio erat colūnarum altitudinis tertia pars latitudinū delubri:in epheſi Dianæ æde: de qua prius fuit ſermo. primū colūnis ſpiræ ſubditæ:& capitella addita. Placuitq; altitudinis octaua pars in craſſitudine: & ut ſpiræ haberent craſſitudinis dimidium ſeptimāq; partis detrahentibus ſummarū craſſitudini. Præter has ſunt quæ uocantur atticæ colūnæ quaternis angulis pari laterum interuallo.

uel ſqui/
mas

uel legi/
bus anti
quorū

uel mar
mori
eroſo

uel ſquā
mamq;

De medicinis calcis:& maltha & gypſo. CA. XXIIII.

CAlcis & in medicina magnus uſus. Eligit enim recens:nec aſperſa aquis:urit:diſcutit: extrahit: incipiēteſq; ſerpere ulcerū īpetus coercet. Aceto & roſaceo temperata perducit ad cicatricē. Luxatis quoq; cum adipe ſuillo aut liquida reſina ex melle medet. Eadem compoſitione & ſtrumis. Maltha e calce fit recenti:gleba uino reſtinguitur. Mox tunditur cum adipe ſuillo & fico duplici linamēto. Quæ res omniū tenaciſſima:& duritiā lapidis antecedens. Quod malthat:oleo perficit ante. Cognata calci res gypſum eſt. Plura eius genera. Nam e lapide coquit ut in ſyria ac thuriis. Et e terra foditur ut in cypro:ac perrhebie ſumma tellure:& hymeticū eſt. Qui coquit lapis nō diſſimilis alabaſtrite eſſe debet:aut marmoroſo. In ſyria duriſſimos ad id eligūt:coquūtq; ſimo bubulo ut celerius uranf. Omniū autē optimū fieri cōpertum eſt e lapide ſpeculari ſquāmam uitalem habente. Gypſo madido ſtatim utendū eſt: quoniā celerrime coit:ac ſiccat. Tamē rurſus tundi & in fariná reſolui patitur. Vſus gypſi in albariis figillis ædificiorum & coronis gratiſſimus. Exemplūq; illuſtre. C. Proculeū Auguſti Cæſaris familiarem in maximo ſtomachi dolore gypſo poto conſciuiſſe ſibi mortem.

De pauimentis:& quando primum Romæ:& ſubdialibus pauimentis:& græcanicis:& quando primū cameræ. CA. XXV.

PAuimenta originem apud græcos habent elaborata arte picturæ ratione:donec lithoſtrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Soſus:qui pergami ſtrauit quē uocāt Aſarotō. Oe con. quoniā purgaméta cœnæ in pauiméto quæ cōuerti ſolent:ueluti relicta fecerat: paruis e teſtulis tinctiſq; in uarios colores. Mirabilis ibi colūna bibens:& aquam umbra capitis infuſcans abripiente alia eſcam. Ludētes uideres in canthari labro. Apricātur aliæ ſcabētes ſeſe. Pauimenta credo primum facta:quæ nunc uocamus barbarica:atq; ſubtegulanea. In italia e teſtucis cānea: hoc aperte ex noīe ipſo itelligi poteſt. Romæ ſcalpturatū ī Iouis capitolini æde primū factum eſt poſt tertiū punicū bellū initū. Frequētata uero pauiméta ante cimbricū magna gratia animorū indicio eſt lucillianus ille uerſus. Arte pauiméta atq; emblemata uermiculata. Subdialia græci inuenere talibus domos cōtegentes facili tractu & repente. Sed fallax ubicūq; imbres gelant. Neceſſariū binas per diuerſum taxationes ſubſterni. Capita earum præfigi ne torqueātur. Et ruderi nouo tertiam partē teſtæ tuſæ addi. Deinde rudus in quo duæ quintæ calcis miſceātur pedali craſſitudine feſtucari. Tunc nucleo craſſo ſex digitos induci & e teſta grādi nō minus alta duos digitos ſtrui. Faſtigium uero ſeruari in pedes denos ſeſquūcem. Ac diligenter cote deſpumare querniſq; axibus cōtribulare. Quæ torquētur inutilia putant. Immo & ſilice aut palea ſubſterni melius eē quo minor uis calcis perueniat. Neceſſario & globoſum lapidem ſubiici. Similiter fiunt ſpicata teſtacea. Non negligendum etiamnum unum genus græcanicum. Solo feſtucato iniicitur rudus aut teſtaceum pauimētū. Dein ſpiſſe calcatis carbonibus inducitur ſabulo calce ac fauilla mixtis:materia craſſitudine ſemipedali ad regulam & libellam exigitur:& eſt forma terrena. Si uero cote depolitum eſt:nigri pauimenti uſum optinet. Lithoſtrota cœptauere iam ſub Sylla paruulis certe cruſtis. Extatq; hodie quod in fortūæ delubro preneſte fecit. Pulſa deinde ex humo pauimenta in cameras tranſiere:ut pronum uitium. Et hoc certe inuentum ab Agrippa ī thermis quas Romæ fecit. Figlinum opus encauſto pinxit. In reliquis albaria adornauit. Non dubiæ uitreas facturus cameras:ſi prius id inuentum fuiſſet:aut a parietibus ſcænæ ut diximus. Scauri peruenīſſet in cameras. Quamobrem originem uitri dicemus.

uel lauātes uel cauꝛcia uel anteuel tꝛaꝛctu repētē:ſed fallaciubicūq; ībres gelant uel coaſſaꝛtiones uel multa

De origie uitri & rōe faciēdi:& de obſidiāo uitro:& generibus multiformibus uitri. CA. XXVI.

PArs eſt ſyriæ:quæ Phœnice uocatur finitima iudææ intra montis carmeli radices paludem habens:quæ uocatur candebea. Ex ea creditur naſci belus amnis quinq; milium. p. ſpacio in mare profluens iuxta ptolemaidem coloniam. Lentus hic currit:inſalubris potu:ſed cerimoniis ſacer limoſus uado profundus. Non niſi refuſo mari arenas faretur. Fluctibus. n. uolutatæ niteſcunt decritis ſordibus. Nunc & a marino creduntur aſtringi morſu:nō prius utiles. Quingentorū eſt paſſuum nō amplius littoris ſpacium. Idq; tantū multa per ſæcula gignendo fuit uitro. Fama eſt appulſa naue mercatorū nitri cū ſparſi per littus epulas pararēt:nec eſſet cortinis attollēdis lapidum occaſio:glebas nitri e naue ſubdidiſſe. Quibus accēſis permixta arena littoris tranſlucētes nobilis liquoris fluxiſſe riuos:& hanc fuiſſe originem uitri. Mox ut eſt aſtuta & ingenioſa ſolertia non fuit cōtēta nitrum miſcuiſſe:cœptus addi & magnes lapis:quoniam in ſe liquorem uitri quoq; ut ferrum trahere creditur. Simili modo & calculi ſplendētes multifariam cœpti uri:deinde conchiæ & foſſiles arenæ. Auctores ſunt in india e cryſtallo fracta fieri:& ob id nullum comparari indico. Leuibus autē aridiſq; lignis coquitur addito cyprio ac nitro maxime ophirio. Continuis fornacibus ut æs liquatur:maſſæq; fiunt colore pingui nigricantes. Acies tanta eſt: quacūq; ut citra ullum ſenſum ad oſſa cōſecet quicquid afflauerit corporis. Ex maſſis rurſus funditur ī officinis tinguiturq;. Et aliud flatu figuratur. Aliud torno teritur. Aliud argenti modo cælatur. Sidon quōdam iis officinis nobilis:ſiquidem etiam ſpecula excogitauerat. Hæc fuit antiqua ratio uitri. Iam uero & in uulturno mari italiæ arena alba naſcens ſex milium paſſuum a littore inter cumas atq; lucrinum:quæ molliſſima eſt pila molaq; teritur. Dein miſcetur tribus partibus nitri pondere uel menſura: ac liquata in alias fornaces tranſfunditur. Ibi fit maſſa quæ uocatur ammonitrum. Atq; hæc recoquitur:& fit uitrum purum ac maſſa uitri candidi. Iam uero & per gallias hiſpaniaſq; ſimili modo arenæ temperantur. Ferunt Tyberio principe excogitatum uitri temperamentum ut flexibile eſſet:& totam officinam artificis eius abolitam:ne æris: argenti:auri:metallis precia detraherētur. Eaque fama diu crebrior quam certior fuit. Sed quid refert? Neronis principatu reperta uitri arte quæ modicos calices duos:quos appellabant petrotos. HS. ſex milibus uenderet. In genere uitri & obſidiana numerantur:ad ſimilitudinem lapidis:quem in æthiopia inuenit obſidius nigerrimi coloris:aliquando & tranſlucidi: craſſiore uiſu atque in ſpeculis parietū pro imagine umbras reddentes. Gemmas multi ex eo faciunt. Vidimuſque & ſolidas imagines diui Auguſti: capti materia huius craſſitudinis. Dicauitque ipſe pro miraculo in templo Concordiæ obſidianos quattuor elephantos. Remiſit & Tyberius Cæſar heliopolitarum cerimoniis repertam ibi in hæreditate eius qui præfuerat ægypto:obſidianam imaginem Menelai. Ex quo apparet antiquior materiæ origo nunc uitri ſimilitudine interpollata. Xenocrates obſidianum lapidem in india & in ſamnio italiæ & ad oceanum in Hiſpania naſci tradit. Fit & in tincturæ genere obſidianum ad eſcaria uaſa totum rubens uitrum atque non tranſlucens:hæmatinon appellatum. Fit & album & murrhinum aut hyacinthos: ſaphiroſque imitatum: & omnibus aliis coloribus. Nec eſt alia nunc materia ſequacior: aut etiam picturæ accommodatior. Maximus tamen honos in candido tranſlucente quam proxima cryſtalli ſimilitudine. Vſus uero ad potandum argenti metalla & auri pepulit. Eſt autem caloris impatiēs:ni p̄cedat frigidus liquor:cū addita aqua uitreæ pilæ ſole aduerſo in tantū excandeſcant:ut ueſtes exurant fragmēta reporata agglutinātur tantū rurſus tota fundi non queunt præterquam abrupta ſi bi nec tingui ueluti cum calculi fiunt: quos quidam abaculos

uel conꝛcretæ

uel amni

uel pteꝛrotos aut apyꝛrotos

uel ſamio

appellant:aliquos etiã pluribus modis uersicolores. Vitrum sulphuri concoctum ferruminat in lapidẽ. At peractis omnibus quæ constant ingenio artem natura faciente:succurrit mirari nihil pene non igni perfici.

Ignium miracula & medicinæ prodigia. CA. XXVII.

IGnis accipit arenas: ex quibus alibi uitrum:alibi argentum:alibi minium: alibi plumbi genera: alibi pigmenta:alibi medicamenta fundit. Igne lapides in æs soluuntur. Igne ferrum gignitur ac donatur. Igne cremato lapide cementa in tectis alligantur. Alia sæpius uri prodest. Eademq; materia aliud gignitur primis ignibus:aliud secundis:aliud tertiis. Quando ipse carbo uires habere incipit restinctus:atq; interisse creditus:maioris fit uirtutis. Immẽsa & improba rerum naturæ portio. Et in qua dubium sit plura absumat:an pariat. Est & ipsis ignibus medica uis. Pestilentiæ quæ solis obscuratione contrahitur ignis suffitu multiformiter auxiliari certum est. Empedocles & Hippocrates id demonstrauere diuersis locis. Ad conuulsa uiscera:aut contusa ut. M. Varro auctor est. Ipsis. n. uerbis eius utar. Lix cinis est inquit foci. Inde enim cinis luxatis potus medetur. Vt licet uidere gladiatores cum deluserint hac iuuari potione. Quin & carbunculum genus morbi:quo duos consulares nuper absumptos indicauimus: querneus carbo tritus cum melle sanat. Adeo in rebus damnatis quoq; ac iam nullis sunt aliqua remedia: ut in carbone ecce & cinere. Non præteribo & unum foci exemplum romanis litteris clarũ. Tarquinio prisco regnante tradunt repente in foco comparuisse genitale e cinere masculini sexus. Eamq; : quæ insederat ibi: Tanaquilis reginæ ancillam Ocrisiam captiuam consurrexisse grauidam. Ita Seruium Tullium natum qui regno successit. Inde & in regia cubanti puero caput arsisse uisum: creditumq; Laris familiaris filium. Ob id compitalia & ludos laribus primum instituisse.

Vel lixiuius iqt é focus Vel conuulsi sũt Vel nullis incognitis

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXVII. ET VLTI.

PROOEMIVM.

Origo gemmarum.

NIHIL VT INSTITVto operi desit:gemmæ supersunt: & in arctum coacta rerum naturæ maiestas a multis nulla sui pte mirabilior: Tantum tribuunt uarietati coloribus materiæ decori. Violarietiã signis gẽmas nefas ducẽtes. Aliquas uero extra precia ulla taxationemque humanarum opum arbitrantes ut plerisq; ad summã absolutãq; rerum naturæ cõtemplationem satis sit una aliqua gemma. Quæ fuerit origo gemmarũ & quibus initiis in tantũ hæc ammiratio exarserit diximus quodam tenus in mentiõe auri annulorũq;. Fabulæ primordium a rupe caucasea tradũt. Promethei uinculorum interpretatione fatali. Primumq; saxi fragmentum inclusum ferro ac digito circundatum hoc fuisse annulum & hoc gemmam.

Vel immobilitate Vel totius regionis Vel fulgẽtibus maculis

De gemma Polycratis tyranni:& Phyrri regis:& qui sculptores optimi:& nobilitates artificum: & qui primus dactylothecam Romæ habuit. CA. I.

HIs initiis cœpit auctoritas in tantum amorẽ elata ut Polycrati Seuero samio isularum ac littorũ tyranno fœlicitatis suæ:quã nimiam fatebatur esse ipse:satis piamenti in unius gemmæ uoluntario dãno uideretur:si cum fortunæ uolubilitate paria faceret. Planeq; ab inuidia eius abunde se redimi putaret:si hoc unum doluisset. Assiduo ergo gaudio lassus prouectus nauigio in altum: annulum mersit. At illũ piscis eximia magnitudine regi natus escæ uice raptũ:ut faceret ostentũ:in culinã domini rursus fortunæ insidiantis manu reddidit. Sardonicẽ eam gẽmam fuisse cõstat:ostendũtq; Romæ(si credimus)in cõcordiæ delubro cornu aureo Augustæ dono inclusam:& nouissimum prope locum tot prælatis optinentem. Post hunc annulum regia fama est gemmæ pyrrhi illius qui aduersus Romanos bellũ gessit. Nãq; habuisse traditur achatem:in qua nouem musæ & Apollo citharam tenens spectaretur:nõ arte sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis:ut musis quoq; singulis sua redderentur insignia. Nec deinde alia quæ tradatur magnopere gemmarum claritas extat apud auctores:præterquã Ismeniã Choraulẽ multis fulgentibusq; uti solitum comitante fabula uanitatem eius indicato in cypro:sex aureis denariis smaragdo in qua fuerat sculpta Amymone iussisse enumerari. Et cum duo relati essent:imminuto pcio: male me Hercules curatum dixisse. Multum enim detractum erat gemmæ dignitati. Hic uidetur instituisse ut om-

nes muſicæ artis hac quoq; oſtentatione cenſerentur:ueluti Dionyſiodorus æqualis eius & æmulus: ut ſibi quoq; par uideretur. Tertius qui eodem tempore fuit inter muſicos Nicomachus multas gemmas habuiſſe traditur:ſed nulla peritia electas:ſed ſorte quadam. His exemplis initio uoluminis oblatis aduerſus iſtos qui ſibi hanc oſtentationem arrogant:ut palam ſit eos tibicinum gloria tumere. Hoc in Polycratis gẽma quæ demonſtratur illibata intactaq; ab Iſmeniæ ætate poſt multos annos apparet ſcalpi etiam ſmaragdos ſolitos. Confirmat hanc eadem opinionem edictum Alexandri magni:quo uetuit in gemma ſe ab alio ſcalpi q̃ a pyrgotele non dubie clariſſimo artis eius. Poſt eum Apollonides & cronius in gloria fuere. Quiq; diui Auguſti imaginem ſimilem expreſſit:qua poſtea principes ſignant. Sylla dictator traditione Iugurtæ
Vel iter catienſẽ
ſemper ſignauit. Eſt & apud auctores & inter catienſem illum cuius patrem Scipio Aemylianus ex prouocatione interfecerat:pugnæ eius effigie ſignaſſe uulgato Stillonis Præconini ſale. Quidnam fuiſſe aucturũ eum ſi Scipio a patre eius interemptus eſſet? Diuus Auguſtus inter initia ſphinge ſignauit. Duas autem in matris annulis iam indiſcrete ſimilitudinis inuenerat. Altera per bella ciuilia abſente eo amici ſignauere epiſtolas & edicta. Quæ ratio temporum nomine eius reddi poſtulabat:non infaceto lepore accipientiũ enigmata afferre eam ſphingem. Quin etiam Mœcenatis rana per collationem pecuniarum in magno terrore erat. Auguſtus poſtea ad deuitanda conuitia ſphingis Alexandri magni imagine ſignauit. Gemmas plures: quod peregrino appellant nomine dactylothecam:primus omnium habuit Romæ priuignus Syllæ Scaurus. Diuq; nulla alia fuit:donec Pompeius magnus eam:quæ Mythridatis regis fuerat:inter dona in capitolio dicaret:ut. M. Varro:aliiq; eiuſdem ætatis auctores confirmant:multum prælatam Scauri. Hoc exemplo Cæſar dictator ſex dactylothecas in æde Veneris genitricis conſecrauit. Marcellus octauia genitus in palatina Apollinis æde unam. Victoria tamen illa pompeii primum ad margaritas gemmaſq; mores inclinauit. Sicut. L. Scipionis & Cn. Manlii ad cælatum argentum & ueſtes attalicas & triclinia ærata. Sicut. L. Mũmii ad corinthia & tabulas pictas.

De gemmis tranſlatis in triumpho Pompeii:& natura cryſtalli & medicinis:& luxuria circa eam:& quãdo primum inuenta myrrhina:& luxuria circa ea & natura myrrhinorum: quæ mentiti ſunt auctores de ſuccino. CA. II.

QUo uti planius noſcatur:uerba ex ipſis pompeii triumphorum actis ſubiiciam. Ergo tertio triumpho quem de pyratis:aſia:ponto:gentibuſq; & regibus in ſeptimo operis huius uolumine indicatis. M. Piſone. M. Meſſala conſſ. pridie calendas Octobris:die natalis ſui egit:tranſtulit alueum cum teſſeris luſorium e gemmis duabus latum pedes tres:lõgum pedes quattuor. Et ne quis de ea re dubitet nulla gemmarum magnitudine hodie prope ad hanc amplitudinem accedente. In quo fuit luna aurea:pondo. xxx. Lectos tricliniares tres. Vaſa ex auro & gemmis abacorum nouem. Signa aurea tria. Mineruæ:Martis:& Apollinis coronas ex margaritis. xxx. tres. Montem aureum quadratum cum ceruis
Vel circũdatis
& leonibus & pomis omnis generis circundata uite aurea. Muſæum ex margaritis:in cuius faſtigio horologium erat. Imago Cn. Pompeii e margaritis:illa regio honore grata:illius probi oris uenerandiq; per cunctas gentes:illa inquam ex margaritis:ſeueritate uicta & uetiore luxuria q̃ triumpho. Quod profecto inter illos uiros duraſſet cognomen Magni:ſi prima uictoria ſic triumphaſſes de margaritis magne:tam prodiga re & fœminis reperta:quam habere gererecq; fas non ſit. Hinc ſic fieri tuos uultus? ſic te precioſum uideri? Nonne illa ſimilior tui eſt imago:quam pyrenei iugis impoſuiſti? Graue profecto fœdumq; probrum
uaſceuũ
erat:ni uerius ſit eum deorum oſtentum credi oportere. Clareq; intelligi poſſet iam tum illud caput orientis opibus ſine reliquo corpore oſtentatum. Cætera triumphi eiuſdem quam ueriſſime ſubiiciam Reipub. datum mille talentum. Legatis & quæſtoribus:qui oras maris defendiſſent ſeſtertia bina millia. Commilitibus ſingulis quinquaginta. Tolerabiliorem tamẽ fecit cauſam Caii principis:qui ſuper omnia muliebria ſoculos induebat e margaritis. Et Nerõis principis qui ſceptra perſonis hiſtrionũ & cubicula uiatoria unionibus conſternebat. Quinimmo etiam ius uidemur perdidiſſe corripiendi gemmata potoria: & uarie ſu-
Vel nũ luxuria
pellectilis genera annulos tranſeuntes. Quæ. n. nõ luxuria innocentior exiſtimari poſſit? Eadem uictoria primum in urbem murrhina inuexit. Primuſq; pompeius ſex pocula ex eo triumpho capitolino Ioui dicauit. Quæ protinus ad hominum uſum tranſiere:abacis etiam eſcariiſq; uaſis inde expetitis. Excreſcitq; in dies eius rei luxus. Murrhino. lxxx. ſeſtertiis empto capaci plane ad ſeſtarios tres. Calice:potauit ex eo ante hos annos conſularis ob amorem abraſo eius margine ut tamen iniuria illa precium augeret. Neq; eſt hodie murrhini alterius præſtantior indicatura. Idem ut reliquis generis eius quantum uorauerit licet æſtimare ex multitudine:quæ tanta fuit:ut auferente liberis eius Nerone Domitio theatrum peculiare trãs ty-
Vel ori cis
berim ore is expoſita occuparent. Quod a populo impleri canente ſe. Et dum poppeianis præludit: etiam
Vel hoc a populo ipleri cauente
Neroni ſatis erat:qui uidit tunc annumerari unius ſcyphi fracta membra:quæ in dolorem credo ſæculi in uidiamque fortunæ tanquam Alexandri magni corpus in conditorio ſeruari:ut oſtentarẽtur:placebat. T. Petronius conſularis moriturus inuidia Neronis principis:ut menſam eius exhæredaret trullam murrhinam. ccc. ſeſtertiis emptam fregit. Sed nero ut par erat principem uicit omnes. cccc. ſeſtertiis capedinem unam parando. Memoranda res tanti imperatorem patremque patriæ bibiſſe. Oriens murrhina mittit.
Vel hyſpaden
Inueniuntur enim ibi in pluribus locis nec inſignibus:maxime parthici regni. Præcipue tamen in carmania. Humorem putant ſub terra calore denſari. Amplitudine nuſquã paruos excedũt abacos. Craſſitudine rara quãta dictũ eſt uaſi potorio. Splendor iis ſine uiribus:nitorq; uerius q̃ ſplendor. Sed in precio uarietas colorũ:ſubinde circũagentibus ſe maculis in purpuram candoremq;:& tertium ex utroq; igneſcente ueluti per tranſitum coloris purpura rubeſcente:aut lacte candeſcente. Sunt qui maxime in iis laudent extremitates:& quoſdam colorum repercuſſus:quales in cæleſti arquu ſpectantur. His maculæ pingues placent.

Transfluere quicquam aut pallere uitiũ est. Item sales uerrucæq; nõ eminentes: sed ut in corpore etiam plerũq; sessiles. Aliqua & in odore commendatio est. Contraria huic causa crystallum facit: gelu uehementiore concreto. Nec aliubi certe reperitur: quam ubi maxime hybernæ niues rigent: glaciemq; esse certum est: unde & nomen græci dedere. Oriens & hanc mittit. Sed indicæ nulla præfertur. Nascitur & in asia: uilissima circa alabandam & hortosiam finitimisq; montibus: item in cypro. Sed laudata in europæ alpium iugis. Iuba auctor est: & in quadam insula rubri maris ante arabiam sita nasci quæ neron uocetur. Et in ea quæ iuxta gemmam topacion ferat. Cubitalemq; efossam a Pythagora Ptolemæi regis præfecto. Cornelius Bocchus & in lusitania nasci per quam mirandi ponderis immensis iugis deprehensis ad liberamentum aquæ puteis. Mirum & quod Xenocrates tradit ephesius aratro in asia & cypro excitari. Nõ enim iueniri in terreno: nec nisi inter cautes: creditum fuerat. Similius ueri est quod idem Xenocrates tradit torrentibus sæpe deportari. Sudines uero negat nisi ad meridiem spectantibus locis nasci. Quod certum ẽ: nõ enim reperitur in aquosis: q̃quã in regione prægelida: uel si ad uada usq; glacientur amnes. Cælesti humore paruaq; niue id fieri necesse est. ideo caloris impatiens nisi in frigido potu abdicatur. Quare sexangulis nascatur lateribus: non facile ratio inueniri potest: eo magis q; neq; mucronibus eadem species est: & ita absolutus est laterum leuor: ut nulla id arte possit æquari. Magnitudo amplissima adhuc uisa nobis erat: quã in capitolio Liuia augusta dicauerat: librarum circiter. Idem Xenocrates auctor est: uas amphorale uisum. Et aliqui ex india crystallum sextariorum quattuor. Nos liquido affirmare possumus in cautibus alpium nasci adeo inuiis: ut plerũq; fune pendentes eam extrahant. Peritis signa & indicia nota sunt. Infestantur plurimis uitiis: scabro: ferrugine: maculosa nube: occulta aliquando uomica: præduro fragiliq; centro: & sale appellato. Est & ruffa aliquibus rubigo. Aliis capillamẽtum rimæ simile. Hoc artifices litura occultãt. Quæ uero sine uitio sunt: puras esse malunt. Acenteta appellantes: nec spumei coloris lympidæq;. Postremo uero auctoritas in pondere est. Inuenio medicos quæ sunt urenda corporum non aliter utilius id fieri putare q̃ crystallina pila aduersis apposita solis radiis. Alius hic furor. HS. centum. l. millibus trullam unã nõ ante multos annos mercata matrefamilias nec diuite. Item Nero amissarum rerum nuncio accepto duos calices crystallinos in suprema ira fregit illisos. Hæc fuit ratio sæculum suum punientis: ne quis alius ex iis biberet. Fragmenta sarciri nullo modo queunt. Mireq; ad similitudinem accessere uitrea: sed prodigii modo ut suum precium auxerint: crystalli non diminuerint. Proximum locum in deliciis fœminarum tamen adhuc tantum succina optinent: eademq; omnia hæc quæ gemmæ. Auctoritatem sane maiorem aliquibus de causis crystallina & murrhina habent: Rigidi potus utraq;. In succinis causam ne deliciæ quidẽ adhuc excogitauerunt. Occasio est uanitas græcorum diligentiæ. Legentes modo æque perpetiãtur me de ortu eorum: cum hoc quoq; interfit uitæ scire posteros quicquid illi prodidere mirandum. Phaetontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos lachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta eridanum amnem: quem padum uocamus. Et electrum appellatum: quoniã sol uocitatus sit electros: plurimi poetæ dixere: primiq; ut arbitror: Eschylus: Philoxenus: Nicander: Euripides: Satyrus. Quod esse falsum Italiæ testimonio patet. Diligentiores eorum electridas insulas in mari hadriatico esse dixerunt: ad quas dilaberetur padus. Qua appellatione nullas unquã ibi fuisse certũ est. Nec uero ullas ibi appositas esse in quas quicquã cursu padi deuehi possit. Nam q; Eschylus in hyberia hoc est in hispania eridanum esse dixit: eundemq; appellari rhodanum. Euripides rursus & Apollonius in hadriatico littore confluere rhodanũ & padum: faciliorem ueniam facit ignorati succini: in tanta orbis ignorantia. Modestiores: sed æque falsum prodidere in extremis hadriatici sinus rupibus inuiis arbores stare: quæ canis ortu hoc effunderẽt gũmi. Theophrastus in liguria effodi dixit. Phaetontem in æthiopia ammonis obisse. Ob id delubrum ibi esse atq; oraculum. Electrumq; gigni. Philemon fossile esse: & in scythia erui duobus locis. Candidum atq; cærei coloris quod uocaretur electrum. In alio loco fuluum quod appellaretur sualternicum. Demostratus lyncuriõ id uocat: & fieri ex urina lyncum bestiarum. E maribus fuluum & igneum: e fœminis languidius atq; candidum. Alii dixere langurium: & esse in italia bestias langurias. Zenothenis lãgas uocat easdem: & circa padum iis uitam affirmat. Sudines arborem quæ gignat in liguria. In eadem sentẽtia & Metrodorus fuit. Sotacus credidit in britannia arboribus effluere: quas electridas uocauit. Pytheas gutonibus germaniæ genti accolis æstuarium mentonomon nomine ab oceano spatio stadiorum sexmilium. Ab hoc diei nauigatiõe insulam abesse abalum. Illo uere fluctibus aduehi: & esse cõcreti maris purgamẽtum. Incolas pro ligno ad ignem uti eo: proximisq; teutonis uendere. Huic & Timæus credidit: sed insulam basiliam uocauit Philemon negauit flãmam ab electro reddi. Nicias solis radiorũ succum intelligi uoluit. Hos circa occasum credit uehemẽtiores in terram actos pinguem sudorem in ea parte oceani relinquere: deinde æstatibus in germanorum littora eiici. Et in ægypto nasci simili modo: & uocari sacal. Item in india: gratiusq; thure esse in dis. In syria quoq; fœminas uerticillos inde facere: & uocare harpaga: quia folia & paleas: uestiũq; fimbrias rapiat. Theophrastus oceano id exæstuãte ad pyrrenei promõtoriũ eiici. Quod & Xenocrates credidit: q de iis nuperrime scripsit. Viuit adhuc Asa rubas: qui tradidit iuxta atlanticũ mare esse lacũ cæphisida: quem mauri uocent electrum. Hunc sole excalfactum e limo dare electrũ fluitãs. Mnesias africæ locũ sycionẽ appellatũ: & crathin amnẽ in oceanũ effluentẽ e lacu: in quo aues quas meleagridas & penelopas uocat uiuere. Ibi nasci ratione eadẽ qua supra dictum est de electride lacu. Theomenes dicit: iuxta syrtin magnã hortum hesperidum esse: ex quo in stagnum cadat. Colligi uero a uirginibus hesperidum. Ctesias indis flumẽ esse hypobarum: quo uocabulo significetur omnia uasa ferre bona: fluere a septentione in exortum oceanum iuxta montem siluestrem arboribus electrum ferentibus. Arbores eas aphytacoras uocari: qua appellatione significetur prædulcis suauitas. Mithridates in germaniæ littoribus esse insulam: uocariq; eã oserictam

Vel ne pos

Vel ad dicatur

Vel cælatura

Vel helios

cædri genere siluosam: inde defluere in petras. Xenocrates non succinum tantum in italia: uerum etiam thieum uocari: a scythis uero sacrium: quoniã & ibi nascatur. Alios putare in numidia gigni. Super oẽs est Sophocles tragicus poeta: quod equidem miror tanta grauitate cothurni: & præterea uitæ fama alias principe loco genitus athenis rebus gestis exercitu ducto. Hic ultra idiam fieri dixit e lachrymis meleagridum auium meleagrum deflentium. Quod & credidisse eum: uel sperasse aliis persuaderi posse quis non miretur? quãue puerilem tam imperitam posse reperiri quæ auium ploratus annuos credat: lachrymas ue tam grandesq; aues q; e græcia ubi Meleager periit ploratũ isse in indos? Quid ergo? Non multa æque fabulosa produnt poetæ? Sed hoc ea in re quæ quottidie iuehatur: atq; abundet: & hoc mẽdaciũ coarguat serio quẽquam dixisse: summa hoium cõtemptio est: & intoleranda mendaciorũ impunitas.

Vel principali loco

Vel adiecto

De ortu: & medicinis: & generibus: & luxuria succinoꝝ: & lyncurio: & medicinæ. CA. III.

CErtum est gigni in insulis septentrionalis oceani: & a germanis appellari glessum: itaq; & a nostris unam insularum ob id glessariam appellatam: Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente austrauiam a barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus: ut gummi in cerasis: resina pineis erumpit humoris abundãtia: densatur rigore uel tepore aut mari: cum intumescens æstus rapuit ex insulis: certe in littora expellitur: ita uolubile ut pendere uideatur atq; considere in uado. Quod arboris succum esse etiam prisci nostri: credidere ob id succinum appellantes. Pineæ autem arboris esse indicio est pineus in atritu odor: & q; accensum tædæ modo ac nidore fagret. Affertur a germanis in pannoniam: mox per prouinciam. Inde ueneti primum quos græci enetos uocant: rei famam fecere. Proximi pannoniæ id accipientes circa mare hadriaticum. Pado uero ad nexa fabulæ uidetur causa: hodieq; transpadanarum agrestibus fœminis: moniliũ uice succina gestantibus maxime decoris gratia. Sed & medicinæ: quando tonsillis creditur resistere: & fautium uitiis uario genere aquarum iuxta illos infestante guttura ac uicinas carnes. Centum fere. M. passuum abest a carnũto littus pannoniæ: quo id germaniæ inuehitur percognitum nuper. Vidit enim eques romanus missus ad id comparandum a Iuliano curante gladiatorium munus Neronis principis. Qui hæc commertia & littora peragrauit: tanta copia inuecta: ut retia coercẽdis feris podium protegentia succinis nudarentur. Arma uero & libitina totusq; unius diei apparatus esset a succino. Maximum pondus is glebæ attulit. xiii. librarum. Nasci & in india certũ est. Archelaus qui regnauit in cappadocia illinc cortice inhærente tradit aduehi rude: poliriq; adipe suis lactentis inde coctum: & liquidum primo destillare argumento sunt quædã intus transluentia: ut formicæ: aut culices: lacertæq; quas adhæsisse musteo: non est dubium: & inclusas indurescenti. Genera eius plura. Candida odoris præstantissimi. Sed nec his: nec cæreis precium. Fuluis maior auctoritas. Ex iis etiamnum amplior translucentibus: præterq; si nimio ardore flagrent: imaginemq; igneam inesse: non ignem placet. Sũma laus falernis a uini colore dictis molli fulgore perspicuis. Sunt & in quibus decocti mellis lenitas placeat. Verum hoc quoq; notum fieri oportet quocunq; modo tingui libeat: hædorum sæuo & anchusæ radice. Quippe etiam conchylio inficiuntur. Cæterum attritu digitorũ accepta ui caloris attrahunt in se paleas & folia arida: ut magnes lapis ferrum. Ramenta quoq; succini oleo addito flagrant dilucidius diutiusq; quã lini medulla. Taxatio in delitiis tanta ut hominis quãuis parua effigies uiuorum hominum uigentiumq; precia superet: prorsus ut castigatio una non sit satis. In chorinthiis æs placet auro argentoq; mixtum: in cælatis ars & ingenia. Murrhinorum & crystallinorum diximus gratiam. Vniones q; capite circunferuntur: gemmæ digitis. In omnibus deniq; aliis uitiis ostentatio: aut usus placet. In succinis deliciarum tantum cõscientia. Domitius Nero in cæteris uiæ suæ protentis capillos quoq; coniugis suæ Poppeæ in hoc nomen adoptauerat quodam etiam carmine succinos appellando. Et quoniam nullis uitiis desunt preciosa nomina ex eo tertius hic quidem colos cœpit expeti a matronis. Vsus tamen succinorum iuenitur aliquis in medicina: sed non ob hoc fœminis placet. Infantibus alligari amuleti ratione prodest. Callistratus & cuicunq; ætati contra lymphationes prodesse tradit. Et urinæ difficultatibus potum: alligatumq;. Hic & differentiã nouam attulit appellando chrysolectrum quasi coloris aurei: & matutino grauissimi aspectus. Rapacissimum ignium: & si iuxta fuerint celerrime ardescens. Hoc collo alligatum mederi febribus & morbis. Tritum cum melle ac rosaceo aurium uitiis. Et si cum melle attico conteratur: oculorum quoq; obscuritatibus. Stomachi etiam uitiis uel per se farina eius sumpta: uel cum mastice ex aqua pota. Succina etiam gemmis quæ sunt translucide: adulterandi magnum habent locum: maxime amethystis: cum omni ut diximus colore tingantur. De lyncurio proxime dici cogit auctorum pertinacia. Quippe etiam si non electrum id esset lyncurium tamen gemmam esse contendunt. Fieri autem ex urina quidem lyncis. Sed egestam terra protinus bestia operiente eam: quoniam inuideat hominum usui. Esse autem qualem in igneis succinis colorem: scalpiq;. Nec folia tantum: aut stramenta ad se rapere: sed æris etiam ac ferri laminas: quod Diocles quidem & Theophrastus credidit. Ego falsum id totum arbitror. Nec uisam in æuo nostro gemmam ullam ea appellatione. Et quod de medicina simul proditur calculos uesicæ eo poto elidi: & morbo regio occurri: si ex uino bibatur: aut si portetur. Et tamen nunc gemmarum confessa dicemus a laudatissimis orsi. Nec uero id solum agemus: sed ad maiorẽ utilitatem uitæ obiter coarguetur magorũ infanda uanitas: quãdo illi uel plurima prodidere de gemmis medicinæ ex iis species blando prodigio transgressi.

De adamantis generibus: & medicinis: & margaritis. CA. IIII.

MAximum in rebus humanis nõ solum inter gemmas preciũ habet adamas: diu nõ nisi regibus: & iis admodũ paucis cognitus: unus modo in metallis repertus: pquã raro comes auri: nec nisi i auro nasci uidebat. Veteres eũ in æthiopũ tãtũ metallis iueniri existimauere iter delubrũ Mercurii atq; ĩsulã meroen dixerũtq; nõ amplioré cucumeris semine aut colore dissimilẽ inueniri.

Nunc genera eius sex noscuntur. Indici non in auro nascentis: sed quadam crystalli cognatione. Siquidem & colore translucido nō differt. Et laterū sexangulo leuore turbinatus in mucronem: aut duabus cōtrariis partibus: quo magis miremur: ut si duo turbines latissimis suis partibus iungant magnitudine uero etiam auellani nuclei. Similis est huic quidē arabicus: minor tantū. Similiter & nascens cæteris pallor gentis & in auro nō nisi excellentissimo natalis. Incudibus hi deprehēdunt: ita respuētes ictum: ut ferrū utrinq; dissultet: īcudesq; etiā ipsæ dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est: simulq; igniū uictrix natura: & nunq̄ incalescens. Vnde & nomē indomita uis græca interpretatione accepit. Vnū ex iis uocāt cenchron: quod est milii magnitudine. Alterū macedonicū in philippico auro repertum: & hic est cucumi semine par. Post hos cyprius uocatur in cypro repertus uergens in æreum colorē. Sed in medicina ut dicemus efficacissimus. Post hunc est siderites ferrei splendoris: pōdere ante cæteros: sed natura dissimilis. Nam & ictibus frangitur: & alio adamāte perforari pōt. Quod & cyprio euenit. Breuiterq; ut degeneres nois tantū auctoritatē habent. Idq; quod totis uoluminibus his docere & mādare conati sumus de discordia rerum cōcordiaq; quam antipathiā ac simpathiam appellauere græci nō aliter clarius intelligi potest. Siquidē illa inuicta uis duarum uiolentissimæ naturæ rerum ferri igniscq; cotemptrix hircino rumpitur sanguine: ac ne aliter q̄ recenti calidoq; macerata: & sic quoq; multis ictibus: tunc etiā præterq̄ eximias incudes malleosq; ferreos frāgens. Cuius hoc ingenio inuentū? Quoue casu repertum? Aut quæ fuit cōiectura experiendi rem immési secreti: & in fœdissimo aialium oīum profecto numeris talis inuentio hois est. Nec quærēda in ulla parte naturæ ratio: sed uoluntas. Et cū fœliciter rumpere cōtingit: in tam paruas frangitur crustas: ut cerni uix possint. Expetuntur a scalptoribus: ferroq; includūtur: nullā nō duriciā ex facili cauantes. Adamas dissidet cū magnete lapide in tantū: ut iuxta positus ferrū nō patiatur abstrahi: aut si admotus magnes apprehēderit: rapiat: atq; auferat. Adamas & uenena irrita facit: & lymphatiōes abigit: metusq; natos expellit a mente: ob id qdā eunachitē uocauere. Metrodorus Scepsius: in eadē germania in baltia īsula nasci in qua & succinū qd' equidem legerim: solus dicit: & præfert arabicis. Quod falsum esse quis dubitet? Proximum apud nos indicis arabicisq; margaritis preciū est: de quibus in nouo diximus uolumine inter res marinas.

Vel attrahi uel uāos

De smaragdi generibus: & gemmis uiridibus & translucidis. CA. V.

TErtia auctoritas smaragdis perhibetur pluribus de causis: nullius coloris aspectus iucūdior est. Nam herbas quoq; uirentes frondesq; despectamus. Smaragdos uero tāto libentius: quoniam nihil oīno uiridius cōparatum illis uiret. Præterea soli gemmarū cōtuitu oculos implent: nec saciant. Quin & ab intentione alia obscurata aspectu smaragdi recreatur acies. Scalpēribusq; gemmas nō alia gratior oculorum refectio est: ita uiridi lenitate lassitudinē mulcent. Præterea lōginquo amplificantur usu: inficientes circa se repercussum aera nō sole mutati: nō umbra: nō lucernis: semperq; sensim radiantes: & usum admittētes: ad crassitudinem sui facilitate translucida. Quod etiā in aquis nō fit. Iidem plerunq; & cōcaui ut usum colligant. Quapropter decreto hoīum iis partitur scalpi uetitis. Quanq̄ scythicorum ægyptiorūq; tanta durities est: ut nequeant uulnerari. Quorum uero corpus extensum est: eadem qua specula ratione supini imagines rerū reddunt. Nero princeps gladiatorū pugnas spectabat smaragdo. Genera eorū duodecim nobilissimi scythici ab ea gente in qua reperiuntur: appellati. Nullis maior austeritas: nec minus uitii. Et quandum smaragdi a gemmis distant: tantum: scythici a cæteris smaragdis. Proximam laudem habent sicut & sedem bactriani: quos in commissuris saxorum colligere dicuntur eteſiis flātibus. Tunc enim tellure internitent: quia iis uentis maxime arenæ mouentur. Sed hos minores multo scythicis esse tradunt. Tertium locum ægyptii habent qui eruuntur circa copton oppidum thebaidis in collibus & cautibus. Reliqua genera in metallis ærariis inueniuntur. Quapropter principatum ex iis ægyptii optinent: doscq; eorū & ut in colore liquido nec diluto: uerū ex humido pinguiq; quaq; respiciatur imitāte translucidum mare: pariterq; translucet & nitet: hoc est coloré expellit: & aciem recipit. Ferunt & in ea insula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis ita radiātibus etiam in gurgitē: ut territi instrumēta refugerent thinni: diu mirātibus nouitatem piscatoribus: donec mutauere oculis gemmas. Sed & uitia demonstrari oportet reperta. Sunt quidem omnium eadem. Quædam tamen nationum peculiaria: sicut in homine. Ergo cyprii uarie glauci: magisq; ac minus in eodem smaragdo aliis partibus tenorem illum scyticæ austeritatis non semper custodiunt. Ad hoc quibusdam intercurrit umbra surdusq; fit colos qui improbatur: etiam dilutior. Hincq; genera distinguuntur. Et sunt aliqui obscuri: quos uocant cæcos. Alii densi nec è liquido translucidi. Quidam uaria nubecula improbati. Aliud est hoc quam umbra: de qua diximus. Nubecula enim albicantis est uitium cum uiridis non pertransit aspectum: sed aut intus occurrit: aut excipit in fine usum candor. Hæc coloris uitia: ista corporis capillamentum sal: plumbago. Ab iis æthiopici laudantur a copto dierum trium itinere: ut auctor est Iuba: acriter uirides: sed nō facile puri aut concolores. Democritus in hoc genere posuit hermineos & persicos. Illos extumescentes pinguiter: persicos uero non translucidos: sed iucundi tenoris. Visum implere quem non admittant. Felium: pantherarumq; oculis similes. Namque & illos radiare nec perspici. Eosdem in sole hebetari: umbris refulgere: & longius quam cæteros nitere. Omnium horum etiamnum uitium q; fellis colorem aut aeris habent. In sole dilucidi quidem ac liquidi: sed non uirides. Hæc uitia & atticis maxime sentiuntur in argentariis metallis repertis: in loco qui thoricos uocatur: semper minus pingues & e longinquo speciosiores. Frequens & iis plumbago: hoc est ut in sole plumbei uideantur. Illudque peculiare: q; quidam ex iis senescunt: paulatim uiriditate euanida: & sole lædūtur. Post hos medici plurimū uiriditatis habent interdum & e saphyro. Li sunt fluctuosi: & rerū imagines complexi: ut uerbi gratia papauerū aut auium pinnarū uel catulorū: aut similiū. Qui nō omnino uirides nascunt: uino & oleo meliores fiunt.

Vel nos iuuat

Vel auctoritas

Vel iter sanitent

Vel ex cautib9

Vel pspiciatur

Vel pisces

Vel alacriter uel æris

Vel aut ætris olei

Vel capillorū

Neq; eſt aliorũ magnitudo amplior. Carchedonii neſcio an in totum exoleuerint: poſtq; metalla æris ibi defecerunt: & ſemper tamẽ uiliſſimi fuere minimiq;. Idem fragiles ſed colore incerti & uirentiũ in caudis pauonũ columbarũq; collo plumis ſimiles: ad iclinationẽ magis aut minus lucidi. Venoſi quidẽ: ſquãmoſiq;. Peculiare erat in his uitiũ ſarcion appellatũ. Hoc eſt quædã gemmæ caro. Mox iuxta carchedonẽ in qua legebatur: ſmaragdites uocatus eſt. Iuba eſt auctor ſmaragdũ quẽ cholan uocãt: in arabia ædificiorũ ornamẽtis includi. Et lapidem quẽ alabaſtritẽ ægyptii uocant. Cõplures uero e proximo laconicos in taygeto monte erui medicis ſimiles: & alios in ſicilia. Inſeritur ſmaragdis & quæ uocatur tanos: e perſis ueniens gemma ingrate uiridis: atq; intus ſordida. Item chalcoſmaragdos e cypro turbida æreis uenis. Theophraſtus tradit ægyptiorũ cõmentariis reperiri: regi eorum a rege babylonio miſſum ſmaragdum munere. iiii. cubitorũ lõgitudine & trium latitudine: Et fuiſſe apud eos in Iouis delubro obeliſcum e quattuor ſmaragdis. xl. cubitorum lõgitudine. Latitudine uero in una parte quattuor: & in altera parte duorũ. Se autem ſcribẽte eſſe in tyro Herculis templo ſtantẽ Pilam e ſmaragdo: niſi potius pſeudo ſmaragdus ſit. Nam & hoc genus reperiri: & in cypro inuentum ex dimidia parte ſmaragdum: ex dimidia iaſpidem: nõdum humore in totum tranſfigurato. Appion cognominatus Pliſtonices: paulo ante ſcriptum reliquit: eſſe etiamnũ in labyrintho ægypti coloſſeum Serapin e ſmaragdo nouem cubitorũ. Eandem multis naturã aut certe ſimilem habere berylli uidentur: in india originem habentes: raro alibi reperti. Poliuntur omnes ſexangula figura artificũ ingeniis: quoniam hebeſcunt: ni color ſurdus repercuſſu angulorũ excitetur. Aliter enim politi nõ habent fulgorem eundem. Probatiſſimi ſunt ex iis qui uiriditatem puri maris imitãtur. Proximi qui uocant chryſoberylli: & ſunt paulo pallidiores: ſed in aureum colorem exeunte fulgore. Vicinum genus huic eſt pallidius: & a quibuſdam proprii generis exiſtimatur: uocaturq; chryſopraſus. Quarto loco numerantur hyacinthizontes. Quinto quos heroides uocãt. Poſt eos autem cærini. Ac deinde oleagini: hoc eſt colore olei. Poſtremi chryſtallis fere ſimiles. Hi capillamenta habent: ſordeſq;: alioquin euanidi: quæ ſunt omnium uitia. Indi mire gaudent longitudine eorum: ſoloſq; gemmarum eſſe prædicãt: qui carere auro malint: & ob id perforatos elephantorum ſetis religant. Et alios conuenit non oportere perforari: quorum ſit abſoluta bonitas umbilicis ſtatim ex auro capita comprehendentibus. Ideoq; cylindros ex iis facere malunt q̃ gemmas: quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Quidam & anguloſos putant ſtatim naſci: & perforatos gratiores fieri medulla candoris exempta: additoq; auro repercuſſa aut omnino caſtigata cauſa perſpicuitatis ad craſſitudinem. Vitia præter iam dicta eadem fere quæ in ſmaragdis & pterygia. In noſtro orbe aliquando circa pontum inueniri putantur. Indi & alias quidem gemmas cryſtallo inuento adulterare reppererunt: ſed præcipue beryllos minio.

Vel cryſtallum tingẽdo

De opali generibus: & uitiis: & experimentis: & uariis gemmis. CA. VI.

PVargumento

Lurimum ab iis differunt opali: ſmaragdis tantum cedentes. India ſolum & horum eſt mater. Atq; ideo eis precioſiſſimam gloriam compoſitores gemmarum & maxime inenarrabilẽ diffi/cultatem dederunt. Eſt enim in iis carbunculi tenuior ignis. Eſt amethyſti fulgẽs purpura. Eſt ſmaragdi uirens mare: & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Alii ſummo fulgoris augumento colores pigmentorum æquauere. Alii ſulphuris ardentem flammam: aut etiam ignis oleo accenſi. Magnitudo nucem auellanam æquat: inſigni apud nos hiſtoria. Si quidem extat hodieq; huius generis gẽma: propter quam ab Antonio proſcriptus Nonius ſenator eſt filius Strumæ Nonii eius: quẽ Catullus poeta in ſella curuli uiſum indigne tulit. Auuſq; Seruilii Noniani quem conſulem uidimus. Illeq; proſcriptus fugiens hũc e fortunis ſuis omnibus annulũ abſtulit ſecum. Quem certũ eſt ſeſtertiis. xx. millibus æſtimatum. Sed mira Antonii feritas atq; luxuria propter gemmã proſcribẽtis. Nec minor Nonii cõtumacia proſcriptionẽ ſuam amantis cũ etiam feræ abroſas partes corporis relinquant beſtiæ propter quas ſe periclitari ſciant. Vitia opali: ſi color in flore herbæ quæ uocatur heliotropium exeat: aut cryſtallum: aut grandinẽ. Si ſal interueniat aut ſcabricia: aut cuncta oculis occurſantia: nulloſq; magis india ſimilitudine idiſcreta uitro adulterat. Experimẽtum in ſole tantum Falſis enim contra radios libratis digito a police: unus atq; idẽ tranſlucet colos in ſe conſumptus. Veri fulgor ſubinde uariat: & plus huc illucq; ſpargit: & fulgor lucis in digitos funditur. Hanc gemmam propter eximiam gratiam pleriq; appellauere pæderota. Sunt & qui priuatum eius genus faciunt: ſangenõq; ab indis uocari dicunt. Traduntur naſci & in ægypto & i arabia: & uiliſſimi in ponto. Item in gallatia ac thaſo & cypro quippe opali gratiam habet. Sed mollius nitet: raro non ſcaber. Summa coloris ex aere & purpura conſtat. Viriditas ſmaragdi deeſt. Conſtatq; mellior ille color: cuius fulgor uini colore fuſcatur: quam qui diluitur aqua. Hactenus de principatu conuenit mulierum maxime ſenatuſcon. Minus certa ſunt de quibus & uiri iudicant. Singulorum enim libido ſingulis precia facit: & præcipue regum. Claudius Cæſar ſmaragdos induebat & ſardonycas. Primus autem romãorum ſardonycæ uſus eſt prior. Africanus: ut tradit Demoſtratus. Et inde romanis hanc gemmam fuiſſe celeberrimã. Quamobrem proximum ei dabimus locum. Sardonyces olim ut ex nomine ipſo apparet intelligebantur candore in ſarda: hoc eſt uelut carnibus ungue hominis impoſito & utroq; trãſlucido. Taleſq; eſſe indicas tradunt Iſmenias. Demoſtratus: Zenothemis: Sotacus: Hi quidem duo reliquas omnes quæ traluceant cæcas appellantes: quæ nunc nomen abſtulere. Nullo ſardarum ueſtigio arabicæ ſunt cœperũtq; pluribus hæ gemmæ coloribus intellligi: radice nigra: aut cæruleum imitante: & unguem: creditum enim candido pingi. Nec ſine quadam ſpe purpuræ candore in minium tranſeunte. Has indis non habitas in honore Zenothemis ſcribit tantæ alias magnitudinis: ut inde capulos factitarent. Etenim conſtat ibi torrentibus detegi. Et placuiſſe in noſtro orbe initio quoniam ſolæ prope gemmarum ſcalptæ cæram nõ auferrent. Perſuaſimus deinde & indis ut ipſi quoq; iis gauderent. Vtiturq; perforatis utiq; uulgus tantum in collo.

Vel non traluceant

Vel unguem: nium

Et hoc eſt nunc indicarum argumentum. Arabicæ excellunt candore circuli prælucido atq; non gracili: neq; in receſſu gemmæ aut in deiectu renidente: ſed in ipſis umbonibus nitente. Præterea ſubſtrato niger rimi coloris. Et hoc in indicis cæreum: aut corneum inuenitur: etiam circuli albi: quædam in iis cæleſtis ar cuus anhelatio eſt. Superficies uero locuſtarum maris cruſtis rubentior. Iam melleæ aut fæculentæ (hoc enim nomen eſt uitio) improbantur: & ſi zona alba fundat ſe: non colligat. Simili modo ſi ex alio colore in ſe admittat aliquid enormiter. Nihil enim in ſua ſede alieno interpellari placet. Sunt & armeniacæ ut cæte ræ improbandæ: ſed pallida zona. Exponenda eſt & onycis ipſius natura propter nominis ſocietatem hoc in gemmam tranſilit: & a lapide ex carmania. Sudines dicit in gemma eſſe candorem unguis humani ſimi litudine. Item chryſolithi colorem & ſarde & iaſpidis Zenothemis indicam onycem plures habere uarieta tes: igneam: nigram corneam: cingentibus candidis uenis oculi modo interuenientibus: quarundam ocu lis obliquis uenis. Sotacus & arabycam onycem tradit. Sed eam a cæteris diſtare q; indica igniculos habeat albis cingentibus zonis ſingulis pluribuſue: aliter quã in ſardonyce indica. Illic enim momentum eſſe: hic circulum. Arabicas onycas nigras inueniri candidis zonis. Satyrus carnoſas eſſe indicas: parte carbunculi: parte chryſolithi & amethyſti. Totumque id genus abdicat. Veram autem onycem plurimas uariaſq; cum lacteis zonis habere uenas omnium in tranſitu colore inenarrabili: & in unum redeunte concentum ſuaui tate grata. Nec ſardæ natura differenda eſt diuiduæ ex eodem nomine. Quapropter omnium obiter gem marum ardentium natura indicanda.

Vel ni gerimo colore

Vel quo rũdã al bis

De generibus carbunculorum: & uitiis & experimentis: & gemmis ardentibus. CA. VII.

PRincipatum habent carbunculi a ſimilitudine ignium appellati: cum ipſi non ſentiant ignes ob id a quibuſdam apyruſtæ uocati. Horum genera: indici & garamantici: quos & carchedonios uocauere: propter opulentiam carthaginis magnæ. Adiiciunt æthiopicos & alabandicos in or toſia caute naſcentes. Sed qui perficiantur alabandes. Præterea in omni genere maſculi appellan tur acriores: at fœminæ languidius refulgentes. In maſculis quoq; obſeruant liquidioris alios flammæ: ni grioris alios: & quoſdam lucidius: ac magis cæteris in ſole flagrantes. Optimos uero amethiſti zontas: hoc eſt quorum extremus igniculus in amethiſti uiolam exeat. Proximos illis quos uocant ſyrtitas pinnato ful gore radiantes. Inueniri autem ubicunque: maximæ ſolis repercuſſu. Satyrus indicos non eſſe claros dicit: ac plerunque ſordidos: ac ſemper fulgoris retorridi. Aethiopicos pingues: lucemq; non emittentes: ſed cõ uoluto igne flagrare. Calliſtratus fulgorem carbunculi debere candidum eſſe poſuit extremo uiſu nubilã tem: & ſi ita attollatur: exardeſcentem: ob id a pleriſq; hunc carbunculum candidum uocari. Qui langui dius & liuidius ex indicis lucent lithizontas appellari. Carchedonios multo minores eẽ: indicos etiam mi nus ſextari unius menſura cauari. Archelaus carchedonios nigrioris aſpectus eſſe: ſed igne uel ſole & incli natione acrius quã cæteros excitari. Eoſdem umbrante tecto purpureos uideri. Sub cælo flammeos. Con tra radios ſolis & ſcintillare. Cæras ſignantibus iis liqueſcere quãuis in opaco'. Multi indicos carchedonis candidiores eſſe: & e diuerſo inclinatione hebetari ſcripſere. Etiamnum in carchedoniis maribus ſtellas in tus ardere. Fœminas uniuerſum fulgorem fundere extra ſe. Alabandicos cæteris nigriores eſſe ſcabroſq; Naſcuntur & in thracia coloris eiuſdem ignem minime ſentiẽtes. Theophraſtus auctor eſt & in orchome no archadiæ inueniri & in chio. Illos nigriores: ex quibus & ſpecula fieri. Eſſe & troezenios uarios interue nientibus maculis albis. Item corynthios ex pallidiore candidos Maſſilia quoq; importari. Bocchus & Vlyxippone ſcripſit magno labore ob argillam ſole aduſtis ſaltibus. Nec eſt aliud difficilius: quã diſcernere hæc genera: tanta eſt in iis occaſio artis: ſubditis per quæ tranſlucere cogantur. Aiunt ab æthiopibus hebe tiores in aceto maceratos quattuordecim diebus niteſcere: totidem menſibus durante fulgore. Adulteran tur uitro ſimillimæ. Sed cote deprehenduntur: ſicut aliæ gemmæ factitiæ. Mollior enim materia & fra gilis & centroſa ſcobe deprehenduntur & pondere: qã minus eſt uitreis: aliquando & puſtulis argenti mo do relucẽtibus. Eſt & anthracitis appellata: in theſprotia foſſilis: carbonibus ſimilis. Falſum arbitror: quod & in lyguria naſci tradiderunt: niſi forte tunc naſcebantur. Eſſe in iis & præcincti candida uena traduntur: harumq; igneus color ut ſuperiorum eſt. Peculiare quidem q; iactatæ in ignem uelut intermotu extingu untur. Contra aquis perfuſæ exardeſcunt. Cognata eſt huic ſandaſtros: quã aliqui garamantiten uocant na ſcitur in india loco eiuſdem nominis. Gignitur & in arabia ad meridiem uerſa. Commendatio ſumma q; uelut in tranſlucido ſtellantes intus fulgent aureæ guttæ: ſemper in compore: nunquã in cutæ. Accedit re ligio narrata a ſyderum cognatione ab iſpectoribus: quoniam fere ſtellarum hyadum & numero & diſpo ſitione ſtellantur. Ob hoc a chaldæis in cerimoniis habitæ & hic mares auſteritas diſtinguit quodam uigo re appoſita tingens. Indicæ quidem etiam hebetare uiſus dicuntur. Blandior fœminis flãma: alliciens ma gis q̃ accendens. Sunt qui præferant arabicas indicis. Fumidoq; chryſolito illas ſimiles dicunt. Iſmenias ue ro negat polliri ſandaſtros propter teneritatem: & ob id magno errore ſunt: qui ſandareſon uocant. Inter omnes conſtat: quantum numero ſtellarum accedat: tantum: & præcio accedere. Affert errorem aliquan do ſimilitudo nominis. Sandaſer quod Nicanor ſandaſerion uocauit: alii ſandaſeron. Quidam uero hanc ſandaſtron: illam ſandareſon: in india naſcentem illam quoq; & loci nomen cuſtodientem. Mali colore aut olei uiridis: omnibus improbatam. Ex eodem genere ardentium lichnites appellata a lucernarum accenſa rum præcipua gratia. Naſcitur circa orthoſiam totaq; caria ac uicinis locis. Sed probatiſſima in indis. Quã quidam remiſſiorem carbunculum eſſe dixerũt. Secunda bonitate ſimilis eſt lonis appellata a prælatis flo ribus. Et alias inuenio differentias. Vnam quæ purpura radiet. Alteram quæ cocco: a ſole excalfactas: aut di gitorum attritu: paleas & chartarum fila ad ſe rapere. Hoc idem & carchedonius facere dicitur: quãq; mul to uilior prædictis. Naſcitur apud naſamonas in montibus: ut incolæ putant: imbre diuino. Inuenitur ad

Vt a cru ſti

Vel apy rotos: & acauſtos

Vel plu rimũ

Vel ua ſcula fie ri

Vel cori thios

repercussum lunæ:maximæ plenæ. Carthaginem quondam deportabatur. Archelaus & in ægypto circa thebas nasci tradidit:fragiles:uenosas:morienti carboni similes. Potoria uasa & ex hoc lapide & ex lychnite factitata inuenio. Omnia autem hæc genera scalpturæ contumaciter resistunt: partemq; cæræ in signo tenent. E diuerso ad hæc sarda utilissima:quæ nomen cum sardonyce cõmunicauit. Ipsa gemma uulgaris: & primum sardibus reperta. Sed laudatissima circa babyloniam cum lapidicinæ quædam aperirentur:hærens in saxi corde. Hocq; modo metallum apud persas defecisse traditur. Sed inueniuntur cõpluribus aliis locis:sicut in epiphyra & asso in india trium generum rubrum:& quod demium uocant a pinguedine:tertium quod argenteis bracteis sublinitur. Indicæ prælucentes crassiores sunt arabicæ. Inueniuntur & circa leucada epiri:& circa ægyptum quæ bractea aurea sublinuntur. Et in his autem mares excitatius fulgent. Fœminæ pinguiores sunt:& crassius nitent. Nec fuit alia gemma apud antiquos usu frequentior. Hac certe apud menandrum & philemonem fabulæ superibunt. Nec ullæ trãslucenti tardius suffuso humore hebetantur:oleoq; magis q̃ alio liquore. Damnantur ex iis melleæ & ualidius testaceæ.

Vel in epiri asso uel i epiro & asso in ida

De generibus topatii & callaide:& de gẽmis uiridibus non transluentibus. CA. VIII.

Gregia etiamnum topatio gloria est: suo uirenti genere: & cum reperta est prælatæ omnibus. Id accidit in arabiæ insula:quæ chytis uocatur. In qua troglodytæ prædones:cum diutius fame & tempestate pressi herbas radicesq; effoderent:eruerunt topation. Hæc Archelai sententia est. Iuba topation insulam in rubro mari a continente stadiis. ccc. abesse tradit: nebulosam: & ideo quæsitam sæpe a nauigantibus:ex ea causa nomen accepisse. Topazin enim Troglodytarum lingua significationem habere quærendi. Ex hac primum importatam Berenicæ reginæ:quæ fuit mater sequentis Ptolæmei a philemone præfecto regis:ac mire placuisse:& ide factam statuam Arsinoe ptolæmei philadelphi uxori quattuor cubitorum sacratam in delubro quod aureum cognominabatur. Recẽtissimi auctores & circa thebaidis oppidum alabastre nasci dicunt. Et duo eius genera faciunt prasoidem: atq; chrysopteron similem chrysoprasio:eius enim tota similitudo ad sucum porri dirigitur. Est autem ampliss̃ima gemmarum. Eadem sola nobilium limam sentit. Cæteræ saxo & cotæ poliuntur. Hæc & usu atteritur. Comitatur eam similitudine propior:quã auctoritate callais uiride pallens. Nascitur post auersa indiæ apud ĩcolas caucasi montis phicaros ac asdathas amplitudine conspicua:sed fistulosa ac sordium plena. Sincærior multo præstantiorq; in germania. Vtrobiq; autem in rupibus inuiis & gelidis:oculi figura extuberãs:leviterq; adhærens:nec ut annata petris:sed ut apposita. Quapropter scandere ad eam pigritia pedum æquestres populos tædet:simul & periculum terret. Ergo euntes e longinquo incessunt: & cum toto musco excutiũt. Hoc uectigal hocq; gestamen diutius in ceruice & digitis gratissimum norunt. Is census:hæc gloria a puericia delectorum numerum prædicantium. In quo uaria fortuna. Quidam ictu primo cœpere præclaras. Multi in secundo nullas. Et quidem callaides tali sectura formant:alias fragiles. Optimus color smaragdi ut tamen apparet ex alieno est q; placeant. Inclusæ decorantur auro. Aurumq; nullæ magis decent. Quæ sunt earum pulchriores:oleo:unguento:& etiam mero colorem deperdunt. Viliores constantius repræsentant:neq; est mutabilior alia aut mendacior uitri. Sunt qui in arabia inueniri eas dicunt in nidis auium quas melancoryphos uocant. Viridantium & alia plura sunt genera. Viliorq; est tubæ prasius. Cuius alterum genus sanguineis punctis abhorret. Tertium uirgulis tribus distinctum est candidum. Præfertur his Chrysoprasius porri succum & ipsa referente:sed & paulum declinans a topatio in aurum. Huic & amplitudo ea est:ut cymbia etiam ex ea fiant. Cylindri quidem celerrime. India has generat & Nilion fulgoris si ante habeas breuis:& cum intueare fallacis. Sudines uero dicit & in syuero atticæ flumine nasci. Est autem color fumidæ topatii:aut aliquãdo melleæ. Iuba in æthiopia gigni tradit:& in littoribus amnis quem Nilium uocauimus:& inde nomen tradere. Non translucet molochites spissius uirens:a colore maluæ nomine accepto:reddendis laudata signis:& infantium custodia quadam innato contra pericula ipsorum medicamine. Viret:& sæpe translucet iaspis:etiam si uictus a multis antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam gentes smaragdo similem indicæ. Cyprii dicunt glaucum pinguemq;. Persæ aeri similem ob id uocatur aerizusa talis. Et iaspis est cærulea circa thermodoontem amnem. In phrygia purpurea. In cappadocia ex purpurea cærulea:atq; non refulgens. Thracia indicæ similem mittit. Chalcidia turbidam. Sed minus refert nationes q̃ bonitates distinguere. Optima ergo quæ purpuræ quicq̃ habet secunda quæ rosæ:tertia quæ smaragdi. Singulis autem græci nomina ex argumento dedere. Quarta apud eos uocatur boria cælo autumnali matutino similis:& hæc erit illa:quæ uocatur aerizusa. Similis est & sardæ: imitata & uiolas. Non minus multæ species reliquæ:sed omnes in uitio:cæruleæ aut crystallo similes:aut myxis. Item terebynthizusa in proprio uti arbitror cognomĩe:uelut e multis eiusdem generis composita gẽmis. Quãobrem præstantiores funda claudunturideſt patentes nec præterq̃ margines auro amplectente. Vitiũ est & breuis in iis nitor & longe splendens:& sal:& omnia quæ in cæteris. Et uitro adulterantur:quod manifestum fit:cum extra fulgorem sparguntatq; non in se continent:nec in diuersa quæ sphragidas uocant. Publico gẽmarum dominio in iis tantum dato:quoniam optimæ signent.

Vt oriẽs iaspidũ species. xvi. tradit ge stare

De iaspidum generibus. CA. IX.

Otus uero oriens pro amuletis traditur gestare eam:quæ ex iis smaragdo similis est: e petra per transuersum linea alba præcingitur:& grãmatias uocatur. Quæ pluribus polygrammos. Libet obiter uanitatem magicam hic quoq; coarguere:quoniam hanc concionantibus utilem esse prodiderunt. Est & onychipuncta. quæ iasponyx uocatur:& nubem complexa:& niues imitata:quæ stellata rutilis punctis est:& salimegarico similis:& ueluti fumo infecta:quæ capnias uocatur. Magnitudinem iaspidis. xi. unciarum uidimus:formatamq; inde effigiem Neronis thoracatam. Reddetur & per se

cyaneo gratia accõmodato pauloante iaspidis nomine: colore cæruleo. Optima scythica: dein cypria: postremo ægyptia. Adulteratur maximæ tinctura: idq; in gloria regis ægyptii adscribitur: qui primus eã tinxit. Diuiditur autem hæc in mares fœminasq;. Inest aliquando & aureus puluis non qualis in sapphirinis. Sapphirus enim & aureis punctis collucet. Ceruleæ & sapphiri raroq; cũ purpura. Optimæ apud medos: nusq; tamen perlucidæ. Præterea inutiles scalpturæ interueniẽtibus crystallinis centris. Quæ uero sunt ex iis cyanei coloris: mares existimantur. Alius ex hoc ordo purpureis dabitur: & ab his discedẽtibus. Principatum amethysti indicæ tenent. Sed in arabia ex ea quoq; parte quæ finitima syriæ petræa uocatur: & in armenia minore: & in ægypto: & in galatia reperiuntur. Sordidissimæ autem atq; uilissimæ in tharso & cypro. Causam nominis afferunt q; usq; ad uini colorem accedens: prius quã eum degustet: in uiolã desinit. Fulgorq; quidem in illa purpuræ non ex toto igneus: sed in uini colorem deficiens. Perlucent autem omnes uiolaceo colore: scalpturis faciles. Indicæ absolutum purpuræ colorem habent. Ad hancq; tingentium officinæ dirigunt uota. Fundit autem eum aspectu leniter blandum: neq; in oculos ut carbunculi uibrat. Alterum earum genus descendit ad hyacinthos. Hunc colorem indi sacon uocant: talemq; gemmam sacodion. Dilutior uero ex eodem sapinos uocatur. Eadem & paranites in contermino gentis arabiæ. Quartum genus colorem uini habet. Quintum ad uiciniam crystalli descendit albicante purpuræ deiectu. Hoc & minime probatur: quando præcellens debet esse in suspectu uelut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leuiter roseus nitor. Tales aliqui malunt pæderotas uocari. Alii anterotas. Multi Veneris gemmam: quod maximæ uidetur decere: & speciæ & colore extremo gẽmæ. Magorum uanitas resistere ebrietati eas promittit: & inde appellatas. Et præterea si lunæ nomen ac solis scribatur in iis: atq; ita suspendantur collo e capillis cynocephali uel plumis hirundinis: resistere ueneficiis. Iam uero quoquomodo adesse reges adituris. Grandinem auertere quoq; ac similia prospere & locustas: præcatione addita: quam demonstrant. Nam e smaragdis quoq; similia promisere: si aquilæ scalperentur: aut scarabei. Quæ quidem scripsisse eos non sine contemptu & irrisu generis humani arbitror. Multum ab ea distat hyacinthos: tamen e uicino descendens. Differentia hæc q; ille emicans in amethysto fulgor uiolaceus dilutus est in hyacintho. Primo quoq; aspectu gratus: euanescit antequã faciet: adeoq; non implet oculos: ut pœne non attingat: marcescens celerius nominis sui flore. Hyacinthos æthiopia mittit & chrysolitos: aureo colore translucentes. Præferuntur iis indicæ. Et si uariæ non sint: bactrianæ. Deterrimæ autem arabicæ: quoniam turbidæ sunt & uariæ: & fulgoris interpellati nubilo macularum: etiam quæ lympidis contigere: ueluti scobe sua refertæ. Optimæ uero sunt: quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt. Funda includuntur perspicuæ. Cæteris subiicitur aurichalcum. Tametsi iam expertes gemmarum usu appellantur aliqui & chryselectri in colorem electri declinantes: matutinus aspectus iucundior. Ponticas deprehendit leuitas. Quædam in iis duræ sũt ruffæq;: quædam molles & sordidæ. Boccus auctor est & in hispania repertas: quo in loco crystallum dicit ad libramentum aquæ puteis defossis inde erutã. Et chrysoliton. xii. pondo a se uisam. Fiunt & leucochrysæ: interueniente candida uena. Sunt in hoc genere capniæ. Sunt & uitreis similes: ueluti croco refulgentes. Vitreæ uero ut uisu discerni non possint. Tactus autem deprehendit tepidior in uitreis. In eodem genere sunt melichrysi: ueluti per aurum sincæro melle translucente: quas india mittit: quanq; ad iniuriam fragiles. Eadem & xystion parit plebeiam ibi gemmam. Candidarum dux est pæderos: quanquã potest quæri: an in colore numerari debeat totiens iactari per alienas pulchritudines nominis: adeo decoris prærogatiua in uocabulo facta est. Est & suum genus expectatione tanta dignum. Coeunt enim in translucidam crystallum uiridis suo modo aer simulq; purpura: & quidam uini aureus nitor: semper extremus in usu sed purpura coronatus madere singulis uidetur his & pariter omnibus. Nec gemmarum ulla est liqdior capiti iucunda: suauis & oculis. Laudatissima est in indis: apud quos argenon uocatur. Proxima apud ægyptios: ubi senites. Tertia in arabia: uerum scabra. Mollius radiat pontica & asiatica. Ipsæ uero molliores sunt: callatica: & tragica: & cypria. Vitia earum langor: aut alienis turbari coloribus: & quæ cæterarum. Proxima candicantium est asteria principatum habens proprietate naturæ: q; inclusam lucem pupillæ modo quandam continet: ac transfundit cum inclinatione uelut intus ambulantem ex alio atq; alio loco reddens eademq; contraria soli regerens candicantis radios: unde & nomen accepit difficilis ad cælandum. Indicæ præfertur in carmania nata. Similiter candida est quæ uocatur astrios crystallo propinquans in india nascens: & in pallenes littoribus: intus a centro cui stella lucet fulgore lunæ plenæ. Quidam causa nominis reddunt: q; astris opposita fulgorem rapiat: ac regerat. Optimam in carmania gigni: nullamq; minus obnoxiam uitio. Ceraunian enim uocari quæ sit deterior. Pessimam lucernarum lumini similem. Celebrant & astroiten: mirasq; laudes eius in magicis Zoroastrem ceciniſſe. Quidam diligentius de ea produnt. Astrobolon. Sudines dicit oculis piscium similem esse: & radiare candido ut solem. Est inter candidas & quæ ceraunia uocatur: fulgorem syderum rapiens. Ipsa crystallina splendoris cærulei in carmania nascẽs. Albam esse zenothemis fatetur: sed habere intus stellam cõcursantem. Fieri & hebetes ceraunias: quas nitro & aceto per aliquot dies maceratas concipere stellam eam: quæ post totidem mẽses relangueſcat. Sotacus & alia duo genera fecit ceraunię: nigras: rubentesque. Ac similes eas esse securibus. Per illas quæ nigræ sunt & rotundæ urbes expugnari & classes: easque betulos uocari. Quæ uero longæ sunt ceraunias. Faciunt & aliam raram admodum: & parthorum magis quæsitam: quoniam non aliubi inueniatur: quã in loco fulmine icto. Proximum ceraunię nomen apud eos habet: quæ appellatur iris. Effoditur in quadam insula rubri maris: quæ distat a beronice urbe. sexaginta millia passuum: cætera sui parte crystallus. Itaque quidam radicem crystalli esse dixerunt. Vocatur ex argumento iris. Nam sub tecto percussa sole: species & colores arquus cælestis in proximos parietes eiaculatur: subinde mutans: magnaq; uarietate ammi-

Vel petra

Vel defectu

Vel matutino tñ aspectu iucũdi

rationem sui augens. Sexangulam esse ut crystallum cōstat. Sed esse aliquas scabris lateribus & angulis inæqualibus dicunt. In sole aperto proiectas: radios in se recandentes discutere. Aliquas uero ante se proiecto nitore: adiacentia illustrare. Colores uero non nisi ex opaco reddunt: nec ut ipsæ habeant: sed ut repercussu parietem illidant: optimaque quæ maximos arcus facit: simillimosque cælestibus. Est & alia iris cætera similis: & prædura. Quam Horus crematam tusamque ad ichneumonum morsus remedio esse. Nasci autem in persida tradit. Similis est aspectu: sed non eiusdem effectus quæ uocatur zeros alba nigraque macula in transuersum distinguente crystallum. Expositis per genera colorum principalium gemmis: reliquas litterarum ordinem explicabimus.

De quibusdam gemmis per alphabeti ordinem. CA. X.

AChates in magna fuit auctoritate: nunc in nulla. Reperta primum in sicilia iuxta flumen eiusdem nominis: postea plurimis locis: excedens amplitudine numerosa: uarietatibus diuersis mutātibus cognomina eius. Vocatur enim phaspachates: cerachates: sardachates: hæmachates: leucachates: dendrachates: uelut arbuscula insignis. Antachates cum uritur myrrham redolens. Coraloachates guttis aureis sapphiri modo distincta: qualis copiosissima in creta sacra appellata. Putant eam contra araneorum & scorpionum ictus prodesse. Quod in siculis utiq; crediderim: quoniam primum eius prouinciæ afflatu scorpionum pestis extinguitur. Et in india inuentæ contra eadem pollent: & aliis magnis miraculis reddunt enim species fluminum nemorum & iumentorum: etiam ederas: & staticula: & equorum ornamenta. Medici coticulas inde faciunt. Spectasse etiam prodest oculis. Sitimq; sedant in os additæ. Phrigiæ uiridia non habent. Thebis ægyptiis repertæ carent rubentibus uenis: & albis. Et hæ quoq; contra serpentes ualidæ. Eademq; auctoritas & cypriis est. Sunt etiam qui maximæ probent uitream perspicuitatem in his. Reperiuntur & in thracia circa oetham. Et in parnaso: & in lesbo: ac messenæ: similes limitum floribus & rhodo. Aliæ apud magos differentiæ. Leoninæ pelli similes potentiam habere contra scorpiones dicuntur. In persis uero suffitu earum tempestates auerti: & præterea flumina sisti. Argumentum esse si iferuentes cortinas additæ refrigerent. Sed ut prosint leoninis iubis alligandas. Nam hyænæ pelli similem abhominantur: discordialem domibus. Eam uero quæ unius coloris sit inuictam athlætis esse. Argumentū eius q; in olla plena olei cocta cum pigmentis: & intra duas horas subferuefacta: unum colorem ex omnibus faciat minii. Acopis nitro similis est: pumicosa: aureis guttis stellata. Cum hac oleum subferuefactum perunctis lassitudinē (si credimus) soluit Alabastrites nascitur in alabastro ægypti: & in syriæ damasco candore itercincto uariis coloribus. Quæ cremata cum fossili sale: ac trita grauitates oris & dentium extenuare dicitur. Alectorias uocant in uentriculis gallinaceorum inuentas crystallina spem: magnitudine fabæ. Quibus Milonem crotoniensem usum in certaminibus inuictū fuisse: uideri uolunt. Androdamas argenti nitorem habet ut adamas: quadrata: & semper tessellis similis magnis: putantq; nomē impositum ab eo: q; impetus hominum: & iracundias domet. Eadem sit an alia argyrodamas: autores nō explicāt. Antipha tes nigra non transluce t. Experimentum eius si coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhæ simile immissa. Eamq; contra effascinationes auxiliari magi uolunt. Arabica ebori simillima est: & hoc uideretur: nisi abnueret duritia. Quamq; putant contra dolores neruorum prodesse habentibus. Aromatites & ipsa in arabia traditur gigni. Sed & in ægypto circa pisas ubiq; lapidosa: & myrrhæ coloris & odoris ob hoc reginis frequentata. Asbestos in archadiæ montibus nascitur: coloris ferrei: aspilatem: democritus in arabia gigni tradit ignei coloris. Eam oportere cameli fimo splenicis alligari. Inueniriq; in nido arabicarum alitum. Et aliam eodem nomine ibi in leucopetra nasci argentei coloris contra lymphatum habendam. Atizoem in india & persidis acidiæ monte nasci tradit argenteo nitore fulgentem: magnitudine trium digitorum ad lenticulæ figuram odoris iucundi: necessariam magis regem constituentibus. Augites multis non alia uidetur esse q̄ quæ calais. Amphitane alio nomine appellatur chrysocolla in indiæ parte: ubi formicæ eruunt aurum: in qua inuenitur auro similis: quadrata figura: affirmaturq; natura eius quæ magnetis: nisi q; augere quoq; aurum traditur. Aphrodisiace ex candida ruffa est. Apistos septenis diebus calorem tenet excalfacta igni: nigra ac ponderosa distinguentibus eam uenis rubentibus. Putant prodesse contra frigora. Agyptillam iacchus intelligit per albū sarda: nigraq; uena transeunte. Vulgus aūt in nigra radice cæruleā facit.

Vel fulmina

Vel radiantē cū luna habitū habētē eum Vī agerē

De gemmis per. b. &. c. ordinem. CA. XI.

BAlanitæ genera duo habent sub uirides: & corinthii æris similitudine. Illa a copto. Hæc ex troglodytica regione ueniunt medias secante flammea uena. Batracchitas mittit & coptos. Vnam ranæ similem colore. Alteram ebori. Tertiam rubentis e nigro. Baptes mollis: alioquin odore excellit. Beli oculus albicans pupillam pingit nigram e medio aureo fulgore lucentem. Hæc propter suam speciem: sacratissimo assyriorum deo dicatur. Aliam autem quā belum uocant in arbelis nasci. Democritus tradit nucis iuglādis magnitudine uitrea speciæ. Baroptenus: siue botrypes nigra: sanguineis & albis nodis alligata dicit: ueluti portentosa. Botrytes alia nigra est: alia pāpinea icipienti uuæ similis. Bostrychitem Zoroastres uocat crinibus mulierum similiorem. Bucardia bubulo cordi similis: babylone tātum nascitur. Brontia capitibus testudinum similis: & cum tonitruis cadit (ut putant) & fulmine tacta restinguit: si credimus Boleniæ inueniuntur glebæ similitudine. Cheramydes eadem esset: quam ostratitē uocant: nisi q; hanc cæruleæ interdum bullæ cingunt. Calais saphirum imitatur: candidior & littoroso mari similis. Capnites quibusdam uidetur suum genus habere plurimis spiris fumida: ut suo loco diximus. Cappadocia & in phrygia nascitur ebori similis. Calamites a calamo: feruntq; plures simul coniunctas inueniri. Catochites corticæ lapis est cæteris maior mirabilis: si uera traduntur: impositam manum ueluti gummi retinens. Catopyrites e cappadocia prouenit. Cepites: siue cepocapites candida est uenarum nodis

Vel habeni

Vel barippe

Vel cadmites

Vel calamites

Vel plures calaicas

coeuntibus candore imaginem regerens. Ceramites testæ colorem habet. Cynædiæ inueniuntur in cerebro piscis eiusdem nominis candidæ & oblongæ: euentuq; mirandæ: si modo est fides: præfagare eas habitum maris nubilo colore aut tranquillitate. Cærites cære similis est. Circos piris. Corsoides caniciei hominis. Coralloachates corallo: aureis guttis distinctæ. Corallis minio gignitur q; in idia & syene. Craterites inter chrysolitum & electrum colorem habet præduræ naturæ. Crocallis cerasum repræsentat. Cissites crystopetra nascitur candida: & uidetur intus habere partum: qui sentiatur etiam strepitu. Chalcophonos nigra est: sed illisa æris tinnitum reddit tragœdis ut suadentur gestanda. Chelidoniæ duorum sũt generum: hirundinum colore: & alia parte purpureæ nigris interpellantibus maculis. Chelonia oculus est indicæ testudinis: uel portentosissima magorum mendaciis: melle enim colluto ore impositam linguæ futurorum diuinationem præstare promittunt quintadecima luna & silente tota die: decrescente uero ante solis ortũ. Cæteris diebus a prima in sextam horam. Sunt & chelonitides testudinum similes: ex quibus ad tempestates sedandas multa uaticinantur. Eam uero quæ sit aureis guttis cum scarabeo deiectam in aquã feruentẽ: tempestates tueri. Chlorites herbacei coloris est: quã dicunt magi eam inueniri in scyllæ auis uentre congenitam ei: ferroq; includi iubent ad quædam prodigiosa moris sui. Choaspites a flumĩe dicta est uiridis: fulgoris aurei. Chrysolampis in æthyopia nascitur pallidi coloris die: & noctu ignei. Chrysophis aurum uidetur esse. Cepionides æolide nunc ad arneũ pagum quondã oppidũ nascunt multis coloribus translucẽtes: alias uitreæ: alias crystallinæ: alias iaspideæ. Sed & sordidis tãtus ẽ nitor: ut imagines reddãt ceu specula.

Vl sacca piri

Vel mo ueri

Vel ad darda nũ nunc pagum

De gemmis per. d. e. g. ordinem. CA. XII.

DAphniam Zoroastres & orchastres morbis comitialibus demonstrant. Diadochos beryllo simlis est. Diphris duplex candida ac nigra: mas ac fœmina: gentile utriusq; sexus distinguente linea. Dionysius nigra ac dura mixtis rubentibus maculis. Quæ ex aqua trita: saporẽ uini facit: & ebrietati resistere putatur. Draconites siue dracontias e cerebro fit draconum: sed nisi uiuẽtibus abscisso: nunquã gemma scit: inuidiam animalis mori se sentientis. Igitur mos est ut dormientibus animalibus caput amputent. Sotacus qui uisam eam gemmam sibi apud regem scripsit: bigis uehi quærentes tradit: & uiso dracone spargere somnifica medicamenta: atq; ita præcidere. Esse autem candore translucido: nec postea poliri: aut artem admittere. Encardia cognominatur & Cardisce. Vna in qua nigra effigies cordis eminet. Altera eodem nomine uiridi colore: cordis speciem repræsentat. Tertia nigrum cor ostẽdit reliqua sui parte candida. Enorchis candida est: diuisaq; fragmẽtis testium effigiem repræsentat. Exhebenum Zoroastres speciosam & candidam tradit: qua aurifices aurum poliunt. Eristalis cum sit candida: ad inclinationes rubescere uidetur. Erotylos eadem quæ mepicoros & hieronnemon a Democrito laudatur in argumentis diuinationum. Eumetis in bactris nascitur: filici similis: & capiti supposita uisa nocturna oraculi modo reddit. Eumetren Beli gemmam sanctissimi deorum sibi assyrii appellant porracei coloris superstitionibus gratam. Eupetalos quattuor colores habet cæruleum igneum: minii: mali. Eureos nucleo oliuæ similis est. Eratus concharum modo non adeo candida. Eurotias situ uidetur operire nigritiam. Eusebes ex eo lapide est: ex quo traditur Tyri in Herculis templo facta sedes: ex qua dii facile surgebãt. Epimelas fit: cum in cãdida gemma superne nigricat colos. Galaxiam aliqui galactiten uocant: similem proxime dictis: sed in tercurrentibus sanguineis aut candidis uenis. Galactites ex uno colore lactis est. Eandem dicunt leucogageam & leucographiam appellant: & synephiten lactis succo ac sapore notabilem. In educatione nutricibus lactis fœcunditatem: infantium quoq; alligata collo saliuam facere dicitur. In ore autem liquescere. Eandẽ memoriam adimere dicunt. Mittit eam & achelous amnis. Sũt qui smaragdum albis uenis circũligatum galactiten uocent. Galaicos argyrodamanti similis est: paulo sordidior. Inueniũtur autem binæ uel ternæ. Gasidanem medi mittunt coloris olorini ueluti floribus sparsam. Nascitur & in arbellis. Hæc quoq; gemma concipere dicitur: & intra se partum fateri concussa. Concipere autem trimestri spatio. Glosso petra linguæ similis humanæ in terra non nascitur: sed deficiente luna cœlo decidere: & lenocinanti necessaria creditur. Quod ne credamus promissi quoq; uanitas facit. Ventos enim ea comprimi narrant. Gorgonia nihil aliud est q̃ corallium: nominis causa: q; induritiam lapidis mutatur: emollit marina fulminibus: & typhoni resistere affirmant. Genianem eadem uanitate inimicorum pœnas efficere promittunt.

Vl marina hæc & in Vl emollit maria: fulminibꝰ & tyfoni

De gemmis per. H. I. l. m. n. ordinem. CA. XIII.

HEliotropium nascitur in æthiopia: africa cypro porracei coloris: sanguineis uenis distincta. Causa nominis: quoniam deiecta in uas aquæ fulgorem solis accedentem percussu sanguineo mutat maximæ æthiopica: eadem extra aquã speculi modo solem accipit: deprehenditq; defectus subeuntem lunam ostendens. Magorum impudentiæ uel manifestissimum hoc quoq; exemplum est: quoniam ammixta herba heliotropio: quibusdam quoq; additis præcationibus gerentem conspici negent. Hephestites quoq; speculi naturam habet in reddendis imaginibus: quanq̃ rutila. experimentum est si feruẽtem aquã addita statim refrigeret: aut si in solem addita aridam materiam accendat. Nascitur in coryco. Horminodes ex argumento uiriditatis in candida gemma uel nigra: & aliquando palida: ambiente circulo aurei coloris appellatur. Hexeconthalithos in parua magnitudlne multicolor: hoc sibi nomen adoptauit. Reperitur in troglodytica regione. Hieracites alternat tota miluinis nigricans ueluti plumis. Hammitis ouis piscium similis est: & alia uelut nitro composita prædura alioquin. Hammonis cornu iter sacratissimas æthiopiæ gemmas aureo colore arietini cornus effigiem reddens promittitur prædiuina somnia repræsentare. Hormesion inter gratissimas aspicitur ex igneo colore radians auro portante secum in extremitatibus candidam lucem. Hyeniæ ex oculis hyenæ & ob id in uase inueniri dicuntur: & si credimus: linguæ hominis subditæ futura prædicere. Hæmatites in æthiopia quidem principalis: sed & in arabia & afri

Vel hermiodes Vel hor uodochos Vl hymnites

ca inuenitur: sanguineo colore: non omittenda promissis ad coarguendas barbarorum insidias. Zacthalias babylonius in his libris quos scripsit ad regem Mitridatem humana gemmis attribuit fata: has non cõtentus oculorum & iocinerum medicina decorasse. A rege etiam aliquid petituris dedit: & litibus iudiciisque interposuit. In præliis etiam eas salutares pronunciauit. Est & alia eiusdem generis: quæ uocatur henui ab indis: xanthos appellata græcis e fuluo candicãs. Idæi dactyli in creta ferreo colore pollicem humanum exprimunt. Icterias mali cute lurido similis: ideo existimatur salubris contra regios morbos. Est & alia eodẽ nomine liquidior. Tertia folio uiridi similis: latior prioribus: pœne sine pondere: uenis luridis. Quartum genus in eodem colore nigris uenis descendentibus. Iouis gemma candida est: non ponderosa: tenera. Indica gentium suarum habet nomẽ: sub ruffo colore: in atritu sudorem purpureum emanat. Alia eodem nomine candida: puluereo aspectu. Ion apud indos uiolacea est: sed raro saturo colore lucet. Lepidotes squamas piscium uariis coloribus imitat. Lesbias lesbi patriæ nomen habens inuenit & in india. Leucophthalmos rutila alias oculi speciem candidam nigramq; continet. Leucopetalos candorem niuis ex auro distinguit. Libanochos thuris similitudinem ostendit: sed ad succum mellis. Limoniates eadem uidet quæ smaragdus. De lipare hoc tãtum traditur: suffita ea omnes bestias euocari. Lysimachus rhodio marmori similis est aureis uenis: politur ex marmore: amplitudine in angustias coeunte: ut inutilia exterant. Leucochrysos fit chrysolito interalbicante. Memnonia qualis sit non traditur. Medea nigra est a Medea illa fabulosa inuenta: habet uenas aurei coloris: sudorem reddi croci: saporem autẽ uini. Meconites papauera exprimit. Mitraxa persis accepta est & rubri maris montibus: multicolor: contra solem uarie refulgẽs. Merocles porracea lacte sudat. Morion indica: quæ nigerrimo colore transluce uocatur pramnion: in qua miscet & carbunculi colos Alexandrinum: ubi sardæ cyprium. Nascitur & in tyro & in galatia. Xenocrates & sub alpibus nasci tradit. Hæ sunt gemmæ quæ ad æctypas scalpturas aptantur. Myrites myrrhæ colorem habet: faciemq; minimæ gemmæ: unguenti odorem attrita etiam nardi. Myrmetias nigra habet eminentias similes uerrucis. Myrsinites melleum colorem habet: myrrhæ odorem. Mesoleucos est mediam gemmam candida distinguente linea. Mesomelas nigra uena quemlibet colorem secante per medium. Nasomonites ẽ sanguinea nigris uenis. Nebrides Liberopatri sacra nomẽ traxit a nebridũ eius similitudine. Sũt & aliæ nigræ gñis eiusdẽ. Nympharena urbis & gentis pficæ nomen habet: similis hippopotami dentibus.

Vt lineis

Vel mitridax

Vel morochtos

De gemmis per. o. p. & reliquis litteris per ordinem. CA. XIIII.

OLca barbari nominis e nigro fuluoq; ac uiridi & candido placet. Ombria quã aliqui notiam uocãt sicut cæraunia & Brontia cadere cum imbribus & fulminibus dicitur: eundemq; effectum habere quem Brontia narratur. Præterea in aras addita ea traditur libamenta non amburi. Orites globosa speciæ a quibusdam & syderites uocatur: ignem non sentiens. Ostracias siue ostracites est testacea durior altera achatæ similis: nisi q; achates politura pingue escit: duriori: tanta inest uis: ut aliæ gẽmæ scalpantur fragmentis eius. Ostracidi ostrea nomen & similitudinem dedere. Ophicardelon barbari uocãt nigrum colorem binis lineis albis includentibus. De obsidiano lapide diximus superiore libro. Inueniuntur & gemmæ eodem nomine ac colore non solum in æthiopia indiaq;: sed etiam in samo ut aliqui putãt: & in littoribus hispaniensis oceani. Panchros fere ex omnibus coloribus constat. Pangonis non longior digito: ne crystallus uideatur: numero plurium angulorum cauetur. Paneros qualis sit a metrodoro non dicitur: sed carmen Timaridis regine in eadem dicatum Veneri non inelegans ponit: ex quo intelligitur: addicta ei fœcunditatem. Quidam hanc pansebaston uocant. Ponticarum plura sunt genera. Est stellata nunc sanguineis: nunc atris guttis: quæ inter sacras habetur. Alia pro stellis eiusdẽ coloris lineas habet. Alia mõtium conualliumq; effigies. Phyloginos quem & chrysiten uocant: ostreæ atticæ assimilata: inuenitur in ægypto. Phoenicites ex balani similitudine appellatur. Phycites algæ. Perileucos filo ab ore gemmæ ad radicem usq; candido descendente. Pæantides quas quidam gemonidas uocant prægnantes fieri: & parere dicuntur: mediciq; parturientibus. Nam tales in macedonia iuxta monumentum Tiresiæ iueniuntur: speciesq; est eis aquæ glaciatæ. Solis gemma candida est: & ad specie syderis in orbem fulgentes spargit radios. Sagdam chaldæi adhærescentem nauibus habent: iuenitur prasini coloris. Samothracia insula eiusdem nominis gemmam dat nigram: ac sine pondere ligno similem. Sauriten in uentre uiridis lacerti harũdine de fecti tradunt inueniri. Sarcites bubulas carnes pfentat. Selenites ex candido transluce melleo fulgore: imaginem lunæ continens: redditq; eam in dies singulos crescẽtis minuentisq; numero: nascique putatur in arabia. Syderites ferro similis & litigio illata discordias facit: quæq; nascitur in æthiopia. Syderopœcilos ex ea fit uariantibus guttis. Spongites spongiæ nomen repræsentat. Synodõtites e cerebro piscium est: qui synodontes uocantur. Syrtitæ in littore syrtium iamquidem lucania inueniuntur melleo colore croco refulgẽtes. Intus autem stellas continent languidas. Syringites stipulæ internodio similis: perpetua fistula cauat. Trichius ex africa niger est: sed tres succos reddit: a radice nigrum: medio sanguineum: summo cãdidum. Telirrhizos cinerei coloris aut ruffi candidis radicibus spectatur. Telicardios colore cordis pfas apud quos gignitur magnopere delectat. Maculamq; appellant. Thracia trium generum est: uiridis aut pallidior: tertia sanguineis guttis. Tephrites nouæ lunæ speciem habet curuatæ in cornua quãuis cinerei coloris. Thecolithos oleæ nucleo similis uidetur: neq; est gemmæ honos: sed lingentium calculos frangit: pellitq;. Veneris crines nigerrimi nitoris continẽt in se speciem ruffi crinis. Veientana italica gemma est: ueiis reperta nigram materiam distinguente limite albo. Zathenen in media nasci Democritus tradit: electri colore: & si quis terat in uino palmeo & croco cæræ modo lentescere: odore magnæ suauitatis. Zmilaces in euphrate nascitur: proconnesio marmori similis: medio colore glauco. Zoronysios in indo flumine nascitur: magorum gemma esse narratur: neq; aliud amplius de ea.

Vt ostraciæ

Vt theolithos

Vel unguentũ

De gemmis quæ a membris hominum cognominantur: & quæ ab animalibus: & de iis quæ a cæteris rebus. CA. XV.

ESt etiamnum alia distinctio: quam æquidem fecerim subinde uariata expositione. Si quidem a membris corporum habẽt nomina. Hepatites a iocinere. Stearites singulorum animalium adipe numerosa. Adunephros. Theudactylus hic & asyris colitur: Triophthalmos ionice nascitur tres hominis simul oculos exprimens: Ab animalibus cognominãtur. Carcinias marini cancri colore. Echites uiperæ. Scorpites scorpionis aut colore aut effigie. Scarites scari piscis. Triglites muli. Aegophthalmos caprino oculo. Item alia suillo. Et a gruis collo geranites. Hieracites accipitris. Aetites a colore aquilæ candicante cauda. Myrmecites innatam repentis forminæ effigiem habet. Scarabeorum cãtharias. Lycophthalmos quattuor est colorum ex rutilo & sanguineo in medio nigrum candido cingitur: ut luporum oculi: illis per omnia similis Thaos pauoni est similis: item aspidi: quã uocari Timoloniam inuenio. Arenarum similitudo est in hammocryso uelut auro arenis mixto. Cenchrites milii granis uelut sparsis. Dryites e truncis arborum: hæc & ligni modo ardet. Cissites in cãdido collucet ederæ foliis quæ totam tenent. Narcissites uenis etiam edere distinguit. Cyanea nigra est: sed fracta ex se fabæ similitudinem parit. Pyrenæ ab oliuæ nucleo dicta est: huic aliquando ineſſe piscium spinæ uidentur. Chalazias grandinum & colorem & figuram habet adamantinæ dutitiæ. Narrant etiam in ignem additæ manere suum frigus. Pyrites nigra quidem: sed attritu digitos adurit. Polyzonos nigra multis zonis candicat. Astrapiæ in cardido aut cyaneo discurrunt e medio fulminis radii. In phlegontide intus ardere quædam uidetur flãma: quæ nõ exeat. In anthracitide scintille discurrere aliquando uidentur. Enhydros semper rotunditatis absolutæ in candore est leuis: sed ad motũ fluctuat intus in ea ueluti in ouis liquor. polytrix in uiridi capillatur. sed defluuia comarum facere dicitur. Sunt & a leonis pelle & pantheræ nominatæ leontios: pardalios. Colos appellauit chrysolitũ aureus. Chrysoprasum herbaceus. Melleus melichrota: q̃uis plura eius genera sint. Melychloron est geminus parte flauus: parte melleus. Crocias a croco. polia canitiem quãdam sparti inducit: eandem duriorem. Nigra spartopolia. Rhodites a rosa est. Melites mali coloris. Chalcites ærei. Sicites fici. Ratio nominum non est in borsycite in nigro: ramosa candidis aut sanguineis frondibus. Nec gemite uelut in petra candidis manibus iter se complexis. Ananchitide in necromantia dicunt euocari imagines deorum. Synochitide umbras inferorum euocatas teneri. Dendritide alba defossa sub arbore quæ cædatur: se curis aciem non hebetari. Et sunt multo plures: magisq; monstrificæ: quibus barbari dedere nomina: confessi lapides esse. Nobis satis erit in his coarguisse dira mendacia. Vel indicat

De gẽmis nascentibus & factitiis: & figuris gemmarum. CA. XVI.

GEmmæ nascuntur repente nouæ: ac sine nominibus: ut lampasci in metallis aurariis una inuenta: quæ propter pulchrytudinem alexandro regi missa fuit: ut auctor est Theophrastus. Coclides quoq; nunc uulgatissimæ famæ fiunt uerius q̃ nascunt: in arabia repertis ingentibus glebis. Melle excoqui tradunt: septenis diebus noctibusq; sine intermissione. Ita omni terreno uitioso q; puluere decusso purgatam glebam artificum ingenio uarie distribui in uenas: ductusq; macularum q̃ maxime uendibili ratione sectantium. Quondamq; tantæ magnitudinis fecere: ut æquis regum in oriente frontalia atq; pro phaleris pensilia facerent. Et alias omnes gemmæ mellis decoctu nitescunt: præcipue corsici. In omni alio usu acrimonia abhorrentis. Quæ uariæ sunt: & ad nouitatem accedere caliditate ingenioꝝ contingit: ut nomen usitatum non habeant. physes appellant: uelut ipsius naturæ admirationem in iis uendicantes: cum finis nominum non sit: quæ persequi non æquidem cogito: innumera ex græca uanitate conficta. Indicatis nobilibus gemmis: immo etiam plebeis rariorum generũ dictu dignas distrinxisse satis erat. Illud modo meminisse conuenit increscentibus uarie maculis atq; uerrucis lineatum: quæ interueniunt multiplici ductu: & colore mutata sæpius nomina in eadem plerunq; materia. Nũc cõmuniter ad omniũ gemmarum obseruationem pertinentia dicemus opiniones secuti auctorum. Cauæ aut extuberãtes uiliores uidẽtur æqualibus. Figura oblonga maximæ probatur: deinde quæ uocatur lenticula: postea clipeidos & rotunda: angulosis minima gratia. Veras a falsis discernendi magna difficultas. Quippe cum inuentum sit ex ueris gemmis in alterius generis falsas traducere. Sardonyces e cerauniis glutinantur gemmis ita ut deprehendi ars non possit: aliunde nigro: aliunde candido: aliunde minio sumptis: omnibus in suo genere probatissimis. Quinimmo etiam extant commentarii auctorum: quos non æquidem demonstrarim: quibus modis ex crystallo tingantur smaragdi: alæq; transluentes. Sardonyx e sarda. Item cæteræ ex aliis. Neq; est ulla fraus uitæ lucrosior.

De ratione probandarum gemmarum. CA. XVII.

NOs contra rationem deprehendendi falsas demonstrabimus: quando etiam luxuriam aduersus fraudem muniri decet. præter illa quæ in principalibus quibusq; generibus priuatim diximus. Transluentes matutino probari censent: aut si necesse est in quartam horam: postea uetant. Experimenta pluribus modis constant. primum pondere si grauiores sentiuntur: post hæc corpore. Fictitiis pustulæ in profundo apparent. Scabritia in cute. In capillamento fulgoris inconstantia: prius quã ad oculos perueniat desinens nitor. Decussi fragmenti paulum: quod in lamina ferrea teratur efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum. Recusant similiter & limæ probationem. Obsidianæ fragmenta ueras gemmas non scarificant. Fictitiæ scarificationis candicantiam fugiunt. Tantaq; differentia est: ut aliæ ferro scalpi non possint: aliæ non nisi retuso: uerum omnes adamante. plurimum autem in his terebrarum proficit feruor. Gemmiferi amnes sunt oaxis: mater: ganges. Terrarum autem omnium maximæ india. Etiam peractis omnibus naturæ operibus discrimen quoddam rerum ipsarum facere conueniat.

Ergo in toto orbe & in quacunq; cæli conuexitas uergit: pulcherrima est omnium rebus meritoq; principatum naturæ optinens italia rectrix parensq; mundi altera: uiris fœminis: ducibus: militibus: seruitiis: artium præstantia igeniorum claritatibus. Iam situ ac salubritate cæli atq; temperie: accessu cunctarum gentium facili: littoribus portuosis: benigno uentorum afflatu. Etenim contingit recurrentis positio in partẽ utilissimam: & inter ortus occasusq; mediam: aquarum copia: nemorum salubritate montium articulis: ferorum animalium innocentia: soli fertilitate: pabuli ubertate. Quicquid est quo carere uita non debeat: nusquã est præstantius: fruges: uinum: olea: uellera: lina: uestes iuuenci. Ne equos quidem in trigariis præferri ullis uernaculis animaduerto. Metallis auri: argenti: æris: ferri: quãdiu libuit exercere: nullis cessit. Et iis nunc in se grauida pro omni dote uarios succos: & frugum pomorumq; sapores fundit. Ab ea exceptis indiæ fabulosis: proximæ quidem duxerim hispaniam quæcunq; ambitur mari.

FINIS.

Explicit. C. Plinius Secundus de naturali hystoria nunc primum diligentissime ab Alexandro benedicto phisico recognitus: cunctisq; erroribus expurgatus. Impressus Venetiis summa diligentia per Melchiorem Sessam
Anno reconciliate natiuitatis. M.D.XIII.
Die. XX. Augusti.

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

aa bb a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z & ꝑ ꝛ A Omnes sunt quaterni

præter bb qui est ternus: Et ꝛ A qui sunt quinterni. ꝙ xxiiii.

Appello ad cūdiem

Appello cūdiem

Est. ni bonigm et plrm nigrm pdaris
fatri pr quos frofitemis

Nam nr C Lucilius ho doctus et prudens
dicere solitz ea q Stilbonem nrq sit ab nris
doctissimis nrqz ab doctissis lrgi uelle
alitez nt mirabiliger et alteq plus sapiat
q ipse de quo ita Stilpo sensit plm uideri
Cuius legi hic fuit. ni ut nouam orbis
fere mea lamia doctissimq ipsius dei
mm cuius gm cognomiq nrm homines
ne miremini si ad pm M C
I ij de oratore :—

Vitia Stoicorum

Solebamus admirari
et q ad eum confugiebant